CICERONIS DE OFFICIIS LIBRI III.

Cato maior, vel de senectute:
Lælius, vel de amicitia:
Paradoxa Stoicorum sex:

CVM PETRI MARSI, FRANCISCI MATVRANTII, OMNIBONI, Martini Philetici, & Ascensij, in hæc omnia præstantissimis commentarijs: & aliorum doctissimorum virorum annotationibus sparsim appositis, quibus difficillima quæque Cic. loca explicantur.

MARII NIZOLII BRIXELLENSIS DEFENSIONES LOCORVM ALIquot Ciceronis contra disquisitiones Calcagnini.

CVM DVPLICI INDICE, TAM OMNIVM CAPITVM, quàm rerum adnotatione dignarum.

QVAE OMNIA PRIVS ERRORIBVS INFINITIS CORRVPTA, NVNC SVMMA cura, atque diligentia quàm accuratissime emendata eduntur.

OMNIA

VIRTVTI PARENT.

VENETIIS,
APVD IOANNEM MARIAM BONELLVM.
M. D. LXIII.

INDEX OMNIVM RERVM NOTATV DIGNARVM SECVNDVM ORDINEM ALPHABETICVM.

Tria

FINIS.

INDEX EORVM QVAE IN OFFICIIS POTISSIMVM TRACTANTVR.

QVAE IN LIBRO PRIMO.

IN SECVNDO.

IN TERTIO.

FINIS.

M. TVLLII CICERONIS OFFICIORVM

AD MARCVM FILIVM

LIBER PRIMVS.

ARGVMENTVM.

Ciceronem filium suo hortatur exemplo, ne simplici cuipiam studio sese addicat, sed Græca cum Latinis, & orationis virtutes cum Philosophiæ scientia coniungat. Deinde quo eum reddat attentiorem, hanc quæ de officijs est, Philosophiæ partem, duobus potissimum nominibus cõmendat, vel quod vsus eius ad omnem vitæ rationem latissime patet, vel quod hæc vna sit Philosophis omnibus inter se communis. Postremo testatur se in hac disputatione Stoicos potissimum sequi, quod hi vel optime boni finem, ad quem officia omnia referuntur, constituerint, cum Epicurus voluptate metiens summum bonum, atque Aristo, Pyrrho, & Herillus tollentes rerum delectum, officij quoque naturam subuerterint.

QVANQVAM te, Marce fili, an
nũ iam audientem Cratippum,
idq́. Athenis, abũdare oportet
præceptis, institutisq́. Philoso
phiæ, pp summam & doctoris
auctoritatem, & vrbis; quorum
alter te sciẽtia augere potest, al
tera exemplis: tñ, vt ipse ad
meam vtilitatem semper cum
Græcis Latina cõiunxi, neque id in Philosophia solũ, sed
etiam in dicẽdi exercitatione feci; idem tibi censeo faciẽ
dum; vt pars sis vtriusq; orationis facultate. quam quidẽ
ad rem nos, vt videmur, magnum attulimus adiumentum
hoibus nostris; vt non modo Græcarum literarũ rudes,
sed etiam docti aliquantum se arbitrẽtur adeptos & ad di
cendum, & ad iudicandum. quamobrem disces tu quidẽ
à principe huius ætatis philosophorum, & disces, quãdiu
voles (tãdiu autem velle debebis, quoad te quantum pfi
cias, non pœnitebit) sed tñ nostra legens, non multum à
Peripateticis dissidentia (qm̃ vtrique & Socratici, & Pla
tonici esse volumus) de rebus ipsis vtere tuo iudicio: ni
hil enim impedio: orationem aũt latinam profecto legen
dis nostris efficies pleniorẽ. nec vero hoc arroganter di
ctum existimari velim. nam philosophandi scientiã con
cedẽs multis, quod est oratoris pprium, apte, distinctè,
ornateq́. dicere, qm̃ in eo studio ętatem cõsumpsi, si id mi
hi assumo, videor id meo iure quodam modo vendicare.
quãobrem magnopere te hortor, mi Cicero, vt nõ solum
orationes meas, sed hos ẽt de philosophia libros, q iam se
illis ferè æquarũt, studiose legas. vis enim dicẽdi maior est
in illis: sed hoc quoq; colẽdum est æquabile, & tempera
tũ orationis genus. & id eo, quod nemini video Grecorũ
adhuc cõtigisse, vt idem vtroq; in gñe laboraret, sequere
turq́ & illud forense dicẽdi & hoc quietum dispũtãdi ge
nus. nisi forte Demetrius Phalereus in hoc numero hñi po
test, disputator subtilis, orator parũ vehemens, dulcis tñ,
vt Theophrasti discipulũ possis cognoscere. nos aũt q̃
tum in vtroq; profecerimus, aliorũ sit iudicium: vtrunq;
certe secuti sumus. eqdem & Platonem existimo, si genus
id forẽse dicendi tractare voluisset, grauissime, & copiosis
sime potuisse dicere; & Demosthenẽ, si illa, quę à Platone
didicerat, tenuisset, & pnunciare voluisset, ornate, splendi
deq́. facere potuisse. eodemq́. modo de Aristotele, & Iso
crate iudico: quorũ vterq; suo studio delectatus, contem
psit alterũ. sed, cum statuissem aliqd hoc t pe ad te scribe
re & multa posthac, ab eo exordiri volui maxime, quod &
ætati tuę esset aptissimum, & auctoritati meę grauissimũ.
nã, cum multa sint in philosophia & grauia, & vtilia, accu
rate, copioseq́. à philosophis disputata, latissime patere
vñr ea, quæ de officijs tradita ab illis, & pcepta sunt. nulla
enim vitæ pars, neque publicis, neq; priuatis, neq; forensi
bus, neq; domesticis in rebus, neq; si tecũ agas qd, neque si
cũ altero contrahas, vacare officio põt: in eoq́. et colẽdo
sita vitę est honestas oĩs, & in negligendo, turpitudo. atq;
hæc quidem quæstio cõis est omnium philosophorũ. qs
est enim, q nullis officij pceptis tradendis, philosophũ se
audeat dicere? sed sunt nõnullæ disciplinę, quæ ppositis
bonorũ, & malorum finibus, officium omne peruertunt:
nam q summum bonum sic instituit, vt nihil habeat cum
virtute cõiunctũ; idq́. suis cõmodis, nõ honestate meti
tur; hic si sibi ipse cõsentiat, & non interdũ naturę bonita
te vincat; fit, vt neq; amicitiã colere possit, nec iustitiam,
nec liberalitatẽ: fortis vero, dolorẽ summum malũ iudi
cãs; aut temperãs, voluptatem summũ bonum statuẽs, esse
certe nullo modo potest. quæ q̃q̃ ita sunt in promptu, vt
res disputatione nõ egeat; tñ sunt à nobis alio loco dispu
tata. hæ disciplinæ igitur, si sibi cõsentaneæ esse velint, de
officio nihil queant dicere: neque vlla officij pcepta fir
ma, stabilia, cõiuncta naturæ tradi pñt, nisi aut ab ijs, q so
lam, aut ab ijs, q maxime honestatem pp se dicant expetẽ
dã. itaque ppropria est ea pceptio Stoicorum, & Academi
corũ, & Peripateticorum: qm̃ Aristonis, Pyrrhonis, & He
rilli iampridem explosa sententia est: qui tñ haberẽt ius
suum disputãdi de officio, si rerum aliquẽ delectum reli
quissent, vt ad officij inuentionẽ aditus esset. sequemur igi
tur hoc qdem t pe, & in hac quęstione potissimũ Stoicos,
nõ vt interpretes; sed, vt solemus, è fontib. eorũ iudicio, ar
bitrioq́. nño, quantum, quoq́; modo videbit, hauriemus.

QVANQVAM te, Marce fili. In omni re
septẽ circunstantiæ reqruntur. Persona,
res, causa, locus, tẽpus, modus, & materia:
quæ maximam hñt vim, vt si qs eas negle
xerit, decorũ suum seruare nõ possit, aut
aliqd laude dignũ efficere. Vnde dicit Se
neca, refert, qd, cur, qñ, quare, vbi, & cete
ra, sine qbus facti ratio nõ constabit. Cũ
Cic. M.T.Ciceronis filius philosophiæ
operã daret, ipse locus gymnasium fere totius orbis, & oium bo
narũ artium & disciplinarum emporium eũ hortabatur, ne ipsas
Athenas scientiarũ inuentrices, cum tricesq́. dedecoraret. Inde
debebat excitari splẽdore paterni nominis, qui oibus palmã eri
puit in omni disciplina eminentissimus. Preterea philosophia ip

PETRVS MARS. Quæ in omni re circunstantiæ requirantur.

sa,

sa,quæ est ars vitæ : & perturbationũ medicina,vt q eam asperné
tur & vituperét vitæ parricidæ appellandi sint. Ipsa ét ætas id sua
debat : quæ pceptis,& institutis philosophiæ gaudere debet. Nã
qs est ingenua & honesta in familia educatus,qui turpitudine ip
sa nõ offendatur? Decet bonę indolis adolescentem parere phiq
præceptis,& rõni,sed maxime oportebat Cicer. oẽs bonas artes
amplecti,ne à tãta patris excellentia degenerare videretur,quod
postea accidit. Ingenij vis,inqt Seneca, pceptis alitur, & crescit,
nouasq́ psuasiones adijcit innatis,& deprauata corrigit. Et alibi,
Facile est teneros adhuc aĩos componere,difficulter reciduntur ui
tia,quæ nobiscũ creuerunt. Diuiditur hoc opus in procemium,&
tractatũ. In procemio ea facit,quæ à scriptoribus (vt veterũ insti
tuto sanctũ est) diligẽter custodiri,seruariq́ debẽt,captare.i.be-
neuolẽtiam,docilitatem, & attentionẽ. Docilem facit auditorẽ
summã totius rei de qua disputaturus est,pstringẽs. Dicit.n.se de
officijs scriptorũ. Beneuolentiam captat a psona Cratippi,quem
principẽ illius memoriæ philosophorũ appellat, à psona filium,
cũ filium appellat, & iudicio illius permistis vti opinionibus phi
losophantiũ. A re ipsa laudans pcepta de officijs dicens ea latissi-
me patere,cũ nulla sit vitæ pars,quæ officio vacare debeat. A per
sona sua laudans offm̃ suum sine arrogãtia. A persona aliorũ,quo
rũ opiniones confutat,Aristonis,Pyrrhonis,Herili,& Epicureo-
rũ. Inde cum suauca sit oĩs disputatio de officijs cum rõne,& offi
cium æquiuocũ sit,& propositio æquiuoca,& ambigua distinguẽ
da sint,vt cõueniat inter differentes qd sit,de quo disputatur, di-
uidit prius officiũ,inde diffinit. Et cum procemium debeat cõti-
nere capita rerũ,de quibus dicendum est, pponit se disputaturũ
de honesto,vtili,& repugnantia quæ vr̃ esse inter vtile, & hone-
stũ. Et cum hoc facit reddit auditorem attentum. Id aũt fit, cum
pollicemur nos de rebus magnis,& vtilibus dicturos, & si nume
ro exponũtur res, de quibus disputandum est, vt Cicero facit in
primo volumine disputaturus de honesto, dicit homines hẽ se-
mina quædã,& virtutis igniculos à natura datos,ex quibus cõsta
re honestũ, quod est secundũ naturam. Et diuiditur in quatuor
partes,prudẽtiam,iustitiam,fortitudinẽ,& temperantiam,q̃ sunt
magnæ,& verę virtutes,ppea q ex rõne oriuntur,qua nihil est in
hoĩe diuinius. De his ergo disputat, quas appellat fontes oĩum
offõrũ. Sed prius de officijs.i.actionibus studiosis,quæ ab ipsa pru

Imperãtibus à subiectis non timeri vtile.

dẽtia oriuntur,inde à iustitia, & fortitudine. Postremo à tempe-
rantia,vbi declarat quid sit illud decorũ,quod vbiq; seruandũ est.
Demũ propositis duobus honestis,vtrũ sit honestius. In secundo
volumine disputat de vtili, distinguens ea q̃ ad tuendam vitã per
tinẽt,probans per inductionẽ nihil humanę vitæ prodesse sine o-
pera hoĩs,dicitq́. imperãtibus nihil esse vtilius q̃ nõ timeri a sub
iectis,sed amari,cũ odio habeantur,qui alijs formidolosi sunt,&
affert tyrannorũ excpla,qui ferè oẽs interficiũtur. Inde gloriam
ex tribus cõstare dicit,si diligit multitudo,si fidẽ habet,si cũ admi-
ratione quadã honore quẽpiam dignum putat q gloriam quęrit,
qua rõne ista parantur,docet. Inde ponit primã adolescentis cõ
mẽdationem afferens nõnullorũ exempla q in prima ętate laudẽ
sibi,& gloriam cõpararunt. Inde agit de beneficẽtia,& liberitate,
& largitionibus,ædilitijs muneribus,& qua opera vti debeamus
emerẽdi fauoris,& beneuolentiæ grã. Quis potius defendendus
sit,diues an pauper. Inde de tribus exigendis,tandẽ duobus ppo
sitis vtilibus,vtrũ sit vtilius. In tertio & vltimo disputat de repu-
gnãtia non quæ est,sed quæ vr̃ esse inter vtile,& honestũ, consti-
tuitq́. formulã qua offm̃ cognoscatur. Et discurrens p quatuor
virtutes ostẽdit,nihil esse vtile,qd nõ sit honestũ. Et simul agit de
prudẽtia,& iustitia,docẽs nihil esse vtile,qd sit malitiæ coniunctũ
& iniustitiæ,ponẽs exẽpla de his,q dolo malo alios circũueniunt
& disputat de pdijs vendũdis,& mancipijs,& an vitia debeat vẽdi
tor aperire emptori,& qd pstari debeat. Quis sit vir bonus. Nec
esse vtile alicui occupare patriã,vbi Cęsarẽ taxat. Inde ponit nõ-

Vtile tẽperantiæ cõtrarium esse nequit.

nullas quæstiones Hecatonis Stoici,quẽ Panetius erudiuit,& cõ
trouersias,q̃ sunt in iure Stoicorum,& quo tpe promissa seruãda
non sint. Quæ omnis disputatio ad iustitiã,& prudentiam perti-
net,quarũ,altera semper est vtilis,alterã malitia imitatur. Inde a-
git de fortitudine,ostendens nihil esse vtile,quod fortẽ virum, &
magnũ dedeceat,& ponit exemplum Vlyssis,Reguli:& aliorũ.qui
magno animo mortẽ potius oppetere voluerunt, quã amittere
laudẽ fortitudinis & animi inuicti. Postremo disputat de tẽperan
tia docẽs nihil esse vtile,quod tẽperantię contrariũ sit,& sic dam-
nat illos,q in voluptate summum bonũ posuerunt,contra quos,
q magni nominis erãt dicit se velle vti velis & equis.i.totis viri
bus vt persuadeat,nihil esse vtile, quod nõ sit honestum. Inde im
ponens operi quasi fastigium & extremam manum, filium loqui
tur. Quanq̃ te Marce fili,sensus est : Quamuis te oporteat,& pe-
ne necessarium sit,qm̃ sine reprehensione aliter facere nõ posset,
abundare iã præceptis philosophiæ pp oĩum de te expectationẽ,
cum audias Cratippũ eminentissimum philosophũ,& sis apud A-
thenas oĩum bonarũ artium, & disciplinarũ inuentrices, & vbi
exẽpla tot clarorũ virorũ te appellant,hortantur, prouocant : tũ
puto vtile tibi esse iũgere gręca cũ latinis,& mea scripta legere :
quæ ad tuã eruditionem instituta sunt, puto inqt cum iam annũ
audiueris Cratippum,te gręcis literis eruditũ esse,& imbutũ phi
losophicis præceptis vt alia desiderare quasi nõ sit opus, cũ bibas
ad vberrimũ philosophiæ fontem,in hæc mea præcepta conduce
re tibi arbitror,cum pp philosophiam ipsam,tum pp latini elo-
quij nitorẽ. Lege igitur latina vti quæ doctus sis in vtraq; lingua
& sic his circũstantijs imponit filio,quasi necessitatẽ percipiendi
optime philosophiã,cum eo sit psectus,vt si aliter fecerit,intelli-
gat,se pter opinionẽ patris iam conceptam,& aliorũ expectatio-
nẽ facere quod turpissimũ est. Ideo filium exemplo hortatur suo
Tullius,q latini eloquij maximus auctor habetur, & q non solũ
græcorũ,sed ẽt latinorum ad suam vtilitatẽ monimẽta euoluerat,
vt eius ingenio nihil deesset oĩum capaci, quæ cœlo continẽtur.

Quãquã tãetsi cũ quibus iũgantur.

Quanq̃,tametsi,iungitur cum indicatiuo vt q̃q̃ oportet,non aũt
q̃q̃ oportet,sed dicimus cum oporteat,& quãuis oporteat. [Idq́;
Athe.] Addit circunstantiã loci,i.audias Cratippum & presertim
Athenis,vbi oẽs disciplinæ florẽt. [Oportet] Quasi,necesse est,&
debes,si ab officio discedere nõ vis,& si cupis illa reprehẽsione ca-
rere. In oratore sic scribit,oportere perfectionẽ declarare officij,
quo semper vtendũ est,& in oibus. [Præceptis] Pręceptũ & pręce
ptio idẽ sunt,& dr̃ præceptum quasi regula quædam bene viuẽdi,
& documẽtum traditum ad aliq̃ artem percipiendam. Hæc philo
sophia quæ est de moribus,duas habet partes,dogmata & pcepta:
qbus ad id,quod est dogmate cõstitutũ est,dirigimur .i. ad ipsum
finẽ : quem non vno modo philosophantes cõstituerunt. Ideo va
ria erãt dogmata,quæ (vt Seneca interpretatur lib. 15. epistolarũ)
nos decreta dicimus,vel scita,vel placita, & opus est tenere dog-
ma,inde ad illud tanq̃ ad signũ officia dirigere,quę cadũt sup. pce
ptis. Hæc dogmata Cic. instituta appellat. de qbus agit in lib. de
finib. in qbus varia affert dogmata, & opiniones de summo bo-
no. In hoc ope de dogmate agitur & pceptis. Nam cõfutatis opi
nionibus nõnullarum disciplinarũ constituit finem in virtute ex
dogmate Stoicorũ,Academicorũ,Peripateticorũ. Et alibi,vbi di-
cit,honestũ esse solũ aut summum bonũ,hęc.n.pars ad dogma p-
tinet,quod in se cõtinet finem,pcepta vero ad finẽ tendunt. Itaq;
Aristot. de moribus pcepta traditurus in 1. lib Ethices de dogma
te agit cõstituens summum bonũ in operatione aĩę per virtutem
in vita pfecta. Vtranque igitur partẽ Cic. tetigit quæ necessariæ
sunt illi, q vult in philosophia instituĩ, & ad imaginẽ perfectam
effingi. Nã si finem ignorabit,quo se dirigat,nõ habebit. In Lu-
cullo dialogo sic scribit : Duo hæc maxima sunt in philosophia
iudiciũ veri,& finis bonorũ nec sapiẽs esse potest q aut cognoscẽ-
di initiũ ignorat,aut extremũ expetendi,aut vnde proficiscatur,
aut quo perueniendum sit,nesciat,& alibi: Ratio uitæ diffinitione
summi boni cõtinetur. Instituta ẽt sunt boni mores & domesti-
cæ disciplinæ,quæ literis nõ mandantur sed obseruantur cõi opi
nione bonorũ virorũ per quandam cõsuetudinem. Vnde dr̃ philo
sophia moralis,quæ posita est in cõsuetudine. Nam assuefaciẽdo
nos studiosis actionibus,& institutis cõsequimur habitũ virtutis,
quẽ dum excolimus,felicitatem humanã consequimur,quę à no
bis nõ possidetur,sed est in actione studiosa. Omne institutũ est

Institutũ à pcepto in quo differat.

præceptũ,sed non continuo oẽ præceptum institutum, nam pñt
aliqua pcepta esse,quæ non seruantur cõi opinione, & consensu
bonorũ,& pñt etiam præcipi ea,quæ agenda nõ sunt. Sed ipsa ve
ra philosophia nihil pcipit quod agendum non sit. Sed quidã phi
losophantes,& vt verius loquar philosophastri,q peccant in con
stituendo fine bonorũ ea præcipiunt,quæ nõ sunt instituta. Insti-
tutiones vero sunt principia,& dispositiones ad aliq̃ scientiam,
vt institutiones Iustiniani, & Quintiliani,q oratorẽ à puero in-
stituit,format,& ad imaginẽ perfecti oratoris effingit. Vnde in-
stituere est erudire ẽt in alijs rebus,vt apud Iuuen. Instituitq́. ru
des melior Locusta ppinquas.i.docet eas beneficia. Instituta (vt
dicebã) sunt mores, & ea quæ ad virtutem ducunt reip. discipli-
na. Vnde apud iureconsultos est titulus de institutis antiquis .i.
moribus,& consuetudine priscorũ, qui optime, sancteq́. viuebãt
& apud Valer. plura exẽpla sunt de institutis antiquis. [Iam aud.]
circunstantia tpis. [Auctoritatem] Auctoritas sententia imitatio

Auctoritas quid.

ne digna,& æstimatio,quæ reprehensioni obnoxia nõ est quæ re
bus gestis & scientia cõparatur. Inde auctoritatẽ dicimus esse in
aliquo,qui dignus est,vt oẽs eum spectent, & imitentur ob virtu
tũ præstantiã. [Alter] Cratippus. [Potest] Te augere,ornare,cele

briorem reddere,&perfectiorē,nā ab ipsa natura inchoati bonis
artibus nos ipsi perficimus. Vnde inuentę sunt artes,& disciplinę
vt ipsam naturā adiuuarent,quæ virtutum semina nobis tribuis.
& sic filiū ad suam perfectionē hortatur. In 4.de finibus dicit:Nō
.n.sapientia genuit hominem:sed accepit à natura inchoatū,hāc
ergo intuens debet institutū illud,quasi signū absoluere. [Altera
exēplis).i.ipsa vrbs Athenaꝝ: in qua maxima exempla erāt: fue
rātq. ad bene beateq. viuendum. Vnde lib. V. de finibus ait,Hoc.
aūt tpe: & si multa in omni parte Athenaꝝ sunt in ipsis locis in
dicia summoꝝ virorum,tū ego illa moueor exedra,modo.n.fuit
Carneades:quē videre videor.Est enim nota imago.à sedeq. ipsa
tanta ingenij magnitudine orbata desiderari illam vocē puto.Er
go ipsa vrbs Athenaꝝ exemplis, quibus vel maxime abundabat
eū augere poterat,& hoc dixit Cicero,vt filius ad illoꝝ, qui illic
claruerūt,celebranturq. Imitationē sese compararet:nam optimū
quęq; eligere debemus,quē imitemur,& statuæ erigūtur vita fun
ctis:vt ceteri ad imitationē excitētur. Vnde Plinius gaudebat de
cretā fuisse statuam Spurinnæ: & filio erectam. Non modo,inqt,
defuncti memoriæ prouisum est,sed exēplo: acuens enim ad bo-
nas artes iuuentutē adolescentibus vt digni sint, modo tanta p̄-
mia cōstituta sunt.[Ad meam vtilitatē) Exemplo suo mouet filiū
vt iungat gręca cū latinis: cum id maxime cōducat:vt in ipso Ci
cerone intueri licet:& locus est ab vtili:nam in oē deliberatioo
vtilitatē proponere debemus,& sine gręca eruditione,quę de phi
losophia scripta sunt intelligi perfecte non pnt: ut aūt intellige
rēt nostri opera Ciceronis,effectū est, & plura fecisset: si per ne
fandissimū M.Antonium,& tpa illa ingrata,licuisset vt ipse polli
cetur lib.2.de Diuinat.dicēs: Adhuc hæc erant,ad reliqua acri re
dibamus animo sic parati: vt nisi quæ causa grauior obstitisset,
nullū philosophiæ locum esse putaremus,qui non latinis literis
illustratus pateret. Magnificū illud,inqt,Romanisq. hominibus
gloriosum:vt gręcis de philosophia literis nō egeant, qd̄ prose-
quar p̄fecto,si instituta perfecero. O grauē iacturā,ò ne quā ho-
minē Antonium,qui ciuibus tm̄ munus inuidisti tuis.[Ad meam
vtilitatē,qm̄ Cicero,vt Romani eloquij vbertatē sibi cōpararet,
& doctrinā ex gręcoꝝ fontibus hauriret, græca scripta euoluit:
adeo subiūgit,neque id in philosophia solū,sed ēt in exercitatio
ne dicēdi. Cic. vt eius monimēta declarant,& ipse testatur in secū
do de Diuinat. multa in actuosa philosophia scripsit. Cohortati,
inqt,sumus oēs,vt maxime potuim⁹ ad philosophiæ studiū in eo
libro,q est inscriptus Hortēsius,& qd̄ genus philosophandi mini
me arrogās:maximeq.,& cōstās & elegās arbitraremus,quatuor
Academicis libris ostēdimus. Cumq. fundamētū philosophię es
set positū in finibus bonoꝝ & maloꝝ, perpurgatus est is locus à
nobis quinq; libris,vt qd a quoque,& qd cōtra quēque philoso
phū diceretur itelligi posset. Totidē subsecuti libri. Tusculanaꝝ
disputationes res ad bene viuēdū maxime necessarias aperuere.
Primus.n.est de cōtēnenda morte. Scd̄s de tolerādo dolore. De
ęgritudine leniēda tertius. Quartus de reliqs animi perturbatio
nib. Quintus eū locū cōplexus est:q totam philosophiā maxime
illustrat. Docet.n.ad beate viuēdū,virtutem seipse esse contentā.
Quibus rebus editi tres libri p̄fecti sunt de natura deoꝝ,in qui-
bus oīs eius loci q̄stio cōtinetur, quæ vt plene esset cumulateq.
p̄fecta de Diuinat. ingressi sumus his libris scribere, qbus,ut est
in animo de fato si adiūxerimus erit abunde satisfactū toti huic
q̄stioni,atq; his libris ad numerādi sunt sex de Rep. quos tūc scri
psimus,cū gubernacula reip teneremus. Magnus locus philoso-
phię quę p prius a Platone, Aristotele, Theophrasto, Peripateti-
coruq. familia tractatus uberrime. Nā qd ego de cōsolatione di
cā,quę mihi quidē ipsi sane aliquantū medetur,ceteris itē multū
profuturā puto:sed ēt in dicēdi exercitatione.i.declamationibus
tā gręce q̄ latine. In bruto sic scribit,Cōmentabar declamitās sæ
pe cū M.Pisone,aut Q.Pōpeio,aut cū aliquo quotidie:idq. facie
bā multum ēt latine,sed gręce sępius. Ita,inqt,erā Diodoro Stoi
co,& eius artibus uarijs,atq; multis deditus. ut ab exercitationi-
bus oratoris nullus dies vacuus esset: nā cū scriberet in philoso-
phia,libros oratorios iterposuit,ipso teste,sic.n.ait, Cūq. Aristo
teles,itē Theophrastus excellētes viri, tū subtilitate, tū copia cū
philosophia dicēdi ēt pręcepta coniunxerint,nostri quoq; orato
rij in eundem libroꝝ numeꝝ referendi vnr. Ita tres erūt de Ora-
tore, quartus Brutus, quintus Orator. Hęc omnia eo spectāt,vt fi
liū hortetur,& ad sententias graues philosophiæ,& vbertatē ora
tionis,quæ duo cumulatissime & potissimō dicendi artem Cice
ro erat assecutus.[Vt sis par,) æque doctus gręce & latine ac in
facultate illius orationis q̄ oratorum propria est,& illius q̄ phi-
losophoꝝ tantūdē possis. vtraq;.n.viro ad perfectionē suspiran
ti necessaria est,vt vtraq; ēt lingua latina.s.& græca. [Quā qdem

Statua ui ta functis ob uirtutē erigūtur.

An græca & latina lingua necessaria sint

ad rem,sine arrogātia. laudat id quod Romanis opera sua p̄stite
rit,& à re ipsa personaq. sua beneuolētiā captat. [Ad quā rē,vt)
.s. latini possint esse pares in facultate vtriusq; orationis,& arte
dicēdi atq; philosophia. Nā ante Ciceronē,& Varronem philoso
phia Romę peregrinabatur,& dicēdi artē Cicero ad summū p̄du
xit. Nos attulimus,inquit,auxilium,q scripsimus in philosophia
& oēs loco graues latinos fecimus & in Rhetoricos nihil pręter
missum est,quod ad consummatū oratorē p̄tineret. Ergo nō mo
do illi,q sunt oino rudes græcaꝝ literaꝝ. sine qbus philosophia
græcis literis celebrata sciri nō poterat a latinis,habensiā cogni
tionē philosophiæ latinis,monimētis illustratæ à nobis, ut Ro-
mani græcis literis in philosophia non egeāt,sed & illis,q græce
sciūt,tm̄ non perfecte pñs intelligere locos graues à philosophis
gręcis tractatos,& iudicare de opinionibus, & hre delectum qd̄
prudētis est. Opera nostra,inqt Cicero,non parū adiuti sunt, cū
omnia latinis literis illustrata sint,& potissimū de finibus bono
rū,& malorum in qbus varias affert philosophantiū opiniones:
& nō probabile refellit.[Rudes) Ignari. Rude lignū dr̄ non expo
litū,inde ad animum transfertur,rudesq. illi dn̄r,qui adhuc ani-
mū nō expoliuere disciplinis,& doctrina rerumq. vsu. Aliquan-
tū,non dixit multum,vt vitaret arrogantiā,& ideo vtitur medio
critate.[Ad dicendū) Quantū ad artē oratoriā,in qua nihil fere
iā a Romanis desideratur,relinqt.n.nobis Rhetoricos ad Q. fra
trē iuuenili quodā ardore,scribēdiq. licētia & impunitate cōpo-
sitos,qbus diuinos illos oratorios oēm & Isocraticā, & Aristote
licā dicendi rationē cōplexos,vir ad cōem natus vtilitatē substi-
tuit. Etenim Rheturici ad Herenniū q sub Cic.nomine circūfe-
rūtur,& legūtur, Ciceronis nō sunt, quod stylus ipse ieiunus &
mācus quidā,ac remissus ordo pręceptionis plane ostendunt. Ri
uulus est ex illo fonte vberrimo deductus. Lāguida prœmia diui
nā Cic.eruditionē,& copiā nō sapiunt. Iccirco nō eloquētię prin
cipi opus pene mutū adscribatur,sed alicui,qui Ciceronē imita-
ri p̄ viribus conatus sit. Cui certe successit ad votū, sed an ille vt
p̄ Ciceroniano opere legeret optauerit nescio,hoc vnū scio Ci
ceronis nō esse,sed imitatoris,qd̄ q acri iudicio vtrosq; Rhetori
cos cōferre voluerit: facile dispiciet,sed de his alias. Attulit igit̄
Cicero auxiliū Romanis in arte dicēdi,cum dederit optima p̄ce
pta & cognitionē,vt iā non egeāt p̄ceptis gręcoꝝ,q dicēdi artifi-
ces,& scriptores fuerūt.[Et ad iudicādū) Quantū ad philosophiā,
Topica,rerūq. sciētiam,quā Cicero cōplexus erat, & eloquij ni
tore illustrauerat. Propriū oratoris est dicere. Philosophi aūt iu
dicare,q rōne quadā & formulis disputat. Opera igit̄ Ciceronis
sniās græcorū in philosophia cognoscimus,& sentētias ipsius,a-
liorumq. appositas interdū: vt qd sit melius & eligibilius in ipsis
p̄ceptis,finibusq. bonoꝝ & docti,& rudes græcaꝝ literaꝝ iudica
re possunt. Quod q a magnificū, & gloriosum Ciceroni videbat̄,
& erat,nō immerito filium ad paternæ gloriæ imitationē horta
tur & excitat,à se.n.ad hæc omnia iter erat, vel maxime patefa-
ctū. Habenda est igitur gratia Ciceroni, cū referri non possit,q
omnia latinis ingenij sui p̄pe diuini vbertate,& in arte dicēdi,&
in philosophia suppeditauit,vt ad vtriusque facultatis perfectam
cognitionē,alioꝝ opera quasi nō egeamus, ad iudicandū igitur
.i.ad philosophiam cuius proprium est recta,veraq. cum rōnē &
formulis de oi re iudicare. Plato in nono de rep. sic ait, Rationi-
bus iudicandum est,qm̄ rationes sunt instrumenta philosophi.

Rude qd dicatur.

Rhetorica ad Herenniū an Ciceronis sit

Rationes sunt philosophi instrumēta.

Petri Marsi compendiosa reformatio & enarratio quorundam locorum, & ambiguitatum in officialibus libris M. T. Ciceronis.

QVanquā te, M. Fili. Hoc quasi vestibolo Augusti huius (vt ita
dixerim) sacrarij,quo formulæ officioꝝ digeruntur,& cōpē
diū rectū,vndiq; munitum,ac fidū ita sternitur,ad humanę doci-
litatis,ac rōnis cōsummationē,q̄ virtus appellatur, ea pars actiuæ
philosophiæ,q̄ dogmatica dr̄ à græcis, decretoria vero à nr̄is,
qm̄ dogma decretum, scitum,& placitū,& summatim tractatur,
& fundamētū,cui moles omnis morum,& vitæ cū decoro agen-
dę descriptio innititur,è cuius rōne ac vi pendet omnis indicatu
ra officioꝝ,qualitas: quapp acre iudicium requirit, & natura-
lis institutionis,ac studij notitiam exposcit in primis. finem sum
mi boni dico ad quem cōis parens natura.i. Deus gloriosus, atq;
sublimis,homines produxit, subornaui, instruxit: ad hanc metā
currendum est,ad illam omnis cura respicere debet,atq; conniti.
Trimembris est hæc prosphonisis.i. allocutio Ciceronis,& præ-
fatio ad filiū. Tria siquidem ab eo contendit,vt.s. eloquentiam la
tinam,& græcā pariter sibi compararet,& non minus philosophi-
cā quam senatoriā,& forensem. Deinde vt officijs gaudeat qbus
recta iter ad virtutē,& perfectus animi status cōformatur,& illæ

ADDE

securitas, quã eũthimian appellauit Democritus, ac eatremũ esse bonũ decreuit. Demũ vt eos in sectis philosophiæ (quo lea vitæ habetur) & admoonitionibus eos ad imitãdum sibi proponat, qui virtutẽ, aut solã, aut maxime per se expetendã sanxerunt. Qualis fuit fons, & parẽs philosophiæ Socrates. Qualis Platonica, tamẽ lia & Aristotelica: Nec nõ porticales philosophi, quos Zenonem ab eorũ Duce, & fectatio appellamus. [Oportet] Necessum est, si iusta desidiæ nota volueris vacare. Oportere siquidẽ necessitatẽ importat officij, quo vtendũ est oibus. Et semper audis inqt Cratippũ eminentissimum philosophũ mitylenæum, & audis Athenis in celeberrimo.ẽ omnium bonarũ artium, & disciplinarũ emporio, quapp magna tibi necessitas profectus in philosophia, & processus imponitur. Quæ aũt ad te scribo documenta, non tã eo spectant, vt quasi rude informent in rõne vitæ, atque instituãt q̃ vt tibi eloquij latini affectant nitorẽ, parantq. dicẽdi, & eloquẽdi copiosam suppellectilẽ, & instrm, cum molta vel plurima potiosin philosophia sint, quæ nõ facile vñr posse dici latine, à me igitur instructus, atq; exculcus, æque latine, ac græce philosophabetis. [Præceptis] Documẽtis, admonitionib. exhortationibus. i. ea parte philosophiæ, quæ pceptiua dr, quam is optime tractat, q cumulum totius vitæ cõplexus est, atq; summã, ad quam veluti ad scopum. i. signũ officia. i. naturæ congruentes actiones tanq tacula, & sagittæ dirigãtur. [Et institutis] Ordinationibus, decretis, & sectis, ad q̃ refertur officia, vt ad extremũ naturæ bonũ, quod prudentiæ rõne venatur, & tandẽ statuit, atq; cõfirmat, or moueri non possit, aliter. n. statutũ non esset, atq; subnixũ: Statuere est decernere, ac iudicare, vnde cõponitur instituo, qd̃ significat instituo, ordino, sancio, vnde instituta, ordinationes, & scita dicet Cic. post paulo: Qui summũ bonũ sic instituit. i. ordinat, & ponit, & de meo instituto dicã aliqd. i. mentis pposito, & decreto. Quid inter est inqt Seneca in Epist. inter decreta philosophiæ, atq; pcepta? nisi quod illa gñalia pcepta sont hæc specialia, vtraq; rex pcipit, sed altera in totũ, particulatim altera, honestas actione, decreta pariũt, & pcepta, hoc interest inter decreta philosophiæ, atq; pcepta, quod inter elementa, & mẽbra, hæc ea illis pendẽt, illa hotũ causæ. Necessaria sunt decreta, q̃ dant animis inflexibile iudiciũ. infixi debet persuasio ad totam pertinens vitam, hoc est qd̃ decretũ voco. Qualis, hec persuasio fuerit, talia erunt, q̃ agentur, & cogitabũtur, qualia vero hæc fuerint, talis & vita erit. [Auctoritatẽ] Æstimationem Cratippi, & Athenarũ, vbi exẽpli clarissimorum virorũ in omni gñe virtutis, & laudis claruerunt. [Augere] Ornare, honestare. [Exẽplis] Varijs imaginibus, & quasi exẽplaribus ipsius disciplinarũ. Instruenda est vita exẽplis illustriorib. inqt Seneca, æque pcepta bona, si sæpe tecom sint profutura scias qua si bona exẽpla, longum iter est per præcepta, breue & efficax per exempla venientia ẽ anotis instruit exemplis ait Flacus. [Ad vtilitatem]. i. ad cõmodum, atque cõpendium, & non ad ostentationẽ gloriamq. inanem, vnde monuit Horatius, Vos exẽplaria græca. Nocturna versate manu, versate diorna. [In dicẽdi exercitatione] Meditationibus, cõmentationibus, declamationibus. [Vt par sis] Similis, paremq. habẽs vim, & efficaciam in latina oratione, græcaq. [Facultate] Potestate, quod ego vim appello, dicit Quintilianus, plerique potestatem nõnulli facultatẽ vocãt. [Vt videmur] Vt nos opinamur, sicq. esse nobis psuademus. [Adiumẽtũ] Opẽ, instrm, suppellectilẽ parauimos latinis, vt nostro beneficio eloquẽtiã exercere possint, & philosophiam, q hactenus peregrinari videbatur, sed nos eam Romanam effecimus, ac latijnore donauimus. [Rudes] Omnino expertas. [Aliquãtulũ] Aliquod auxiliũ. [Dicẽdũ] Apte orandũ, atque agendũ in oi gñe causarum, in qbus diu multumq. versati fuimos, & dicendi pcepta tradidimus & formulas, vt fine græcis dictatis munere cõsummati oratoris fungi possint Romani Ciues, & itala pubes. [Ad iudicandũ] via, & rõne philosophandũ cum elegãtia, & copia per formulas topicas, & dialecticas explosis Amafinijs, & simplicissimis Epicureis, q citra artem ac ornatẽ distinctæ orationis, atq; cõcinnæ philosophiã desidem illam, atq; humilẽ nec non probrosam, vtpote in veneris hortis natã, & ocio marcescentẽ, & seplasiarĩã tractauerũt. & mores graues, atq; seueros fregerũt, cõtaminarũtq. proposita voluptatẽ, quã escã vitiorum, vt maximã veri philosophi appellauerũt. Rationes (vt ait Plato) sunt philosophi veritatẽ indagãtis instrumẽta, qbus ad rectũ contendit iudiciũ, & ob ad ars illa, q rõnes continet logice dicta est à græcis, rõnalis vero à nostris, & dialectica. i. diligẽs ratio, via & modus differẽdi, à qua (vt inqoit Boethius) nõ pot abesse indicium, neq;. n. põt quisq diligẽter disserere, nisi iudicauerit quale sit id qd̃ in disputatione sumitur. Q̃ si id differẽdi ordinẽ diligẽtia rõnis adhibetur, non est dubiũ quin hoc iudicio ad inuentionũ varietatem sit accommodatum.

Quamobrem] Igitur inqt Cic. cum iam planum sit magnã esse vtilitatẽ græce, & latine scire, disces philosophiam græcis literis mãdatam, & vtere opinionibus & decreto philosophoru iudicio tuo, dũmodo legas scripta oĩa, & græca cum latinis coniungar. [Et disces quandiu voles, beneuolũ iacit filium, cum ait, da operã græcia literis quandiu voles, sed cũ impendere nimium studiũ in aliqua re vitera q̃ oporteat contra offm sit, corrigit Cic. pmissionẽ dicens, diu debes velle græcis literis, & philosophiæ incũbere, quousq; videbitur tibi non parum pfecisse, sed id esse adeptũ qd̃ tẽpus & ratio expostulat, & sic filiũ hortatur, vt celerrime oĩa, quorũ indiget e fontibus græcorũ hauriat, & ad paternã eloquẽtiam, reip. munera, & administrationẽ contendat, nec diutius illic immoretur & desideat, sed in oculis patriæ, & celebritate viuat, vestigijsq. paternis insistat, quod minime fecit. [Nõ pœnitebit]. i. non paru videbitur, pœnitere a penuria dr auctore Gellio in hac significatione, & ante Cic. vsus fuerat Terent. dicẽs: Me quantũ hic o pis fiat, pœnitet. i. parum vr quod a seruis fit. Tãdiu discendũ est inqt Seneca, quãdiu nescias, si pŭerbio credimus, quãdio viuas, & interrogãti Philedono quoad discipulus esse vellet, rñdit Plato, quoad meliorẽ, atq; peritiorẽ esse nõ pœnitebit, sed pœnitere in his verbis Platonis in aliã significationem, q nota est oibus accipit. [Quoad] quousq; pficias, crescas in ipsis phiæ pceptis. In ora sose sic ait, Quę quacũq; in me sunt me n. ipsum nõ pœnitet q̃ ea sint, sed appatẽt in oĩonibus nris, & Lio. lib. 1. cũ iam virtũ haud pœniteret & in 8. quippe minime pœniteret se virium suatum.

Proficias, procedas in philosophica rõne, quæ est de vita, & moribus, atq; lea vitæ merito dici põt. [Non pœnitebit] Non parũ videbitur, te ipm explorabis inquit, & nemini de te magis q̃ tibi credideris, aciẽ te iudicem tui pfectus cahibe, vt locum potæ nõ relinquas, & nomina pspicias in primis. Turpe siqdem esset spẽ de te iam cõceptam fallere, pdigere vero tẽpus, quo nil est pciosius, turpissimũ, effice igitur vt vitæ ratio sob doctore celeberrimo, & Athenis tibi cõstet. Turpissima est iactura dicit Seneca, q̃ p negligẽtiam fit, & si volueris attendere, maxima pars vitæ elabitur male agẽtibus, magna nihil agẽtibus, tota vita aliud agentibus. Quẽ mihi dabis, q aliquod precium tpi ponat, q diem æstimet, oĩa aliena sunt, tempus tm nostrum est. Quemadmodum flu dere oibus annis honestum est, ita non oibus initiũ turpis, & ridicula res est elemẽtarius senex. moenĩ parendũ est, senj vtendũ.

Nostra] Quæ nos in philosophia scriomus. [Non multũ dis. à Peripateticis] Nõ multum dissimilia à pceptis Peripateticorũ, qbus nunc dãs operã sub Cratippo, & h. d. vt ostendat se voluisse in philosophia mitari Stoicos, Peripateticos, & Academicos ea libertate, quam hic oout Academici, quorũ decretũ Cic. sectatus est, vt in omni ope Academicũ seruat decorũ, variosq. mutar q̃ coiores, cũ liber esset Academicus, & in nullius magistri uerba iurasset. Carneade quo more latius vagaret & decurreret felicissime. Nã libris de finib. bono & malo morę Academicorũ pbabilia defendẽs totus est Peripateticus, imao Peripateticorũ disciplinã ita laudat, vt alias reijcere videat, sic. n. introducit Pisonẽ decentẽ. Relinqtur hæc sola disciplina digna studiosis ingenuarum artiũ, digna eruditis, digna claris viris, digna principibus, digna regib. In Tusculanis disputationibus, & Paradoxis est totus Stoicus, temouetq. ab hoie affectus, quos, vt dictat ipsa recta rõ, probat Arist. & Academici, & dicit beatã vitam descensaram in tauro Phalaridis & tenẽs positiones Stoicorũ, & admirabiles opiniões, quæ paradoxa appellantur, interdũ nihil affirmat, sed disputat in vtraque partẽ, vt Socrates, q ita disputabat, vt nihil affirmaret, ipse refelleret alios, & nihil se scire diceret, nisi idipsum qd̃ sciret se nihil scire, ob eamq. causam ab Apolline sapiẽtissimus iudicatus est, q̃ hæc esset vna sapiẽtia non arbitrari sese scire q̃ nesciat. Et post Socratẽ Plato, à quo Academici eundẽ disputandi modũ tenuerũt, quẽ Cic. probauit & tenuit, cũ videatur esse sine arrogantia id disputãdi genus secutus est, quapp in 2. de Diu. dicit, cũ aũe pprium sit Academiæ iudiciũ suom nullum interponere, ea pbare, quæ simillimas veri videãtur conserre causas, & qd in q̃q sententiam dici possit exprimere, nulla adhibita sua auctoritate iudiciom audiẽtiom relinquere, integrũ & liberum tenebimos, hanc cõsuetudioẽm à Socrate traditã, eaq. inter nos si tibi Q. frater vi debitur, q̃ sæpissime vtemur. [Q̃m vtrique] Affert rõnem, quare hæc, quæ nunc scribit imitato Stoicos, & non multũ dissident à dogmate Peripateticorũ Ciceroni filio legẽda sint, q̃m vtriqne, in quit voluimus pbabilia sequi, & nos Academici, & nos Peripatetici, qbus nunc das operã, vtiq; inqt, eosdem doctores sectamur, & Socratis, atq; Platonis opiniones amplectimur, inter Stoicos, Peripateticos, & Academicos potius in vocabulis q̃ in re differẽtia erat. Vnde dicit Piso apud Cic. lib. 5. de finib. Stoici restant, hi quidem

quidē non vnam, aut alterā à nobis, sed totā ad se nostrā philosophiā transtulerūt, atq; vt reliq fures earū rerū, quas ceperunt signa cōmutant, sic illi vt nr̃is sententijs pro suis vterentur, noia tanq̄ rerū notas mutauerunt, ergo inqt. [Qm̄ vtriq;).i. nos Academici q probabilia seqmur, & Peripatetici, q ēt Socratem sectantur, & Platonē, Aristotelis Peripateticorū principis doctorē. [Volumus esse Socratici).i. volumus tenere opiniones ipsius Socratis, q in sola virtute summū bonū posuit, & oēs bonos beatos esse, & improbos miseros dicebat. Has opiniones Stoici, à Stoa porticu denominati, accipiēter fecere suā disciplinā, & dogma. quorū princeps fuit Zeno Polemonis Academici auditor, subtilissim᷒ disputator, q Academicā disciplinā corrigere ausus est. Nā oia quæ ad beatā vitā ptinerent in vna virtute posuit. nec qcq̄ aliud numerauit in bonis, idq. appellauit honestū, quod esset simplex quoddā, & solū, & vnū bonū, cetera vero, & si nec bona, nec mala essent, tñ alia secūdum naturā dicebat, alia naturæ contraria, & his ipsis interiecta quædā & media numerabat. Vnde dicit volum᷒ esse Socratici, & sic intelligit Cic. voluisse opiniones Stoicorū tenere, qm̄ erant pbabiles, & eas ipse in nōnullis locis tuet, & veras esse ostēdit. in Paradoxis ait: Hoc. scripsi libētius, q mihi ista paradoxa, q̄ appellant, maxime vr̃ esse Socratica, lōgeq. verissima. & alibi dicit, Socrates isto modo disputabat bene hercule narras, nam istū doctū, & sapiētem virū fuisse memoriæ traditū est, nam à rebus occultis, & ipsa natura inuolutis in qbus ante eū philosophi occupati fuerūt, constat auocauisse philosophiā. & ad vitā cōem adduxisse, vt de virtutibus, & vitijs, oīnoq. de bonis rebus & malis quæreret. cœlestia aūt vel pcul esse à naturæ cognitione cēseret, vel si maxime cognita essent, nihil tñ ad bene viuendū pferre. Ex disputationib. Socratis oēs sectæ manarūt. Socrates nihil scriptū reliqt. Sed oia, de qbus disputauit, ab eius auditoribus Platone, & Xenophōte eloquētissimis, celebrata sunt, & mandata literis. Et subiūgit. [Volumus esse Platonici).i. tenere volumus vtrique opiniones Platonis. Nā Plato Socratis discipulus pfectissimā disciplinā reliqt Academicorū, & Peripateticorū, à qbus Stoici magis verbis, q̄ sententijs dissenserūt. Nam à Platone vna & cōsentiēs (vt idē primo Academico, ad M. Varronē) duobus vocabulis philosophiæ forma instituta est, Academicorū & Peripateticorū, q rebus congruētes, nominibus differebant, qppe cū Speusippū sororis filium Plato philosophię quasi hæredē reliqsset, duos vero pstantissimus studio, se doctrina Xenocratē Chalcedoniū, & Arist. Stagiritem, q erant cū Arist. Peripatetici dicti sunt, q a disputabant inambulātes in lyceo gymnasio. Speusippus aūt & Xenocrates, q primi Platonis rōnem, auctoritatemq. suscepērāt, & post eos Palemo, & Crates, vnaq. Crator in Academia cōgregati alio Gymnasio ab Academo quondā heroe denominato (vt scribit Laertius) Academici appellati sunt, sed cōis erat ratio bonorū & malorū inter vtrosq;. Nā ois illa antiqua philosophia sensit in vna virtute positā esse beatā vitam non tñ beatissimā, nisi adiungerētur bona corporis, & fortunæ ad virtutis vsum idonea Stoici bona corporis p se assumēda esse dicebant, sed nō adiungebāt ad finem bonorū. Vnde cū nulla esset inter veteres Academicos, quos Cic. in officialibus libris imitabat, & peripateticos qbus Cicero filius operā dabat dr̃ia, dicit volumus esse Socratici, & platonici. Et sic rūdet tacitæ obiectioni, potuisset. n. dicere filius, nō sunt mihi legēda pater quæ scribis in philosophia, vt Academicus, & pbabilia defendēs in diem viuis, itaq; nūc stoicos tenes, nūc platonicos, nūc aristotelicos. Nos aūt certum dogma habemus, & disciplinam, & doctore vtor Cratippo peripatetico, ideo dicit non multū dissidētia. Adde ēt, q peripateticorū, & stoicorū, quos in his officijs Cic. potissimū seqtur, via pceptionis, & doctrinæ fere eadē est. Stoici dant pcepta de officijs, qbus hoiem ad virtutē instituunt, & felicitatē, officiumq. perfectū, quod pertinet ad finē bonorū. In officio. n. perfecto, quod ois numeros habet, & in solū sapientem cadit, finis bonorū cōsistit, & humana felicitas. Istud perfectum offm̄ appellatur à Stoicis honestū, officia vero, quæ cadunt sub præceptis media, & cōia, quasi secunda quædam honesta nominant, de qbus potest reddi certa ratio, vt sunt hæc, quæ Cic. tractat. hoc idem faciunt peripatetici, quāuis vtantur alijs noibus: Aristoteles. n. peripateticorū princeps, dicit summum bonum humanū consistere in actione virtutis in vita perfecta, actiones aūt officia sunt. offm̄. n. nil aliud q̄ conueniēs actio. & cum dicit in vita perfecta, ostendit nō in quacunque actione licet studiosa, sed in illa, quæ ab habitu virtutis proficiscitur, summū bonum consistere. Vna. n. hirundo, inqt, non facit ver, sic vna actio cum virtute non facit hoiem felicem hunc virtutis habitū, & perfectam actionem Stoici appellant honestum, ergo potius nominibus differunt, q̄ ordine, & via pceptionis. Volunt enim Stoici medijs officijs puenire ad illud honestū, quod ipsi appellāt & Peripatetici dūt studiosis actionib᷒ puenitri ad virtutē cui Stoici nomē imposuerūt, honestum, actiones vero studiosas appellāt officia. Dicit igr̄ Cicero: Poteris vti dogmate, & pceptis horū philosophorū, vt tibi videbitur, q in virtute summum bonū cōstituerūt, cuicunq; sectę adhęseris mihi placebit, & quodcunq; decretū sectaberis gratū erit, qm̄ vtriq; volumus tenere opiniones, Socratis, & Platonis, q de summo bono optime senserūt. Cauendū est tibi, inqt, ab alijs, q in fine constituendo errauerūt. ergo cū inter has tres philosophorū disciplinas nulla fere differentia sit, de ipsis opinionibus vtere iudicio tuo. i. poteris sequi id qđ tibi videbitur, modo nō discedas ab Academicis, Peripateticis, & Stoicis. In 3. lib. ita filiū alloquitur. Sic ego à te postulo, vt mihi cōcedas si potes, nihil pter id, q honestū sit, esse p se expetendū. si hoc nō licet pp Cratippū, at illud certe dabis, q honestum sit, id esse p se maxime expetendū, mihi vtrū vis satis est, & tū hoc, tū illud probabilius vr̃, nec præterea quidq̄ probabile. Clarum igitur est Ciceronem voluisse esse vniuersalē in philosophia, nec alicui sectæ addictum. sed vtrūque dogma pbasse, nec laborasse filium ad aliq̄ disciplinā ita traducere, vt alias reijceret. permisit. n. illius iudicio vti opinionibus philosophātiū, cum nulla fere inter ipsos differētia esset. [De rebus ipsis) opinionibus, & decretis philosophorū. non inqt, te addicam alicui sectæ, poteris vti iudicio tuo, & integrū, liberumq. tibi est, quod institutū sequi velis. [Vtere) vteris, & sic beneuolum reddit filiū. In vltima Tusculana sic dicit Cicero: Tu qdē tabellis obsignatis agis mecum, & testificaris, qđ dixerim aliqn̄, aut scripserim cum alijs istu modo, q legibus impositis disputāt. Nos in diē viuimus, quodcunq; nostros aīos probabilitate percussit id dicimus, itaque soli sumus liberi. [Orōnē āt latinā, nunc filium hortatur, vt sua scripta legat, qbus orationem latinā poterit vberrimam facere. locus est ab vtili. [Legēdis nostris. legendo nostra. Sic apud Liuium, his audiēdis, credēdisq; .i. audiendo & credēdo. [Pleniorem) copiosiorē vberioremq;, captat beneuolentiā à re ipsa, & persona sua. [Nec vero) vult Cicero ostēdere quare legēdo sua filius efficiet orōnē latinā pleniorē, qm̄ inqt in arte dicendi ętatē cōsumpsi meā vt iure possim mihi assumere, qđ propriū est oratoris, philosophiā, concedo multis, me aūt oratorē profiteor. Cicero. n. (auctore Fabio) cū se ad imitationē græcorū cōtulisset. vim Demosthenis, copiam Platonis, & suauitē Isocratis affinxit. Nec vero inqt, quod in vno quoque optimū fuit cōsecutus est tm̄, sed plurimas vel potius ex seipso virtutes exiulit immortalis ingenij felicissima ubertas. Non. n. (vt ait Pindarus) aquas collegit, sed viuo gurgite exūdat dono quodā prouidētiæ genitus, in quo totas uires suas eloquētiā experiretur. Platonem in primis admiratus est Cicero & acumine sniarū, summa, multipliciq. doctrina, & grāditate verborū, orationisq. sublimitate, q̄ media est inter carmen & solutā orationem.

Stoici unde dicti.

Peripatetici unde.

Virtutis habitus à Stoicis quo appelletur.

Nostra hæc pcepta, & officiales formulas, Stoico decreto in primis cōsentaneas, lr̃is à nobis mādatas, ea libertate, quā recētior nobis pbet Academia, cuius rationē differendi profitemur, & pbabilia oi disciplina citra pertinaciam, defendimus. [Non multū dissidentia) parū uel nihil potius discrepantia ab institutis Peripateticis, atque ammonitionibus, uerbis potius q̄ re. i. snia, & decreto uōr dissentire, ut in libris de finibus pbatum est. [Vtriq;) uos, q in hac qōne sequimur Stoicos, & uos Peripatetici, quorū scita habent Socratem primum auctorē, & quasi fontē, è quo riuuli ueterum Academicorū. i. Platonicæ familiæ, atque Aristotelicæ, nec nō Stoicæ defluxerunt, Stoica si qdem Paradoxa sunt Socratica, & solam uirtutem satis esse ad bene beateq. uiuendū Socrates decreuit, quod Stoici seligentes proprium dogma constituerunt. [De rebus ipsis) sentētijs, opinionibus, & placitis integrum inquit, tibi sit eligere, quod libuerit è classicis philosophis caue modo, ne ad Aristippum dilabaris, & Epicurum, quorum decretum in ganeis, lustris, atq; sinu meretricis natū est. [Legēdis nostris) Dum leguntur nostra, siue legendo nostra eleganter, & distincte descripta. [Pleniorem) Vndique copiosam, & floridā.

Arrogantet) arrogās is est, qui sibi aliqua attribuit pter veritatē & laudē, quā non meretur. Arrogās (inqt philosophus in Ethicis.) pclara, & ea quæ nō insunt, & maiora, q̄ insint, ubi fingit, dissimulatur aūt, aut inesse sibi negat, aut imminuit, ambo inqt uituperādi sunt, sed arrogās magis. [Velim) p uolo. i. nolo putent me esse arrogantē, cum mihi assumā id, quod pertinet ad bonū oratorē. [Cōcedēs). i. cū ingenue fatear, multos esse in philosophia me doctiores, sed in arte dicēdi primū locū mihi uendico. [Philosophādi sciētiā). i. ipsam philosophiā, & sciētiā rerum, nā scientia est p quā cognoscimus res per causas suas, & principia, estq. habitus demonstratiuus. [Multis) dixit non omnibus. Nam

Arrogās quis & qs dissimulator.

& Cic.egregie philoſophatus eſt, & oīt fere locos graues tracta
uit,ſed h.d.ut deuitet arrogantiã.fuit.n.apud latinos,tam in arte
dicendi,q̃ in philoſophia eminētiſſimus. Nec potuit aliq̇s in ſin-
gulis rebus, nō ſolū in oībus illius magnitudinē aſſeq. (Qđ' eſt)
Qđ' ptinet ad bonum oratorē. Apte dicere eſt ex arte,& polite,
loq datur à natura,eloq ab arte,inde eloquentia dr̄, q̃ ab eloquē
tia differi. Apte dicit is,q res ipſas,verba,& actionem accōmodat
tpi,& perſonis ſcitē. ſeruare id qđ' decet in quacunque materia,
& quocunque tpe,& apud qoos orandum ſit. Hic locus à philo-
ſophis tractatur vberrime,q de decoro præcipiunt. Apte dicere
putat Cic.eſſe quartā virtutē elocutionis lib.3 de Orat.tractans
hunc locū,dicit,nō omni cauſſæ,neque auditori,neq; pſonæ ne-
que tpi cōgruere orationis enū genus. Apte igitur dicere eſt de-
cēter,& vt circūſtantiæ poſtulāt dicere. Nam (vt inqt Fab.) nec
iocis lacrymas,vbi opus erit miſeratione,ſiccabimus. Vnde vidē
dum eſt qd dicas,&qd quoqoe loco dicendū ſit,& apte dicere nō
tm̄ debet ad elocutionē referri,ſed ēt ad inuentionem. Nā ſi ver-
ba apte diſpoſita magnum hñt momētum, multo magis res ipſæ
inueniēdæ,de qbus dicturi ſumus. Illud,inqt Fabius,diligētius di
cendū eſt cum demū apte dicere, q nō ſolum quod expediat, ſed
etiā quod deceat inſpexerit. Aliud genos dicēdi grauitas ſenato-
ria expoſcit,aliud aura popularis. Tēpus quoque ac locus egent
obſeruatione ꝓpria,nā & tempus tū triſte,tum liberū,tum angu
ſtū eſt. [Diſtincte) Vt oia in oratione loco collocētur ſuo,& di-
ſtincta ſint traſlationibus,& figuris, quæ orationē exornant: ſin
apte collocētur ſic diſtincte dicere ad diſpoſitionē refertur. [Or
nate) Ad elocutionē. Quinque ſunt partes Rhetorices,inuētio,
diſpoſitio,elocutio, ꝓnunciatio,& memoria. Tres dūtaxat Cic.
ponit, q maxime cōſiſtunt in arte, ꝓnunciatio aūt,&memoria,
in natura,ſic Plato memoriā,& celeritatē ad diſcendū naturæ tri
buit,& idē Cic.lib.5.de fin.dicit. Virtutū quaſdam natura ingene
rati,vt eſt docilitas,& memoria,quæ fere oia appellant vno inge
nij nomine,eaſq́ virtutes,q hñt ingenioſi vocatur. Et Fab.lib.8.
ſcribit: Oēm orationem cōſtare rebus,& verbis. In rebus intuē-
dā eſſe inuentionem, in verbis elocutionē,in vtraq; collocatio-
nē,quæ memoria cōplecteretur,actio cōmendaret. Ergo apte di-
cit,is q ſcit res adinuenire ſecūdum dr̄am cauſarum,perſonarū,
& locoꝝ. Diſtincte dicit,q oia bene locat in oratione, & exorna
tionibus variat,atq; diſtinguit,nā diſpoſitio docet qd quoquo lo
co collocandum ſit. non ſemp eodē modo ſit ſed,vt materia quæ
tractat,poſtulat. Ornate dicit,q verbis puris,& latinis vtitur,&
ab omni vitio remotis,& niſi accedat ornatus,perijt inuētio,& di
ſpoſitio. Nā delectatio ꝓprias habet partes in elocutione q̃uia
& in alijs ſit. Vnde Cic.inuētionem,ac diſpoſitionē prudētis hois
eſſe putat,eloquētiam vero oratoris. Eloqui.n.inqt Fab. eſt oia
quæ mēte conceperis ꝓmere atque ad audiendū proferre: ſine
quo ſemp vacua ſunt ꝓpria,& ſimilia gladio cōdito,atque intra
vaginā ſuam hærenti. Hoc itaque maxime docetur.hoc nullus oī
ſi arte aſſequi poteſt. Vnde M.Antonius,à quo mediocris orator
apud Cic.in oratorijs libris inſtituitur, ait à ſe diſertos viſos eſſe
multos,eloquētem vero neminē. Diſertos putat dicere quę opor
quod vsui possit esse, tollendũ id non est, est aũt eius gñis actio quoque quędam, & qdem talis, vt ratio postulet aliquid agere, & facere eorum. quod aũt rõne factum sit, id officium appellamus. Est igitur officium eius gñis, quod neque in bonis ponatur, neq; in contrarijs, hæc Cic. Seneca Stoicæ disciplinę addictus nihil bonum asserens præter virtutem, dicit: Non statim bonum est, si qd necessarium est, ac proijcimus, si hoc nomen pani, & polentæ damus, & ceteris sine qbus vita non ducitur. Quod bonum est, vtique necessarium est, quod aũt necessarium est, non vtique bonũ. Quoniam quędam necessaria sunt, & eadem vilissima, nemo eousq; dignitatẽ boni ignorat, vt illud ad hęc in diẽ vtilia dimittet.

FRAN. MAT.

O Mnis de officio &c.) Nũc officium diffinit, per diuisionẽ eius generum. Genera aũt Cic. pro qualitatibus more suo accipit, dicit itaq; duas eius species esse, alteram quæ finem respicit, alterã quæ in pceptis posita est. (Finem bono.) Eum quærimus qs sit bonorum finis, pp quem aliqd agimus, & ad quem aliqua nostra operatio refertur. Multi qdem fines sunt vt multi sunt actus, & artes & scientiæ. Nam (vt ait Arist.) omnis ars, oisq; doctrina, similiter autem actus & electio bonum quoddam expetere vĩr. Medicinæ finis est sanitas: Nauiculariæ nauigium: Rei militaris victoria: Oeconomicæ diuitię: Sed multi fines sub vno aliquo supremo consistunt, sicut ars frænorum faciendorum, & ceteræ quæ ad structuram equorum pertinent sub equestri consistunt, ipsa vero & omnis bellica actio sub re militari, res militaris finem habet victoriam, & eodẽ modo aliæ artes sub a e s sunt. fines vero qui magis principes, sunt omnibus in rebus finibus anteponuntur inferioribus. Sicuti victoria ceteris operationum finibus, q̃ eam pcedunt, scientiæ item ciuiles, quæ quas disciplinas in ciuitatibus esse, quales quẽque addiscere, & quousque oportet, disponit. Subsunt res militares, œconomica, rhetorica, atque aliæ scientiæ. Eadẽ lex fere quid agere qsque, à quoque abstinere debeat, cõstituit, itaque eius finis aliarum fines continet. Est aũt summum humanum bonum, ipsa tñ bonum afficiat, quod est oium agibilium supremum. & hoc felicitas est. Sed Cic. non de oium rerum supremis finibus loquitur, sed de particularibus honesti, & eoꝝ operationibus dũtaxat, cum dicit duas de officio esse qõnes, alteram quæ ad finem bonorum spectat, alteram quæ posita est in præceptis, qbus cõis vita instituitur, vt cum quęritur qd sit prudentia, qd iustitia, qd fortitudo, qd temperantia, qd vtilitas, qd honestas, ad bonorum finem qõ spectat. Cum vero quæritur qua ratione hæc, vel illa pars iustitiæ tractari debeat, qd in hac, qd in illa re fieri, qd ab hoc, qd ab illo secundũm quamuis honesti partem agi, aliud .n. iuuenem, aliud senem, aliud virum, aliud fœminam decet, aliud magistratum, aliud priuatum, Quęstio in præceptis posita est, quæ ad operationes & vitæ actiones pertinet. In nulla aũt humana re tanta certitudo est, quanta in operationibus secundũ virtutem, quæ stabiliores quam scientiæ videntur esse, vt ait Aristoteles. Nam quid agendum in quaque re sit secundum honestatem ostenduot. (Vsus vitæ) Quod hominũ exigit & postulat vita. (Cõformari) Stabilis in bona actione ɔstansq; reddi. (Omnia ne officia &c.) Vt prudẽtiæ officiũ est ratione quadam delectum hẽre bonoꝝ & malorum. Iustitiæ, suum cuiq; pro dignitate tribuere. Fortitudinis, res magnas appetere, humiles contẽnere, & labores cum vtilitatis rõne perpeti. Temperãtię, libidinẽ, atque alios non rectos impetus animi rõne moderari, & seruari in rebus oibus modum, quęritur num ij fines pfecti sint, & nũ finis iustitiæ maior sit fine prudentiæ, & tẽperantiæ, sicut est re vera. Nã plus est suũ cuiq; tribuere, q̃ bona à malis discernere, & tẽperantem in oi vitæ actione esse, quod vnum tm̃, aut certe paucis prodest, cum illud plurimis. Bonus aũt tanto maius est, quãto latius patet, oẽs qdem perfecti sunt, sed alius alio maior est & dignior. Quæritur item, num officium vtilitatis pfectum sit, & dr perfectum esse, si modo vtilitas, quam sequi studeamus, seiuncta ab honestate non fuerit. Num pudicitia Lucretiæ quæ metu famæ Sexto Tarquinio succubuit, perfecta fuerit. Et perfecta qdem fuit, nihil .n. mens peccauit, & coacta violari passa est. Eadem tñ cum se occidit nullo modo seruauit officium non .n. probabili causa fecit. qd .n. ad eam infamiam pertinebat? cum sibi conscia pudicitiæ seruatæ esset, quantum in ipsa fuit. Nunqd vt cum virtus cum virtute confertur, & vere dignior, & vtilior sit quęritur. (Quorum aũt of.) quæ, inqt, officia vitam & mores instruunt, & in præceptis posita sunt, spectant qdem ad finem bonoꝝ. Sed cum ea traduntur finis ille minus est euidens. exempli gratia, docetur quispiam, quõ alium in contrahendo vel emendo, vel vendendo decipere possit, & ne id faciat, admonet. hoc officiũ finem habet honestatem, q̃ iubet ne turpe aliqd faciamus. Sed dũ præcipimus, vltimus finis, quem dixi minus apparet, qm̃ de eo non loquimur, nec .n. omnino consideramus, sed viam potius & rationem recte agendi respicimus. Cum vero, dicitur non esse cuipiam iniuriam faciendam, non esse quenquam decipiendum, qm̃ contra honestatem sit hic finis tangitur, qa illud cum nosemus, statim consideremus oportet. Sed non idẽ accidit cum pcepta aliqua tradimus recte agẽdi, quõ aliquid fieri, vel non fieri debeat, nihil .n. de fine loquimur. Ideoq; ille minus euidens est. (Institutionem ui. c.) Qm̃ vitam hominum instituunt. Cõem aũt vitam quotidianam oium ſm rectitudinem & decoꝝ viuendi consuetudinem intelligit. (De quibus) De officijs .n. solũ modo tractat, quæ in præceptis posita sunt, & vitam instruunt qd faciendum. & non faciendum sit in omni negocio præscribenda. (His libris) De officijs, qui sunt tres. (Atque etiam &c.) Hic apte ostendit Cic. qualis hæc officij descriptio sit cum aliam eius dicit esse diuisionem. Sed quõ exoritur, quæ facile tñ soluitur, quõ vnius rei plures sunt diffinitiones, siue descriptiones per diuisionem, rñdetur res multas esse, quaꝝ vna est substantia. & plura sunt accñа, si ſm substantiam res diffinitur illa propria & vera diffinitio est, vt homo est animal rõnale mortale. Et homini accidit qualitas, ut si albus, pñe & aliæ accidere multæ, vt sit bonus, malus, robustus, imbecillis. Non est igitur vitium, si alia atque alia diuersarum qualitatum fiat diuisio, quod circa substantiam fieri non potest, ſm quam (vt diximus) vna est duntaxat diffinitio. Fit igitur duplex officij diuisio, quaꝝ vtraque duplicẽ eius complectitur qualitatem. (Perfectum aũt &c.) Id perfectũ offm̃ inquit esse quod cum honesto conuertitur. Si perfectum, ergo rectum & contra, vt stoici disputabant. Quidquid honestum id perfectum, & nihil perfectum, quod non honestum, dicentes catorthoma opus virtutis .i. rectum signat. est .n. catorthoo egregie, & cum virtute aliquid facio, & catorthosis correctio. Hoc autem cõe officium cathecon vocant. primus omnium sic appellauit Zeno Atticus, auct. Laërt. Erat aũt deprauatus locus hic, græca dictione quæ est cathecon, subducta, quæ in probatæ fidei codice à me est reperta. (Sic diffiniunt) Sic loquit, Stoici cathecon diffiniunt vt nihil rectum velint intelligi quod idem perfectũ non sit. Exempli gratia, Clam apud te quispiã pecuniam deposuit, repetenti restituis, officio fungeris recto, quod si rectum est, pfectum est. Infertur patriæ bellum, obijcis te pro eius salute periculis, hostea repellis, patriam à perturbatione liberas, fungeris item officio perfecto. Potes circũuenire, quempiam emendo, conducẽdo, locando, & aliquid huiusmodi contrahendo, non facis, rectum & perfectum tuum habetur officium, quod si tuæ vtilitatis gratia faceres, vehementissime peccares. (Medium officium) Hoc officiũ non penitus honestum & perfectum vr̃ esse, cur tñ factũ sit, ratio probabilis reddi potest. Exempli gratia: Deponit aliqs apud amicum pecunias, efficitur idẽ postea patriæ hostis, repetit pecunias, denegat amicus, cognoscit .o. obfuturum patriæ plurimum, si eas reddiderit, accusatur quod depositum non restituat, se excusat & rõnali vtitur causa, hoc ideo facio, qa inutile & damnosum fore patriæ si reddatur, intelligo. Timoleon Corinthius Timophanẽ fratrem ducẽ à Corinthis delectũ, cũ p milites mercẽnarios tyrãnidem occupasset, cuius particeps esse noluerat, interficiendũ curauit, huius offm̃ mediũ fuit: nã cur id fecisse rõnabilẽ cãm attulit, q̃ legibus patriæ paruerit, & suoꝝ ciuium libertati cõsuluerit.

ASCEN.

O Mnis de officio) Ponit diuisionem officij duplicem, quarum prior est officiorum, alterum pertinet ad finem bonorũ .i. ad speculationem, qua inquiritur quid summum sit, alterum ad præcepta, quibus præcipitur quõ officium exercebitur, & de hoc hic principaliter agetur. secunda diuisio est: Officiorum alterũ perfectum & animo rectum, de quo dubitari nõ contingit, alterum medium .i. in probabili consistens. Ordo est: Omnis quæstio .i. inquisitio de officijs est duplex, vnum genus officiorum supp. est, quod pertinet ad finem bonorum .i. ad inquisitionem de summo bono. Alterum supple est quod positum est in præceptis. Quibus sup. præceptis: Vsus vitæ .i. vsualis vita possit confirmari .i. stabiliri & approbari in omnes partes .i. ad quamlibet partem vitæ amplexandam, aut refutandam. Exempla generis superioris .i. prioris, videlicet eius, quo inquiritur quid summum bonum, sunt huiusmodi. Ne pro an, omnia officia sunt perfecta, & nunquid aliud officium sit maius alio, & sup. omnia ea quę sunt eiusdem generi .i. modi & naturæ. Autem pro sed, q̃q̃ ea officia, quorum officiorum præcepta traduntur, pertinent ad finem bonoꝝ .i. ad summum bonum (præcepta .n. præsupponunt inquisitionem de summo bono) nihil .n. rite præcipitur, quod non in summum bonum ordinetur, nec potest tale præcipere qui nescit quid summum bonum sit, tamen id, videlicet q̃ ad finem bonorum pertineant, minus .i. non apparet, vel minus q̃ de alijs, quia videntur

Oeconomica rhetorica et aliae scientiae.

Virtus vtilitatis officium sit perfectum.

Inter perfectum officium & medium.

magis ſpectare ad inſtitutionem cōis uitæ, de quibus ſup. officijs ad præcepta pertineutibus eaplicandum eſt nobis.i.mihi .ſ. Cic. in his.i.meis libris. Atque pro &, eſt ēt alia diuiſio officij . nam dī &.i ēt, quoddam offm medium i.in probabili conſiſtens . &, ſup. quoddam perfectum, de quo.ſ.dubitari non contingit. Ego autē opinor ꝙ ſuperuocemus.i.appellemus, offm perfectum, officium ſup.rectum, quod officium perfectum & rectum græci diffiniunt .i.deſcribunt, diffinitione iudicante quid nominis catorthoma.i. recta affectio, ſiue rectum officium . nam officium dicitur, quaſi efficium.i.affectio. autem pro ſed, ipſi vocant hoc.ſ.officium medium cōe.i.quaſi omnibus conueniens. Atque ipſi ſup.Græci diffiniont ea ſup.officia iam dicta .ſ. rectum & medium, vt diffiniant id officium eſſe perfectum quod ſit rectum. Autem pro ſed, ipſi dicunt, id officium eſſe medium, quod.i.de quo, cur ſit factum poteſt ratio probabilis reddi.

Officium quaſi efficium dicitur.

DOCT. *interpr.*

IN præceptis &c.) Sicut medicina dupliciter tractatur, nā aut methodicos cauſæ verborum eacutiuntur & remediorum, aut tm̄ præcepta ſanitatis, aut remedia traduntur, quod ſæpe ſolent aniculæ imperitæ cauſatum, ita de Officijs biſariam ſcribitur. Nam aut natura hominis, & finis bonorum methodicos inquiritur, aut parænéſes tm̄ traduntur, ſiue diſputatione accuratiore de natura hominis, & de bonis, vt ſunt præcepta Phocylidis, aut Theognidis, aot quæ dr̄ Catonis. Hoc modo Cic. profitetur hic ſe præcepta congeſſiſſe. [Quod Græci κατόρθωμα;] Catorthoma perfectum officium eſt, & negabant vllum factum eſſe cuiuſquam tale. Medium vero officium tribuebant mediocribus & ciuilibus viris, quare hic περὶ κατόρθωματος nihil diſputat, quæ tantum diſputando imaginamur, ſicut perfectum oratorem, aut alias ſpecies in artibus.

ARGVMENTVM.

Quæ in deligendis rebus deliberandi ratio.

TRIPLEX igitur eſt, vt Panætio uidetur, conſilij capiendi deliberatio. Nam, honeſtū ne factu ſit, an turpe, dubitant; id quod in deliberationē cadit. in quo conſiderando, ſæpe animi in contrarias ſententias diſtrahuntur. Tum autem inquirunt, aut conſultant ad vitæ cōmoditatem, iucunditatemq́, ad facultates rerum, atque copias, ad opes, ad potētiam, quibus & ſe poſſint iuuare, & ſuos, conducat id, necne, de quo deliberant: quæ deliberatio omnis in rationē vtilitatis cadit. Tertium dubitandi genus eſt, cum pugnare videtur cum honeſto id, quod videtur eſſe vtile. cum enim vtilitas ad ſe rapere, honeſtas contra reuocare ad ſe videtur; fit, vt diſtrahatur deliberando animus, afferatq́ ancipitem curam cogitandi. Hac diuiſione, cum præterire aliquid maximum vitium in diuidendo ſit, duo prætermiſſa ſunt. nec .n. ſolum, vtrum honeſtū, an turpe ſit, deliberari ſolet; ſed etiam, duobus propoſitis honeſtis, vtrum honeſtius; itemq́., duobus propoſitis vtilibus, vtrum vtilius. ita, quam ille triplicem putauit eſſe rationem, in quinque partes diſtribui debere reperitur. primū igitur eſt de honeſto, ſed dupliciter; tum pari ratione de vtili, poſt de comparatione eorum diſſerendum.

PETR. MARS.

TRIPLEX eſt igitur,) Panætius quem Cic. imitatur, triplicem putauit eſſe conſilij capiendi deliberationem. Nam prius conſultamus, an ſit honeſtū id, de qoo futura eſt deliberatio. Inde, an ſit vtile. Demum, an aliqua repugnantia ſit inter utile, & honeſtum. [Deliberatio) Prius inquirimus, inde cōſultamus, poſtea eligimus. Cūſultamos de rebus indeterminatis, & quę pn̄t aliter ſe hr̄e, conſultamus de his rebus agendis, q̄ in noſtra ſunt ptāte. Nam conſultatio verſatur in his, quę plerunque fieri pn̄t, conſultamus nou de finibus ſed de his, q̄ ad fines ipſos perducunt. omnis conſultatio eſt inquiſitio, ſed non oīs inquiſitio eſt conſultatio, q̄ppe multa inq̄rimus, de q̄bus non conſulramus, electio cū rōne eſt, atque mente, q̄a præſupponit habitum, aut bonum, aut malum, bonum.n.aut malū eligere poſſumus, eligibile illud eſt, quod in cōſultatione præferimus. oīs electio eſt conſultatio, ſed non oīs conſultatio electio eſt. Poſſumus.n. aliq̄ñ conſultare, & nō eligere, aut deliberare. [Factu.) Dū ſit, & vt ſiat. [Cadit in deliberationē).i. de quo hoies ſolent cōſultare, & deliberare. [Cōſiderando) diligenter inſpiciendo q̄d ſit honeſtum, aut turpe. [Diſtrahuntur) In diuerſas ſnias trahūtur. nam diſtrahi eſt in varias ſnias & occupationes trahi. & maxime refertur ad aium. [Contrarias) Inuicem oppoſitas. [Tum aūt inq̄runt) Hæc eſt ſecunda pars, qua quæritur, an ſit vtile id, quod eſt agendum. [Inq̄runt) ſubtiliter inueſtigant, & conſultant. [Cōmoditatem) Vtilitatē, lucra. [Iucunditatem) Oblectationē animi, vt erigere theatra, celebrare ludos, porticus ad tēpus extruere, nemora excolere, & cetera id genus. [Ad facultates reꝝ) Abundantiam, & reꝝ poſſibilitatē. Facultas eſt ea vis & potētia, qua facere, & agere poſſumus. [Copias) Reꝝ affluentiam. Copia interdum ſignificat multitudinē minorē in exercitu. Sic apud Virg. Quæ ſit me circū copia luſtro. Copiæ, totū exercitum. Vnde in aciē copias eduxit, Liuius inq̄t. & copia, ſiue copiæ ſigñat reꝝ abundantiam. [Ad potentiā) vt ſint potentes, & factioſi, ac principes in ciuitate, & vt habeant magnā clientelam, & ea uia, q̄bus ſe, & ſuos defendant, vt vult natura, illos.n.tueri debent. [Conducat) Vtile ſit. [In rationem vtilitatis) Nam hæc oīa ad vtilitatem ſpectant, & tendunt. [Cadit) Venit, & continet vtilitatem, de qua conſultatur. [In rōnē) ſupputationem, & numerum. [Tertium) Hæc eſt tertia pars, & rō dubitandi in ipſis deliberationibus. [Id, quod vr̄ eſſe utile) Vr̄ dixit, cum re uera nihil ſit utile, quod non honeſtum. & ſic oē honeſtum eſt otile, conuertuntur iſta, maxima Stoicorum ſnia, qui nil cenſebant vtile, niſi quod eſſet honeſtati coniunctum: cum aliquid prima facie apparet vtile, videtur anteponendum honeſto. Vnde oritur dubitatio in cōſiderando, deliberandoq;. [Rapere) Per vim, & quodam appetitu. Nam rapere eſt aliena per vim auferre, inde raptores. rapit ergo vtilitas, reuocat honeſtas. [Reuocare) Ad ſe retrahere, nam reuocamus rem tanq̄ noſtram. [Diſtrahatur) In diuerſas ſententias, & opiniones trahatur. [In deliberando) Poſt.ſ.inquiſitionem, & conſultationem. [Ancipitem) lubricam, dubiam, & variam. Vtilitatis enim ipſe inſpecta rapimur appetitu, reuocamur autem rōne ad ipſam honeſtatem, & ſic ambigimus quid ſequamur. Appetitus.n. rectæ rationi non pari s appetit vtile. Ratio autem honeſtum, quod eſt maxime è naturā, quæ honeſtum amat, & vtile quod vacet honeſto, ſi vtilitas ſine honeſtate dici pōt, auerſatur, & odit. [Hac diuiſione,) Reprehendit Cic. Panætium in diuiſione, quam ille fecerat in triplici deliberatione conſilij capiendi, in qua duo (vt ipſe ait) p̄termiſſa ſunt, cum maximum vitium ſit in diuiſione, aliq̄d præterire, q̄ppe non ſolum deliberamus, an aliquid honeſtum ſit, ſed duobus propoſitis honeſtis, vtrum ſit honeſtius & ſic de vtili, ne aliquid in diuiſione p̄termittatur. At certe (pace Cic. dixerim) non decebat Panætium Stoicum dare gradus in ipſo honeſto, aut vtili, cū ſententia Stoicorum, honeſtum quod eſt ſolum bonum nō creſcat. Vndē dicit Cato apud eundem in lib. de finibus: Hoc autem ipſum bonum non acceſſione, neque creſcendo, aut cum ceteris cōparando, ſed propria vi ſua, & ſentimus & appellamus bonum. & paulo poſt: Tuenda eſt hæc ſententia maxime Stoicis qui nihil aliud in bonoꝝ numero, niſi honeſtum eſſe voluerunt. & dicebant id ſolum eſſe bonum, quod eſſet honeſtom, nec (vt dias) dabant gradus, ſed dicebant, parua eſt, vt magna culpa, & oia peccata ſunt paria. Ideo non oportebat, neque decebat virum Stoicæ p̄feſſionis dare gradus in honeſto. ſed iure, an iniuria Cic. reprehenderit Panætius, ipſe viderit, & ego doctioribus deſpiciēdum, cōſiderandumq́. relinquo. [Cum præterire aliquid) Nam in diuiſione à gn̄e generaliſſimo ad ſpecies ſpecialiſſimas deſcendendū eſt, & nihil relinquēdum. Vnde à generaliſſimis ad ſpecialiſſima deſcendentem iubet Plato quieſcere. ſic .n. ſcribit in eo dialogo, qui ciuilis de regno inſcribitur. Præſtat autem per media progrediendo. ſic.n. facilius, meliusq́. Ideas inueniemus, hoc autē ad illa, quæ inquiruntur totum referre. & in Phædro ſic ait: Meminiſſe rurſus oportet non prius poſſe aliquem dicendi artem ad ſummum callere, ad perſuadendum, atque docendum, vt ratio ſuperior nobis oſtendit, q̄ veritatem earum rerum, quas dicit, vt ſcribit, cognouerit, vniuerſamq́. rem diffinire, & diffinitione poſita rurſum ſm̄ ſpecies vſque ad indiuidua diuidere nouerit. Si Panætius non fuiſſet Stoicus, vitiū profecto in hac diuiſione cōmiſiſſet, nō deſcendendo uſque ad indiuidua, quod feciſſet Plato, & Ariſt.

Conſultatio de quibus ſit.

Diſtrahi quid.

Copia q̄d.

Cic. error

A generaliſſimis ad ſpecialiſſima & diuiſionibus deſcēdēdū eſt.

Acad.eorumq. familiæ,nam dabant in his rebus gradus.Plato.n. quod in philosophia inchoatum erat,neque perfectum,progressionem quandam ad virtutem appellabat,quod nó dixissent Stoici,quod aút erat absolutum,id virtutem Plato dicebat.Stoici vero dicentes omnia peccata esse paria,eos,qui natura, doctrinaq. ad uirtutem longe processissent,nisi eam plane adepti essent, summe miseros esse dicebant,neque inter ipsorum vitam, & improbissimorum quicquam omnino interesse,vt Plato tantus ille vir primus philosophus,si perfecte sapiens non fuerit,nihilo melius q̃ quiuis improbissimus nec beatus vixerit. Sed hoc bona venia Cic.dictum sit,qui forte aliqua alia ratione mouebatur, quę me fugit,& ideo in hoc nec audaculus esse volo,nec pertinax.(Verú honestius).i.alterum de duobus honestius sit, cum duo proponátur honesta,iudicandum est vtrum illoꝝ sit honestius. (Rónem) Modum consilij capiendi. (Triplicem) Tripliciter diuidendam, nam in tres partes diuisit consilij capiendi deliberationem.(Primum igitur) Facit auditorem attentum, & docilem proponens cum enumeratione,expositione, diuisioneq. , quo ordine singula tractare intendat. sic poetæ faciunt in suis ꝓpositionibus maximis.Docilem,inquit Fabius sine dubio, & hæc ipsa præstat attentio. sed & illud si breuiter & dilucide summam rei, de qua cognoscere debet auditor,indicauerimus,qđ Hom.atq; Virg.operꝭ suoꝝ principijs faciunt,ná illius rei modus est, vt ꝓpóni similior sit q̃ expositioni,nec qúo quidq. sit actu, sed de quibus dicturus sit,orator ostendat.(De honesto,)Qđ facit in hoc j.lib.in cuius calce dicit de duobus honestis,vtrú honestius. & pari cóne de vtili agit in secundo vol. (De comparatione)Hoc facit in vlt.

ADDI. *Captus locus qui.*

Consilij)Rónis,& iudicij de aliqua re agenda. (Capiendi) Eligendi,captus locus dicebatur ad sacrificandum legitime constitutus.(Deliberatio) Consultatio,& rócinatio. (Honestú) Laudabile sua sponte,ac decoꝝ.(Factum)Fiat.(Turpe)Indecoꝝ,vituperabile.(Cadit)Venit in consultationé, disquisitionemq consilij.(Distrahuntur) Eunt in diuersum,atque oppositum.(Cómoditatem)Necessariam vtilitaté,& vsum.(Iucunditatem) Oblectationé.Tria siqdem sunt amabilia, honestú, vtile, iucundú. (Facultates) Possibilitates,domesticasq. rónes,& fortes,vnde difficultas domestica dr̄ paupertas,& inopia. (Copias) Copiosas,& numerosas diuitias.(Opes) Auxilia fortunæ,factiones,& clientelas.(Potentiam) Magna efficiendi instrm,& vires. (Conducat)In rem sit,& rónibus prosit,& calculis. (In rónem) Numeꝝ,considerationem,& supputationé,vnde rationarij libri dicti,& venire in rónem Libitinæ,est numero defunctoꝝ ascribi,

Venire i rationem Libitinæ quid sit.

& diario, siue calendario apponi, & hr̄e aliq̃ rónem cuiuspiam est illum in aliquo numero, & æstimatione, aut indicatura hr̄e. Quæ ministeria,inquit Sen.q̃uis incuenta sint in numeꝝ stipendioꝝ veniunt. (Pugnare)Contrariam vim hr̄e. (Vr̄ vtile) Præ se fert apparentem vtilitatem.cú re vera nihil sit vtile,qđ vacet honestate,& hoc ex decreto Stoicoꝝ in primis. (Rapere) Violéter appetitum trahere,qm duce natura,tendit ad honestum.Quappropter vim ifert iucúda,& pstigiatrix (ita dixerim)vtilitas.(Reuocare) Reducere tanq̃ ad proprium decus , ad qđ eum natura subornauit,& instruxit.(Distrahatur)Diuellatur,reddaturq. anceps,atq; ambiguus.(Ancipité)Dubiam,& controuersiam cogitationé, &

Cic.error

electionem.(Triplicem rónem)Viam,& modú deliberandi. Pace tua dixerim Cic.Stoicus Panętius recte diuisit,& iure suo gradus non posuit,vt Stoicum pscripserat decretum,qđ tu Cato. psonam mutuatus explicuisti,& Paradoxa rónibus locis pbasti,honestum quippe non crescit apud Stoicos,sic ét turpe, & beato nó est beatior,nec sapiente sapientior, virtutes pares sunt & uitia. suffragatur mihi(vt alios præteream breuitatis causa)tui studiosissimus,& doctrinæ non minus q̃ facundiæ admirator, & laudator. Sen.9. Epist. dicens: Non est vllum bonú maius altero,quia non est quicq̃ recto rectius,quia plano nihil est planius,nec honesto honestius quicq̃ est,q̄ si par omnium virtutú natura, tria gn̄a bonoꝝ in æquo sunt, oés viri boni pares sunt, q̄a boni sunt. & alibi: incrementum maximo nó est,nihil inuenies rectius recto, non magis q̃ verius vero, honestum quoque nullam accessioné recipit. (Distribui) Distingui,separari,diuidi. (Primú est igitur) Ponit ordinem futuræ disputationis, & docilitatem venatur, & attentionem.(De honesto)De omni gn̄e virtutis, & officioꝝ in j. vol. in quo extremo aperit vtrum honestius. In secundo de oi ratione vtilitatis,& vtrum vtilius. In 3 de repugnantia,quæ vr̄ esse inter honestum,& vtile,nec non de formula, iudicio, atque electione disputat copiose. (De comparatione) .i.adæquatione, & collatione ipsaꝝ qualitatú,quás præ se ferunt honesta, & utilia. nam re vera nullam recipiunt comparationé,vtilitas etenim nulla est,vbi non est honestas,hanc cóparationem hi faciunt,qui voluptate,ac vtilitate omnia metiuntur,dirigút,expediunt, Qui vero primas dant honestati,non conferunt, multo minus Stoici qui nullum præter honestum nouerunt bonum,omnia siquidem ex altera parte collocata vix minimi momenti instar habebunt. Non indignor,inquit Sen.q̄ post voluptatem ponitur virtus,sed q̄ omnino cum voluptate conferatur contemptrix eius, & honestis,& longissime ab illa resiliens.

FRAN. MAT.

Triplex est (vt Panætio &c.) Facta officij diuisione, & eius ostensa parte,de qua tractandum ab eo sit, totius operis diuisionem facit quinque partitam. Cum.n.offm̄ sit virtutis actio,merito cum qd agendú est,q̃ri,aut deliberari á nobis solet, honestum ne sit illud,an turpe,vtile,an inutile. Et quia utilitas cum honestate sæpe pugnat,quoties aliquid utile est, quod idem honestum non est,nascitur hinc alia, & ea perdifficilis consultatio,honestum ne sit quod utile vr̄. Quærimus item duobus ꝓpositis honestis,vtrum honestum,& duobus propositis vtilibus,vtrú vtilius,q̃ duo prætermissa á Panætio miratur Cic. & reprehédit. Arist.tria tm̄ ad capiendum consilium pertinere dicit,honestum, vtile,iucundum, & tria ad repudiandum,turpe,vtile,molestú. Vt Panætio videtur.Aliter.n.Cic.sentit & diuidit.(Consilij capiendi)Cú facere aliqd volueris.(Honestum) Quod reprehendi nó possit,vt occidere tyrannú, & patriam in libertatem vendicare. (Turpe)Vt tyránidem occupare.(Tum aút &c.)Secúda diuisionis Panætij pars,utile aliqd sit,an inutile. Subijcit aút vtilitati ét iucunditatem Cic. (Inquirunt) Per seipsos consultant cú alijs. (Cómoditatem)Est .n. aliquid cómodum,idem tm̄ minus vtile. Cómodum est multos hr̄e seruos,idé tm̄ inutile si pauciores sufficiant. (Iucunditatem) Non solum cómodi, sed delectationis ét ratio habenda est,quod nisi cum honestate cóiuncta vtilitas fuerit,repudianda erit.Iucundum est totos dies ludis,theatris, & lupanaribus impartiri,idem tn̄ nullo modo vtile aut honestú. Rhetori non satis est aliqd honestum esse persuadere, nisi idem vtile esse facile iucundum ostendat. Et ꝓpea seorsum de his præcepta dat.Non.n.si prodest tm̄,sed ét si delectat negotium suscipiendú, vulgus extimat,sed sapiens nihil iucundum esse differit, si honestum non idem sit.(Ad facultates) Quid sint facultates ipse exponit subiungens copias rerum opes,& potentiam.Nam ad hęc genus est facultas,quæ possibilitaté sign̄at in re qualibet. (Copias rerum)Omnium affluentiam.(Opes) Seruitia,clientelas,hospitia,sodalitates.(Potentiam)Imperia,magistratus.(Suos)Cognatos,propinquos,affines,amicos. (Conducat id ne ne &c. vtile sit an contra. Exempli gratia: Vtile videtur tenere primum locú in ciuitate,cum tn̄ ꝓpea sæpe in nos concitetur inuidia, & pdamus vtile. item vr̄ multos clientes, multos sodales habere, cum tn̄ sic in suspicionem affectandæ tyránidis venire possumus,ergo inutile.(In rationem vtilitatis) Vtsi vtile sit,& minime noxium suspiciamus,si contra relinquamus. (Tertium dub. &c.)Tertia est consilij capiendi deliberatio cum id quod vtile est pugnare cú honesto vr̄,pugnare quidem re vera vtile cum honesto nullo modo potest,cum vtile nihil sit,quod idem honestum non sit,& cótra. non potest ergo pugnare,sed vr̄. Neque hoc ad sapientem, qui errare non potest, aut decipi sed ad multitudinem referas. Verum hæc infra patebunt, sed ut tantisper intelligas, exemplú subijcere placuit. incolumitatem seruare vtile vr̄ pro patriæ.parentum,ac fratrum salute se periculis offerre honestum est. q ergo incolumitatis suæ seruandæ causa,patriam,cum possit nó defendit,aut parentes,aut fratres, ab honesto discedit. idq. utilitatis causa facit,cuius maiorem á se rónem habendam credit, quá publicæ salutis trahitur. itaque ab utilitate propria. qđ si idem sua utilitate contempta defensionem aggreditur, vincit honesti ratio utilitatis rónem. cum item q si patriam perdat,non solum incolumitati suæ consulere pót,sed præmia ingentia, & diuitias consequi,utile hoc uidetur,sed dissuadet honestas facere, quę omnia quamuis difficillima prius perpetienda iubet, quam hmói aliquid tentandum. hæc & alia huius generis sunt,in quibus utilitas ad se nostros animos rapit, & ab eadem honestas reuocat. (Videtur natura) Re uera non est,cum nihil utile sit,quod non honestum. (Distrahitur) Vtilitas.n. suadet,honestas dissuadet. (Ancipitem)Dubium,uel duplicem,sed si dubias res omnino (ut Cic. præcipiet)omittenda. (Hac diuisione &c.)Panætium nunc reprehendit q̄ duo prætermiserit. non tn̄ dignus omnino ꝓpea reprehensione Panætius vr̄, aut.n.exprimitur aliqd in diuisione, aut necessario subintelligitur. nó exprimitur in diuisione Panętij comparatio duarum honestorum & duorum utilium,cum tn̄ de honesto & utili tractatur,nemo est qui non intelligat esse utili aliqd magis utile,& honesto magis honestum. (Præterire aliquid)Oés.n.rei qualitates siue species & proprietates,da quibus

Honestú cótra turpe.

Inter opes & copiam, differentia.

Quare Panætius reprehenditur hic.

dicendum est, diuidendæ sunt. Duobus propositis honestis, ut si proponatur, patria ne, an parentes potius seruandi sint, cum vtrunq; liceat, erit patria potius seruanda, quia id honestius est. Cum ea omnium charitates complectatur. Item duobus propositis vtilibus, vt si delibéretur danda ne sit opera rei militari, an mercaturę iure ciuili an medicinæ. (Ita, quam) Concludit nunc Cic. Primum .n. quem ordinem seruaturus sit declarat, in quo docilem facit. Primo, inquit, libro, de honesto tractabo, & duobus propositis honestis, vtrum honestius. In secundo de vtili, & vtilium ad inuicem comparatione. In tertio de vtilis & honesti pugna.

ASCEN. TRiplex igitur est. Distinguit secundū membrum, quod prosequi vult, videlicet officium medium, quod in præceptis probabilibus consistit, ostendens sm Panætium triplicem esse consilij capiendi deliberationem, secundū se autem quintuplicem, quarum prima est, an honestum sit factum, an turpe. Secūda, si hoc & illud honestum, vtrum sit honestius. Tertia, an vtile sit, an inutile. Quarta, si duo vtilia, vtrum eorum vtilius. Quinta, si alterum honestum, alterum vtile, vtrum acceptabilius. Ordo est: Deliberatio capiendi consilij .i. de capiendo consilio circa officium est, vt videtur Panætio triplex. Nam sup. qui deliberāt, dubitant. an id quod in deliberationem cadit sit honestum factu .i. vt fiat, aut turpe. In quo considerando .i. eo cuius consideratione animi sup. considerantium, uel deliberantium distrahuntur .i. diuisi trahuntur sępe in contrarias snias. Autem pro sed, disquirunt .i. deinde aut consultant, deinde ad cōmoditatem, q; pro &, iucunditatem vitæ, hoc est an sit cōmodum & voluptuosum. Itē ad facultates rerum, atque copias, ad opes .i. diuitias, & ad potentiam, quibus ipsi possent iuuare, & se, & suos sup. amicos & necessarios. An .s. id de quo deliberāt, cōducat .i. vtile sit nec ne .i. an nō, q̄ ois deliberatio, vel q̄ deliberatio cadit omnis .i. tota, in rōnem vtilitatis, hoc est an sit vtile, an inutile, sicut perdēs in rōnem honestatis, an .s. sit honestū, an inhonestum. Tertium genus dubitandi, & p ȝñs deliberandi est, cum .i. qñ, id quod vř utile, vř pugnare .i. contendere de pstantia & eligibilitate cum honesto. Enim, p quia, cum .i. qñ, vtilitas vř rapere ad se, ita .s. q sit vtile & non honestum, & cum .i. qñ, honestas econtra .i. econtrario, vř reuocare .i. quod inique raptum est p reuocationem appropriare ad se, ita q sit honestum, sed non vtile, fit .i. contingit sup. tunc vt animus distrahatur .i. in diuersas snias trahatur deliberando, & afferat ancipitem .i. dubiam & periculosam curā cogitandi. Hæc ex Panætio, q̄ vt imperfecta reprehendit auct. dicta. Hac diuisione &c. sed Marsus aliter sentiet, vt videbis. Ordo est. Cum .i. tametsi, pmitte re aliquid in diuidendo .i. dum diuisio sit, maximum vitium, tñ sup. duo sunt prætermissa sup. in hac diuisione. Nec, pro & non, etenim non solet deliberari .i. deliberatio fieri solum, utrum sup. aliqd sit honestum, aut turpe, sed ēt propositis duobus honestis .i. postq̄ duo honesta pposita sunt, & sup. solet deliberari vtrū sup. illorum (gallice, Lequel des deulx) sit honestius .i. le plus honestu eu honorabile, q pro & item .i. consimiliter, duobus utilibus propositis sup. deliberari solet vtrū sup. sit, vtilius ita .i. hoc modo, reperit (gallice, on troue) Est .n. impsonale verbum, rōne quam ille Panætius putauit esse triplicem, debere distribui in quinque partes. Primū igitur disserendū est de honesto, sed dupliciter, q̄a disquiritur primum an sit honestum, an inhonestū deinde si duo sint honesta, vtrū honestius, cum .i. deinde, disserendum est pari .s. cōsimili rōne de vtili, an .s. sit utile an inutile, & vtrum vtilius si duo sint, & post .i. vltimo loco, disserendū .i. disquirendum est .i. oportet disquirere de cōparatione eo℞ .s. honesti & utilis, hoc est si vnum sit tm honestum, & alterum sit tantum vtile, vtrum sit acceptabilius.

DOCT. interpr. TRiplex igitur. Gña certe ad q̄ tanq̄ ad scopos diriguntur oia consilia, & facta, sunt honestum, & vtile, quæ sibi pueri proponant, vt discrimina & rerum, & factorum humanorum perspiciant,

Territus, Dū in dubio est animus paulo momento huc vel illuc impellitur.

ARGVMENTVM.

EX veteris Academiæ, & Stoicorum sententia, qui summum bonum à natura proficisci putant, & hoc ipsum esse beate viuere, secundum naturā viuere commemorant, quæ semina nobis natura inseuerit, quæque adiumenta addiderit, quibus accedente industria, ac vsu, ad felicitatem, quo referuntur omnia proficiscamur. Nam primo loco omne animantis studium tuendi sui id quod inter natura est hominum cum pecudibus cōmune, vocaturq; πρῶτα κατὰ φύσιν: id est secundum naturam primum, consequens est appetitus rerum, quæ incolumitati sunt amica, fuga earum, quæ noxia. Verum homo quoniam non solum è corpore constabat, sed etiam ex animo vt totus esset incolumis, patrocinandi vim addidit, unde disciplinæ omnes, et virtutes illæ morales proficiscuntur.

PRINCIPIO generi animantium omni est à natura tributum, vt se, vitā, corpusq. tueatur, declinetq. ea, quæ nocitura videantur; omniaque, quæ sint ad viuendum necessaria, inquirat, & paret, vt pastum, vt latibula, vt alia eiusdē generis. commune item animantium omnium est coniunctionis appetitus procreandi caussa, & cura quædam eorum, quæ procreata sunt. sed inter hominem, & beluam hoc maxime interest, q hęc tantum, quantum sensū mouetur, ad id solum, quod adest, quodq. præsens est, se accommodat, paullulum admodum sentiens pręteritum, aut futurum: homo autem, qui rationis est particeps, cōsequentia cernit, principia, & caussas rerū videt, earumq. progressus, & quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat, rebusq. præsentibus adiungit, atque annectit futuras; facile totius vitæ cursum videt, ad eamq. degendam præparat res necessarias. eademq. natura vi rationis hominem conciliat homini & ad orationis, & ad vitæ societatem; ingeneratq. in primis præcipuū quendam amorem in eos, qui procreati sunt; impellitq., vt hominum cœtus & celebrari inter se, & sibi obediri velit; ob easq. caussas studeat parare ea, quę suppeditent & ad cultum, & ad victum, nec sibi soli, sed coniugi, liberis, ceterisq., quos caros habeat, tueriq. debeat. quæ cura excitat etiam animos, & maiores ad rem gerendam facit. in primisq. hominis est propria, veri inquisitio, atque inuestigatio. itaque, cum sumus necessarijs negocijs, curisq. vacui, tum auemus aliquid videre, audire, ac discere; cognitionemq. rerum aut occultarum, aut admirabilium ad bene, beateq. viuendum necessaria ducimus. ex quo intelligitur, quod verum, simplex, sincerumq. sit, id esse naturæ hominis aptissimum. huic veri videndi cupiditati adiuncta est appetitio quædam principatus, vt nemini parere animus à natura bene informatus uelit, nisi præcipienti, & docenti, aut vtilitatis caussa iuste, & legitime imperanti: ex quo animi magnitudo existit, humanarumq. rerum contemptio. Nec vero illa parua vis naturæ est, rationisq:, q vnum hoc animal sentit quid sit ordo, quid sit quod deceat in factis dictisq., qui modus. itaq; eorum ipsorum, quæ aspectu sentiuntur, nullum aliud animal pulchritudinem, venustatem, cōuenientiam partium sentit. quam similitudinem natura, ratioq. ab oculis ad animum transferēs, multo etiam magis pulchritudinem, constantiam, ordinem in consilijs, factisq. cōseruandum putat; cauetq., ne quid indecore, effeminate ue faciat, tū, in oibus & opinionibus, & factis, ne quid libidinose aut faciat, aut cogitet. quibus ex rebus conflatur, & efficitur id, quod quærimus, honestum; quod ēt si nobilitatū non sit, tñ honestum sit; quodq. vere dicimus, etiamsi à nullo laudetur, laudabile esse natura. Formā quidē ipsam Marce fili, & tanq̄ faciem honesti vides. quæ si oculis cerneretur, mirabiles amores (vt ait Plato) excitaret sapientiæ.

PETRVS MARS. PRINCIPIO) Incipit tractatus in quo, vt ostēdat honestum esse sm naturam, & nos habere semina virtutis, & quosdam igniculos à natura datos, eundem ordinem sequitur, quem in libris de Finibus: licet illic de dogmate tantum agatur, hic autem de dogmate, & præceptis: illic dicit petendam esse originem summi boni ab ipsa natura, & vt facilius, & dilucidius inueniat quid naturæ hominis aptissimum

ſmū ſic, ponit principia naturæ, & ea, quæ oībus animalibus cōi
lege cōpetunt. Inde ponit dr̄iam inter beluam, quæ tm̄ ſenſu mo
uetur, & hoiem, qui habet rōnem .i. intellectum, quæ tandem effi
citur in ipſis ſtudioſis recta ratio .i. prudētia, qua homo differt ab
hoie. Vnde cum pulchrum ſit hoiem differre a beſtijs rōne, quan
to pulchrius eſt recta rōne .i. prudentia hoiem homini antecelle
re? & ſic ſcrutando paulatim naturam humanam, inueſtigat prin
cipia virtutum, ex quibus conſtat illud honeſtū, de quo erit di-
ſputandum, & oſtendit innata nobis eſſe ſemina honeſti, officio-
rumq;. Seneca ēt dicit: Inſita ſunt nobis oium artium ſemina,
magiſterq. ex occulto Deus producit ingenia, & alibi dicit: Do
ciles natura nos edidit, & rōnem dedit imperfectam, ſed quæ per
fici poſſit. In vltimo de Finibus ſic ait: Totius quæſtionis eius, quę hẽ
de finibus bonorum & malorum, cum quæritur in his quid ſit extre-
mum, & vltimum, fons reperiendus eſt, in quo ſint prima inuita-
menta naturæ, quo inuento nis ab eo quaſi capite, de ſummo bo
no, & malo diſputatio dr̄. (Principio) Primum oium natura hoc
tribuit oibus animantibus. (Omni generi animantium) Tam ra
tionalium q̄ irrationalium. (Tributum) Conceſſum liberalita-
te quadam naturæ cōis parentis. Tribuimus liberalius, quam da
mus. Vnde natura optima parēs hoc tribuit oibus animantibus.
(Tueatur) Defendat, qm̄ omne animal ſeipſum diligit, & ſe in o-
primo ſui gn̄is ſtatu conſeruare cupit, ita tribuente natura. Se ac
cipit tanq̄ genus, & poſtea diſtinguit in vitam, & corpus, vitā ne
mors interatur, quam omne animal fugit, tanq̄ vltimum quoddā
omnium terribilium. Quod experientia patet, nam vnūquodq;
animal duce natura, vitat mortem, & ſe defendit. Euolant ē nidis
auiculæ, & latebras quærunt rapi timentes, nant & mergūt ſeſe,
emergunt anaticulæ. Vituli, & boues, & cetera id genus cornib⁹
vtuntur, & calcibus. Apes, veſpæ, ceteraq. inſecta, aculeis. Aquati-
lia ēt id fugiunt. Omne denique animatum. (Corpusq.) Ne ali-
quo detrimento afficiatur, vt frigore, & alijs, quæ corpori mole-
ſtias afferunt & ſingulas ēt partibus ipſius corporis, quæ p ſe cha
ræ ſunt, q oīs ſuas partes integras hr̄e cupit. In vltimo de finibus
ait: Iure igitur grauiſſimi philoſophi initiū ſummi boni à natu
ra petiuerunt, & illū appetitum rerum à natura cōmodatarū in-
generatum putauerunt oibus, q continentur ea cōmendatione
naturæ, qua ſe ipſi diligunt. (Declinet) Vitet & fugiat. Declinare
ppriè eſt motu corporis, & geſtu aliqd vitare. (Paret) Acquirat.
(Vt paſtum) Cibū dixit, non potum, qm̄ aquis eſt ſitiutus, & aqua,
quę paſſim fluit ad potū. (Latibula) Latebras in qbus lateat decli
nans cōtrarium, & aliquod detrimentū. (Alia eiuſdem gn̄is) Quę
ſunt his ſimilia, & neceſſaria ad tuēdam vitam, quod vnūquodque
animal facit duce natura. (Cōe item) Dicit nunc cōe eſſe omni-
bus animalibus creare ſibi ſimile in ſpecie. (Coniunctionis) Co
pulationis. Nam ius naturale eſt, quod natura docuit oia anima
lia. Nam illud ius inqt Iuſtinianus, non ſolum humani gn̄is pro-
prium eſt, ſed oium animalium quæ in cœlo, quæ in mari, quæ in
terra naſcuntur, à quo deſcendunt matrimonia, liberorū procrea
tiones, educationes. (Et cura quædam eorū,) Neque enim (vt in
quit Cato) hæc inter ſe cōgruere poſſent, vt natura, & procreari
vellet, & diligi procreatos nō curaret, atque ēt in beſtijs vis natu
ræ perſpici poteſt, quarū in fœtu, & in educationē laborem cum
cernimus, naturæ ipſius vocem audimus. (Sed inter hoiem, & bel
uam) Poſuit hactenus ea, quæ oibus animalibus competunt iure
naturali. Nunc ponit diam, quæ eſt inter hominem participem
rōnis, & beluam rōnis expertem. Homo quippe mentem habet
agentem, & contemplatricem, eſtq. animal præſtabiliſſimum o-
mnium animaliū. (Senſu) Viſu, guſtatu, auditu, odoratu, & tactu.
Nam belua ſi rem videt, mouetur, & ad illā properat, & ſequitur
odorē non per ſe, ſed per accidens. Nam canis veſtigat leporē o-
dore, cum primum aſſequitur feram, dimittit odorem & non habet
rōnem, niſi quod ſenſibus exterioribus mouetur. (Adeſt) Quod
non longe abeſt, illud dr̄ adeſſe, quod paulo poſt futurum eſt, aut
quod adueniat, ſed pręſens eſt id, quod iam venit. Dicimus adeſt
Scipio, cum vt ad nos pergens. (Paulum ſentiens) Præteritum,
aut futurum, q non habet perfectam memoriam, & reminiſcen
tiam, vt homo, nec habet prudentiam, qua futura ex pteritis pro
uidemus, quæ tria faciunt hoiem antecellere beluis infinito in-
teruallo. (Homo aūt) Deſcripta beluarū natura tranſit ad naturā
hominis, vt inueniat igniculos virtutis à natura datos & qd natu
ræ humanæ conſentaneum ſit, eſſet qdem abſurdiſſimum, ſi ho-
mo diuinū animal non haberet naturam, quæ a ceteris differret.
(Rationis) Intellectus, homo differt à beſtijs rōne, quę eſt in ipſo
quiddam diuinū. (Per quam) Rationem & rectam rōnem .i. pru
dentiā, & virtutem, quæ nil aliud eſt, niſi perfecta ratio. Ratio per
fecta, inqt Seneca, proprium hominis bonum eſt, cetera illi cum

Homines natura dociles.

Declinare quid.

Rō, diuinū quoddā ī hoīe.

animalibus cōia ſunt. (Cernit pñtia) Hoc prudentiæ proprium
eſt futura ex pteritis prouidere, nam prouidentia eſt, qua futurū
aliqd vr̄. Vnde idem Cic. ſcribit in dialogo de legibus: Sic inge-
nij aciē ad bona deligenda, & reijcienda contraria, quæ virtus ex
prouidēdo eſt appellata prudentia, q d eo dici, aut cogitari pote-
rit beatus: Vnde per prudentiā .i. rectam rōnem poſſumus pñtia
cernere. (Cōſequentia) Ea quæ pſequuntur. (Cauſas rerū) .i. co-
gnoſcit cauſas rerū, & effectus cauſarū, atque res per cauſas ſuas.
(Progreſſus) Futuros exitus, quo res progrediatur, & quo tēdat.
(Quaſi anteceſſiones) Tanq̄ ea, quæ anteceſſerunt. homo prudēs
cognoſcit futura p cauſas effectrices, & ſigna tanq̄ ea, q̄ fuerūt &
hoc facit intellectus, & obſeruatio rerū quæ ſunt & accidūt in vi
ta humana. (Similitudines cōparat,) Nam prudēs cum videt ali-
qua ſigna, cognoſcit qd futurū ſit pp longam rerū experientiam,
& obſeruationem, cōparando cum alijs ſignis, q̄ præceſſerūt, poſt
quæ accidit aliqd magni. Ideo canit Lucanus aliquos cognouiſ-
ſe, & pudiſſe bellū ciuile futurū ex ſignis, quæ fuerant ēt tpe Ma
rij, quo rāti motus in remp. fuerunt, & ideo ſubiungit. (Rebusq.
pſentibus adnectit futuras) .i. futura ex pteritis prouidet, qd pro
priū eſt hois habentis rectam rōnem. (Adiungit) Cogitatione .ſ.
& quadā directione rōnis ad veritatem iudicio, & ingenij acu-
mine. plus eſt adnectere quā adiungere, adiungimus rē ſeparatā,
adnectimus coniunctā, quemadmodum pannū filo adnectimus.
(Curſum vitæ) .i. animo & prudentia, complectitur oēm vitæ cō
ſequentis ſtatū. (Videt,) Oculo .ſ. mētis .i. habilitate naturali, quā
habet & ſolertia. Habilitas eſt diſpoſitio, qua hō operatur, & ani
ma, ſecundum corporis inſtrumentū, & eſt quædam habilitas na
turæ nō induſtria noſtra cōparata, ſed innata nobis, hæc habilitas
nō reſpicit vllā aliam virtutem, pter prudentiā, & appellatur ocu
lus, anima naturalis, cui ipſa prudētia imprimitur, vt virtus ipſius
oculi, ideo prudētia opponitur ſtultitiæ, q a ſtultus non habet il-
lā habilitatem, vt ſit prudens, & hæc habilitas habet habitus bo-
nos, & malos, bonos habitus prudētia eſt, malus vero malitia dr̄,
quæ eſt pars vitij, & aſtutia, vafrities, calliditas, & malitia in ordi-
ne conuenit cū prudentia, ſed peccat in bono fine conſtituendo.
Malitioſus .n. proponit malum finem, & inuenit omnia media
mala, q̄ ſunt tendentia ad illum finem. Prudens vero bonum finē
conſtituit, & per media coniuncta honeſtati ad illum pergit. Eſt
igitur habilitas prudentia naturalis, cuius cōtrarium dr̄ malitia.
(Degendam) Suſtentandam cum rōne, vnde vitam degere eſt pru
denter, & e natura viuere. (Eademq, natura rōnis) potentia intel
lectus. Sic apparet à natura ipſa inqt Cato apud eundem in li-
bris de finibus nos impelli, vt eos quos genuerimus, amemus, &
ex hoc naſcitur, vt ēt cōis hoium inter homines naturalis ſit cō-
mendatio, vt oporteat hominem ab homine ob id ipſum quod
homo ſit non alienum videri, homo eſt animal ſociabile per na
turam, quæ hoies coniungit. Vnde congregatio hoium ciuitas
appellata eſt, quæ natura conſtat, non neceſſitate, vt vult Ariſt. in
lib. de rep. qm̄ natura ipſa vult, & iubet, vt hoies ita congregen-
tur, nam cum cetera animalia coniunctionem inter ſe habeant
naturaliter, multo magis hoies hr̄e debent, cum ſint natura apti
ad cœtus, concilia, ciuitates, & mundus ſit tanquam cōis ciuitas,
cuius ſinguli homines partes ſunt, & ciues. Vnde illud natura cō
ſequi debet, vt cōem vtilitatem noſtræ anteponamus. Igitur il-
la vox inhumana (vt inqt Cic.) & ſcelerata dr̄ eorum, qui negāt
ſe recuſare, quominus ipſis mortuis, terrarum oium deflagratio
conſequatur. (Orationis) Colloquij. Hæc ſunt ſemina iuſtitię,
quæ dat cuiq;, quod illi debetur, eſtq. e natura maxime, qm̄ ho
mo ab homine non eſt alienus. (Ingeneratq.) In ipſa generatio
ne inſerit. (In pri.) Maxime, & ante omnia. (Præcipuum) Maxi-
mum, & ſingularem. Præcipuus ſignificat præter cetera, natura
vult, vt filios pcipue amemus .i. ſupra ceteros. (In eos) erga eos,
q ex nobis nati ſunt. (Celebrari) Frequentari & coli. (Cœtus)
Congregationes hoium, quas ciuitates appellauerunt. (Obedire)
vt alter alteri obediat pro cōi vtilitate ſine aliqua diſcordia. (Ob
eas cauſas) .ſ. ſupradictas, qua vita degenda eſt, & filij procreandi
alendiq., & cœtus frequentandi. (Suppeditent) Abunde ſufficiāt.
Suppeto eſt verbum neutrū, & ſic ſuppedito eius frequentatiuū.
(Ad cur.) Ornatum corporis, & ea q̄ ad victum neceſſaria ſunt.
(Ne ſibi ſoli) qm̄ impellimur à natura. vt alibi ſcribit Cic. vt pro
deſſe velimus q̄plurimis, in primisq. docendo, rōnibusq. pruden
tiæ tradendis. Atq; vt tauris natura datum eſt, vt pro vitulis con-
tra leones ſumma vi, impetuq. cōtendant, ſic hi, q valent opibus
atq; id facere pñt, vt de Hercule ac Libero accepimus, ad ſeruan
dū genus humanum natura incitantur. Minime aūt conuenit, vt
cū ipſi inter nos neglecti, abiectiq. ſimus poſtulare, vt Deo immor
tali ſimus chari, & ab eo diligamur. Inter nos, inqt, natura cōiun
cti,

Adnecto quo ab adiungo differat.

Habilitas qd ſit.

Mundus quid ſit.

Suppeto quod verbum.

cti, consociatiq. sumus ad ciuilem cõitatem, quod ni ita se hrēt, nec iusticiæ vllus esset, nec bonitatis locus. Vnde inuehitur Plin. in mortales, q naturæ benignitate abutuntur. Cetera animãtia, inqt, in suo gñe probe degunt, congregari videmus, & stare con tra dissimilia, leonũ feritas inter se nõ dimicat. Serpentium mor su nõ petit serpens, nec maris qdem belluæ, ac pisces nisi in diuer sa gña sæuiunt, at Hercule homini plurima ea hoie sunt mala. Seneca dicit: Tota est inter feras similitudo moꝝ. [Quæ cu.) Vẽdi se & suos vt vult iustitia. [Et suscitat) Erigit, excitat pene sopitos, cum principia tm̃ à natura sint, qbus vtitur homo tanq̃ dormiẽs, & nõdum plane vim naturæ cognoscẽs, atque intelligens, sed ratio eũ excitat, & maiorem facit ad rem agẽdam, hæc sunt semina iustitiæ tributa hoĩbus à natura. Omnium honestarum rerum semina, inqt Seneca, animi gerũt quæ admonitione excitantur nõ aliter q̃ scintilla flatu leui adiuta ignẽ suũ explicat. [In primisq. hoĩs est) Nunc de prudẽtiæ seminibus atq; igniculis agit. [In pri misq.) Potissimũ & præter cetera animãtia hoc homini a natura tributũ est in ipso ortu. [Veri inqsitio,) Cic. cõfuse loqtur de prudẽtia, & sapientia, quæ est habitus pstabilissimus circa res cõtẽplandas, prudentia vero agendas, est.n. quædam in ipsis rectitudo. Hęc oĩa sapiens prospicit, sed prudens nõ statim cognoscit ea; quæ sapiẽtiæ obijciuntur, & multi fuerũt sapientes, qm̃ rerum naturalium & diuinarũ cognitionem habebant, sed non prudẽtes t qm̃ in rebus agendis nec suis cõmodis, nec alienis cõsulere sciebant. Vnde dicit Cic. alibi: Anaxagoram dicimus sapientem, qm̃ rerũ præstantissimarum cognitionem habuit, prudentẽ minime, qm̃ nec suis cõmodis, nec alienis consuluit. [Inqsitio) Proprie

Inquisitio quid.

animi est, & veri inqsitio est peculiaris ipsius hoĩs, cetera quippe animalia hoc non hñt, vt quid verum sit in rebus humanis, & ẽt naturalibus & diuinis scire aut inqrere possint. [Inquisitio) s. p se nemine extrinsecus cogente, qm̃ natura impellimur ad veritatem inqrendam. [Inuestigatio) Diligens indagatio, qm̃ inuestigare est diligenter quasi per vestigia inquirere. Innatum est hoc hoĩbus, vt veritatem inquirant, & si per se non põt illam inuenire, cõsulant prudentes, & sapientes, quoꝝ vestigijs insistentes verum indagant. [Propria) Non cõis cum reliqs animalibus. [Itaque) Igitur cum nobis à natura insitũ sit, vt veritatem inqramus, concludens Cic. probat quod dixit, nam hoĩes, cum vacui sunt alijs negocijs, discere cupiunt ea, quę ignorãt, nisi sit in ipsis natura deprauata, & ratio victa penitus ab ipso appetitu, q est sine cognitione. In 4. de Fin. sic ait: Inest in eadem explicatione naturę insatiabilis quædam in cognoscendis rebus voluptas, in qua vna confectis rebus necessarijs, vacui negocijs iucunde ac liberaliter possumus viuere principijs, inqt, à natura datis, amplitudines q̃dam bonoꝝ excitabantur, quædam profectæ à contemplatione rerũ occultarum, q erat insitus menti cognitionis amor, ea quo etiam rõnis explicandæ, differendiq. cupiditas consequabatur. [Auemus) Cupimus lib. 2. de Fin. ait: Et qm̃ eadem natura cupiditatem ingenuit homini veri inueniendi, quod facillime apparet, cum vacui curis ẽt quid in cœlo sit, scire auemus. [Discere) Discimus rẽ prius incognitam, addiscimus, cum aliqd addimus, ediscimus, cũ memoriæ mandamus. [Videre) Vt postea cognoscamus, & sciamus; qm̃ nihil potest esse in intellectu, qn prius fuerit in sensu. [Discere) Est ipsius animi, q vtitur sensu, vt discere possit, nõ n. potest aĩus id discere, quod nõ percepit sensu. [Necessarijs) Pertinẽtibus ad res necessarias humanæ vitæ degendæ. [Rerũ aut occultarũ,) Naturalium, quæ sunt immersæ penitus in materia, de qbus tractant Physici. aliquæ res sunt partim separatæ, partim nõ separatę à materia, de qbus tractat ipse Mathematicus. aliquę separatæ penitus à materia, vt est ipse deus gloriosus, & essentiæ, siue intelligẽtiæ cœlestes, de qbus est ipsa sapiẽtia. i. prima philosophia, quã græci Metaphysicẽ, nos theologiã appellamus græco tñ vocabulo. [Cognitionemq.) Sciẽtiam rerum humanaꝝ, & diuinaꝝ cũ explicatione causaꝝ earundem, & qd sit deus, quid ue aĩa, quæ rerum principia, qs ordo, qui fines, qs rector, nã scire est cognoscere res p causas suas, & cognitio antecedit scientiam, cognitio est prius p sensum, postea est cognitio principioꝝ, & oĩs scientia est cognitio, sed non oĩs cognitio est scientia, qm̃ ad plu ra sese extẽdit cognitio, & principiũ ad plura sese extendit quam causa, & causa ad plura q̃ elementum, & oĩs causa est elemẽtum, sed nõ econtra. [Aut admirabiliũ) Hoc est quantũ ad opiniones admirabiles philosophantiũ, & ea denique oĩa, quæ magna sunt, & admiranda, ac per hoc cognitione dignissima, vt sunt rõnes rerum oĩum, quæ cœli ambitu continentur, & quoꝝ humani vigor ingenij capax habetur, & talis cognitio perficit mentis aciẽ, eiusq. illius bonum, & iccirco ad perfectionẽ est necessaria, & ad beate viuendum, vt. s. nihil desit. [Ad bene beateq. viuendum) Stoici volebant oẽs bonos, beatos esse, bonos aũt intelligebant omnibus virtutibus instructos, & ornatos, beatos aũt illos q essent in bonis nullo adiũcto malo. Vnde beatitudinem dicebant cumulatã reꝝ complexionem separatis omnibus malis. dicebãtq. beatam vitam descensuram in omnia tormenta, quod negabãt Peripatetici: vt dictũ est. Vnde dicit Arist. eũ nõ esse beatum quãuis sit bonus, q incidit in calamitates. & Theophrastus negauit in sola virtute positũ esse beate viuere. Socrates lib. iiij. de Republica dicit Vir bonus sibi ipsi ad bene beateq. viuendũ sufficit, & nõ putabit durũ filio orbari, aut fratre, aut pecunia, aut rebus similibus. [Necessariam) qm̃ moralis philosophia medetur amicis, inanes solicitudines detrahit, cupiditatibus liberat, pellit timores. Cognitio philosophiæ necessaria est ad bene beateq. viuendũ, quod assequi nõ possumus, nisi ęgritudine, & morbo mẽtis vacui erimus, & insania. Philosophi appellãt morbos, omneis animi perturbationes, negãtq. stultum quenq̃ his morbis vacare, & nisi sanatus sit aius, qđ sine philosophia esse nõ põt, nullus erit finis miseriaꝝ. [Ducimus) Existimamus. [Ex quo) p hoc clarum est, inqt, hoĩes his inductos oĩa vera diligere. [Verum) Fidere. [Simplex,) purũ. [Sincerũq.) Constãs, & sine vicio & sic odimus vana, falsa, fallentia, vt fraudẽ, periuria, maliciã, iniuriam. Virtus .n. vt inqt Plato lib. 4. de rep. est sanitas qdam, & bona valetudo ipsius aiæ, malitia vero, morbus, turpitudo, & infirmitas. Et lib. 2. dicit, verum mendaciũ, si modo veꝝ dici põt, oĩs hoĩes pariter oderũt, atque dij. Et lib. 9. ait, Veritatis inspectio, quam pbeat voluptatẽ, impossibile est aliquẽ pter philosophum gustare posse. Adde ẽt quod ueritas est obiectũ ipsius intellectus, q tunc perfectus est, cũ habet scientiã, quæ est rerum verarum. Verum qppe est id, quod scitur. Itaq; bonum mẽtis est ipsa veritatis recta cognitio. [Aptissimũ) Accõmodatissimum, & cõuenientissimũ. In tertio Tuscul. dicit. Quod si tales nos natura genuisset, ut eam ipsam intueri, & pspicere eadẽ, quæ optima duce cursum uitæ pficere possemus, haud erat sane ad quod quisq̃ rõne ac doctrina conquireret. Nam paruulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus opinionibusq. deprauatis sic restinguimus, ut nusq̃ naturæ lumen appareat, sunt. n. ingenijs nr̃is semina innata uirtutũ, q̃ si adolescere liceret, ipsa nos ad beatã uitã natura pduceret. Nũc aũt, simulatq. ędití in lucẽ, & suscepti sumus, in oĩ cõtinuo prauitate, & summa opinionũ puersitate uersamur, ut pene cũ lacte nutricis errorẽ suxisse uideamus. [Huic ueri uidẽdi cupiditati) s. vidẽdi ueritatẽ, & cognoscẽdi oĩa, & singula quod hoĩ insitum est, & sic agit nũc de seminibus fortitudinis. [Appetitio principatus,) Vt primus in ciuitate sit. lib. 2. de Finib. in hãc sniam dicit: Eadem natura habet in se qddam amplũ, atque magnificũ, ad imperandũ magis, quam ad parendum accõmodatum oĩa humana nõ tolerabilia solum, sed ẽt leuia dicens. Altum quiddã excelsum nihil timens, nemini cedens semper inuictum. [Bene insor.) Institurus. s. q principia naturæ hbet, & ipsis nititur. [Nisi præcip.) Aut docẽtur, parere debemus bono præceptori tanq̃ rectæ rõni cum in nobis uiget appetitus. Vnde pueris inqt Arist. dantur pædagogi, ut efferuescente sanguine, & appetitu eos impellente ad uetita, in officio contineantur, ut ab insessore equus præceps, & indomitus. pcepta referuntur ad mores, doctrina ad sciẽtiam. Plato in. 2. de Legibus sic ait: Hic volunt originem habuisse leges, & cõstitutiones, & nominata esse pcepta legum legitima, atque iusta, & Arist. lib. v. sic ait: Lex iubet vniuscuiusq; virtutis viuere rõne, & vetat vitij cuiusq; viuere ritu. [Vtilitatis) s. nostrę qm̃ imperium est ad conseruationem aliorum & cõmodum. [Et im.) Debet sufficere honor: si aũt oĩa refert ad suam vtilitatem tyrannus est. Vnde consules dicebã tur apud Ro. eo quod olim saluti, & vtilitati consulerent. i. prouiderent. [Legitime) Iure, & vt volunt leges, quemadmodũ sunt naturales reges, ceteriq. principes, q hæreditarium principatum habent. Consules Ro. legitime imperabant, qm̃ re:p. Pop. R. illis cõmittebat. Cæsar aũt non legitime, qm̃ patriam vi oppressam tenebat. vnde Cato seuerus, & perfectus Stoicus potius voluit sibi afferre vim, quã parere illi, q non legitime imperabat. Viri pbatissimi eligendi sunt q alijs imperent. [Iuste) Nõ tyrãnice, sed vt volunt leges, & iura gentiũ. Pla. lib. 3. de Rep. dicit: Temperantiæ pcipuam esse laudem obsequi principibus. [Ex quo) Ob hoc quod dictũ est, emergit ipsa fortitudo. [Animi ma.) Fortitudo, & magnanimitas. [Exilit) Emergit apparet. [Reꝝ) Humanarũ omnium, quæ hoĩbus accidere possunt in vtranque partem, contemnit. n. magnanimus res humanas, & volubilitatẽ fortunæ, putatq. ipsas inferiores esse sua pstantia, & excellentia, quod cũ ita sit omnia spernit, & q̃cunque accidere põt, non solum tolerabilia sed etiam leuia, & nullius momenti ducit. Magnanimi hoĩs est inquit Seneca, constare sibi, & finem uitæ intrepidus expectare, nil

Discere, addiscere, ediscere in quo differant

Legis virtus.

Magnanimi proprium.

alud

aliud magnum in rebus humanis est, nisi aiut magna despiciens. (Nec vero illa parua vis naturæ rõnisq́.). i. rõnis naturalis. Nũc agit de seminibus temperãtiæ. (Rationis) Intellectus, q pulchritudinẽ ordinis, decori, & modestię metitur, & sentit, cetera.n. animalia hoc non hñt. (Hoc animal) Homo q est diuinum animal, & cui principatus inter oĩa animalia tribuitur. (Vnum) Solum. (Sẽtit) Cognoscit, sentire est sensibus cognoscere. (Quid sit or.) Vt oĩa quodam ordine agantur, & ordo opponitur temeritati, q̃ nullum seruat ordinẽ in rebus agendis. Vnde Plin. Nepos laudat Sputinam, q eo vitæ gñe quo nihil est distinctios, vteretur. Me aũt, inqt, vt certus siderum cursus, ita vita hoium disposita delectat, & senibus, inqt, placida oĩa, & ordinata conueniunt, & nullũ animal est præter hominem, quod in rebus agendis ordinẽ cognoscat, aut seruet. de ordine rerũ, & tpum opportunitate dicet suo loco diffusius. (Quid sit quod de.) Quid sit decoꝝ, cuius ignoratione, vt inqt in Oratore nõ modo in vita, sed sæpissime in poematis, & in oratione peccatur. Non.n. omnis fortuna, & non omnis honos, nõ omnis auctoritas, nõ omnis ætas. Nec vero locus, aut tempus, aut auditor oĩs eodem, aut verboꝝ gñe tractandus est, aut sententiarum, q d deceat, ergo considerandũ est, quod in re de qua agitur positũ est, & in personis, & eoꝝ q dñt, & eoꝝ q audiunt. Itaque hunc locũ longe, lateq́. patentem philosophi solent in officijs tractare, Decere est quasi aptũ esse, & consentaneum tpi & personæ, quod cũ in factis sępissime, tum in dictis valet, in vultu denique & gestu, & incessu, cõtraq́. dedecere. Nã bene institutus à natura temeritatẽ reformidat, & non audet cuiq̃ aut dicto proteruo, aut facto nocere, veretur q́ quicq̃ aut facere, aut eloqui, quod parũ virile videatur. (Quid sit mo.) Mensura in omni re atque modestia. Nã modus est quędam mẽsura, siue mediocritas in omni re. Vnde dicit Horat. est modus in rebus, sunt certi denique fines, Quos vltra citraq́. neqt consistere rectũ. (Itaque eoꝝ ipsoꝝ) Nunc tangit aliud, quod est proprium hoĩs, iudicare. s. de pulchritudine, & venustate, & eoꝝ, quæ oculis iudicantur. Igitur pp hoc, quia sentit q d sit ordo, & quid deceat. (Aspectu) Visu. (Sentiuos) Cognoscũtur, & percipiuntur sensibus exterioribus, & iudicãtur. (Pulchritudinem) Pulchritudo ꝑprie non dr̃ nisi in magno corpore. (Venustatem) Venustas mulierum est, dignitas aũt viroꝝ. venustas est ipsas gratia, quã affert pulchritudo. Vnde venustus dr̃ is, cuius forma multum habet gratiæ, inuenustus, q omni caret gratia. (Cõuenientiam par.) Cognoscit homo, si partes corporis bene inter se conueniunt, & quadrant, habentq́. ꝓportionem suam aliter esset mõstrum. (Quã simili) Intellectas cognoscẽs in ipsis corporibus hanc pulchritudinem, & venustatẽ ipsam transtulit ad animum, & posuit hanc cõuenientiam, & hoc decoꝝ seruandũ esse in dictis & factis, vt nil diceret, nilq́. fieret, quod esset turpe, & indecoꝝ. Ergo huius pulchritudinis similitudine cõspecta in ipsis formis, & corporibus, transitum est ad honestatẽ dictoꝝ, atque factoꝝ, & sic ponit analogiam. i. ꝓportionem siue rõnum collationem, quæ boni honestiq́. notitiã effecit, vt idẽ auctor est in 3. de Fin. & extremo quarto Tusculanarum qõnum, nec non Sen. 22. Epist. qui refecat viam quam humana vis ad boni cognitionem peruenit aliqñ, collatione siquidem rõnis boni notitia facta est & honestatis, vt alibi latius explanabitur. (Ratio) Intellectus humanus. (Ad animum) Ad mentẽ & mentis oculum. i. ad potẽtiam naturalem animi. (Multo) Magis quam in ipsis formis, & corporibus. (Pulchritudinẽ) Et hæc pulchritudo ad magnanimum pertinet, q magni dignus est. Magnanimitas.n. in magnitudine, sicut pulchritudo in magno corpore consistit. (Constantiã) Constans, est homo sedatus, grauis, humana oĩa premens, quem magnanimũ, & fortem virum dicimus. Talis aũt esse non potest q mœret, timet, cupit atque gestit. (Ordinem) Qui est seruandus in rebus agendis, & cõsilijs. (Indecore) Præter decoꝝ ordinem quæ duo si cõfundantur, pulchritudo ẽt, quæ ex his emergit, confundetur. Plato in Timæo sic ait. Nobis vero asserendũ est ob hanc potissimum rõnem, deum oculos genuisse, vt mẽti circuitus q in cœlo peraguntur, intuiti, in vsum redigamus nr̃æ mentis, cogitationisq́ nr̃æ discursus illi cognatos, sed perturbatos quodãmodo ad illoꝝ temperantiam, & modum reuocemus, & cum illos agnouerimus, & recta rõne secundum naturam prædiư singuloꝝ ordinem perceperimus, & conuersiones dei, q̃ sine vllo errore aguntur imitemur, adq́. eaꝝ exemplũ discursuros nr̃æ cogitationis vagos, & errantes componamus. Cognitio diei, ac noctis ab oculis orta effecit, vt dinumeratione quadã mensiũ, annorumq́. ambitus metiremur, tp̃s cognosceremus, ac vniuersæ naturæ ordinẽ scrutaremur, qbus ea rebus philosophiã adepti sumus, quo beneficio nihil vnq̃ maius mortaliũ generi datum est, deorum munere dabitur. (Effœminate) Quod

Decere quid.

Venustas quid, & quid dignitas.

sit parum virile. vitat igitur is, q plane vir ne id faciat, quod potius fœminarum est, quam viroꝝ. (Libidinose) Intemperãter, & quod nõ deceat hoĩs grauitatem, & temperantiam. (Aut cogi) qppe non modo non debemus turpia agere, sed ne cogitare quidem. & modestia est adhibẽda in cogitationibus, & factis. (Quibus ex rebus). i. principijs naturalibus, & quatuor quasi seminarijs ipsaꝝ virtutum, ex q bus emergit honestum, quod est q d q d à virtute ꝓficiscitur. Honestum quod sit perfectũ dicebant Stoici bonũ, quod oĩs à natura quæsitos habeat numeros, siq; perfecte moderatũ. Eius quatuor species tradunt, prudentiam, iustitiam, fortitudinẽ, & temperantiam, q bus honestæ actiones perficiũtur. Ratio recta, & cõsummata (inqt Seneca) felicitatẽ hoĩs implet, hæc ratio vocatur virtus, eadẽq́. honestũ est. (Cõflatur) Emergit, & efficitur, loqtur per translationẽ fabrorum, q flatu & spiritu follium, atq; ignis, ferrũ mulcent, & redigunt ad aliq̃ formam, sic ex his quatuor principijs efficitur forma ipsius honesti. (Si no.) Nõ sic. lib. 2. de finibus in hãc sententiã ait: Honestum igitur id intelligimus, quod tale est, vt detracta oĩ vtilitate sine vllis præmijs, fructibus ue, per se ipsum possit iure laudari. (Natura) Naturaliter, & suapte natura esset, si nemo ipsum laudet. (Formã qui. ip.) facit auditorẽ attentũ, forma honestatis quatuor virtutibus cõtinetur, hæc ideo dicit, vt ab vtili, & honesto suadeat hoc honestũ pp se totis viribus esse amplectendũ. (Et tanq̃ fa.) cum non plane honesti habeat faciẽ. Nã facies refertur ad corpus. Vultus ad aium, atq; voluntatẽ, vnde deducitur. Vnde dicimus irato, & mœsto voltu, & lata, aut lõga facie, q̃ est cuiusq; rei apparẽtia (Vides) aĩo cõcipis, nam virtus oculis cerni nõ põt, sed aĩo videri. (Vt ait Pla.) Oculoꝝ inqt Pla. est in nobis sensus acerrimus, q bus sapiẽtiã nõ videmus. q̃ illa ardentes amores excitaret sui si videretur? Verba Platonis hæc sunt in eo dialogo, q Phædrus de amore, & pulchro inscribitur, visus nobis acutissimus est sensuũ oĩum, q d ꝑ corpus fiunt, quo sapientia, nõ cernitur ardentes.n. excitaret amores, si q d tale ipsius simulacrũ oculis appareret, eadẽ est de ceteris amabilibus rõ. Aut vero pulchritudo sola hãc habuit sortẽ, vt maxima oĩum, & perspicua sit, & amabilis. Qui ergo nõ est mysterijs nup initiatus, aut potius deprauatus est, nõ celeriter hinc illuc ad ipsam pulchritudinẽ excitatur. Similitudinem hic quandã, quæ ab illa denominatur aspiciẽs quapp non veneratur dum aspicit, sed quadrupedis ritu voluptati deditus aggredi, & serere filios nititur, petulãterq́ congrediẽs, nec timet, nec erubescit voluptatẽ præter naturã sectari. (Sapientiæ) philosophiæ, nam istoꝝ verboꝝ amore, sapientiæ, iustitiæ, fortitudinis & tẽperantiæ, præstantissimis ingenijs hoĩes se ad philosophię studiũ contulerunt.

Facies et vult' ad quæ referantur.

PRincipio) Primum ab ipsa origine dona cõis parentis naturæ sunt hæc oĩbus aĩmantibus, vt se in suo statu conseruent, seq́. ament, & speciem generando, & educando ꝓpagent, & amore prosequãtur. Hæc sunt quę prima secundũ naturã appellant græci, prima naturæ munera, vel primigenia nostri. (Vt se tueatur). i. defendat se totum. i. aĩam, & corpus. i. vt viuat, & oẽ corporis nocumentum declinet. Taurus philosophus apud Gellium dicit: Natura oĩum rerum, quæ nos genuit, induit nobis, inoleuitq́. in ipsis statim principijs, q bus nati sumus amorẽ nostri. & caritatẽ, ita prorsus vt nihil quidq̃ esset charius, pensiusq́. nobis, quã nosmetipsi, atq; hoc esse fundamentum ratũ est cõseruandę hoium ꝑpetuitatis, si vnusquisq; nostrum simulatq́. editus in lucẽ foret, haꝝ prius reꝝ sensum, affectionemq́. caperet, quæ à veteribus philosophis prima secũdum naturã appellata sunt, vt oĩbus. s. corporis sui cõmodis gauderet, & ab incõmodis oĩbus abhorreret. (Declinet) Fugiat. (Inquirat) Diligẽter q̃rat, venetur, captet. inde inqrere vndique vestigare, ac rimari oẽ animal, dicit Epictetus philosophus, ad hoc natum est, vt quæ noxia vñr, eorum causas fugiat, atque ab his auertatur, vtilia vero, & eorum causas quęrat, atque admiretur. (Paret) Parata habeat, & necessarijs vsibus prompta. (Latibula) Cauernas, lustra, cauas, & cetera id genus loca, in q bus lateant, tutaq́. sint ab insidijs, & tpum iniurijs. (Eiusdem gñis) Naturæ, qualitatisq́. (Et cura) studiũ, ꝓcuratio, & custodia. (Sed inter ho.) Ponit peculiares naturæ dotes nobilissimo aĩali tributas, in quaꝝ cõsummatione summum bonũ actiuosi hoĩs, & inspectiui consistit. i. absolutione rõnis, quæ virtus dr̃, & honestum, ad quod veluti ad signum natus est homo duce natura, cui congruere nil est aliud q̃ secundum rõnem, & honestatem agere vitam, vitiose aũt traducere vitam cõtra naturale propositũ, atque ordinem, est illã perdere, & diuinam legẽ præuaricari, quę ad officiũ iubendo adhortatur, vetatq́. delinquere, ad hanc magistri nostroꝝ respicientes, præcepta officioꝝ effinguot, & admonitiones, vt hominem rõne instructum ad apicẽ naturæ deducant. (Sensu) Iudicio sensuũ, & maxime gustatus.

ADDI.

ftatus.(Mouetur) appetit, vt fibi bonū, atq; expediens, appetitoa
etenim caofa eſt motus in ipſis aialibus, idcirco horine dr a græ-
cis (Adeſt) Adoentat, & ꝓpe eſt. (Accommodat) Aptat, applicat.
(Paululū admodū). i. ferme nihil futuꝶ tp̄s ad mnta nō pertinet a
ait Seneca, Præteriti rara memoria eſt, nec vnq̄ reoocatur niſi re
rū preſertim occurſu. (Rationis) Mētis, intellectus, conſilij. (Par

Cōſequētia quæ.

ticeps) Sortitus particulā cœleſtis auræ. i. diuini ſpiritus. (Cōſe-
quētia) .i. futuroꝛ effectus cauſaꝶ; & conſecutiones reꝶ è ſuis
rōnibus pendentium, inde locus & argm̄ à conſequentibus & re
pugnantibus. in Topicis dicit Cic. Ea voco ꝯn̄tia, quæ rem ne-
ceſſario conſequūtur. (Cauſas) Rationes, & auctores oia mouē-
tes, & producentes. (Earum) Reꝶ. (Progreſſos) Curſus, & exitus.
(Quaſi anteceſſiones) Tanq̄ res præcedentes. i. iā factas, & p̄teri
tas. Senſus eſt, Ratio humana nō aliter in futura proſpectū inten
dit, q̄ ad p̄terita recordationem, & è eatione p̄teritorum euenta
ceꝶ prouidet. prouidentia ſiqdem ſpecies quædam diuinationis,
& habetur, & eſt. Si prudens eſt aius tuus (inqt Seneca) tribus
tp̄ibus diſpenſetur, præſentia ordina, futura prouide, præterita re
cordare. (Comparat) Adæquat beneficio rōnis, & expendit col-
lata, & iudicata à ſimilibus, de quibus idem debet eſſe iudicium.
(Adiūgit) Applicat rōnis diſcuſſā. (Adnectit) Sic copulat, vt pene
ſint inſeparabilia ac per hoc certa, & immutabilia, ob certas cau-
ſas, quas rō diſpicit. (Facile) Citra difficultatē, & prōpte, expedi-
te, plane, euidēter, & ſine ꝯtrouerſia. (Curſum) Progreſſum, ordi
nē, ſtatū vitæ non ſequētis, atq; naturam. & idcirco p̄parat res ne
ceſſarias, ne incautus ruat in incōmodū. Quæ p̄nt cōtingere aio
tuo ꝓpone (dicit Seneca, Nihil tibi ſubitum ſit, ſed totū ante cō
ſpiciens. Qui nihil de futuro p̄meditatur, in oia incautus icidit.
(Degendā) Traducendam, & ſuſtentandam. (Eademq. natura) Lex
naturalis, atque diuinū inſtitutum atque imperium, & ſic poni ſe
mina ipſius iuſtitiæ, ad quam homo in primis naſcitur. (Vt) Poté
tia, & efficacia cognitionis & intelligētiæ ipſius ciuilitatis, & cōi
cationis vitæ officiorumq́, q̄bus cenſetur vel maxime hois ad
hoiem nati facilitas, atque propenſio. Sermonē, inqt Ariſt. in Po
liticis, habet homo ſolus q ob id nobis tributus eſt, vt oſtēdamus
vtilitatē, & damnum atque ita iuſtum, & iniuſtum, hoc .n. præter
cetera aialia hoibus proprium eſt, vt boni, & mali, iuſti, & iniuſti,
aliorumq́. huiuſmodi ſenſum habeāt ſoli. Homo eſt natura ciui
le animal, & q abſque ciuitate eſt per naturā, & non per fortunā,
aut nequam eſt, aut hoie præſtātior, ex quo patet, ſociale animal
eſſe hoiem magis q̄ ois apes, & oē gregarium. Natura. n. nihil fa
cit fruſtra, vox molesti, atq; iucūdi ſignificatio ē, quapp alijs quo
que ineſt aialibus, hucuſq; ſiqdem natura in his proceſſit, vt ſen-
ſum habeāt iucūdi, atq; moleſti, & hoc inter ſe ſignificare poſſint.
(Conciliat) Amicū facit, & ad cōitatem vitæ impellit, & inuitat.
(Societatem) Cōicationem. (Vitæ) Conuerſationis, atque cō
uictus. (In generat) Inſeminat, inſerit, caritatem filiorum. (Præ
cipuum, ſingularem, ac maximum. (Cœtus) Cōuentus. (Celebra
ri) Coli, frequētari. (Obedire) viciſſim parere, & imperare ꝓ cōi
vſu, atque compendio. Societas etenim hoiem alioqui imbecil-
lum, & viribus ferarum inferiorem, armat, munit, dominumq́. fa

Suppeto quod verbum ſit.

cit ēt fortunæ. (Suppeditēt) Abūde ſufficiant. Suppeto neutrum
verbū eſt, & frequētatiuum ſuppedito. (Ad cul.) Ornatum, & ve-
ſtitū. (Ad vi.) Cibum, & potum, victus verbo, inqt Fronto, cōti-
nentur q̄ eſui, & potui, cultui quoq; corporis, quæq; ad viuendū
hoi neceſſaria ſunt, veſtem quoq; victus hr̄e vicem Labeo ait, ce
tera quoque, q̄bus viuendi, curandiq́. gratia corporis noſtri vti
mur ea appellatione ſignificātur. (Tueri) Nutrire ac fouere te-
neatur iure naturali, atq; decreto ſupremi numinis. (Cura) Stu-
diū, cogitatio, & naturalis neceſſitas. (Exuſcitat) Expergefacit ad
obedientia naturæ. (Aios) Humanas volūtates. (Maiores) fortio-
res, animoſiores, ardētiores, vt debitis nō deſint officijs, & ne cor
poris, ignauię, atq; inhumanitatis contrahāt notā, neue obſurde
ſcere uideātur ad naturæ imperiū & quaſi voces. (Ad rē ga. nego
cium prompte obeundum. Nulla laboꝶ aut periculorum habita
rōne, vnde dicit Hora. Impiger extremos currit mercator ad in-
dos, Per mare pauperiā fugiens, per ſaxa, per ignes. (In primisq́.
prudentię, ac ſapientię ſemina hęc ſunt, Humanę ſiqdem rationi
quā & mentem, & conſilium appellamus veritas quaſi tractāda
proponitur, vt appetitioni, ac voluntati bonū ſubijcitur. (In pri-
mis) maxime ac inter prima. (Propria) Peculiaris bn̄ficio mētis
vigentē vim, atq; (vt ita dixerim) ſagacitatem habentis. (Inquiſi
tio) pſcrutatio. (Inueſtigatio) Venatio q̇dam, & indagatio per ve
ſtigia ipſius naturę, q̄ ſcientiam rerum omnium in acie humani
ingenij inchoauit, & quaſi docere inſtituit, cuius viā rō ſequitur,
& ductū. (Neceſſarijs) vſibus vitæ degendæ opportunis, & quoꝶ
abſentiā vita ipſa non tolerat. (Auemus) Cupimus obiecta ſenſi
bus adæquata percipere, & illa p̄ſertim, quæ ſenſus diſciplinarum
.i. viſus, & auditus metiuntur, atq; expendunt. Oēs hoies, (vt Ari
ſtot. ait) natura ſcire deſiderant. ſignum aūt eſt ſenſuum dilectio
& illius in primis, q maxime parit ſciētiam. (Occultarū) Multi-
plici naturę velo inductarū, quas phyſici. i. venatores, interpretesq́.
naturalis poteſtatis, & decreti tractāt. (Admirabilium) Cœleſtiū,
& diuinarū. ad quarum cognitionē priſca illa philoſophia ſe ere
xit, & pro viribus adſpirauit, cui admiratio initiū dedit. Plato in
eo Dialogo, q Theetetus de ſciētia inſcribitur, dicit: Philoſophi
maxime affectio hæc eſt, quæ admiratio dr̄, neque. n. aliud præter
hoc eſt philoſophiæ principium. Et q irim Thaumātis. i. admira-
tionis filiā eſſe dixit, nō abſurda originē eius explicauit. Qui na-
turā rerum contemplat, (inqt Seneca) hoc deo p̄ſtat, ne tāta eius
opera ſine teſte ſint. ſolemus dicere ſummū bonum eſſe ſecundū
naturā viuere. Natura ad vtrūque nos genuit, & contemplationi
rerū, & actioni, curioſum nobis natura ingenū dedit, & artis ſi-
bi, ac pulchritudinis ſuæ cōſcientia ſpectatores nos tantis rerum
ſpectaculis genuit, perditura fructū ſui, ſi tam magna, tā clara, tā
ſubtiliter ducta, tā nitida, & non vno gn̄e formoſa ſolitudini o-
ſtēderet, vt ſcias illam ſpectari voluiſſe, non tm̄ aſpici, vide quē lo
cū nobis dederit. In media nos ſui parte cōſtituit & conſpectū o-
mniū nobis dedit, nec erexit tantūmodo hominem, ſed etiam ad
cōtemplationem factum, vt ab ortu ſidera in occaſum labētia ꝓ-
ſequi poſſet, & vultū ſuum circūferre, cum totum ſublime fecit il
li caput, & collo flexibili impoſuit. (Ad bene) Recte, honeſte, de-
core, qm̄ è ſtili contemplatione plurima exiſtūt quæ formēt mo
res, & inſtruāt vitam, & in primis ratus ordo, & æquabilis rerum
cœleſtiū, & totius naturæ ſolertia, æquitas, & benignitas. (Bea-
teq.) Secure, tranqlle, feliciter, cum aio nihil deſit oium capaci,
quæ cœlo cōtinentur. Beatus is dr̄, cui omne adeſt bonū. (Duci-
mus) Exiſtimamus, iudicamus. (Quod verū) Conſtans, euidens,
pſpicuum, & decoꝶ. Poſt deum (ait Seneca) veritas colenda eſt,
quæ ſola hoies deo proximos facit, de fide, & religione ſcias agi,
vbicūque de veritate tractatur. (Simplex) Fidū, apertum, citra du
plicitatem, & iniqtatem, quæ ad malitiam pertinet, & ſimulatio-
nē, quæ aliud corde egit, & aliud lingua enūciat. (Syncerum) Pu
rū, incorruptum, & nō vanum, fallax, & malignū. (Naturę hois).
Excellentiæ ipſius rōnis qua homo cēſetur in primis probus uir
mētiri non debet, prudens vero mendacium non dicere, niſi pro
cōi vtilitate, quapp Diuus Plato publicis tm̄ medicis concedit
mendacium, ſic enim in 2. de rep. ſcribit: An neſcis, quod ipſum
mendacium oēs hoies, dijq́. oderunt. & in tertio: Deis inutile eſt

Mēdaciū quādo licitum ſit.

mēdacium, hominibus aūt pro medicamento eſt vtile. Quare pu
blicis medicis eſt cōcedendum, priuatis aūt hominibus minime
attingendū. Igitur remp. adminiſtrantibus p̄cipue ſi quibus alijs
mētiri liret vel hoſtium, vel ciuium cauſa, ad cōem ciuitatis vtili
tatem, reliquis aūt mendacio abſtinendū eſt, ſi quem deprehende
ris aliū in ciuitate mentientem ea eoꝶ gn̄a, qui artifices ſunt, ha
riolū videlicet, vel morboꝶ medicum, vel lignarium fabrū, eum
punito tanq̄ rem quandā inferentem. è qua ipſius ciuitas ueluti
nauis ſubmerſio, & pnicies ſequitur. (Aptiſſime) Conuenientiſſi
mū, & in primis decoꝝ, qm̄ prudentiam atq; iuſtitiam redolet, q̄
ſorores fidæ ſunt, & ſpte iungūtur, atque cōſpirant. (Huic veri)
Sequūtur fortitudinis ſemina. (Principatus) Imperia & excellen
tiæ nulli nec homini obnoxiæ, nec fortuitæ temeritati, ac uiolen
tiæ, ſed ſemp erectæ, ac liberæ, & imperio magis natæ q̄ ſeruitio.
(Bene inſ.) Generoſus, recteq́. delineatus, inſtructus, ſubornatus
& vere magnus. (Præcipiēti) Admonenti, moreſq́. monſtrāti: &
exhortāti ad decus vitæ. (Docēti) Formulas, & p̄cepta diſciplina
rū aperienti ad ingenij cultū, & veram humanæ rōnis imaginem.
(Vtilitatis cauſa pro cōi bono) quapp ait philoſophos quo mo

Biantis ſententia.

raliū, ſentētia Biantis bene ſe hr̄e videtur, Magiſtratus verū o-
ſtendit: Ad alium ſiqdem eſt, & in ſocietate iam ipſe Magiſtratus
cōſiſtit. (Iuſte) Rite, per electionem, & nō violentam occupatio-
nem, quæ Tyrannoꝶ eſt, & non legitimoꝶ Magiſtratuum. Qui-
bus reſp. ſe tuendam cōmittit, Quibus pro cōi compendio, cōſer
uandaq́. diſciplina domi, foriſq. parendum eſt. Vnde Silius cele-
brat Fabium maximū dictatorem rigide ſancientem bellicos ri-
tus, & obediētiam, Quo tollis ad aſtra Imperij Romane caput pa
rere docebat. (Imperāti) Imperium exercenti ciuile, ſiue togatū,
& armatū vt prætoribus, cōſulibus, magiſtris eqtum, & populoꝶ
q dictatores appellabantur. In officijs capiēdis, ait Gel. cēſendis,
iudicandiſq́. ſolet quæri, an negocio tibi dato, & quicqd oino fa
ceres diffinito, contra quid facere debeas ſi eo facto videri poſſit
res euētura proſperius, æq; vtilitate eius, q id tibi negocium mā
dauit, tādem ait exēplo. P. Craſſi quæſtiuncula hæc & ſpeculatio
inducatur, q architectum aliter q̄ imperatum fuerat obtemperā
tem

tem virgis multis cecidit, corrumpi, atq; dissolui officium oē imperātis ratus, siqs ad id, quod facere iussus est, non obseqo debito, sed consilio non desiderato rńdeat. [Legitime) Secundum formā legum ciuilium, in qbus consistit publica libertas, vnde boni ciues legibus seruiūt, vt libertate fruantur. [Nec vero illa parua vis naturæ) Efficacia humani ingenij, ac mēns, cui scientia insunt tēperantiæ, modestiæ, pudorisq. [Vnū) Solum. [Sentit) Percipit cognoscit, iudicat, quā vim habeat ordo rerum, & in omni re modus. [Ordo) Cōcinna rerum collocatio, & distributio, vt confusio declinet, & leuis temeritas. [Deceat) Aptū sit, & cōcinnat psonę, loco, tpi, ceterisq. circūstantijs. [Qui sit modus) Mensura rerum oium, & ratio. vnde Horat. Est modus in rebus, sunt certi denięq; fines, Quos vltra citraq. neqt consistere rectū. Et metiri se quęq. suo modulo, ac pede verum est à modo. i. decoro, & rōne sit modestia, modice, moderatio, & modificatio ait Pōpeius. [Botū ip.) .i. corpoꝝ, imaginū, signoꝝ. [Aspectu) Visu percipiuntur, & expendūtur. [Pulchritudinē) Formositatem. [Venustatē) Gratiam, & lepore, vnde inuenustus dr̄, cui nulla inest gratia. [Conuenientiam) Cōmensurationem, & proportionem, quæ analogia dr̄ a græcis. [Ad animum) Ad animi cōformationem, & lineamenta siue fila ipsius virtutis, quibus aius concinnatur, & decoratur. [Pulchritudinē) Dignitatem, formositatē, & decus in ipsis moribus, & ordine vitæ rōni consentaneo. [Constantiam) Grauitatē congruentiam & parē totius progressus tenorem, vt inconstantiæ crimen effugiat, & moꝝ discrepantiam, verborumq;. [Ordinem) Rectum & cōcinnum vitæ modum. [Cauet) Deuitat. [Indecore) Inepte, absurde, ac temerarie. [Effœminate) Molliter, fracte, parumq. viriliter. [Opinionibus) Cogitationibus, atq; iudicijs. [Libidinose) obscœne, turpiter, cupide, intēperanter, effrenate, libido siqdē gnāle vocabulum est, & oēm complectitur cupiditatē, & voluptatem. [Quibus te.) Quatuor virtutū quasi seminarijs, & igniculis.

Libido quod vocabulum sit.

FRAN. MAT.

PRincipio &c.) Habita officij diligēti diuisione, facta etiā totius rei tractādæ partitione quandā quasi formam honestatis ante oculos ponit eius, Initia psecta natura ostendēs esse. quæ cū multa homini cū alijs animantibus cōia concesserit, hoc vno penitus differre voluit, quod eius menti rōnem dedit acrē, ingenium, celerrime multa simul agitantē, sagacemq. p hanc rōnem ad omnis honesti actionem deducti sumus, & prudenter facere, iuste, fortiter, moderate didicimus, sicuti & hoc loco, & lib. 2. de finib. doctissime colligit Cic. Merito igitur vt honesti originē patefaceret, sigillatim de eo secundū officia tractaturus altius repetit & quandā quasi faciem quod ipse ait prius efficit, vt quale id sit intelligatur, de quo futura disputatio est [Principio) A principio cū primum ceperunt esse. [Omni) Tam rōnali, q̄ rōne carēti, dicit quid sit cōe oibus animantibus prius, deinde quid intersit inter rōnale & irrationale. [Vt se &c.) Ipse declarat subdēs vitam, corpusq. tueatur, hoc est ab omni re noxia defendat. [Declinet) Euitet, effugiat. [Acqrat) Ad præsentem necessitatē. [Paret) Etiā ad futura, quod quædā animalia faciunt, vt formicæ. [Vt pa.) Cibus potus belluarum est, q̄ boium pastus. Et Virg. ait: Cū sese pastu referunt, de cygnis. sed hic loqtur de cōibus vtriq; gn̄s. [Latibula) Quibus ab imbre, frigore, vēto niuibus se defendāt, & hæc proprie ferarum dr̄, cum latebrę sint hominū. Liuius tn̄ dixit: In vepres in latebris ferarum noctem vnam delituit. Vt alia gn̄s eiusdem, quæcunque ad vsum vitę necessarium ptinent. [Cōmune aūt) Vt cōe est se vitam, corpusq. tueri omnibus animantibus, ita coniunctionis & procreandi similem sibi specīe appetitus cōis est. Cum enim naturali instinctu mortale se esse animal omne cōprehendat per successionem viuere cupit. hic aūt appetitus præcipue in homine est, q sevit arbores, quæ alteri sęculo prosint, vt Ennius dicebat. cognoscit enim filijs & posteris suis profuturas, hanc naturæ vim omnibus animātibus tributam ius naturale appellant Iureconsulti. Idq. sic diffiniut: ius naturale est, quod natura oia animalia docuit. Nam ius illud non humani gn̄is proprium est, sed omnium naturalium, quæ in terra, quæ in cœlo, mariq. nascuntur, auium quoq; cōe est. Hinc descendit maris atque fœminæ coniugatio, quam nos matrimonium appellamus, hinc liberoꝝ procreatio, hinc educatio. Videmus. n. cetera quoq; animalia, feras et bestias istius iuris peritia cēseri. [Coniunctionis, vt coeant cum eiusdem gn̄is animalibus, quod in brutis ferme promiscue fit. Et in hoibus factitatum est à principio cum in agris passim vagabantur bestiaꝝ more, quod in pœmio Rhetorices Cic. ait: Primus aūt coeundi appetitus hoies a ferino victu, ad cultiorem vitam traduxit, quod tn̄ alij multi ex poetis, cū Ouid. tradit in Fast. his versibus de Venere loquens: Illa rudis animos hoium contraxit in vnum: Et docuit iungi cū pare quęq. sua. Prima feros habitus homini detraxit ab illa: Venerunt

Pastū & latibula.

cultus multaq. cura solo. Stoicos tn̄ Cic. est secutus, q primam aiantis appetitionē fuisse dnt seipsum tuendi atque seruandi ita docēte natura, neque. n. fas erat animal ipsum vel alienū a se fieri vel oino id fieri, vel nō sibi maxime ppinquum fieri, cum igitur naturam sibi ipsi maxima cōcordia & charitate deuinxisset vt & noxia ppelleret, & quæ ad sui conseruatiā essent vtilia susciperet, voluptatem vero primā appetitionem animātibus fuisse falsum esse, & eam, siqd est, accessionem esse. [Cura quædam &c.) Vt nutriant, quod aues quadrupedes faciunt, hoies vero et vestiunt, instituūt moribus, artes edocent, non enim (vt alibi ait Cic.) conueniēs esset, vt natura procreare vellet, procreatos vero negligeret. [Sed inter hoiem &c.) Nunc qd intersit inter hoiem & belluā ostendit, bellua n. tm̄ sensu, homo et ratione mouetur, illa ad id quod adest se accōmodat, homo non psentia solum intelligit, sed & pterita meminit, & futura coniecturis mentis, ac rōne colligit. (Sensu) q rōnabilis est & nobis cū brutis cōis, sentiunt .n. bruta perinde ac nos & sensu mouentur, vt gaudij, timoris. Sed inter bona & mala sic vt nos discernerē non pn̄t, q a rōne carēt, qua & meminimus pterita, & colligimus futura, & psentia intelligimus ac disponimus. Plato atque Arist. quatuor esse aias dixerūt. Vitalē, vt in vermibus, & ceteris ferme insectis quæ mouētur dūtaxat. Sensitiualem, vt in brutis animalibus, in qbus gaudij & timoris sensus est. Intellectiuam, vt in hoie q & cogitare & iudicare pōt. Naturalem siue vegetatiuam, q̄ est in herbis & arboribꝰ nā enascūtur & crescunt. has oēs vitas in hoie esse multi scribūt, sed quod homo aliquo sensuū percipit id rōne dijudicat, quale sit, qđ bruta non faciunt. Sunt pterea tria in aio quæ rei agendæ, veritatiq. dominātur. Sensus, intellectus, appetitus. Sensus nullius rei agēdæ principium est, sed tm̄ apprehendit. Intellectus eligit sequi vel nō sequi. Appetitus vero sequitur vt viuat. [Quod adest) qđ ppe est, & iamiam futuꝝ est, vel iāiam pterit. [Præsens est) qđ cernitur, quod iam euenit. [Paulum admodū &c.) Sentiūt qdā pteritum & futuꝝ multa ex brutis, vt eq, boues, leones, cerui, canes, sed paꝝ admodum. Quanq̄ mira de canibus, & eqs scribūt historici. Cani qdem tanta memoria est vt nulli præterq̄ homini maior sit. Eq vero presagiunt pugnam, amissos lugent dominos lacrymasq. interdum desiderio fundūt auctor Plin. [Homo vero &c.) Non idem in hoie contingit, q cum sit rōnis particeps, non præsentia solum intelligit, sed futura etiam multo ante præuidet, paulatim autem ad singularum rerum initia que à natura manent, aperienda descendit, simul, & eaꝝ vim proprietatēq. ostendit. [Rationis) cuius (vt alio loco ait Cic.) prima hoi cum Deo coniūctio est. [Consequentia cernit) inter cōsequentia & causas hoc interest. q ɔsequentia antecedentibus ɔiuncta sunt, vt sol causa est diei, non. n. sol esse poterit. qn dies sint sit, & dies qn sol. causæ vero non semper, eas Arist. quatuor posuit: Efficientē, quæ est mouendi principio. Materialem ex qua aliqd fit. Formalem & specificam ex qua vnūquodq; formatur. Et finalem cuius gr̄a quodlibet efficitur. Sed efficiēs duplex est extrinseca & intrinseca. Intrinseca virtus actiua, extrinseca virtꝰ cœli, materialis est cui aliqd inest quod materia sit, vt æs statuæ, & secundū hāc ɔsideratur ex qua, in qua, circa quam. Formalis est eius, q qd debet esse ratio diffinitiua, sicut anima est formas hois igneitas forma ignis, huiusmodi aūt formalis causas ideas appellauit Plato. Finalis est, vt sanitas ambulandi, hæc aliaꝝ omnium causa est, nam ipsa efficientem monet materiam, qua mota forma inducitur. Ex his comprehendimus causas quasdam esse, quæ statutum habent effectū, vt causam efficientē. Et aliquas quæ non, vt finalem potest. n. ambulare quispiam, & id nō sanitatis gratia facere. Sed hic Cicero simpliciter loqtur, causamq. intelligit, quæ aliquē euētum præcedit, & præpostero ordine vertitur. Prius. n. causæ sunt, deinde ɔsequentia, quæ causas antecedentes sequuntur, vt ex ingi pluuia, vel continua siccitate futurā cognoscimus annonæ caritatem. [Earum rerum) Non causarum, quo incedere, quomodo progredi res debeant, hoc aūt totum ad prudentiam spectat. Exēpli causa: Si Romanos quispiam nimium ambitiosos, & diuitiaꝝ cupidos quondam vidisset, & futuros, & diuitiarum cupidos quondam vidisset, & futurum ppea dixisset vt bella ciuilia gererent, qbus prouincias prius populo Roma. subiectas, mox Romam ipsam deuastarent, is causas rerū, & earum progressus multo anteq̄ acciderent. duce animi ratione percepisset. [Antecessiones) Non solū ipsas rerum causas videt, quæ plerunque apiæ, & manifestæ sunt, vt nimia siccitas causa penuriæ, nimia aeris intēperies pestilentiæ. Sed si quis est quod ipsas causas antecedat, vt cū ex signis qbusdam & prognosticis futurā percipit aeris intemperiem, quæ pestilentiæ causa sit. Item nimias pluuias, aut siccitatē, quæ caritatis annonæ causa sint. [Similitudines cōparat) statim decla

Plato & Aristot. quatuor esse aias dixerunt.

Sensus. Intellectꝰ Appetitus

Canes. Equi.

Consequētia quid sit. Causa.

Signa boni & mali ipsis exēplis colliguntur.

declarat quõ similitudines comparat, q a rebus presentibus anne ctit, atq; adiũgit futuras, memini siccitatem nimiã fuisse, & sterilitatẽ secutã, vider accidere similẽ siccitatem, similem ẽt sterilitatem iudicat futurã. Legit pp violatos legatos sæpe gestum bellũ idẽ cum accidit haud dubie bellũ passuros violatores opinatur. [Totius vitæ) Nõ solum psentia verum ẽt futura quæ vsui sint, cõparat, cursum vitæ totius rõne cõprehendẽs. [Eadem na. &c.) Hũc iustitiã innuit, quæ pxima prudẽtiæ mihi go vr̃ esse cur statim rõne duce homo hoi cõciliatus est. [Cõciliat) Cõiungit, efficit .n. vt suos primũ, moa ciues diligat, oium postremo mortaliũ societate gaudeat. [Orationis) Vt colloquat cũ alijs, & cõmercio delectetur eiusdẽ sermonis. [Vitæ) Vt habeat cum hoie consuetudinẽ, & cum eo viuat, unde à Plat. homo, zoon politicõ, hoc est ciuile animal vocatur. [Ingenerit) Inserit aias hoium, si alios amat, multo magis suos, quos ad se nouit ptinere, quos ex se natos scit. Quoꝝ charitas maxima est, & eisdem parietibus continetur. Impellitq. &c. natura inqt, hoiem impellit ut cœtu alioꝝ gaudeat. Nam cũ sit aĩal ciuile solitudinem fugit, ciuitates libenter colit. [Et si obe. &c.) Vt sibi inuicẽ obsequatur, uelut q minor est doctrina & dignitate, is superiori obediat, & eum veneretur. [Ob eas. cau.) Quas enumerauit. [Amorẽ) .s. in procreatos, & in eos, q una uiuũ. [Suppeditẽt) Subministrent, abundanter pbeãt. [Ad cul.) Ad vestitũ & ornatũ corporis. [Ad uictũ) Cibum, & potũ. [Cæterisq.) Vt parẽtibus, fratribus, amicis. [Tueriq.) De iure naturali non solũ uenerari parentes teneamur, sed ẽt in senectute alere, & leges erãt apud maiores nostros quæ filios punirent, q parentum curã omitterent. [In primisq. &c.) Initiõ iustitiæ innuit à natura profectũ nunc ad prudentiã redit, quæ in ueri inuestigatione uersatur, & pruprium hois dicit esse aliqd inqrere, atque inuestigare, sed tunc tm̃, cum necessarijs negocijs, curisq. vacuus fuerit; & sic aperte actiuã vitam contẽplatiuæ anteponit, illi iustitia, fortitudo, & tẽperantia subijciũt, huic sola prudentia.

Ius naturæ pcipit filios debere alere parentes.

Prudẽtia

Quãuis ita inter se connexæ sint virtutes, vt vna esse absq; reliqs nõ possit, prudentiam qdam non nisi per applicationẽ ad singulas virtutes, esse virtutẽ volũt. Exuscitat: erigit, icitat. [Maiores) q̃ sua spõte essent. [Auemus) Cupimus. Idẽ lib. de finib. Et qm̃ eadẽ natura cupiditatẽ homini ingenuit veri inueniẽdi, quod facillime apparet, cum vacui curis ẽt qđ in cœlo fiat scire auemus, his initijs indocti oia vera diligimus .i. fidelia simplicia, constantia tũ vana, falsa, fallentia odimus, vt fraudem periurium malitiam iniuriam. [Videre) Animo & cõtemplatione. [Audire) Ab alio. [Discere) Ab eo q nouerit & veluti præceptor tradere possit, vel potius, vt quæ contemplamur, vel ab alijs audimus, ea nos pcepta & intellecta memoriæ cõmendemos. [Rerum) Aut occultarũ aut admirabilium. Res oẽs in quibus Rhetoricoꝝ versatur inqsitio triplex, oino sunt. Aut. n. & à materia & ab eius cõditionibus abstractæ sunt. Situ, motu, loco, vt Metaphysicæ, aut nec à materia nec ab eius cõditionibus, vt physicæ, aut a materia tm̃, non etiam à cõditionibus, vt mathematicæ, occultæ qdem sunt physicæ res & mathematicæ. Quarũ scientiam etiam lib. de Orat. Cic abditã & reconditam vocat. Res veru metaphysicæ incredibiles sunt & admirabiles, animo. n. duntaxat cõcipiuntur, cum & materia & à materiæ cõditionibus abstractæ sint, ut dictum est, vel occulta potius ad physicam & metaphysicã referas, admirabile ad mathematicas, quæ in demonstratione positæ sunt, & oculis subijciuntur: nec carent admiratione maxima, vt astronomia. Quãuis eadem scientia & occulta, & admirabilis metaphysica iure dici possit. Nam si occulta admirabilis, non tñ semper recte cõuertis, multa enim admirabilia sunt, & eadem nõ occulta. [Ad bene, beateq. viuendũ necessariam) Quid eiusmodi res occultas & admirabiles scire cõferat ad beate viuendũ his verbis ipse docuit Cicero: Nã cum in oĩbus rebus temeritas in assentiendo errorq. turpis sit, tũ in eo loco maxime, cum iudicandum est quantũ auspicijs rebusq. diuinis & religioni tribuamus. Est. n. periculum ne aut neglectis his impia fraude, aut his susceptis ciuili sopstitione obligemur. Quod ne accidat certe veri inqsitio facit, & sicut Cic. ait necessaria est, ad beate viuendũ. [Ex quo) Qm̃ hæc veri inqsitio naturalis est, & necessaria, sequitur ẽt id præcipue homini conuenire, quod verũ est, hoc est non falsum & euidẽs. [Simplex) Non simulatũ nec ambiguum, sed apertũ & vnum sincerum, purũ, vel integrũ & incorruptum. [Huic veri videndi cupiditati) Ex prudẽtia, quodãmodo fortitudinem orta innuit cum illi adiunctam dicit. Quãto. n. quisq; prudentior est & doctior, tãto magis principatũ affectat. Vnde Syllam Cæsar dicebat dictaturam deposuisse, qm̃ literas ignorasset. Est aũt fortitudo rerum magnarum appetitio, humiliũ contemptio, & laboꝝ cum vtilitatis rõne perpessio. [Appetitio) Principatus, vt in quauis actione & re principes veli

Physicæ res et mathematicæ sunt occultæ.

mus esse, oẽs aũt hoies ceteris præstare vellent & vincere q̃ vinci optarẽt. Quod si bonis artibus id agere student laudandi sunt, Si cõtra improbandi. [Parere) Vt obedire, & subesse. Multos legimꝰ philosophos tyrãnis subesse nõ potuisse. Vt Zenonem, Cleantẽ, & Anaxarchũ Abderitem quoꝝ neuter tyrannũ pati potuit, Auctor Valer. Max. [Bene informatus) Institutus, atq; instructus naturali lege quæ cõem vtilitatem oibus rebus esse anteponendam docet, ẽt priuatę vtilitati, & incolumitati. Innuit aũt appetitionẽ principatus naturaliter in hoiem cadere. Præcipiẽti, vt medico vt patri. [Docẽti) Vt magistro. [Imperãti) Vt magistratui. [Iuste) Vt nemini fiat iniuria, ne illi ipsi qdem cui imperatur. [Legitime) Secundũ leges. [Ex quo) Ex qua principatus appetitione. [Nec vero illa parua vis) Nũc modestiam tangit, quã vt ipsam manare à natura dicit, posita aũt in ordine est & modo. [Naturæ est rõnisq.) .i. naturalis rõnis. [Quid sit) Ordo, q diffinitur sic: Ordo est digestio, & cuiusq; rei in suo loco collocatio vt q maiores natu sunt aut nobiliores, digniores q. in pcedant, sequantur reliqui secundũ dignitatem, vt in re militari ordo seruatur, vt in cõuiuijs, vt in funebri põpa, in senatu. Et Romæ tres fuerũt ordines, patricius, equestris, plebeius. Patricius dignitate ante ibat. Equestris sequebatur. post quẽ plebeius erat. Ergo qd sit ordo, qd prius, qd posterius, qd cui pponi debeat. [Quid sit quod deceat) Hoc ad decoꝝ spectat, quod græci toprepõ vocant, aliud. n. senem, aliud iuuenẽ, aliud adolescentẽ decet. Et Horat. ait in arte Poetica: Ætatis cuiusq; notãdi sunt tibi mores, Mobilibusq. decor naturis dãdus & annis. Ludus pilæ puerũ decet, q dedecet senem, idemq. in multis accidit. Decoꝝ nõ seruat q apud Catonem de voluptate, apud lenonẽ de continẽtia loqtur In factis dictisq;. Cõuenit. n. tũ factis tum dictis modũ adhibere quem q trãsgreditur in vitiũ cadit. Virtus. n. in mediocritate, vt ostẽdit Arist. cõsistit. Et Horat. ait: Est modus in rebus sunt certi deniq; fines, quos vltra citraq. neqt cõsistere rectum. Decet oẽs, rebus accõmodare orationem, quæ si lõgior fuerit quã necessitas postulet, inepti habemur. Itẽ cauẽdum est ne aut dictũ proteruum sit atque insolẽs aut factum uocetur. Itaque eoꝝ &c. Concludit, & pruprium hois esse dicit ut tẽperantia & modo vocatur. Qm̃ qualia sint quæcunque cernuntur, solus intelligit, & aspectu ipso pcipit. [Sentiuntur) Percipiũtur. Sensus ad oẽs quoque ptinet & non minus oculoꝝ & gustus tactusq. q̃ auditus dr̃. [Aspectu) Oculis oium inqt rerum à natura pductarum ordinẽ pulchritudinem & cõgruentiam cernit transfertq. ad aium suum similitudinẽ, videt terram accepta semina multiplicata reddere idẽ ipse facere in referendo grã studet, formicas intuetur ęstate laborare grana cõdere vt sit hyeme, quo vescantur cõtinuo imitatur. Et sic ad aium similitudinẽ transfert, nec solũ, quæ in terra sunt, sed ẽt quæ in cœlo inuestigat: Recteq. ait Cic. nõ incolas in terra esse hoies & habitatures, sed vt superarũ rerum contemplatures, vnde & ἄνθρωπος ἀπὸ τοῦ ἀναθρεῖν. Et Ouid ait. Pronaq. cũ spectent animalia cetera terram Os homini sublime dedit cœlumq. videre iussit, Et erectos ad sidera tollere vultus. [Pulchritudinem) Rerũ externarum magnitudinẽ atque excellentiam, nihil. n. pulchrũ intelligimus, quod idem nõ sit excellens ac magnum, & cõtra Arist. placuit, vt q magnus esset is ẽt pulcher intelligeretur, verum aũt pulchritudo reꝝ quas cernimus in terris, primam illam & auream, vt ait Theophr. philosophiam cognitionis cupiditate incẽsam excitauit. Pulchritudinẽ vero cœli, maris terræ intelligimus venustatem singularum partium ornatũ & varietatem in suo cuiusq; gñe conuenientiam cõgruentiam & elementoꝝ fidem inter se & concordiã quamuis diuersaꝝ sint qualitatũ. [Quam simil.) Efficit inqt naturalis rõ, vt quod in rebus externis ꝯspicimus sicut in tpibus, quæ sibi inuicẽ ordine succedunt, & elementis quæ eadẽ semper fidẽ seruãt & cõstantiã. Ideo & nos in factis & dictis custodire studeamus vt nihil inordinate, nihil incõstãter aut dicamus. aut faciamus. [Cõstãtiã) Vt in bonitate pseueremus, & in his, q̃ semel probauimus si modo honesta sunt. [Indecore) Turpiter cõtra modestiam. [Effeminat) Molliter cõtra fortitudinẽ. [Libidinose) Incõtinenter libido est inordinatus appetitus rationi & honestati repugnans. [Aut cog.) Quia ne cogitare qdẽ fas est quod turpe est. Quasi & ipsa cogitatio scelus sit absq; opere. [Quibus ex reb.) concludit nunc, post singulas honesti partes attingit, & has esse inqt ex qbꝰ honestũ ꝯstat. [Quod q̃rimus) Ad qđ ois nr̃a actio dirigit. Cõflatur) Cõficiuntur. Translatio à fabris sumpta est. Quod & si nobilitatũ non sit &c. hoc est q si à nullo nobilitatur & laudatur tñ per seipsum nobile & laudabile est. [In quo magna) Vis ostenditur honesti. [Formam qdẽ &c.) Attentum reddit filium, pulchritudinẽ atque excellentiã honesti extollẽs cum dicit mirabiles excitaturũ sapientiæ amore, si oculis cerneretur, sicut animo vide tur

Valerius Max.

Ordo qd sit.

Ordines Romanorum.

Horat.

Quid sit modus.

Ouid.

Theophrastus.

tur,sed honesti partes quas minus aperte superius attigit, explicat nûc manifestius singula℞ vim proprietatemq. patefaciens. [Formam) Recte dixit est .n. furma,quæ dat esse rei, & illæ quatuor virtutes quas innuit honestû efficiunt, ad quod officia diriguntur & spectât. [Oculis cer.) Sicut corporis alicuius cernitur pulchritudo. Arist. primo Politico℞ non perinde esse ait animi pulchritudinê vt corporis cernere, quod si tã facile animi q̃ corporis pulchritudo cerneretur,dici nõ posset quâto amore virtutis aius accenderetur,& recte qdê,nam cum animus corpori præstet,quâto dignior eo est,tâto magis eluceret. Cur aût in amorê virtutis tardior animus sic ea causa est, quod vbi parum est notitiæ,quæ per sensum fit,illic tardior notitia est intellectus. Sensibiles aût res per exteriorem intelliguntur. Cum intelligibiles tantûmodo animo comprehêdatur. Vt ait Plato in libris de rep.

ASCEN. PRætermittendæ) Prosequitur sm̄ genus iniustitiæ. valet Prætermittendæ defensionis ostendens vnde oriatur. Est aūt ordo. Plures.i. valde multæ causæ solent esse, defensionis prætermittendæ.i. cur defensio prætermittatur, & officij deserēdi.i. cur officium deseratur. Nam ipsi qui prætermittunt defensionem oppressorū aut deserunt offm̄, aut volunt suscipere inimicitias iniuriarum. s. aut laborem. Aut sumptus.i. expēsas, aut impediuntur negligentia, pigritia, inertia.i. ignauia quasi sine arte, aut suis.i. in proprijs studijs.i. exercitijs, ue pro vel quibusdam .i. certis occupationibus, sicut patiātur eos esse desertos quos debeāt tutari. Itaque ui. est.i. oportet videre & prospicere, ne id quod dictum est apud Plat. in.i. circa philosophos, sit non satis .i. insufficiens. s. eos esse iustos, quod.i. quia versentur inuestigatione veri .i. veritatis, q; , pro &, quod ipsi contemnant. s. aspernatur, & ducant.i. reputent. Pro nihilo: ea quæ plerique expetent, & de quibus plerique soleant digladiari i. gladijs contendere inter se, hoc est diuitias & potentiam. Nam dum philosophi assequuntur alterum genus iustitiæ, ne. s. noceant cui.i. alicui, inferenda iniuria, hoc est inferendo iniuriam, ipsi incidunt in alterū supp. vitium. s. prætermittendæ defensionis. Enim, pro quia ipsi impediti studio discendi deserunt sup. eos quos debent tueri.i. defendere. Itaque Plat. sup pro & non, non putat eos accessuros, quidem.i. certe ad remp. nisi coactos. Autem pro sed, æquius .i. iustius, & decentius erat id. s. accedere ad remp. fieri volūtate .i. voluntarie & sponte quam coacte. Nam hoc ipsum quod fit recte, iustum est, si est uoluntarium. Sunt etiam sup. aliqui, qui dicant se agere suum negocium non immiscendo. s. de rebus alterius, aut studio rei familiaris.i. domesticæ tuendæ.i. protegendæ, atque augmentandæ. Aut odio quodam hominum, quia societatem humanam fastidiunt, aut fugiunt ne uideantur facere cuiquam iniuriam, qui dum vacant.i. vacui sunt & puri altero genere iniustitiæ, quod est iniuriam inferre, incurrunt in alterum sup. iniustitiæ genus, quod est non defendere quos debeant. Enim pro quia deserunt societatem vitæ, quia nihil studij conferunt in eam, & nil operum.i. operationis & laboris, & nihil facultatum.i. opum ac diuitiarum. [Quoniam igitur.) Concludit quemlibet ex iam dictis posse iudicare, quod cuiusque tp̄is officium sit.i. quod iuste, quid ue iniuste fiat. Mones nihil agendum esse de quo dubites, iustum ne, an iniustum sit, q̄ ea dubitatio cognitionem significat iniuriæ. Ordo est, igitur qm̄ propositis duobus generibus iniustitiæ .i. postq̄ proposuimus duo genera iniustitiæ, nos adiunximus causas vtriusque generis, & nos constituimus ante.i. prius eas res quibus iustitia continetur. Nos poterimus facile iudicare, quod sit officiū cuiusque tp̄is. Nisi amab. valde nosmetipsos, sic. s. quod pp vtilitatem aut uoluptatem nostram dissimulemus quod iustum est. Possumus autem dissimulare. Enim, pro quia, cura .i. solicitudo rerum alienarum, quas iustus tenetur defendere est difficilis, q̄q̄ ille notissimus Chremes Terent.i. qui in 3. Com. Ter. loquitur. Putat nihil hu.i. ad hominem pertinentis esse alienum à se, sed tamen quia nos percipimus atque sentimus magis ea, quæ eueniunt nobis ipsis aut prospera, aut aduersa, quam illa quæ ceteris sup. eueniunt quæ. s. ceteris euenientia, nos uidemus quasi lōgo interuallo.i spatio, interiecto .i. inter nos & illa posito, ideo sup. nos iudicamus aliter de illis ac.i quam de nobis. Quocirca .i. quapropter, quia s. non recte prospicimus res alienas, & amore nostri capti faciliter in eas peccare possumus, illi qui uetāt .i. prohibent agere quicquam quod dubites .i. quis dubitet in sup. sit æquum, an iniquum præcipiunt bene.i. recte. Enim, pro quia ipsa æquitas lucet per se, autem pro sed, dubitatio. s de æquitate significat.i. denotat cognitionem.i. præsumptionem iniuriæ.

DOCT. interp. DEsertos esse) Epicuri dogma est [illegible], quo uetuit attingi resp. Id reprehendit hic M. Cicero. Est autem & apud Horatium. Nec vixit male, qui natus moriensq. fefellit. [Aut odio quodam hominum.) [illegible] taxantur.

ARGVMENTVM.

Docet officia pro circumstantijs variari, & quod officiosum erat id citra officium fieri, duobus maxime modis, si aut ab vtilitate recedatur, aut minus vtile præferatur vtiliori, quin interdum præter officium esse, nimiũ inhærere iuris apicibus.

SED incidunt sæpe tempora, cum ea, q̄ maxime videntur digna esse iusto homine, eoq., quem virum bonum dicimus, cōmutantur, fiuntq. contraria; vt, reddere depositum, etiam ne furioso p̄missum facere, quæq. pertinent ad veritatem, & ad fidem, ea negare interdum, & non seruare, fit

iustum. referri.n. decet ad ea, quæ posui in principio fundamenta iustitiæ, primum, vt ne cui noceatur; deinde, vt cōmuni vtilitati seruiatur. ea cum tempore commutantur, cōmutatur officium, vt non semper sit idē. Potest .n. accidere promissum aliquod, & conuentum, vt id effici sit inutile vel ei, cui promissum sit; vel ei, qui promiserit. nam si, vt in fabulis est, Neptunus, quod Theseo promiserat, non fecisset, Theseus filio Hippolyto non esset orbatus. ex tribus .n. optatis, vt scribitur, hoc erat tertium, quod de Hippolyti interitu iratus optauit. quo impetrato, in maximos luctus incidit. nec promissa igitur seruanda sunt ea, quæ sint ijs, quibus promiseris inutilia: nec si plus tibi noceant, quàm illi prosint, cui quidem promiseris, cōtra officium est, maius damnum anteponi minori: vt, si constitueris te cuipiam aduocatum in rem præsentē esse venturum, atque interim grauiter ægrotare filius cœperit, non sit contra officium, non facere, quod dixeris; magisq. ille, cui promissum sit, ab officio discedat, si se destitutum queratur. Iam, illis promissis non standum esse, quis non videt, quæ coactus quis metu, aut deceptus dolo promiserit? quæ quidem pleraque iure prætorio liberantur, nonnulla legibus.

PETR. MARS.

SED incidunt sæpe tpa,) Positis oibus, quæ fieri debent ab hoie iusto sine aliqua cunctatione, & a qbus fugiendū sit, nunc ea ponit, q̄ agēda sunt fm tpis ɔdōnem. Nā sæpe incidunt tpa, in qbus facere ea, q̄ vr̄ esse contra iustitiam, offm est, sed in his rebus dijudicandis, prudentia opus est, ut tpi seruiatur, & offō, atque oibus circūstantijs, de quibus in principio dictum est, & sic appellantur hæc officia à circunstantijs, q̄ sunt septem, & in oi re requiruntur. Nam multa rōne tpis, loci, personæ, modi, rei, causæ, & materiæ, sunt contra offm, si fiant, q̄ prius officia erant, ut apertius p exempla patebit. [Tpa,) Tpis ɔdōnes. [Cōmutantur) Aliter se hñt, & ita fiunt contra offm pp aliq̄ circunstantiam. Fab.lib.5.loquens de tpe sic ait, Latinoꝝ quidam satis signari putauerunt, si illud gñale tps, hoc speciale tpa vocarent, habet.n. constituta discrimina, ut in bello, & pestilētia. [Vt non reddere depositum,) Ponit exemplū, quo ostendit, quare rōne tpis officia mutātur. Simpliciter, & absolute reddere depositum, naturale iustum est, sed ob aliq̄ forte causam non reddere, offm est, vt ensem furioso. In oibus igitur oportet cōsiderare principia agendi, & circunstantias, & sic ab officio non discedetur. [Depositū reddere,) Inquit Sen. per se res expetenda est, non tn̄ semper reddā, nec quolibet loco, nec tpe. Intuebor vtilitatem eius, cui sum redditurus, & nocituꝝ illi depositū negabo, idē in beneficio faciam [Depositum) Pecuniam depositā apud amicū. [Furioso) Illi q incipit furere. Furor aūt est cæcitas mentis ad omnia. [Facere promissum,) Facere id qđ promiseris, & seruare fidem alicui datā de aliqua re, si ille interim incipiet furere. Plato in j. de Rep. sic ait, Vnusquisque diceret, si quis ab amico sanæ mentis arma acceperit, idemq. insanus repetat, non oportere ea reddi, neque iustum esse, eū qui reddat, vel rursus hoi sic affecto vera oia dicat. Non ergo hæc est vera iustitiæ diffinitio, vera dicere, ac deposita reddere. Nā hæc facere aliqñ iustū, aliqñ vero iniustum est. [Referri.n.decet) Affert rōnem, quare iustū est ea negare, q̄ ad fidem pertinent, & veritatem, qm̄, inquit, omnia referri debent ad ea, quæ de iustitia dicta sunt, vt nec ui noceatur, si aūt reddere depositum furioso, aut ensem nocet illi cui redditur iniustum est non reddere, & est offm à circunstantia. consulere.n. alterius utilitati debemus, & hr̄e rōnem tpis, personæ, & aliaꝝ circunstantiaꝝ. [Referri) Quod referantur ad ea, quæ dicta sunt, & ita agantur, vt ne cui noceatur. omnia .n. quæ aguntur ad illud iustitiæ fundamentum referenda sunt. [In principio) .s. disputationis de iustitia. [Vt cōi utilitati seruiatur.) Vt omnia fiant cōis vtilitatis causa. [Ea) .s. fundamenta iustitiæ. [Cōmutantur tpe). i. aliqua tpis ɔdōne, & circunstantia, quæ efficit, vt id, quod prius offm erat, fit contra offm. [Offm) Honesta illa actio, quæ est fm virtutem, mutatur dico, ut non semper fit idem, & ut nō semper idem agere debeamus pp circunstantias. & probat hoc dicens. potest.n. accidere. [Conuentum) Pro pacto nudo hic accipitur, sed alibi potest referri ad vtrunque. Nam conuentionis verbū, auct. Vlp. est gñale ad oia pertinens, de quibus negocij contrahēdi, transigendiq. causa consentiunt, q inter se agunt, & affert exēplum Neptuni, & Thesei, cui Neptunus pmisit se tria concensurum, q̄cunque optasset. Primū, optatum fuit, vt labyrinthi resolutis ambagibus Minotauꝝ superaret. Secundū, vt descensus daretur ad inferos. Tertium, vt Hippolytus filius ex Amazone accusatus à nouerca Phædra, qđ se de stupro interpellasset, discerperet, in quē curru p litus vectū Neptunus belluas marinas immisit, quibus t q territi Hippolytū distraxerūt, & sic Theseus pr̄ incidit i luctus. Si igr̄ Neptunus pmissum nō fecisset, ab offō minime discessisset, imò saluti vtriusq; cōsuluisset, fuissetq. offm a circūstantia. [Optatis) q̄ optauerat, & elegerat. [Hoc erat tertiū) Postremū, & vltimō. [Luctus) pp interitū filij, qm̄ luct⁹ est ægritudo ex eius q charus fuerit, interitu acerbo. Plato in 3. de Leg. monet, nō esse pcandū, conandumq., vt voluntatē nostrā cuncta sequantur, sed vt prudentiā nostrā voluntas. Itaque tā ciuitati quā singulis pcandum, studendumq., vt mentē habeant, pr̄ aliqñ siue senex, siue admodū iuuenis, cum nec honestoꝝ, nec iustoꝝ quidq̄ cognoscat sic effectus, ut Theseus ad infelicem Hippolytum id impensius imprecatur. [Nec pmissa igr̄) Concludit hanc partem daiq. gñale præceptum. [Nec si plus) Hæc est alia circūstantia qua pcipitur fidem aliqñ non seruandam. [Cōtra officium est) Aliud pceptū seruandum, cum qs aliqd promiserit, quod plus noceat promittēti, quam illi, cui pmissum est. Vnde dicit Sen. deserentē vis maior excusat. [Anteponi) Quod anteponatur. [Vt si cōstitueris) Promiseris, & cōuentionem feceris. [Aduocatū) Aduocatus gñale nomē est, & non tm̄ significat eum, q alterius causam agit, sed quicūque adest alteri in causa, officij gratia aduocatus appellatur, ēt si nihil dicat, aut agat, q tn̄ paratus sit defendere. patronus proprie est, q agit causam accusati. [Aduocatū) Fautorem, & defensorē. [In rem præsentem). i. terminos agroꝝ inspiciendos, sic intelligitur in rem pſentem, & ea inter sumitur. Nam iudex, siue arbiter dr̄ ire in rem presentem, cū accedit ad locum, de quo est cōtrouersia. In oratione pro A. Cecinna Volaterrano ait, Placuit Cecinnæ de amicoꝝ sententia constituere, quo die in rem pſentem veniretur: Liu.lib.33 dicit, Rñderi legatis vtriusq; partis placuit missuros se in Afri. q inter populum Carthaginēsem, & regem Massinissam in re præsenti disceptarent. Et lib 48. eodem anno inter populum Carthaginensem, & Regem Massinissam in re præsenti disceptatores Romani de agro fuerunt. Et Valer.lib.7. Cum Labeo in rem præsentem venisset. In rem præsentem, inquit Sen. venturus fuit, sed iter æger filius, & puerpera vxor tenet, omnia esse debent, quæ fuerūt cum promitterem, vt promittentis fidem teneam. Et alibi, in rem presentem venias oportet, primum q a homines plus oculis, quam auribus credunt. [Interim) Anteq̄ eas in rem præsentem, & locum, de quo est cōtrouersia. [Iam illis promissis) Nunc ponit ea promissa quæ nullo modo seruanda sunt. promissum est per stipulationem, quæ pficitur p præcedentem interrogationē, & subsecutam rñsionem. [Non esse standum) .i. illa promissa non esse seruanda. ille stat promissis, q promissa facit. [Metu) Timore aliquo. [Iure prætorio) Boni prætoris, semper fuit hoies pluribus modis circumuentos restituere, siue metu, siue alterius calliditate inciderint in deceptionem. Ius prætorium dr̄, quod prætores quasi ministri iuris ciuilis (erant.n. iudices, vel adiuuandi, vel supplendi, vel corrigēdi iuris ciuilis gratia) introduxerunt pp vtilitatem publicam, quod & honorariū appellatur ab honore i. magistratu. Ait prætor, inqt Vlp. lib. 4. digestoꝝ, quod metus causa gestum erit, ratū non habebo. olim ita dicebatur, quod vi metus ue causa. Vis.n. fiebat mentio, pp necessitatem impositā contrariæ volūtati. Metus est instātis periculi vel futuri causa mentis trepidatio, sed detracta est vis mētio, q a quodcunque vi atroci fit, id metu quoque fieri vr̄. Paulus ait, Vis est maioris rei impetus, q repelli non potest Vlp. ait, Si qs vi compulsus aliqd fecit, per hoc edictum restituitur. Sed vim accipimus atrocem & eā quæ aduersus bonos mores fiat, non eam, quā magistratus recte intulit. iure. s. licito, & iure honoris, quem sustinet. Pōponius scribit hoc edictum locum hr̄e, si forte mortis aut verberū terrore pecuniam alicui extorserit aliqs. Caius ait: Metū non vani hois, sed qui in hoie constantissimo cadat, ad hoc edictū ptinere dicemus. Verba alterius edicti, Quæ dolo malo facta esse dicētur, si de his rebus alia actio nō erit, & si iusta causa esse videbitur iudiciū dabo, inqt prætor. Hoc edicto dicit Vlp. ptor aduersus varios & dolosos, q alijs obfuerūt, calliditate quadā subuenit, ne vel illis malitia sua lucrosa sit, vel istis simplicitas dānosa. prætores rescindebant quæ erāt gesta metu, quæ aūt dolo promissa, & acta iam à prætore, quam à legibus

Furor qd sit.

Circunstantie ad que attineat.

Aduocat⁹ à patrono in quo differat.

bus soluebantur. [Pleraque) Maior pars. [Liberantur) Rescindũtur, restituuntur. Prætorum edicta, inquit Iustin. non modicam iuris obtinẽt auctoritatem, hoc ius honorarium solemus appellare, quia qui honores gerunt .i. magistratus, auctoritatem huic iuri dederunt. erat prætor Vrbanus, eo ꝙ in vrbe ius diceret, & Peregrinus eo ꝙ plerunque inter peregrinos ius diceret.

ADDI. SEd incidunt sæpe tpa) Interueniunt variæ tpum qualitates, ꝯdõnes & naturę. I pibus igitur officia mutari ondit, nec esse leuitatis, & stoliditatis, sed constantiæ, arrisq. iudicij mutare tpibus consilium, easq. actiones ponit Cic. q̃ simpliciter, & absolute .i. sm ꝓpriam vim, atque naturã æstimatæ officiosæ non sunt, sed fiunt à ꝯdõibus ipsas ambientibus & circunstantibus. quapp officia dñr à circunstantijs, q̃ ad imitationem Plat. in j. de rep. & Possidonij, constituit, nã scribens ad Att. de lib. Possidonij dicis. Velim cohortare Athenodo℞, vt Possidonij librũ q̃ primũ mittat, in eo.n. est de offõ sm circunstantiã. [Bonum) Fidũ, integrum. [Depositum) Fidei cõmissum, & cõmendatum ad tps. [Furioso) Insanienti, mente capto. [Veritatem) Constantem affirmationem. [Fidem) Stabilitatem ꝓmissionis, & conuentionis. [Negare) Quod refertur ad veritatẽ. [Non seruare,) Ad constantiam fidei. [Sit iustum.) Honestũ, vtile, deco℞, rõne circunstantiarum. Sen. sic pscribit, Quicqd mutatur, libertatẽ facit de integro cõsulendi, & mea fides liberat, non est turpe cũ re mutare consilium. [Referri) Reuocari, tanq̃ ad finẽ reduci, atque dirigi ad vtilitatẽ alterius, & nostrã. [Fundamẽta) Principia, & capita. [Cõi) Gñali, & ad vtrũq; ptinẽti .i. ad repetentẽ depositũ, atq; negantẽ. [Ea) Fundamẽta. [Mutatur) .i. si nocet alicui, aut cõi vtilitati nõ consulitur. [Tpe) Conditione, qualitate, sorte, ac natura tpis. [Officium) Actio, quæ fit tpe indecens, quæ prius erat decens.

FRAN. MAT. SEd incidunt sæpe tpa,) Si lucet æquitas ipsa p se, dubitatio vero cogitationẽ signat iniuriæ, ergo seruanda semp sunt, q̃ iusta vñr. Non ita inqt Cic. qm̃ sæpe incidunt tpa qbus q̃ per se iusta sunt, ad aliũ relata efficiuntur iniusta, & statim exẽpla subiungit. Tpa aũt, hic tpm casus accipimus, & rõnes, qualitates quoque seu occasiones quas græci uocant καιρούς. [Boque) Quem vere bonum dicimus, bonus & iustus conuertuntur vt supra diximus, & bonus dr̃, qui iustus hr̃. [Contraria) Nam p se, & naturaliter iusta, casu fiunt iniusta. [Vt non reddere depositum) Æquum est reddere depositum simpliciter, & per se, si vero, qui apud te pecunias deposuerat, forte hostis patriæ factus, depositũ repetat, non reddere ęquum est. Tps.n. accidit, quo receptis pecunijs, patrię nocere possit, cõparato illis exercitu. Recte Cic. deposito elegit exẽplum, in cuius fraude maximum est pc̃tm̃, vt si in maioribus rebus pmutare officia cõtingit, nullum sit dubium ẽt in minoribus pmutari. [Furioso) Furiosus est qui insanus est, & animi morbo uexatur. Ensem apud te amicus reliquit dum compos mentis esses, ad certam diem redditu℞ te illi promisisti, furore corripitur, ensem repetit, quo fratrem, aut parentem vult occidere, aut ẽt seipsum, non reddis, recte facis. mutatum.n. est tps, imò peccares si redderes. [Ad veritatẽ) In rebus, sicuti in deposito. [Fidẽ) In verbis, sicuti in ꝓmisso. [Ne cui noceatur;) Vt noceretur si furioso gladius redderetur, & cõi utilitati non seruiretur, si ei, q patriæ hostis factus est, pecunia redderetur. Negare uel mitigare transire à iusto ad id quod iniustum est. [Potest n. accidere &c.) Quoties promittimus quippiam, aut præuidere, & pscire futu℞ ex promisso damnum licet, aut non, si licet, postq̃ promissum qppiam est, aut sm honestatem irrita sit promissio, aut contra, si irrita sit, non implere iustum est, si irrita non sit, implere necesse est. Rursus si præscire potuimus sm religionem, quæ iuris naturalis pars est, seruare non cõpellimur, sm vero ius ciuile cõpellimur. id .n. conuentionem, aut nunq̃, aut perraro dissolui patitur, & vt lites tollantur, & vt in gerendo negocio cautior quisque sit sm æquum, & bonum, si neque pscari, neque prẹuideri futu℞ damnũ potuit, & ꝓmissis nõ stari iniuste non fit, & iccirco nõ esse implẽdum ꝓmissum Cic. inqt, quoties, aut ei, cui ꝓmissum est, aut ei, qui promisit, nocitu℞ cognoscitur. [Conuentum) Pacto, latius conuentionem patere dicimus, & gñalem esse. [Nam si, vt in fabulis) Exemplum est ꝓmissi cuius euentus prælciri non potuit, vt seruandum ppea non fuerit, nocuit enim .i. illi, cui promissum fuerat. Quod si seruatum non fuisset, minime nocuisset. Fabula nota est, quam Sen. in Hippol. scr. Qũo Phædra Thesei vxor marito ab inferis redeunt, falso Hippolytũ accusanit, ꝙ vim sibi voluisset inferre, cum sceleratæ illius uoluntati castissimus adolescens morẽ gerere recusasset, quare iratus Theseus cum tria sibi Neptunus qcunque peteret p Stygiam iurans paludẽ impletu℞ se ꝓmisisset, & duo iam psoluta essent. Tertiũ postulauit, ut Hippolytũ pderet. Ille dũ curru adolescens iuxta mare veheret, Phocas, marina monstra equis obiecit, quibus territi distrahi cœperunt, & Hippolytum lacerauerunt. [Ex tribus.n. optatis) Quæ duo priora fuerint non satis constat. Quidam dñt primum fuisse optatũ victoriam de Minotau℞: secundõ, victoriam de Amazonibus, alij dñt aliter, & vnum ex optatis uolũt fuisse ut latrones oppimeret q itinera Athenas ducentia obsidebant. alij reditum ab inferis malũt. Fuit Aegei filius, Neptuni nepos Theseus, cuius vitã Plutar. scripsit. [In maximus luctus incidit.) Cũ cognouit, falso accusatum filiũ, id fassa est Phędra, q̃ dolore compulsa laqueo se suspẽdit. [Nec promissa) Concludit, & non seruanda dicit ꝓmissa quę his inutilia sint, qbus promissa sint. [Nec si plus tibi &c.) Aliud tps quo seruari promissa nõ debent, si inqt plus tibi nocitu℞ est si promissa impleas, quã illi profuturum, cui promisisti, seruare non debes, qm̃ maior vtilitas minori anteponẽda est. [Vt, si constitueris te cuipiam aduocatum) Exẽplum est, qđ p se satis patet. [Aduocatum) q defendit alterum in iudicio, aut patronus dr̃ si orator est aut aduocatus, si aut ius suggerit, aut præsentiam suam commodat amico, aut procurator si præsentis causam nouit, & si tuetur vt suam. Auctor Asconius Pædianus. [In rẽ præsentem) presentem ait aduocatũ, q non ius suggerat, sed psentiam suam cõmodet, & melius sic distinguis q̃ si presentem ad rem referas grauiter, si leniter, ægrotaret contra officium esses.

ASCEN. SEd incidũt sæpe tpa, &c.) Docet officium mutari posse mutata conditione tpis, aut nostra aut eorum qbus impendẽdum est. Nihil.n. vtile faciendum, qđ plus noceat facienti quã prosit ei cui fiat. Ordo igitur talis est: Sed tpa sæpe incidunt .i. pter opinionem eueniunt, cum .i. qñ ea quę vñr maxime digna esse hoie iusto, eo .i. quem dicimus virum bonum, cõmutantantur, & fiunt contraria, ita sup. vt iustum sit interdũ nõ reddere depositum, ne ꝓ & non facere furioso promissum; q; pro &, negare, & non seruare interdum ea, quæ ptinẽt ad veritatẽ & fidẽ. Enim pro qa, deret .i. decus est referri .i. vt Galli dñs reportari ad ea fundamẽta iustitiæ, quæ ego ꝓposui in principio. Primũ, vt ne cui .i. vt nõ alicui noceat. Deinde vt seruiatur .i. vt seruitiũ fiat cõi vtilitati. Cõmuni, qñ ea sup. fundamenta commutantur tpe .i. per aliquem euentum. tpe officium commutatur ita sup. vt non semper sit idem. Potest .n. accidere .i. sic euenire aliquid promissum. Conuentum .i. pactum inter hoies ut id effici .i. quod illud efficiatur, sit inutile, vel ei cui ꝓmissum sit, vel ei q ꝓmiserit. Nã si, vt est in fabulis, Neptunus deus maris nõ fecisset Theseo qđ ꝓmiserat, ipse Theseus nõ esset orbatus Hippolyto filio suo. Enim, ꝓ qa, vt .i. queadmodũ scribitur sup. in fabulis hoc qđ Theseus iratus optauit de interitu Hippolyti erat tertiũ ex tribus optatis, q̃ illi Neptunus facere ꝓmiserat, quo .i. optato, impetrato .i. obtẽto ipse incidit in maximos luctus, igẽ nec ꝓmissa sunt seruanda his, qbus ꝓmiseris, si sint inutilia, nec si noceant plus tibi quã ꝓsint illi cui ꝓmiseris. Cuius ratio est, qa cõtra offm̃ est, maius damnũ anteponi .i. pferri minori, sup. dãno, vt si cõstitueris te esse ventu℞ in rẽ .i. in litẽ pñtẽ alicui aduocatũ, atq; filius tuus sup. cœperis interim grauiter ægrotare, nõ facere qđ dixeris .i. nõ pstare patrociniũ nõ sit contra offm̃ qđ ꝓ & ille cui ꝓmissum sit discedat magis ab offõ. Si q̃ratur .i. cõqueratur & plãgat se destitutũ sup. esse a te. Quis nõ videt iam nõ standũ esse .i. qđ non debeat stari & similiter inhærere illis ꝓmissis, q̃ qs ꝓmiserit coactus, metu aut deceptus dolo? q.d. nemo. Quæ qdẽ ꝓmissa liberãtur, pleraque .i. valde multa, iure ptorio .i. ꝙ pror æqtate motus cõstituit in casib⁹ emergẽtibus, & nõnulla, legib. sup. scriptis.

DOCT. interpr. SEd incidunt) Iustum ex circunstantijs, id vero ẽt ad summam iustitiæ legem referendum est, ne qs lædatur. Nam inferiores leges oẽs ita demũ sequendæ sunt, si cum summa illa cõsentiant. At depositum gladium si reddas furioso, summã legẽ violaueris. [Ex tribus.n. optatis) Optauerat Theseus à Neptuno, vt Minotau℞ cõficeret, ut adiret inferos, vt Hippolytus discerperet. [In rẽ pñtem) In iudiciũ, nam in ipsis finibus primũ disceptabatur.

Tres gratia datæ sunt Theseo à Neptuno.

ARGVMENTVM.

In iudicialibus officijs æquitas spectanda, non verbis inhærendum.

EXISTVNT etiam iniuriæ sæpe calũnia quadam, & nimis callida, & malitiosa iuris interpretatione. ex quo illud, Summum ius, summa iniuria, factũ est iam tritum sermone prouerbium. quo in genere etiam in republica multa peccãtur, vt ille, qui,

cum triginta dierum essent cum hoste pactæ induciæ, noctu populabatur agros, ꝙ dierum essent pactæ, non noctium induciæ. nec noster quidem probandus est, si uerū est, Q. Fabium Labeonem, seu quem alium, (nihil enim præter auditum habeo) arbitrum Nolanis, & Neapolitanis de finibus agri à Senatu datum, cum ad locum venisset, cum vtrisque separatim locutum, ne cupide quid agerent, nec appeterēt, atque vt regredi, quàm progredi mallent: id cum vtrique fecissent, aliquantum agri in medio relictum est. itaque illorum fines, sicut ipsi dixerant, terminauit: in medio relictum quod erat populo R. adiudicauit. decipere hoc quidem, non iudicare est. quocirca in omni re fugienda est talis solertia. Sunt autem quædam officia etiam aduersus eos seruanda, à quibus iniuriā acceperis. est enim vlciscendi, & puniendi modus: atque haud scio, an satis sit eum, qui lacessierit, iniuriæ suæ pœnitere, vt ipse ne quid tale post hac committat, & ceteri sint ad iniuriam tardiores.

PETR. MARS.

EXISTVNT) Emergunt, apparēt. (Calumnia) Dr̄ falsa accusatio, hic accipitur pro quadā iuris subtilitate fraudulēta, & iniqua interpretatione, cū.s. exponitur ius in eā partem ad quā non pōt recte accōmodari. (Nimis callida) Astuta callidi dn̄t illi, quoꝝ vt manus opere, sic aius vsu cōcalluit. Multi nimis rigide interpretantur iura, & magna interdū malitia vtūtur quæ est contraria prudentiæ, iustitiæ, & æquitati. (Malitiosa) subdola, & fraudulenta, quæ ad malū, & iniuriam, non ad æquitatem tendit. (Ex quo) pp hoc, qa aliqui nimis callide, & malitiose interpretāītur iura, sequentes tm̄ verba legis, & non considerātes æquitatē legis emendatricem, & ēt mentem ipsius legumlatoris. (Summū ius) Cum oīa secundum literam interpretari volumus, cū magna rigiditate, vt æquitas locum non habeat. Vnde inqt Arist. in Ethicis, cū lex sit vniuersalis. opus est interdum adhibere bonum virum, & æquum, q legem emendet, inde fiunt decreta. Lex vetat nēminē peregrinum debere mœnia ascendere tpe belli, hostis muros ascendit clam, peregrinus qdam id videns muros ascendit, hostē deiecit, vrbem liberat, accersitus capitis, lex iubet, vt securi feriatur. Vir bonus, & æquus legē corrigit, & facit decretū vt ille tunc non moriatur, q pperit salutē ciuitati. Si igitur non summū ius vim suam habuisset, summa iniuria peregrinus fuisset affectus, & sic de similibus. (Iam triginta) Vitatum. Terent. ait. Summum ius, summa malitia. Col. dicit lib. 4. Nec sane vindicandum est nobis qdqd licet. Nam summum ius antiqui summam putabant crucem. (Quo in gn̄e) Malitiosa.s. iuris interpretatione, & calliditate. (In remp.) In his, quæ pertinent ad remp. non solum in priuatis, & ponit exemplum. (Induciæ) Inducias appellamus pacem ad tps factam. Lycaon inducias inuenit, Str. ait lib. 9. memoriæ prodidit Ephorus Thraces factis erga Bœotios inducijs, noctu incursationes egisse, cum securius, & negligentius expeditionem agerent, perinde ac pace iam facta, eos vero Bœotij cū propulsassent, qrerenturq́. ꝙ inducias violassent, illi non uiolasse cūderunt, dies .n. pepigisse, noctu aūt incursasse dicentes. Vn̄ vulgatū est pūerb. Thracium cōmentum. Ab Ephoro igitur potuit Cic. hanc historiam accipere. Induciæ, auct. Aurelio Opilio, dn̄t cum hostes inter se vtrinque vltro, citroq́. alteri ad alteros impune, & sine pugna ineunt, ideo inquit ab eo factum esse nomē vr̄ quasi initus, atque introitus. (Ille) Thrax miles pugnās cum Bœotijs. (Populabatur) Deuastabat incursando. (Agros) Bœotioꝝ s. (Nec noster quidem) .i. Rom. & Italus. Q. Fabius Labeo, de quo Val. Max. loquens de vafre factis ait, Q. Fabius Labeo arbiter à Senatu finium constituendorum inter Nolanos, & Neapolitanos datus, cum in rem pn̄tem venisset, vtrosque separatim monuit. (Nihil haben præter auditum) .i. de hoc nihil legi, & nihil scio, nisi qđ audiui fuisse Labeonē, Labeones dn̄t à Labioꝝ magnitudine. (Arbitrū) Qui deberet diiudicare, de finibus agroꝝ. (Ad locū) Ad fines agroꝝ, & in rē pn̄tē. (Verisque) Nolanis, & Neapolitanis. (Ne cupide) Auide, atque auare. (Nec appeterent,) Quod ad ipsoꝝ fines non pertineret. (Regredi) Intra suos fines redire, quā progredi in alienos. (Id) Regredi intra suos fines. (Terminauit) Terminos constituit. (Ipsi) Neapolitani, & Nolani q regredientes potius, q̄ pgredientes, ne qd cupide viderentur agere, dixerunt ita dr̄e fines cōstitui, expectantes arbitriū, & æqtatem de agro, q in medio relictus erat, quem Labeo malitiosus neutris adiudicauit, sed P.R. Ceteꝝ, inquit Valer. sic circūuenti Nolani, & Neapolitani qri nihil potuerunt sm̄ ipsoꝝ demonstrationem dicta sn̄ia, improbo tn̄ præstigioꝝ gn̄e nouū ciuitati nostræ vectigal accessit. (Decipere) Nā fraus, & deceptio fuit illa, non iudicium. Vnde Labeo plecti merebatur, qm̄ vtrosque separatim callide monuerat, ut quid cupide agerent, & vt potius regrederentur, q̄ pgrederentur, q verba ad id spectabant, vt illi plus agri in medio relinquerent quē ipse nouo vaframento Romanis adiudicaret. (Talis solertia) Tale acumē, iudiciū, & malitia. (Sunt aūt quędā officia) Præcipit nūc qd agendum sit aduersus illos, qui nobis iniuriam intulerunt, & vult quod hoīes puniantur pro rōne delicti, aliter fiet iniuria, si maius supplicium irrogabitur, q̄ lex iubet. (Vlciscendi) Quantū ad priuatum hoiem. (Puniendi) Ad publicas leges. (Modus) Mēsura qdam, & ratio. nō debemus excedere modum in puniendo. Vn̄ si qs meretur cædi pugno, non debet cōfodi ense, & aliud est, violare hoiem priuatum, & aliud publicū, & p modo peccati debet esse mensura pœnæ. (Atque haud scio) Potuisset aliquis dicere, satis est eū pœnitere, q intulit iniuriam, ut clementia locū habeat, q̄ maxime principē decet, & qua Cæsar apprime claruit, loqt Cic. nescio an sit satis, sed melius est, ut auctores iniuriarum puniantur, quo ceteri ad delinquendū fiant tardiores, & ad iniuriā inferendā & sontes puniendi sunt, ut iustitia locum habeat, & ceteri metu pœnæ ab iniuria deterreantur, quantū ad iniuriā sufficit auctorē iniuriæ pœnitere, sed quantū ad exēplū alioꝝ, nō vr̄ esse satis, tn̄ nō audet Cic. prohibere clementiā. Plato lib. 9. de Leg. agēs de pœnis & supplicijs dicit, Puniti ceteris p sunt, qppe hoꝝ exēplo alij à sceleribus deterrētur, & improbis viris ciuitas ipsa mūdatur. hæc Plat. Eadē scr. Sen. differēs de clemētia ad Ner. Cato dicebat oibus, q ab offō discessissent, se duntaxat excepto facile ignoscendū esse. dicebat ēt, se grā quā ea bū factis expectaret priuari malle, quā pœnā nō dare q̄ ex malefactis sibi deberet.

FRAN. MAT.

IAm illis &c.) Dixit officia mutari tpibus, nūc dicit de his pmissis, q̄ metu, vel dolo malo facta seruare nequaq̄ tenemur. (Quę coactus qs metu) Quicūque metu aliqd pmittere coactus fuerit, implere pmissum nō tenetur. Nā prætor ait, Quod metus causa gestū erit ratum nō habebo, olim ita dicebatur, Qđ. vi metus oe causa. Vis.n. fiebat mentio pp impositam necessitatē contrariā voluntati. Metus est instantis periculi, vel futuri causa mentis trepidatio. Vis aūt est maioris rei impetus, q repelli non pōt, & vim si qs ea cōpulsus aliquid fecit atrocē accipimus, & eā q̄ aduersus bonos mores fiat, non eā, quam magistratus rcte intulit iure licito, & iure honoris quē sustinet, sed postea detracta est uis mentio. Metū vero non quēlibet timorem accipiendū Labeo ait, sed maioris mali: Casus metū accepit non vani hoīs, sed q merito in hoie constātissimo cadat. Iulianus metū pn̄tem vult intelligi, non suspicionē inferendi eius, idem & Pomp. scribit, ait .n. metum illatum accipiendum .i. si illatus est timor, sed de hac re multa legimus libro digestorum quarto, vbi ad edictum scribunt iureconsulti de eo quod metus causa gestū est. (Dolo) Malo, ait prætor q̄ dolo malo facta esse dicentur, si de his rebus alia actio fuerit, & iusta causa esse videbitur, iudicium dabo: Dolus malus fit ea calliditate, & fallacia & vt Pedius ait dolo malo pactum fit quoties circumscribēdi alterius caosa aliud agitur, aliud agi simulatur. Seru. ita diffiniuit, Machinationē quādā alterius decipiēdi causa rū aliud simulatur, & aliud agitur. Labeo aūt posse, & sine dissimulatione id agi, vt qs circūueniatur, & sine dolo malo aliud agi, & aliud simulari, sicuti faciunt, q p hmōi dissimulationē deseruiunt, & tuētur vel sua, vel aliena. Itaque sic ipse Labeo diffiniuit dolū malū esse oēm calliditatem, fallaciam machinationē ad circūueniendum, fallendum, decipiendum, alteꝝ adhibitā. Labeonis diffōnem veram esse, inqt Vlp. non fuit aūt contentus prætor dolum dicere, sed adiecit malū, qm̄ veteres ēt bonum dolum dicebant & p solertia hoc nomen accipiebant, maxime si aduersus hostem latronem oe quis machinetur. Vlysses apud Hom. nomen, & patriam ab Alcinoo rogatus sic respōdit: εἰμ' Ὀδυσσεὺς Λαερτιάδης, ὃς πᾶσι δόλοισιν ἀνθρώποισι μέλω, καί μευ κλέος οὐρανὸν ἵκει gloriatus est quod dolis inter homines præstaret. (Iure prætorio) Edictis, exceptionibus, & formulis prætoꝝ, ut supra de dolo malo penes vrbanū prætorem, q creatus primum est cū consules auocarētur bellis, neqꝫ esset q in ciuitate ius dicere posset, ois publici priuatiq́. iuris ptās fuit soli ius cōdere, vetera abrogare facultas concessa est, qdqd aūt edixisset ob ipsius honorem ios honorarium vocabatur. (Nonnulla legit) Iure ciuili Caius lib. 2. digestoꝝ, cōtra iuris inquit regulas pacta conuenta rata

Labeones qu dicantur.

non

non hīt,veluti si pupillus sine tutoris auctoritate pactus sit,ne à debitore suo peteret, tñ nec solui ei sine tutoris auctoritate põt (Existunt aũt &c.) Dicit calũnia, hoc est malitiosa & falsa iuris interpretatione sæpe iniuriã fieri,id quõ accidat,eæplis probat, signat calumnia ẽt falsam & fraudis plenã accusationẽ quoties criminis eius quispiã insimulatur à quo lõge abest,græci eã διαβάλλειν vocãt,& nimis callida interpretatio est calũniæ. (Ex quo il lud summũ ius &c.) Terentij est, q verum inq: est illud Chreme quod dici solet,Sũmum ius maxima est malitia. Terẽt.ab Hesiodo acceperat.Nõ.n.legis verbis & asperitati ob temperandũ semper est,sed æqtate interdũ,quæ mitigatio legis est, vtendũ, accidit.n.sæpe,vt q seruare p oĩa legem velit, & ab eius rigore nihil declinare is nõ ius faciat,sed iniuriã.(Qui cũ triginta &c.) Thraces cũ Bœotijs pugnabãt, factis aũt inducijs noctu incursationes egerũt. Cumq. securius,& neglıgẽtius expeditiones agitarent: perinde ac pace iã facta,eos vero Bœotij ꝓpulsassent, quererenturq. quod inducias violassent; illi nõ violasse rñderunt.dies.n. pepigisse,noctu aũt incursasse. Vnde vulgatũ est prouerb.Thracium cõmentum. auctor Ser. Inducias M.Varro duobus modis diffiniuit,dicit enim,Induciæ sunt pax castrẽsis paucoꝝ dierũ, & induciæ sunt belli feriæ: Neutra diffinitio plena, aut ꝓbata Gellio vẽ esse,& dictas idẽ arbitrabatur inducias, & eas pactũ eiusmodi esse:vt in diẽ certum nõ pugnetur,nihilq. incõmodi detur: sed ex eo die postea vti iam oĩa belli iure geruntur.Græci significãtius cessationem istã pugnæ pactitiã ἐκεχειρίαν dixerunt exẽpta vna litera sonitus vastioris,& subiũcta leuioris,quod eo tpe non pugnetur,& manus cohibeatur.Nec vẽ quidem huius rei Cic.solus auctor,patet aũt satis per se. (Si verũ est) Nullus ꝓbatus auctor tradiderat,sed tñ vulgo ferebatur,ideo ait si verũ est,& affirmare nõ audet. (Nolanis,& Neapolitanis) Finitimæ sunt vrbes, Nola & Neapolis,& Nola quidẽ non ꝓcul est a Veseuo mõte, in Cãpania vtraq; est,arbiter is est in cuius fide litigantes se ponũt,a cuius sñia non est prouocatio si ex cõpromisso ad eũ deuẽtũ est & ille,vt Pedius ait,recepisse arbitrium vr̃,q iudicis partes suscepit,finemq. litibus sñia sua se impositurũ pollicetur. (Decipere) Hoc est litẽ alienam intercipiẽdo,quod est non iudicis, sed quadruplatoris, & deceptoris, vt de Rom. populo ait Liu lib.3. cũ iudea sumptus agrũ sibi adiudicauit de quo Ardeates,& Aricini ambigebãt,suadẽte id fieri Scaptio Trib.pl,cõsulibus, & patribus inuitis, quare postea restitutus est. (Sunt aũt quædã officia) Dixit qbus adducti causis ad iniuriã faciendam hoies traherent. nũc docet,quæ officia in eos seruanda sint,à qbus læsi fuerimus. (Est.n.vlciscendi,& puniẽdi modus) Vere sunt quædã officia aduersus eos,à qbus iniuriam acceperis,seruanda,qm̃ modus est vlciscendi,& puniendi,vbicunque aũt modus est,illic offĩn sit, necesse est.Modus aũt ipsa est mẽsura,& mediocritas, in qua virtus consistit.Quidqd modo subijcitur,& virtuti subijcitur. Cõuenit non excedere modum,ne maior sit pœna delicto. (Vlciscẽdi) Vt satisfiat læso (Puniẽdi) Ne improbitas hoium augeatur,si impuniti euaserint. (Atque haud scio) Obiectioni occurrit. Dicere.n. quispiam posset,nunqd non remittenda iniuria est,si.n. q iniulerit pœnitebit? dubitare se rñdet satis ne hoc sit,& sic non sufficere innuit,siq s personã spectet læsi,satis illi est,si eũ,q læsit, pœniteat læsisse. Nam neque Socrates,neque Stoici lędentẽ puniri volunt,& clementẽ oportet esse hoiem,qua uirtute dijs ęquatur,vt ait Claud. Sis pius in primis,nã cũ vincamur in oĩ Munere sola deos æquat clemẽtia nobis. Si vero ꝑsonã lædentis qspiã respiciat,nõ satis est,si illũ pœniteat,ne impunitus,ne ꝗ ad iniuriã redeat,& ceteris exẽplo sit ad malefaciendũ. Nã,vt ait Cic. Quod exẽplo fit,id ẽt iure fieri putãt,& aliqd, atque adeo multa semp addunt de suo. Exigit itaque iustitia,vt puniantur q læserunt ad ciuilis societatis vtilitatẽ, & cõseruationẽ, Solõ aũt duabus reb' ciuitatẽ cõstare dixit, ꝓmio, & pœna, sm perfectum officium satis est,si nocentem pœniteat. Secundũ vero medium nõ satis est.

ASCEN. EXistunt ẽt &c.) Monet fugiendam esse iniuriam q̃ ex vafcamento.i.calliditate quadam malitiosa vẽ hẽre spẽm æquitatis.Ordo est.Iniurię existunt ẽt sępe,quadam calũnia & nimis callida.i.vafra,sed malitiosa interpretatione iuris.Ex quo .i.ex qua re,illud prouerbium iam tritum .i. vulgatum sermone, Summum ius,summa iniuria est, factum .i.ortum & natum, in quo gñe multa peccantur ẽt in cep.i deceptiones fiunt ẽt in publicis,non solum priuatis contractibus,ut ille .s. populus Thraciæ qui cum induciæ (quas Galli barbare treugas uocant) cenũ triginta dieꝝ essent pactæ cum hoste s. cum Bœotijs, populabatur.i.depredabatur agros,quod.i. quia induciæ dieꝝ non noctiũ essent pactæ.i.per pactum constitutæ. Nec noster quidem i.Romanus.s.Q. Fabius Labeo est probandus.i.approbandus & laudandus,si verum est, Q. Fabium Labeonem,seu.i.siue,quem.i.aliquem alium,(ostendit quare dubitet,dicẽs,enim,pro quia,ego nihil habeo sup. testimonij aut certi de ea re præter auditum .i. duntaxat audiui factum esse) datum à Senatu R. scilicet.i.collegio Senatorum Nolanis,& Neapolitanis,populis illis Italiæ, arbitrum.i.iudicem arbitrarium de finibus agri de quibus contendebant,&si verum est,cum ad locum venisset, separatim cũ vtrisque sup.populis.s.Nolanis,& Neapolitanis locutum,cũ.i. postq̃ venisset ad locum,ne agerent quid.i.aliquid cupide,& ne appeterent.i.vltra suum peterent quid.i.aliquid.Atque vt mallẽt regredi.i.à iure suo recedere,& minus hẽre quam iustum sit,quam progredi.i.vltra suum exigere. Cum fecissent vtrinque.i.ab vtraque parte.i.cum regressi essent,& à suo iure concessissent, aliquantulum agri relictum est in medio terminoꝝ.s. quos sibi petierant, & ita terminauit ipse fines illoꝝ sicut ipsi dixerant, & adiudicauit P. R. illud quod erat relictum in medio. Sed hoc.s.facere,est quidem.i.certe decipere,non iudicare. Quocirca talis solertia.s. iniuriosa & malitiosa est fugienda in omni re.Sunt aũt quædam officia seruanda,& aduersus .i. erga eos à quibus acceperis iniuriam Est.n.modus.i.moderatio & certa mensura vlciscendi,& puniendi.Atque haud.i.non scio satis.i.dubito an sit satis eum qui lacessierit.i.aliquem iniuria affecerit, pœnitere suæ iniuriæ, an sup.melius sit acrius puniri,ut.i.etiam ipse ne cõmittat posthac.i. post illud facinus quid .i. aliquid aliud tale, ut & ceteri sint tardiores ad iniuriam, & ita erit conceptio numerorum, vel sic, ut & ipse sup.fit tardior &c.

Callidita s ab officioso vitã ... [marginal note, partly illegible]

CVm hoste pactæ induciæ) Vt homo pactus dicitur,cui promissum est aliquid,ita res pacta dicitur, quæ pacto ꝓmissa est. DOCT. interp.

INiuriæ suæ pœnitere) Quem pœnitet facti,is ꝓpe non peccauit. DOCT. interpr.

ARGVMENTVM.

HActenus de ciuili iustitia,nunc de bellicis officijs. Facit autem duo belli genera,quorum vtrique communia sunt hæc,vt non nisi iustis de causis suscipiantur ne inferantur nisi rebus repetitis, nisi solenniter denunciata,vt rite gerantur, ne sæuiatur supra modum in victos: humaniter etiam qui se dedunt,recipiantur: fides hosti etiam priuatim præstetur, non modo in conuentis solẽnibus. Propria vero sunt illa,vt cũ hoc hostium genere,qui de imperio certant,humanius agamus,cum his qui vitam nostram petunt, seuerius.

ATQVE in rep. maxime conseruanda sunt iura belli. nam cum sint duo genera decertandi,vnum per disceptationẽ, alterum per vim; cumq. illud propriũ sit hominis,hoc belluarum: confugiendum est ad posterius,si vti non licet superiore. quare suscipienda quidem bella sunt ob eã caussam,vt sine iniuria in pace viuatur: parta autem victoria, conseruandi sunt ij,qui non crudeles in bello,nec immanes fuerunt: vt maiores nostri Tusculanos, Aequos, Volscos, Sabinos, Hernicos in ciuitatem etiam acceperunt: at Carthaginem, & Numantiam funditus sustulerunt: nollem,Corinthum: sed credo illos secutos opportunitatem loci maxime,ne posset aliquando ad bellum faciendum locus ipse adhortari. mea quidem sententia, paci, quæ nihil habitura sit insidiarum, semper est consulendum. In quo si mihi obtemperatum esset,si non optimã, at aliquam remp. quæ nunc nulla est,haberemus. & cum ijs,quos ui deuiceris, consulendum est: tum ijs, qui armis,positis,ad imperatorum fidem confugient, quamuis murum aries percusserit,recipiendi sunt. in quo tantopere apud nostros iustitia culta est,vt ij,qui ciuitates,aut nationes deuictas bello in fidem recepissent,earum patroni essent more maiorum. ac belli quidem æquitas sanctissime fœciali populi R. iure perscripta est: ex quo intelligi potest,nullum bellum esse iustum,nisi quod aut rebus repetitis geratur,aut denunciatum ante sit, & indictum. Pompilius imperator tenebat prouinciam,in cuius exer-

citu Catonis filius tiro militabat. Cum autem Pompilio videretur vnam dimittere legionem, Catonis quoque filium, qui in eadem legione militabat, dimisit: sed cum amore pugnandi in exercitu remansisset, Cato ad Pompilium scripsit, vt, si eum pateretur in exercitu remanere, secundo eum obligaret militiæ sacramento; quia, priore amisso, iure pugnare cū hostibus non poterat. adeo summa erat obseruatio in bello mouendo. Marci quidem Catonis senis est epistola ad M. filium, in qua scripsit se audisse eum missum factum esse à consule, cum in Macedonia bello Persico miles esset. monet igitur, vt caueat, ne prœlium ineat: negat .n. ius esse, qui miles non sit, pugnare cum hoste. Equidem illud etiam animaduerto, q͂, qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiam rei mitigante. Hostis enim apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinū dicimus: indicant duodecim tabulæ, Aut status dies cū hoste: itemq́., aduersus hostem æterna auctoritas. quid ad hanc mansuetudinem addi potest, eum, qui cum bella geras, tam molli nomine appellari? quanquam id nomen durius effecit iam vetustas; à peregrino enim recessit, & proprie in eo, qui contra ferret arma, remansit. Cum vero de imperio decertatur, belloq́. quæritur gloria, caussas omnino subesse tamen oportet easdem, quas dixi paullo ante iustas caussas esse bellorum. sed ea bella, quibus imperij gloria proposita est, minus acerbe gerenda sunt. Vt enim cum ciuiliter contendimus, aliter, si est inimicus, aliter, si competitor; cum altero certamen honoris, & dignitatis est: cum altero capitis, & famæ: sic cum Celtiberis, cum Cimbris bellum vt cum inimicis, gerebatur, vter esset, non vter imperaret; cum Latinis, Sabinis, Samnitibus, Pœnis, Pyrrho, de imperio dimicabatur. Pœni fœdifragi, crudelis Annibal, reliqui iustiores. Pyrrhi quidē de captiuis reddendis illa præclara sententia est.

Nec mi aurum posco. nec mi precium dederitis:
Nec cauponantes bellum, sed belligerantes,
Ferro, non auro vitam cernamus vtrique.
Vos ne velit, an me regnare hera, quid ue ferat fors,
Virtute experiamur. & hoc simul accipe dictum:
Quorum virtuti belli fortuna pepercit,
Eorundem me libertati parcere certum est
Dono, ducite, doq. volentibus cum magnis dijs.

Regalis sane, & digna Aeacidarum genere sententia. Atque etiam si quid singuli, temporibus adducti, hosti promiserint, est in eo ipso fides seruanda: vt primo Punico bello Regulus captus à Pœnis, cum de captiuis commutandis Romam missus esset, iurassetq́. se rediturum, primum, vt venit, captiuos reddendos in Senatu non cēsuit: deinde, cum retineretur à propinquis, & ab amicis, ad supplicium redire maluit, quam fidem hosti datam fallere. † Secundo autem Punico bello, post Cannensem pugnā, quos decem Annibal Romam adstrictos misit iureiurando se redituros esse, nisi de redimendis ijs, qui capti erāt, impetrassent: eos omnes, Censores, quoad quisque eorū vixit, qui peierassent, in ærarijs reliquerunt: nec minus illum, qui iurisiurandi fraude culpam inuenerat: cum .n. Annibalis permissu exisset è castris, rediijt paulo post, q͂ se oblitum nescio quid diceret. Deinde egressus è castris, iureiurando se solutum putabat; & erat verbis, re non erat. Semper autem in fide quid senseris, non quid dixeris, cogitandum. Maximum autem exemplum est iustitiæ in hostem à maioribus nostris constitutum. Cum à Pyrrho perfuga Senatui est pollicitus se venenū regi daturum, & eum necaturum: Senatus, & C. Fabricius perfugam Pyrrho dedit. Ita ne hostis quidem, & potentis, & bellum vltro inferentis, cū scelere interitū approbauit. † Ac de bellicis quidem officijs satis dictum est. Meminerimus autem, & aduersus infimos iustitiam esse seruandā. est autem infima conditio, & fortuna seruorum: quibus, non male præcipiunt, qui ita iubēt vti, vt mercenarijs ad operam exigendam, & iusta præbenda. Cum autem duobus modis, id est, aut vi, aut fraude, fiat iniuria: fraus quasi vulpeculæ, vis leonis videtur: vtrunque alienissimum ab homine, sed fraus odio digna maiore. Totius autem iniustitiæ nulla capitalior est, quàm eorum, qui tum, cum maxime fallunt, id tamen agunt, vt viri boni esse videantur. De iustitia satis dictum est.

† In nonnullis exēplaribus manuscriptis & impressis, hæc nō leguntur.

PETR. MARS.

ATQVE in rep.) Præcipit nunc conseruanda esse iura belli, & officia, quæ in bello præstari debent, ponens duo genera decertandi, docens etiā quare bella suscipienda sint, & quid sit agendum parta victoria maxime. in primis, & ante omnia illi, qui sunt in magistratu, & remp. gubernant, belli iura seruare debent. Veteres Romani nunquam ad bellum prodiere, nisi prius omnia rite peregissent. Vnde summo iure seruato, bellum gerentes victoriosissimi fuerunt. Nunq̄ placuit illis fraus, neque victoria, quamuis maxima, per fraudem, q̄ non hominum est, sed vulpecularum. [Iura belli) .i. honestæ sanctiones, & iusta, præclaraq́. maiorū instituta in gerendis bellis. [Per disceptationem) Contentionem uerborum. [Per vim) Armis, cū verba non sufficiunt. Illud per disceptationem verborū. [Hoc) .s. per violentiam. Disceptare est verbis contendere. Certare autē armis. [Ad posterius) Vt ui prohibeamus iniuriam, cū verba non sufficiant. [Superiore) .i. si disceptatione uti non possumus cum hoste, opus est certare armis, & ui hostes reprimere. i. si non possumus disceptando id, quod nobis debetur obtinere, debemus agere ui. Vnde miles gloriosus apud Terent. dicit, Omnia prius experiri consilio quam armis sapiētem decet. [Ob eam causam) Ad illum finem, qui semper spectandus est in omnibus actionibus, ne locus pœnitentiæ relinquatur, non est aliquid temere agendum, ne euentus arguat nos imprudentiæ, & ne aliquando dicendum sit, hoc non putaram. Plato in 5. de Leg. sic ait, Iniurias, quæ vel difficulter, vel nullo modo sanari possunt, nō possumus aliter effugere, q̄ pugna, defensione, victoria, & nullius peccati remissione, quod absque animositate nemo potest facere. philosophus in vlt. Eth. sic ait: Negocia suscipimus, vt ociū habeamus, & bellum gerimus, vt in pace degamus. Nemo bellum gratia belli parat, esset .n. crudelis, & sanguinolētus, si pugnas, cædesq́. optaret. [Si Parta victoria) Ponit officia seruāda post victoriam erga illos, quos vicimus. [Ne immanes) Immanes dicūtur illi, in quibus nulla est bonitas, sed natura, & ingenium ferinum ab omni humanitate alienum, crudeles dicuntur à cruore, & hi sunt, qui sanguine delectantur. [Vt maiores nostri) Prisci illi Romani. affert exemplum priscorum Romanorum, qui hos populos Vrbi finitimos bello victos conseruarunt, cum non fuissent in bello nimiū crudeles, aut immanes. Omnes hi populi sunt vicini Romæ, vnde bellum cum ipsis gestum, cum finitimis geri dicebatur. [In ciuitatem etiam acceperunt) .i. non modo ipsis veniam dederunt, sed etiam ciuitatem Rom. & ius quod appellatum est ius Latij, vt .s. possent petere magistratus Romæ, & inire suffragia in comitijs. Vnde dicit Liu. Tantum fere verborum a Tusculanis factum, pacem in præsentia, nec ita multo post ciuitatem etiam impetrarunt. [At Carthaginem) Affert exemplum contrarium. Nam Romani sustulerunt funditus Carthaginem, & Numantiam pp crudelitatem, & immanitatem. Carthago erat in Africa condita à Didone æmula Romanī imperij, quam in tertio bello Punico Aemilianus Scipio deleuit, & cineres in Capitolium retulit. Idem ēt Scipio Numantiam vrbē Celtiberorū in Hispania sustulit 14. annis obsessam pp desidiam militum, qui ad luxuriam conuersi erant, quos Scipio ad disciplinam militarem redegit,

Discepto, & certo in quo differant

Immanis qui dicat.

redegit. Cũ Celtiberis gestum est bellũ à Rom. per 20. annos, qđ Cantabricũ appellatur à Cantabris populis. in quo bello Numãtia vires ostentauit suas. nã duces quosdam superauit, & 30. millia Romanoꝝ illic cæsa sunt à quatuor millibus hostiũ. [Nollem, Corinthũ) Aegre fert Cic. euersam fuisse Corinthũ ꝑꝑ bonas artes, quæ illic vigebãt, & cum nõ videretur esse iusta causa euersionis, qm̃ apud illos legati Romanoꝝ fuerãt superbi appellati à Critolao, & violati apud Corinthũ, quam iccirco Romani iusserunt euerti. Ergo vñr Romani ab officio discessisse ob hanc causam delere Corinthũ, quæ erat caput Achaiæ, & prius Ephyre dicebatur, vt latius dixi in cõmentarijs Thebaidos, posita est in Isthmo Peloponesi inter duo maria Ionium, & Aegeũ. Achaiam subegit L. Mũmius, & Corinthũ diripuit, ac solo æquauit, & Chalcidẽ, ac Thebas, qm̃ Corinthijs opem attulerãt. [Sed credo illos) Excusat Romanos, affertq. causam Cic. qua ducti Romani cẽsuerunt delendam Corinthum, qm̃ inqt, ipse locus natura munitus, & ad bellũ instaurandum opportunus ꝑꝑ duo propinqua maria, potuisset excitare aliquos ad bellicos tumultus. in oratione pro lege Agr. contra Rull. dicit, Corinthi vestigium vix relictum est. erat. n. posita in angustijs, atque faucibus Græciæ, sic vt terra claustra locoꝝ teneret, & duo maria maxime nauigationi diuersa pene coniungeret, cũ pertenui discrimine separẽtur. [Aliquos). s. Senatores, q id censuerunt, & Mũmium, cuius auspicijs Corinthus euersa est. [Opportunitatem) Cõmoditatem ad bellũ instaurandum. [Locus ipse) q erat natura munitus [Ad bellũ) Ad mouẽda arma Romanis. [Mea quidem snĩa) Docet nũc quanto studio pacem debeamus amplecti, quæ est sine fraude, & insidijs. [Mea snĩa) Vt ego sentio, & vt mea fert opinio. [Consulendũ) Prouidendum Et inqt Cic. si Romani meis monitis paruissent, Cæsar nõ occupasset remp. Semper. n. suasit Cæsaris audaciã reprimẽdam, & ab armis reuocandã, alta mente vir sapiẽtissimus ꝑui dens, quid ille moliretur. In 2. Phil. dicit, Duo tp̃a inciderũt, qbus aliquid contra Cæsarem Põpeio suaserim. Vnum, ne quinquẽne imperium Cæsari prorogaretur, alterũ ne pateretur fieri, vt absentis eius ratio hẽretur, quoꝝ si vtrumuis persuasissem, in has miserias nunq̃ incidissemus. Queritur igitur Cic. Pompeiũ nõ paruisse suo consilio & ẽt ciues, qm̃ satius fuisset iniq̃ conditionem pacis accipere, quam reip. statum penitus amittere. [In quo) In qua re, & pace cõcilianda, tollendaq. discordia. [Obtẽperatum) Si meis cõsilijs Romani paruissent de cõditione pacis. [Aliq̃ remp.) Aliquem statũ reip. quæ nunc penitus corruit. [Aliquã) Alicuius dignitatis, quamuis ẽt iniqua pacis condicione aliquid de dignitate reip. & forma esset diminutum. tñ id melius erat, quam nullam penitus reip. dignitatẽ, & formam retinere. Cic. rediẽs ex Cilicia, vbi fuerat Procõsul belli ciuilis incendia reperit, vnde vtriusq; cõcordiam suadebat, & eius snĩa semp vna fuit, pacem, quamuis iniq̃ ciuili bello sibi videri præferendam, & cõsilium Pompeij de relinquenda Italia vehementer improbauit. Cogitauerat Cic. libellũ de concordia componere, sed cũ de pace desperandum esset, destitit. itaque in 7. lib. Epist. ad Att. scribit: Iam Demetrij lib. de cõcordia tibi remisi. [Si non optima,) Si nõ integræ dignitatis, libertatisq. [Quæ nulla est) Amissa. s. dignitate, & libertate. Appian. lib. 2. belloꝝ ciuiliũ sic scribit, Cic. ñũr de cõcordia agendum cẽsebat contradicẽtibus ad oĩa consulibus. [Et cũ ijs, quos vi) Aliud ꝓceptum, vt ẽt in bello hi defendantur, q depositis armis ad Imperatorem cõfugiunt, ergo non modo post cõfecta bella, sed ẽt in ipso strepitu armoꝝ, & clangore tubarum officium seruãdum est. [Positis) Depositis armis, dãtes se Imperatori, vt illi, q in vrbibus obsidentur, & oppugnãtur admotis iam machinis, & tormẽtis bellicis ad muros deijciendos. [Aries) Erat instrũ bellicum, quo ianuæ quatiũtur & muri, de quo dixi apud Papinium, & Siliũ. [Murum) Murus est vrbium, paries domoꝝ. s. quãuis imperator cœperit oppugnare muros hostiles, tñ debet suscipere hostes, q ad illius fidem cõfugiunt, & illorum saluti consulere, ne aliqua crudelitas appareat. Plato. lib. 5. de legibus sic ait, Sed oĩum tam in peregrinos quã in ciues peccatoꝝ maximum est, quod in supplices est cõmissum. Deus. n. custos est quare nullus in supplices sceleratus impune abibit. [In quo) In qua re, & officio, quod Romani exercebãt ergo illos, q ad ipsoꝝ fidẽ confugiebant, & affert exemplum Romanoꝝ in hac re. q erga victos omne genus humanitatis, & officij exercuerunt, & illorũ patrocinium suscepere. [Iustitia culta est) Tã iuste se gesserũt i [Vt ij) Cõsules, Impatores, & duces exercitus. [Patroni) Defensores. [More maioꝝ) Veterũ Romanorũ instituto, vt. s. Patrocinũ eorũ susciperẽt, quos vicissent. Vnde Paulus Aemilius auct. Plut. nõ solum in victoria mite, & humanum se erga Macedones ꝓbuit, sed in omni reliqua vita eos tutatus est, & veluti pro domesticis, ac necessarijs habuit. in 2. de legib. dicit: Erant fere in more maioꝝ q tum vt lex valebat. [Ac belli qdẽ æqtas) Affert summã æqtatem Romanoꝝ, qua vtebantur in bello indicendo, armisq. mouendis cõtra hostes, vt ostendat Cic. bella nisi iure suscipi nõ debere, & oĩbus rite peractis quæ iustum bellum ꝓcedere debẽt. vt. s. res repetantur per Feciales, qbus negatis Romano ritu bellum indicebatur. [Belli æquitas) Iusta causa, & ritus belli indicẽdi. [Perscripta) Diligẽter, & accurate scripta. Ancus Martius nepos Numæ Põpilij ẽ filia, bellicas cæremonias instituit, vt nõ solũ gererẽtur bella, sed ẽt indicerẽtur aliquo ritu. Ius ab Aequicolis antiqua gente acceptũ descripsit, quod postea Feciales habuerũt quo res repetebãtur, & pater patratus ex ordine Fecialiũ erat dictus à patrando fœdere, & cũ Feciali legato res repetitũ ibat, officiumq. ipsius erat in sanciẽdis fœderibus. Feciales ad illatores iniuriaꝝ ibant, & bellum indicebant. Vnus Fecialium sacris vestibus ornatus repetitũ ibat, & vbi ad fines veniebat, vnde res repetebãtur, capite velato velamine laneo, audi Iupiter, dicebat, audite fines cuiuscunq; gentis sint. Numina audiãt fas, verbisq. meis fides sit. Inde postulata peragebat Iouẽ testem inuocãdo. peractoq. ritu, q est apud Liuium lib. 1. bellũ indicebat. Inde hastam ferratã, sanguineam præustã in agrum hostilẽ iaciebat, dicẽs; bellũ indico, facioq. Vnde Fecialis denominatur. Var. tñ dicit Feciales dictos à fide publica, cui præerant, & sedãdis cõtrouersijs, nec ante licebat gerere bellũ, quã Feciales issent res repetitũ, vt experirentur, an verbis posset discordia dirimi, & tolli, hoc modo à Priscis Romanis repetebantur, & bellũ indicebatur, quẽ posteri seruauerũt. Vetantibus Fecialibus nulli fas erat arma capere. Ab is initiũ belli iure, atq; religione statuebatur, postea aucto imperio cũ nimiũ hostes ab vrbe distarẽt, vt nõ facile ad illoꝝ fines iri, à Feciali iaciebatur hasta supra columnellã, quæ erat ante tẽplũ Bellonæ, & ita nõ neglecto penitus prisco ritu, bellũ indicebatur, ad quẽ Papinius alludẽs in Thebaide fingit, Bellonã intersisse hastã ex Larissa arce argiua in fines Bœotioꝝ, qbus Argiui parabãt bellum. Ita. n. canit: Prima manu rutilam de vertice Larissæo, Ostẽdit Bellona facẽ, dextraq. trabalẽ Hastam intorsit agẽs, liquido q̃ stridula cœlo Fugit, & aduersæ celso stetit aggere Dirces. [Sãctissime). i. religiosissime. [Iure feciali) Quo Feciales Pop. R. quodã vtebantur in faciẽdis, indicẽdisq. bellis. [Ex quo) Ob hoc qa ꝑscripta erat æqtas belli. [Denunciatũ) Intelligitur simpliciter sine aliqua solẽnitate. [Indictum) Solẽnitate quadã & ritu Fecialiũ in bello indicẽdo, & affert exẽplum Catonis Cẽsoris, cuius filius militabat sub Põpilio in Macedonia, vt cognoscatur quãta obseruatio erat apud antiquos & cura circa ius belli, & aduersus hostes. [Pompilius imperatore.) hæc historia implicita vẽ Plut. n. dicit filiũ Cato. militasse in Macedonia sub Paulo Æmilio, & fortitudinis laudẽ meruisse, cũ ensem quẽ amiserat, ẽ medijs hostibus recuperauit, mirãtibus cũctis animi magnitudinẽ, atque cõstantiã, Cic. dicit meruisse sub Põp. [Tiro) nouus miles. [Militiæ sacrõ) Formulã sacramẽti militari Aulus Gellius repetit ꝑscriptã à Cincio in lib. de re mil. q̃ talis est, In magistratu C. Lælij, C. filij cõs. L. Cornelij. P. filij ꝯsulis, in exercitu decẽq. millibus passuũ ꝓpe furtũ nõ facias dolo malo, solus, neq; cũ pluribus, pluris nũmo argẽteo in dies singulos, extraq. hastã, hastile, ligna, pabolũ, vtrẽ, facculam siqd vbi inueneris, sustuleris ne, qđ tuũ nõ erit, qđ pluris nũmo argenteo erit vti tu ad C. Læliũ, C. filiũ cõsulẽ. L. ne Cornelium P. filiũ consulem, siue ad quem vter eoꝝ iusserit proferes. Aut ꝓfitebere in triduo proximo qdqd inueneris, sustuleris ne dolo malo. Aut domino suo cuiũ id censebis esse, reddes, vti quod rectum factum esse voles. [Secundo sacrõ) Vt iterum iuramẽto ipsum astringeret, qm̃ erat à militia dimissus, & sic nõ poterat iure pugnare cum hoste, cum non esset miles, qm̃ dimissus fuerat cũ ea legione, quam Põpilius dimisit, cum eã alere non posset. [Adeo) Intm̃ obseruabantur cæremoniæ, & ritus bellãdi. [Obseruatio). s. legum consuetudinum & disciplinæ veteris in bello. [Catonis senis) Ad differentiam Catonis iunioris q Vticẽsis cognominatus est. [A consule) Põpilio. [Bello Persico) Qđ gerebatur cõtra Persen regẽ Macedoniæ. [Ius esse) Iure licere. [Miles) scriptus in militia, & q non dedit nomẽ, & militiæ sacrõ se non obligauit. [Equidem illud est) Probat ẽt Cic. Romanorum æqtatem, & lenitatem erga hostes. [Animaduerto) video & considero. [Proprio nomine). i. is proprie dicebatur perduellis, q apud antiquos is erat, q nunc dr̃ hostis, & perduellis ẽt is dicebatur, q per seditionem interfecisset ciuem Romanum, aut arma mouisset, & etiam is q commisisset crimen læsæ maiestatis. Vnde Cæsar auctore Tranquil. subornauit vnum qui. C. Rabirio ꝑduellionis diem diceret, quo adiutore Senatus coercuerat Seditiũ Saturninum Tribunatu, quo violato crimẽ læsæ maie-

Numantinorum fortitas.

Corinthus vbi locorum.

Feciales vnde dicantur.

maiestatis cōmittitur. Varro ait: Multa alia, aliud nunc ostendūt, aliud ante significabāt, vt hostis. nam tū eo verbo dicebant peregrinum, q suis legibus vteretur, nunc inqt eum dñt, quem tūc dicebāt perduellem. Pōpeius ait, Hostis apud antiquos peregrinus dicebatue, modo dr̄ hostis pro perduellione: Hostis est generalis & publicus, inimicus vero priuatus. Vnde dicit iurisc ōsul. Hostes sunt qbus publice bellum decernitur, Ceteri latrones sunt aut p̄dones. (Lenitate verbi) miti sign̄atione. nā dicebatur mitiore nomine hostis ille, q esset pduellis, vnde nois lenitate asperitatem rei mitigabāt. (Tristitiam) asperitatē. (Quem nunc pere.) q iure populi R. nō vteretur, & peregrinus vocatur q in ciuitate sua nō est, vel q non oriūdus ex nostra ciuitate. apud antiquos is appellabatur, q alienus esset à P. Romano. Ambrosius ait: Aduersarioa molli appellatione nominabāt, vt peregrinos vocarēt. hostes. n. antiquo ritu peregrini dicebātur. Hebręi appellabāt aduersarioa allophylos. i. alienigenas. Paulus iurecōsul. ait, Quos nos hostes appellamus, eos veteres perduelles appellabant, p eā adiectionē indicātes cum qbus bellum esset. Plu. ait, Perduelles penetrāt se in fugā. (Indicant) Testantur & declarāt hoc 12. tabulæ, verba q̄ scripta erāt in legib. 12. tabulaꝝ, in qbus cum de aduersario alicuius in causa & peregrino, q suis legibus vteretur, fieret mētio, hostis appellabatur. (Aut sta.) Iudicij causa ꝯstitutus. hoc. n. sign̄at dies status. (Cū ho.) .i. peregrino & aduersario i causa status dies dicebatur, in quo litigātes cōparare debebāt. Plau. ait, Oportet ire, dies est status, cū hoste. i. peregrino & aduersario in causa. Cincius lib. 5. de re mili. militibus scriptis diē quo adesse deberēt pręfiniens, has addidit exceptiones, Nisi haꝝ aliqua causa erit, funus familiare, feriæ vindemiales, Calēdæq., morbus sonticus, auspiciū ue, qđ sine piaculo pterire non liceat, sacrificiúmue anniuersariū, qđ recte fieri nō posset, nisi ipsius eo die ibi sit rus, hostis ue, status cōdictus ue dies cum hoste. Et p hoc ostenditur hostē significare aduersariū in causa, siue lite. Itēq. hæc erāt verba in alio loco 12. tab. (Aduersus ho.) .i. peregrinū & aduersariū. (Aeterna au.) .i. semp peregrinus possit coerceri, hoc pmittebāt leges 12. tab. (Quid ad hāc) Laudat Cic. mansuetudinē Romanoꝝ in tali appellatione. nā rei asperitatē, & tristitiam molli noie mitigabāt. (Tā molli) Miti. (Quanq̄) Id nomen. s. hostis iam accipitur in alium significationem, & non dr̄ peregrinus, sed ille q nobis arma parat, & bellum infert. (Durius) .i. q̄q̄ hæc nois significatio pp vetustatem facta est dura & quasi violenta & obsoleta, & ideo hostis transiuit in aliā significationē, & non significat peregrinū, vt quondam, sed illum q bellum molitur & infert. multa sunt noia quæ pp antiquitatem venerunt in desuetudinem supra dixit, Quanq̄ hoc videbitur cuipiam durius. i. nimis durum & inusitatum. Phauorinus philosophus vt est apud Gellium adulescēti verboꝝ veteꝝ cupidissimo dixit, Viue moribus præteritis, loquere verbis pręsentibus, & tanq̄ scopulum fugias insolitum verbum. Idem Phauorinus dixit ciuibus Romanis latine loquentibus, rem non suo vocabulo demonstrare nō minus turpe est, quā hoiem non suo noie appellare, & Cęsar monuit fugiendū esse insolitum verbum, vt scopulum in mari. consuetudo dixit Apollinaris cum domina omnium rerum, tum maxime verborum est. ergo antiquitas efficit, vt illud nomen esset durius, nam nomina mutantur ipso tempore, & consuetudine. Qualia apud Cic. inquit Fab. lib. 8. beatitas & beatitudo, quæ dura quidem sentit esse, uerum tō vsu putat posse molliri: Verba sunt Cic. in lib. de natura deorū, Aut ista siue beatitas, siue beatitudo dicenda sit, vtrunque oino durum, sed vsu mollienda nobis verba sunt. (Durius) durioris significationis, qm̄ non est amplius molle nomē sed durum, & illum significans, qui arma mouet, non aduersarium in causa, vt prius. (Cum vero de Imperio.) Proposuit duo gn̄a decertandi, vnum per disceptationem, alterum per vim. Postq̄ de primo disseruit, & iustis causis bellorum atque officijs, transit ad altēꝝ, quod fit armis & vi, ipsumq. diuidit in duas partes. Nam & pro gloria cōparanda, & imperio propagando certatur interdū aliqn̄ pro vita, cum hostem non modo eijcere, sed ēt trucidare conamur. Et hic pars præceptorum non solum ad singulos hoies, sed ēt publicam disciplinam pertinet. Et docet Cic. monetq. ēt in hoc gn̄e belli debere inesse iustas belli causas, & distinguendas esse hostium gn̄a, & ita pugnandum vt res & ratio postulat, qm̄ non cum omni gn̄e hostium eodem modo, & animo dimicandum est. (De imperio) .i. quando bellum infertur pro imperio amplihando, & gloria comparanda, quæ est consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene iudicantium de excellenti virtute. (Oportet subesse) necesse est vt subsint & insint eadem causę, quas dixi. i. rōne quibus inducti id facimus, ut. s. sine iniuria in pace viuatur, & quod bellum indicatur per Feciales, & ante

denūcietur, & q res prius repetantur; si posset verboꝝ disceptatione res sedari, quæ propria est hois. bellue. n. vim amant, & nos nō ad bella, sed ad pacē & concordiam nati sumus. (Sed ea bella) Præcipit nunc quo aio gerenda sint ea bella, qbus gloria quæritur, non aūt euersio alioꝝ funditus. (Minus acer) Minori iracundia & acerbitate, q̄ ea bella quibus pro capite dimicatur. (Vt enim) Similitudinē accipit a singuloꝝ hoium contentionibus ciuilib⁹, in qbus non tractantur arma, & monet idē fere seruandum esse in publicis certaminibus cum hoste, vt poscit illoꝝ atrocitas, aut lenitas, quēadmodum certatur inter ciues in priuatis rebus vt res de qua cōtenditur, requirit & persona. (Ciuiliter) In priuatis negocijs ciuium. i. in ciuitate inter ipsos ciues. (Aliter) Alio aio. (Inimicus) Si est nobis aio non amico, sed odio habet. (Cōpetitor) In aliquo magistratu. i. si petit eundē magistratum, quē nos petimus (Cū altero) Competitore. (Honoris) Quantū ad magistratum q petitur. (Et di.) Gloriæ quæ ex ipso magistratu sequitur. (Cū al.) Inimico. (Capitis) Vitæ, q a inimicus cupit alterijs mortē, & famā inimico suo eripere, cuius amissio magna iactura est. melius. n. est nomē bonum q̄ diuitiæ multæ: & q nititur eripere nomē, & dignitatem, acerrimus est inimicus. quapp fama negligi nō debet, qm̄ ipsam negligere crudelitas est. Et affert Cic. exēplū illoꝝ, quibus cum de capite dimicatum est a Romanis. Plat. in 5. de rep. loquēs de disciplina militari dicit, Sordidū est spoliare cadauer, hostemq. putare mortui corpus quoties Græci contra Barbaros, vel Barbari cōtra Græcos pugnabunt, bellu gerere asseremus, & hostes esse natura, & has inimicitias bellū vocabimus. qn̄ vero Græci cū Græcis pugnabūt, dicemus eos natura qdē amicos esse, morbo aūt laborare, in hoc Græciā, & seditionibus agitari, & seditionem has inimicitias appellabimus. Nostri exercitus neminē Græcū facere seruū dñr, sed & Græcis alijs cōsulere potius, vt ipsi ab hoc caueāt. nā ita facilius ac fortius ꝯtra Barbaros insurgēt, & a se inuicē abstinebūt. (Sic) Eodē modo, pari similitudine, & gn̄e contētionis diuerso. (Celtiberis) Numātini q in Celtiberia sunt, & hūt mores efferatos & per an. 20. cum Ro. pugnarūt de capite & vita. quos tandē Scipio attriuit. Celtiberi sunt populi Hispaniæ accolētes Iberum fluuiū, q ex Celtis pplis Gallię originē habuerunt, vn̄ Luc. Profugiq. à sede vetusta Gallorum Celtæ miscētes nomē Iberis. (Cū Cim.) Populis Germanię, q magna hoium manu collecta in Italiam inimico aio se se effundebant, qbus alpes magno impetu & vesano furore trāscēdentibus Marius Arpinas occurrit, & eos fugauit, ceciditq., nā Cimbrorū cxl. m. desiderata sunt, & capta xl. m. de Cimbris Marius clarissimū reportauit triumphū. Et iura belli poterant videre cum qbus certamen est, vt cum inimicis, cum aūt Imperium quęrerent, videbantur cōpetitores, ideo non cōstituit Cic. ipsos fuisse habendos oino inimicos, aut cōpetitores; qm̄ non seruarunt iura belli, quæ seruanda sunt, cum de imperio, non aūt de vita dimicatur. Sed planum est Carthaginenses de imperio certasse cū Rom. quamuis Fœdera violauerint, & Anni. crudelior fuerit, q̄ ius belli quo imperiū quæritur, & gloria reqrebat. Sex fuerunt Fœdera, vt auctor est Polybius, inter R. & Carthaginēses scripta in æneis tabulis, & seruata in tēplo Iouis Capitolini. Primū fuit post exactos reges, Bruto & Publicola conss. Item duo alia ante primum bellum Pun. Quarto peracto primo bello Pun. quod Amilcar pater Annibalis legatus Carthaginensium cum Luctatio consule percussit. Quintum fuit post illud Luctatij. Sextum cum Asdrubale genero Amilcaris rem in Hispania gerēte, vt terminus imperij esset amnis Iberus. Saguntinis medijs inter imperia duoꝝ populoꝝ libertas seruaretur. hoc fœdus Annibal rupit & solo æquata Sagūto, Italiam inuasit, quam per tot annos summa crudelitate lacerauit. Hæc fuerunt fœdera ante secundū bel. Pun. (Crudelis Annibal,) Nā in eo erat pfidia plusq̄ Punica, inhumana crudelitas, nullus dei metus, & ingens sitis humani sanguinis. De Annibalis felicitate dixi in cōment. Silij. (Reliq. Latini, Sabini, Samnites, Pyrrhus. (Iustiores) q̄ fuerint Pœni & Annibal. qm̄ seruauerunt melius iura belli quo imperium quæritur; non. n. geri dñt tanta sæuitia & perfidia, quanta id quo de capite dimicatur, vn̄ cum Pœni essent pfidi, & crudeles, videbantur inimici, non cōpetitores, & de vita certare, non imperio. (Pyrrhi qdem) Nūc Pyrrhi humanitatem, & pclaram sn̄iam refert. Missi fuerunt legati ad Pyrrhū pro captiuis redimendis, inter quos Fabricius fuit auctore Trogo, & Fabius auct. Plus. Pyrr. 2000 remisit captiuos Rom. dicens hæc uerba, quæ Enn. postea versibus psecutus est. ex ea præda, inqt Trogus, ducentos captiuos milites gratis Romā remisit, vt cognita uirtute eius Rom. cognoscerēt ēt liberalitatem, pugnauerat. n. felici euentu cum Valerio Leuino consule. (Præclara) Digna memoratu & summis laudibus.

[Nec

(Nec mi aurũ posco,) Hæc fuerũt verba Pyrrhi ad legatos agentes cũ Pyrrho de captiuis redimẽdis. (Mi) Mihi. (Dederitis) Sic Ouid. Vitã dederitis in vndis. & alibi, trãsieritis aquas. (Nec au.) Quærẽtes pecuniam ex bello vt faciũt caupones. q vendunt vinũ, & more institorũ qd' turpe est. (Belligerãtes) Bellũ gerentes, belligero antiquũ verbũ est, quod iã obsoleuit. (Ferro) Armis. (Nõ auro) Nõ pecunia more institorũ. (Cernamus) Decernamus .i. certemus pro vita armis nõ pecunijs. Virg. Et cernere ferro, cernere inqt Nonius, signũat dimicare. Ennius in medea exule, nã te sub armis malim vitã cernere. (Vtriq;) Vos Rom. & ego. (An regnare) Qm̃ de Imperio dimicabatur nõ de vita. (Hera) Fortuna rerũ dña. (Ferat) Afferat & cupiat. i. experiamur viribus qd velit fortuna nõ pecunijs. (Sors) Casus belli & euẽtus. i. ipsa fortuna hera .i. q in omni re dñatur. (Virtute) Fortitudine & nõ pecunijs more cauponũ. Virtus, ꝓprie fortitudo dr̃ à viro. Vnde in 2. Tusc. ser. Cic. atq; vide ne cũ oẽs animi affectiones virtutes appellẽtur, nõ sit hæc propriũ oium nomẽ sed ab ea quæ ceteris antecellebat, oẽs nominatæ sint. appellata est. n. ex viro virtus, viri aũt propria est fortitudo. (Et hæc) .s. quod dicã. (Accipe) O Romane, q ad me venisti. (Belli fortuna) .i. q in bello nõ ceciderunt, volo vt liberi sint. (Fortuna) Casus & euẽtus belli. (Eorundẽ) Duæ primę vocales in vnã coalescũt syllabam & cõnectuntur p eam figurã quam græci συναλοιφὴν vel συνεκφώνησιν vocãt. vt illud Virg. voo eodemq. igni. Et Proper. Eosdẽ habuit secũ qbus est elata capillos, Eosdẽ oculos lateri vestis adulta fuit. (Certũ est) Cõstitui liberare illos qbus in bello fortuna pepcit. (Dono, ducite,) Vertit sermonẽ ad legatos Pyrrhus. (Cũ diuo,) Bonis auspicijs, q. d. dij voluerũt, vt hi in bello nõ caderent & sic vt velle esse liberos. Ergo volẽtibus dijs illos accipiatis sine pretio, & bonis auibus. Var. putauit deos magnos esse cœlũ & terrã, aliqui dixerũt esse penates, quos Dardanus ex Samothracia in Phrygiã aduexerat. Cassius. Hemina auctore Macr. dicit Samothraces deos, eosdemq. Romanorũ penates, ꝓptie dici deos magnos. Sciẽs inqt hęc noster Virg. ait: Cũ socijs natoq;. penatibus, & magnis dijs. hos vocabãt Troiani deos patrios auct. Higino. cuius opinionis Virg. fuit dicẽs, Dij patrij seruate domũ. magni dij apud Rom erãt Iupiter, Iuno, & Pallas, quos in Capitolio colebãt, p quos iurat Scipio apud Sil. lib. 10. Tarpea patet q tẽpla secundũ Incolis a cœlo sedẽ & Saturnia nõdũ Iliacis mutata malis, tuq. aspera pectus Ægide gorgoneos virgo succincta furores. (Regalis sane) laudat Cic. sniam Pyrrhi dignã eo rege, q ab Achille Æaci nepote magnanimo, & fortissimo heroe originẽ habebat. (Regale) Digna Pyrrho rege fortissimo. Regiũ dr̃ id quod est, aut fuit regis. Regale, dignũ rege. (Æacidarũ gñe) Fortissimis viris & magnanimis. Aeacus fuit pater Pelei, Peleus Achillis, Achilles Pyrrhi, q in Epiro regnauit, ad quẽ hic Pyrrhus genus suũ referebat. (Sentẽtia) Dictũ laude dignum. (Atq; ẽt siqd) Nunc pcipit seruãdam esse fidem ẽt hostibus & ea quæ tpibus adducti promisimus. Et affert exẽplum M Attilij Reguli, q captus à Xantippo Lacedæmonio, & Romã missus, cum prius iurasset se reditur ũ, aut cum eo captiui permutarẽtur. Regulus in Senatu grauissima oratione id dissuasit, dicens se nullo vsui futurũ Romanis, qm̃ venenum sibi a Pœnis datum esset quo paulo post tabefaceret, & sic Carthaginẽ ad paratum suppliciũ reuersus est, ne fides hosti data violaretur, fidem inquit Plat. in 1. de legib. perfectã iustitiam nominare possumus. De Regulo, eiusq. supplicio plura dixi apud Sil. lib. 6. & aliqua dicẽtur in 3. vol. (Singuli) Soli ciues, non solũ tota ciuitas. (Tẽporibus) Aliqua tpum cõditione, & aliqua difficultate coacti. (In eo ipso) Quod ꝓmissum est tali tpum conditione. (Pœnis) Carthaginensibus duce Xantippo Lacedæmonio, q insidias parauit, vt canit Silius. (Captiuis) Quos Regulus in Africa felici euentu pugnãs cœperat. (Cõmitandis) Vt cõmutarentur cum Regulo. dicit sniam non esse reddẽdos captiuos. (A propin.) Et maxime ab vxore Martia, quæ vnice ipm amabat. (Bellicis officijs) Quæ ad bellũ pertinẽt. (Meminerimus aũt) Postq̃ bellica officia absoluit, tam politica quam singulorũ hoium, præcipit seruandam esse iustitiam ẽt aduersus infimos & seruos, a qbus operã exigere debemus, & iusta præbere. Et hæc pcepta ad gubernationẽ rei familiaris pertinent de qua libellos œconomicos. i. de re familiari tuenda scripsit Xenophõ, quod opusculũ Cic. adolescẽs interpretatus est, & Aristo. q diuidit rem familiarem in duas partes, domũ. s & possessiones, inter quas seruũ dicit obtinere principatum. seruorũ duo genera facit, vt alij sint curatores liberaliter instituti sciẽtes literas, q negocijs pponuntur, alij opifices ad aliquod opus deputati, in quos hæc officia seruãda mouet, vt curatori plus honoris, opifici plus cibi tribuatur, & vtrisque parum vini, qm̃ potus ẽt liberi ingenij homines ad insolentiam impellit. Et tria dicit esse quæ ad seruos pertinẽt, opus, cibum, castigationẽ, & cibũ sine opere insolẽtẽ seruum facere, opus aũt & castigationem sine cibo rem esse violentã. Cibum ergo dandum censet pro rõne operis, cũ cibus sit merces serui, vtile tñ & iustum putant dominos proponere seruis speciẽ libertatis certo qdem tpe, qm̃ eo pacto libentius suscipiũt labores. Solum habitatũ, inqt Cyrus apud Xenophontem, ꝓciosa admodum possessio est, quod aũt caret hoibus, caret ẽt bonis, qbus seruo Plato in 6. de legibus loquens de seruis sic ait. est aũt recta seruorũ educatio, vt nulla ipsis contumelia inferatur, iniuriaq., multo minus, si fieri possit, quam æqualibus inferenda, liqdo. n. cognoscitur q. natura non ficte iustitiã colit, oditq. reuera iniquitatẽ, cum cauet ne illis iniuria faciat, qbus facile põt. Allocutio ois ad seruos quodãmodo imperium sit, neque iocus vllus cũ ipsis, seu fœminis, seu masculis habeatur. (Non male) Immo bene q dñt nos debere ita seruis vti, vt vtimur mercenarijs. i. mercede cõductis, & ab illis exigendam esse operã. i. laborem in aliquo opere faciẽdo, & iusta esse præbenda. i. ea q̃ iure seruis debẽtur, vt cibũ in primis, speciẽ libertatis & pecunias, vt solemus tractare mercenarios, q mercedi conducti opus faciũt, Chrysippus seruũ esse perpetuum mercenariũ, serui vt iurisconsultis placuit, in potestate dominorũ sunt, quæ potestas iuris gentiũ est, nã apud oẽs gente dominis in seruos vitæ, necisq. potestas est, & qd quid p seruum acqritur domini est, sed tpe Iustiniani nõ licebat alicui incognita causa supra modũ in suos seruos sæuire. Antonius Pius constitutionẽ fecit, vt q sine causa seruum occidisset, nõ minus puniretur, quã si seruũ occidisset alienum. Arist. lib. 8. ethices sic ait, Seruus est animatũ domini instrm̃, ad seruum igitẽ hoc ipso quo seruus est, nõ est amicitia, quo est homo. nam oi homini iustum est ad oẽm hoiem, qui cõicare secum legem pactionemq. põt. qoare & amicitiã rõne qua homo est. Plut. in Catone sentore sic ait, Quod si nolla alia rõne saltem exercende humanitatis causa nos ipsos assuescamus oportet, vt in hoc gñe mãsueti, faciles, iucũdiq. simus. (Cũ aũt hoc) Cic. solum ponit, vt faciat cõparationẽ, nam supra satis de iniuria dixit, quæ aut fraude sit aut vi. Vtraque igitur mouet abstinendũ. (Vulpeculę) Qm̃ vulpes maliciosæ sunt, & insidiantur. (Vtrũque) Fraus & violentia pertinẽt ad feras, nõ ad hoies, sed fraus est magis vituperãda. Seneca dicit fraudes & dolos imbecillũ decet hre, palam aggredere, nõ geres conflictũ nisi iodiæris. (Totius aũt) Concludit hanc partẽ de iustitia & iniustitia afferens sniam cõtra virtutis simulatores. (Totius iniustitiæ) .i. ex oi iniustitia. (Capitalior) Perniciosior & magis dignã vt vindicẽtur. Glaucus apud Plato. lib. 2. de rep. dicit, postremo iniustitia est hoiem malum bonũ apparare, quẽ Cic. imitatur. Cauendum igitur est ab his, q simulant curios, & bacchanalia viuunt, quamuis interdum difficile sit cauere. Magnas n. hẽt latebras vita hois, & virtutis simulatione vitium obuoluitur, ideo exclamat Iuuenalis in tale genus hoium, Frontis nulla fides, & talia hominum monstrã fossas nouissimas appellauit. i. κιναιδοπάθειαν, vel ἀῤῥενοπάθειαν, vt græci exprobare consueuerunt muliebria passis. Torquentur tñ huiusmodi hoies conscientia scelerũ, quo supplicio maius inueniri non põt. Simpliciter igitur viuendum est & iuste, idq. agendum, vt conscientiæ stimulis non agamur, & vt liberi simus ab oi nefaria contagione, & fraude alicui, atq, vt tandẽ reditus ad ea loca pateat, vnde mẽs oĩa accepta est. Id aũt assequemur, si iustitiã seruauerimus, quæ ois virtutes continet. In oratione ꝓ Milone dicit, Magna est vis cõsciẽtię, & magna in vtranque partem, vt neque timeant q nihil cõmiserint, & pœnam semper ante oculos versari putent, q peccarint. Et in 2. actione in Verrẽ, Nullæ sunt occultiores insidiæ, quam hæ q̃ latent in simulatione officij, aut in aliquo necessitudinis noie. Nã eũ q palã est aduersarius, facile cauẽdo vitare potes, hoc vero occultum intestinum ac domesticum malum, non modo extat, verũ etiam opprimit, antequam perspicere atque explorare potueris.

FRAN. MAT.

(Atque in rep.) Nunc de officijs præcipit, q̃ seruanda in bellis sunt. Nã & bello lædere solemus, & læsi iniuriam vlcisci nostrã, atque ab alijs propulsare. Iura aũt belli maxime conseruanda esse dicit. Qm̃ & libidine dominandi, & auaritia inducti plerique bella gerere consueuerunt. Cum non nisi repellendæ iniuriæ causa geri debeant. (In rep.) Quæ duobus tpibus constat pacis & belli, & pace qdem opes oium augentur, bello conseruantur siqs vim intulerit. (Nam cum duo &c.) Si inqt iure certamẽ sedari non põt, ad bellum confugiendum est, sed iccirco dũtaxat suscipiendũ est, vt in pace viuatur. (Per disceptationem) p contẽtionem, disceptatio aũt est certamen verborum, & opinionũ, vt cum in senatu. aut in foro contenditur, & disceptari signãt diuersa captare, & seq quod faciũt litigãtes: Iudex quoq; cognoscere dr̃ inter disceptantes. (Illud per disceptationem) Est propriũ hominis,

Disceptatio est in verbis tãtũ vt inter litigãtes.

minis, Qui rōnis est particeps, cum belluę tñ sensu ferantur à quibus bellum dici quidā scribunt. [Ad post.) Ad vim priorem, quod in verbis & rōnibus positum est. [Quare suscipiēda &c.) Cum rōnibus disceptare non licet: bella sunt gerenda, ita tñ vt sublatis iniurijs p bellū in pace viuatur, & vlterius, quā necesse est bella nō protrahantur. [Parta aūt victoria &c.) De officio loquitur, quod seruari in victos à victoribus debet, sunt.n. cōseruandi, q in gerēdo bello crudeles nō fuerūt, sed humanitate in captiuos vsi sunt, vel q satis esse duxerūt, si vicerunt à cedibus aūt quanuis fieri potuit abstinuerūt. [Immanes) Plus est imanitas q̄ crudelitas excedit.n. hoium consuetudinem, & brutoꝝ potius est. Immania aūt dr̄, qui oium caret breuitate, & inter hoies raro existit, nisi inter barbaros. [Tusculanos) Ponit exēpla veteꝝ Romanoꝝ, q hostibus pepercerunt, qm̄ in gerendo bello crudeles, aut immanes nō fuerunt: Tusculū oppidum fuit latij in Romanæ vrbis cōspectu, sup albanum aūt collem sitū: auctor Strab. Dictatore Quintio. L. Manlio Tusculano approbātibus cunctis ciuitas data est, scribit hoc Liu. lib. ab vrb. con. 3. Aequi Volsci Hernici populi sunt, fuerūt in latio Romæ appositi Sabini trans Tyberim incolebant augustū agrum. Strab. eusdem cū Samnitibus vult esse cōtra hos populos multa bella varijs tpibus gessere Romani: auctor Liuius apud quem in libris ab vrbe cōdita licet cognoscere quāta in victos vsi sint humanitate, quos, vt Sabinos, & latinos in ciuitatē receperunt. [At Carthaginē & Numan. &c.) Vterq. populus crudelissimus in Romanos fuit, ideoq. delere vtrūque voluerūt. Scipio eius nepos, q Carthaginē tributariam fecerat, eandē penitus euertit. Idē quartodecimo post hoc facinꝰ anno summū (vt Florus ait) Hispaniæ decus Numantiā sustulit, & cū se, & sua in ignes Numātini coniecissent de solo noie ciuitatis triumphauit. [Nollē co.) Achaiæ caput Corinthus fuit, & Græciæ decus inter duo maria Ionium, & Ægeū quasi spectaculo posita, vt Florus inqt. hac ante oppresserūt Romani quā in hostiū numeꝝ referrēt. Critolaus causa belli q libertate Romanis data contra eos vsus est. Legatosq. Romanos dubiū an & manu, certe orone violauit: Mūmius deleuit: Nollē inqt Corinthum sustulissēt, q s, vt Carthaginenses, & Numātini crudeles Corinthij non fuerūt, & ante fuor oppressi, quā hostes iudicati. [Sed cre.) Escusat populū R. & opportunitate loci adductū dicit vt Corinthū deleret, q̄ ciuitas si staret opportuna nimiū videbatur, & fore ad inouādum bellum, quā vero situ, & natura loci munita fuerit, & quis abūdans diuitijs oēs declarēt historici, q de ea loquuntur, sed in primis Strabo. [Mea qdem sentētia &c.) Siqs inquit qd ego sentiā, quærat, pax bello pponenda semp est, modo suspecta nō sit, vt Carthaginēsium habebatur, putabātur.n. insidiæ sub bellē. Multi aūt ad eam inclinabāt, sed senioris Catonis vicit sñia, vt bellū susciperetur, & Carthago deleretur. [In quo si mihi esset obtem.) Sui ipsius exēplo vtitur. Et si mihi obtēperatum inqt fuisset: qñ dissentire aperte Cæsar & Pōpeius cœperunt resp. nō fuisset deleta. Paulo aūt ante Cic. è Cilicia redierat, & cum oia concussa, & pturbata offendisset, de cōciliatione agebat, vt Cæsar Galliā decedēs reliquo dimisso exercitu, cū duabus legionibus apud Illyricos alterū expectaret cōsulatum, qbus indignante Pōpeio psuasi sunt beneuoli Cęsaris, alterā legionem ēt dimitti, sed aduersante Lētulo, iterumq. acclamāte Catone falli eos Pompeiū decipi, cōcordiæ finis nullus datus est, auctor Plut. [Quæ nunc nulla est) Cum oia pturbata sint, & in diuersas factiones ciuitas diuisa. Iā.n. Iulius fuerat occisus, bella ciuilia insurgebā, omniaq. ad interitū spectabāt, amissa ergo est resp. [Et cū ijs etc.) Dandū dicit veniā ijs esse, q arma deposuerūt, & se victoris fidei dediderūt ēt si pene euersis ipsorū mœnibus, vel inuiti iamiā inditionē hostiū venturi essent. [Ijs quos vi deuiceris) Si modo crudeles ipsi, & imanes in gerēdo bellū non fuerūt. [Armis po.) q obsident, & cū vidēāt se diutius tolerare obsidionē non posse, aut hostibus resistere sese hostiū impatoris fidei dedūt. [Quāuis murum aries per.) Quāuis iamiā mœnia euertēda sint. Bellicū instrm̄ aries est. Trabes duæ, cōnexis capitibus & ære munitis, qbus impactis muros demoliebātur. Et qm̄ capite feriebat, aries vocabatur. Nā id animal capite ferit vnde arietare verbū. Virg. Arietat in portas. Lucanus his aries actus disperget saxa lacertis. Eauū bellicū vocabāt prius. Epeus apud Troiā inuenit. & Troia p arietē capta est insictū quo ligneo deceptis Troianis. [In quo tāto) Adeo inqt in hac re humanos extitisse veteres Rom. vt non solū in fide recepint deuictas nationes, ac ciuitates, q̄ se illis dediderunt, sed ēt patroni earū Romæ postea semper fuerint, ut Curius, & Fabricius Sānitum, patronus dr̄, qui defendit alterū in iudicio, & q imbecillorum curam gerit, eusq. psidio est. [Ciuitates & nationes) nō sunt idem. Nam possunt multæ esse eiusdem nationis, hoc est gentis, & linguæ ciuitates. Pōpeius in clientelam Tigranē Armeniæ, & Deiotaꝝ Cappadociæ reges accepit, & oēs orietales, populos, quos subegerat. [Ac belli qdem &c.) Nullū iustum bellū esse dicit, nisi quod, aut p rebus repetitis geritur, ac non redditis, aut denunciatū, indictumq. fuerit. Primus Ancus Martius res bellicas ceremonias pdidit, & vt nō gererentur solū, sed ēt indicerētur aliquo ritu bella instituit, Ius vero qđ feciales habuerunt ab antiqua gēte æquicolis descripsit, quo res repetebatur. Legatus ad fines eoꝝ veniebat, vnde res repetebantur, q si non dabantur diebus tribus, & triginta, tot.n. solēnes erant bellum indicebat. Quibus aūt verbis vteretur cū repetens tum bellum indicēs scribit Liuius lib. 1. ab vrbe condita, idem ait fecialē hastam ferratā, aut sanguineā præustam ad eoꝝ fines ferre, qbus bellum indicebat, & nō minus tribus psentibus puberibus dicto solēni carmine in fines emittere solitū, & qm̄ clara voce iubebat, tū in repetēdo ablata tū in bello indicēdo clarigatio ea solēnitas appellabatᷓ, hanc Romanoꝝ consuetudinē, Virg. tetigit dicēs: Sic ait, & torquens iaculum dimisit in auras, principiū pugnæ socij clamore sequuntur, fecialis ergo partes erant vt publicæ fidei inter populos præesset, neque iustū fore bellū credebatur, nisi per fecialē fuisset inductū. Cum vero pugnare desitū erat fœderibus fides pacis cōstituebatur, q̄ fœdera aliqñ fidera appellata sunt ab Ennio, quod fidei faciūdæ causam introducta sunt. M. Varro testis est, q fecialē ipsum à fide, & faciēdo dictū existimat, pater patratus a. M. Valerio feciali primū proditus est Sp. Fusius bello, quod Tullius rex cū priscis Latinis gessit eo fecialis vtebatur ministro & socio in ferēdis fœderibus & à patrādo hoc est sanciendo fœdera nomen accepit, auctor Liu. lib. 1. ab vrbe cōdita. [Denūciatum) p feciales qñ ablata repetebant. [Indictum) Qñ tribus & 30. diebus res repetitæ non reddebātur, & hastam in fines eoꝝ, à qbus repetierat fecialis iecerat. [Pōpilius) Exēplum ex quo ostenditur quanta diligentia veteres Romani belli iura seruauerunt, q oē militare qdē illum posse voluerunt, & cū hoste pugnare q militiæ sacramēto obligatus non esset. Milites iurati dicebantur, quos interrogabat, examinabatq. imperator, ij per Geniū ipsius, & per Iouē iurabāt, quod mortē reip causa nō euitarēt, auctor Vegetius lib. de re mili. & qm̄ singuli iurabāt oia se pro rep. esse facturos, neq; discessuros, nisi cōpletis stipēdijs hoc est. 25. annis. hæc militia legitima, & sacramētū appellabatur, de qua Virg. aut moris Romani haud ignarus fas mihi graioꝝ sacrata resoluere iura sacramento quatuor modis soluebātur milites, vt digestis, discimus lib. 3. titu. de his, q notantur infamia. Aut.n. erat honesta missio, q̄ emeritis stipēdijs, vel ante ab Imperatore indulgebatur, aut causaria, quæ pp valetudīoē à militiæ laboribus soluebat, aut ignominiosa, & hæc qdē missio erat toties, quoties is, q mittebat, adijciebat nominatim ignominiæ causa se mittere, semper aūt adijciendū erat cur miles mitteretur, sed, & si eū exauctorasset. i. insignia militaria detraxisset inter infames erat, licet nō addidisset ignominiæ causa, se eum exauctorasse. quartū genus missionis erat, siqs euitandoꝝ muneꝝ causa militiam subijsset, & hæc missio existimationē non lædebat. Non solum aūt vnus miles dimittebatur aliqua superius dicta causa, sed ēt, q exercitui præesset, exercitui. aūt præesse dr̄, q non vnam cohortem, nec vnam alam, sed multos militū numeros, & legionē, vel legiones cum suis auxilijs sibi ab Imperatore cōmissas regit, auctor Vlpia. Sæpe legiones dimittebantur, vt sumptus reip. remitteretur, cū necessaria illa non videretur. Qua causa Pōpilius legionē dimisisse credit, dicta legio est quod milites, q in erant delecti essent. Cōtinebat a principio sex milia peditū, & qngentos eqtes. postea variatus est numerus. Contigit aūt hoc quod Cic. scri. bello quod gestū est cōtra Gallos insubres, & ligures. paulo ante bellū macedonicum. Quo. C. Pōpilius à Gallis obsessus cū fugere nullo modo posset, in collocutionē cum ducibus hostiū venit, & ita discessit, vt impedimēta relinqueret, & exercitū duceret. hic est Pōpilius, q missus legatus Antiochum Syriæ regē à quo Ptolomæus & Cleopatra Aegypti reges vexabantur, cum monuisset, vt a socij regis abstineret iniuria, & auditis mādatis consideraturum se ille qd faciendum esset, virga regem circunscripsit, iussitq. anteq̄ circulo excederet responsum dare, qua asperitate effecit, vt Antiochus bellū omitteret. Idē Viriatū uirum calliditatis acerrimæ, q ex venatore latro, ex latrone dux, atq; Imperator factus est p fraudē in Hispania oppressit. [Imperator) in isubria ꝯtra ligures, & gallos insubres. [Tiro) nouus miles. [In exercitu) Pōpili, fuit hic Catonis senioris filius corpore, natura molliore, & minus laboribꝰ sufficiēte. Qui iō id studio, & idustria ꝯsecutus est, vt nō mediocriter in re militari strenuus esset, auctor Plut. in Catonis senioris vita. [Secūdo sacramēto) erat.n. à primo solutꝰ, dimissa legione in qua militabat,

Q. L. Mālius Tusculanus.

L. Florus de bello Corinthiaco.

Bella ciuilia quō cœpta sūt

Aries bellicum instrumētū.

Vege. de re mili.

Vlpianus

C. Pōpiliꝰ à gallis obsessus.

ftabat, nec militare iure poterat, nisi iterum sacramēto obligaret. [Marci quidem Catonis & cæ.) Aliud exemplum eiusdē Catonis. Cū missus fuisset filius iterum bello Macedonico, quod gestum est contra Persen Philippi filiū, de quo victo, & in Samothracia insula cōprehenso L. Paulus Aemilius triumphauit, bello aūt Persico id egregie factū Catonis filij celebratur. Quod cū pugio ictu re- iectus ex sudore manu excidisset mœrore affectus cū familiaribus, & contubernalibus, in confertissimos hostes se cōiecit, & magna dimicatione, magnaq. vi, nudato loco inter armorum, & cadauerum, quę vtrinq; ceciderant aceruū, pugionem inuenit. Quod cū Paulus aīaduertisset, magnopere delectatus est. Cato aūt epistola laudauit. Nupsit huic adolescēti tertia Pauli Æmilij filia Scipionis posterioris soror (auctor Plutarc.) Senē dixit Catonē pp iuniorem, q vticensis cognominatus est. [A cōsule) Paulo Æmilio, cuius nondū gener erat Marcus. [Qui miles nō sit) Non.n. miles esse intelligitur, q missus factus est. [Eqdem & illud & cę.) Quāta in gerēdis bellis lenitate maiores vterentur, ipsis ostendis appellationibus. [Nā perduellem) Quod asperum nomen videbatur, hostē quod mite erat nomē vocari voluerūt. Hoc idē Varro scribit dicēs multa verba aliud nunc ostendūt, aliud ante significabāt, vt hostis. Nā tum eo verbo dicebant peregrinū, q suis legibus vteretur. Nunc dnt eum, quem tunc dicebāt perduellem. Duellū .n. significabat bellū, qđ a duabus partib⁹ de victoria contēdentib⁹ dimicatur, & inde pduellis, vel perduellio, q pertinaciter retinet bellū. [Durius effecit vetustas) .i. longi tpis vsus. [A peregrino) a peregrini significatione, nō.n. amplius peregrinū signat. [Cū vero de imp.) Dicit de bello gerēdo qn iusta mouetur causa. Nūc de suscipiēdo bello pręcipit, qn nulla pcessit iniuria, sed possit ne suscipi nulla pcedente causa qritur. Arist. 1. poli. putat, & iniustum inqt esse hoies, quos natura liberos genuit, armis subigere, & vt imperio vestro pareāt cogere. Nihil.n. magis indignū, & iniustū esse, quā ex aliorum iactura velle locupletari. Qđ, & iureconsul. vsurpare solēt, ex quo non vī suscipiendū bellum, nisi causa iusta præcesserit. Idem tn̄ Aristo. posse bellum suscipi quibusdam probat sōnibus, asserens multos esse seruiles hoies, sic natura genitos, vt dignioribus subesse debeant. Quod si aliqn recusauerint, non indignū videri eos armis cōpelli, & iustum esse, vt parere cogantur. Alia sō est, q debet dignitatem suam augere qsq; sibi virtutis cōscius principatum affectat, & ad imperandum natus esse vim, vt principatū affectat, & ad imperandum natus esse vim, vt cogere possit inferiores sibi parere, ita tn̄, vt ipse bene imperando humanę cōsulat societati, licet ergo de iperio decertare cū ijs, quos minus dignos existimes, ēt si nulla iniuria facta sit. sed hoc superius reprehendit Cic. cum dicit illud molestum vē maximis aius splendidissimisq. ingenijs plerunque existunt, honoris, imperij potentiæ, gloriæ, cupiditates. Et ppea pauendum nequid in eo gńe peccetur. Illud itaq; intelligēdum Cic. voluisse, vt q pro gloria, & imperio bellū gerere desiderant, iustam causam habeāt, vel saltem denuncient anteq̄ inferant, & a fraude abstineāt. [De imperio) sū nulla facta iniuria est, & id agitur, vt ee iciperet, & superior sit. Huiusmodi cum Romani finitimi populi bella gesserūt, vt latini, & tusci. [Gloria) Vt tn̄ laudentur, q vicerint. [Causas easdē, nullum bellum superius dicit, iustum esse, nisi quod aut rebus repetitis geritur, aut denunciatū antea sit, & indictū. [Sed ea bella) Minus dicit aspere gerēda bella, q pro gloria geruntur, nō sit, & viuat, sed vt imperet. [Vt.n. &c.) Id in bellis seruari debere, quod & in ciuitatibus custoditur, vt aliter pugnetur cum ijs qui de imperio certāt, aliter cum ijs q de vita, sicut ciuis aliter certat cū inimico, aliter cū cōpetitore, q eundem petit magistratum, cū hoc.n. de honore, cū priore de capite certamē est. Quotannis aūt cum candidati in Martium campum die comitiorum descendebāt certare inter se competitores solebāt (vt apud Liuiū, & alios Romanæ historiæ scriptores legimus.) Capitis, vitę. Simul.n. & vita priuātur victi, & fama. Credūtur.n. fuisse minus in re gerēda prudētes, aut causa pugnasse iniustiore, hoies.n. ex euētu res plerunq; indicant. [Cū Cel.) Exemplis probat qūo aliter cum certātibus de gloria, & imperio, aliter cū certātibus de vita, bella gerātur, Regio hispaniæ est celtiberia magna parte inculta, & aspera ac fluuialibus inūdationibus vasta. Cūque celtiberi ipsi quadrifariā partiti sint: Fortissimi ad orcū, ac meridiem sunt Vraci, quorū ciuitas Numantia (auctor Stra.) Cato cēsorius celtiberos robur hispaniæ, & impatiētes iugi (vt Florus ait) aliquot pliis fregit: Gracchus ille pater Gracchorum centum & .l. vrbiū euersione mulctauit. Varia præterea, & diuersis tpibus ad Cęs. vsque Augustum cū celtiberis, & alijs hispaniæ populis gesta sunt bella. [Cū Cim.) Ij Germaniæ sunt populi ad Oceanū septentrionalē habitātes iūcti Teutonis, atque Tigurinis in Italiam cū vxoribus & liberis venerūt aliqd sibi terrę dari à Senatu missis legatis petierunt. Quod cum non impetrassent vi petere constituerūt, multis Romanos affecerūt cladibus. Sed à Mario, qui septies cōsul fuit aliquot plijs penitus deleti sunt. Bellum Cimbricum. scri. App. Causæ eorum à patrijs sedibus profectionis variæ tradūtur à Stra. & alijs nōnullis. Vter esset, vter viueret. [Cum la.) Oē latiū. Manlio tuscu. duce in vltionem regum Tarquiniorum bellū Romanis intulit. Victi sunt latini a posthumo dictatore ad Regillū lacū, nec multo post cū eisdē de finibus certatum est. Cum vero incensam à Gallis vrbē semper antea æmulatione imperij infesti cōtēnerēt, & ius ciuitatis partē imperij, ac magistratum poscerēt, pari imperio, T. Mālio Torqua. & Decio Murena cōsulibus, ac ducibus superati sunt. Quo bello alter consulū se deuouit. Iterum ad arma oē latium cōcurrit cum promissum à Liuio Druso ius ciuitatis, illo mortuo à Senatu negaret, victiq. sunt diuersis plijs. De imperio itaq; ferme cū illis est certatū. [Cum Sa.) si factæ so. T. Tatio affinitatis immemores se latinis adiūxerūt. Sed Curius dētatus cōsul oēm illum tractū, quē Nar fluuius ambit, fontesq. Velini, ad mare vsq; Adriaticū igne ferroq. vastauit. [Sānitibus) Str. Sabinos, & Sānites idem vult esse, sed fallitur. Nā Samnites vicini Cāpanię sunt in Apulia. Capuæ precibus Sānitibus genti opulētæ Rom. P. bellū intulit, & ita p Fabios, ac Papyrios patres, eorūq. liberos subegit, & domuit, vt Sānitum quodā in ipso Sānio requireretur, quod Florus scri. [Pœnis) Cum qbus gesta sunt tria bella primo apud Egatas: Luctatio, & Catullo consu. finis impositus est victa Carthaginensiū classe, petētibus Carthaginensibus, pax data est. Secūdo, acie superato Hanni. à superiore Scipione. iterum pax petētibus carthaginēsibus. Sed graui imposito tributo, cōcessa est. Tertio à pōsteriore Sci. & Carthago deleta est sed anteq̄ fœdus frangerēt pœni de imperio non de vita cū illis dimicabatur [Pyrrho) Hic Epirotarum rex in Italiam à Tarentinis accersitus cōtra Ro. vario euentu bellū gessit. Erat tūc Tarentū Lacedæmoniorum opus, Calabria, & Apuliæ totiusq Lucaniæ caput. Tū magnitudine & muris, portuq. nobile, tū admirabili situ. Curius dētatus Pyrrhū vicit, & Italia expulit. [Pœni fœdi.) Quater .n. renouatū cū ro. fœdus fregerūt. Vnde & Virg ait, Quippe domū timet ambiguā Tyriosq. bilingues. & Sal. aliud in ore, aliud in corde clausum gerunt. [Crudelis Han.) q cōtra fœdus superato hibero. Saguntū sociā P. Rom. ciuitatē 8 mense cœpit, de hoc Liuius. Inhumana crudelitas, pfidia plusq̄ punica, nihil veri, nihil sacti, nullū iusiurādū, nulla religio. [Reliqui in.) vt Latini, Sabini, Sānites. [Pyrrhi qui.) Laudat Pyrri de captiuis reddēdis sententiā. Cū Valerius Leuinus consul parum prospere aduersum Pyrrhū pugnasset Elephantorum inusitata facie territis militibus. Caius Fabricius missus est ad Pyrrhū vt de captiuis redimendis ageret, captiui sine precio à Pyrrho redditi sunt. Misso Cynea legato ad Senatum Appij Claudi snia, pax petēti regi negata est. Sed Pyrrhi de captiuis respōsum, Ennius q bellum scripsit Tarētinū versibus cōplexus est qbus sic loquētem regē facit. [Nec mi aurum posco) Qđ R. offerūt pro captiuis. [Cauponantes bellū) Hoc est lucrū ex bello quærētes, vt caupones solent q vilioris emere student, q̄ maioris vendāt: Caupo, vt Paulus ait iurecōsultus lib 4. dig mercedē accipit, vt viatores manere in caupona patiat. [Hera) fors domina fortuna, q̄ in sua potestate oīa hēt, vt vulgi fert opinio. [Accipe) O Fabrici. Quorum vir. & c. illis inqt ego parco, qbus fortuna belli pepercit, hoc est, q in bello nō periere. [Dono) captiuos, vel dono hoc est gratis ducite. [Regalis sane &c.) Laudat Pyrrhi sniam, & dignā gńe Æacidarum dicit: Iuppiter Aeacū genuit, ex ægina Aesopi filia, Aeacus Peleū, Pelus Achillē, Achilles, Neoptolemū, qui, & Pyrrhus cognominatus est, & post Troianū bellum Macedoniā tenuit, ac successores reliqt reges Pyrrhidas ab eo cognominatos successit illi Piales, Qui vero medij Tharritā vsq; reges fuerūt, nō satis cōstat. Tharritæ filius fuit Alcetes: Alcetæ Arisba, vel Arinobes, huic Neoptolemus: Neoptolemo Aeacides: Aeacidæ Pyrrhus hic de quo loqtur Cic. filius fuit epirotici regni successor aucto. Plu. & Trogus. [Atq; ēt & c.) Seruandā dicit fidē certo tpe hosti datā, & exēplo vtitur M. Attilij Reguli, q primo punico bello Xantippi Lacedæmonij ducis Carthaginēsiū mercede cōducti insidijs captus est, & legatus postea Romā missus, diuersa quā hostes mādauerant cēsuit, ne pax fieret, ne cōmutatione captiuorum ipse vnus, & senex reciperet. Ad hostes ne datā fidē falleret volūtarie redijt. Nec i vltimo, seu carceris seu crucis supplicio, vt Florus ait, deformata maiestas. Immo his oīb⁹ admirabilior facta: De hoc plurimi auctores multa scribūt, vt Polybius, Appianus, Val. Max. Aurelius, Augustinus. [Singulis tpib⁹) necessitatibus tpum. [Adstrictos) De quo varie scribitur, vt apud Gelli. est. [Meminerimus ēt &c.) Dicit iustitiā virtutem

Tertia filia Pauli Aemilij nupsit filio Catonis.

Perduellis.

Hostis.

Duellum.

Peregrinus.

Iustā in omni genere belli causam esse quærendam.
FRAN. MAT. QVoniam aūt &c.) Spectādos dixit mores esse, quare vt intelligatur, q sint mores, q spectari debeant, dicit nos cū perfectis, & plane sapiētibus nō viuere, & satis esse, si illi, cū qbus viuimus, signa aliqua virtutis habeant. Cū itaq; pfecti, & plene sapientes nō inueniuntur, nō esse negligēdos eos in qbus aliqua sigñatio virtutis est. [Cū perfectis) qbus nihil deest. [Plene sapiētibus) q habeant oium reꝝ, & diuinaꝝ, & humanaꝝ cognitionē, q nulla perturbatione moueantur, q eodem uultu, atque aio tum in prosperis, tum aduersis sint. [Præclare agitur) hoc est q satis hēre putantur. [Simolacra) Veluti quoddam virtutis signū, non plena, & perfecta virtus, vt tm̄ à perfecta virtute differat, quantum statua hoies, & effigies à vero hoie. [Etiam hoc intelligendū &c.) ēt si nullus admoneat, & neqs credat pfectis dūtaxat erogandū. [Aliqua significatio) Adeo difficile est quenq̄ inuenire, in quo pfecta sit virtus, vt cōtenti esse debeamus, si aliqua virtutis in quopiā imago, & sigñatio fuerit. Colendum aūt esse) oēs dicit colendos, in qbus aliqua virtutis significatio est, sed illos pcipue, in qbus sunt modestia, & tēperantia, qm̄ in bonis viris sunt, vt non sit q̄s q̄ modestus, & temperans qn idem bonus sit, ex quo non pōt conferri liberalitas in quempiam modestū & tēperantem, qn ēt in bonum conferatur, non idem accidit in forti, cuius aius trahitur plerunque ad excessum vt audeat q̄ non debet. pterea quemadmodum dicit inferius, ceteræ virtutes in hoie non sic apparent, modestia, & tēperantia semper apparent. Nam in dictis, in factis, in incessu, & deniq; in oi actione, si sunt in homine, elucescunt. [Colendum) Amandum, & sic iuuandū. [Virtutibus his lenioribus) sunt qdē maxime, & pulcherrime virtutes, sed si alijs cōferas, hoc est prudentiæ, iustitiæ, fortitudini, leues. Illæ.n. iustitia presertim, & fortitudo, latissime patēt, & maxime humanā attingunt societatem, hæc singulis prosunt in qbus sunt; licet, & ad alios spectat. Nā & iustus vtitur modo, & tēperantia, in iustitia, admiuistrāda, & fortis in aggrediendis cū rōne periculis, ijsdemq. tolerādis, sed in his accedit modestia, principale munus iustitiæ, & fortitudinis. [Ac ipsa) de qua nō intelligas virtutē seniorē iustitiam. Nam particula, ac, distinguit. Est.n. maxima, & excellentissima virtutum, ex qua boni viri nominantur. & vt diximus superios, q iustus, idē bonus est, & cōtra Colendi ergo sunt iusti, qm̄ boni sunt, & studiosi virtutis, honestisq., & egregijs moribus pditi. [Nā fortis &c.) Posset qspiam dicere cur & forti hn̄faciendū adeo non est, cū fortitudo honesti pars sit? Raro inquit contingere solet, vt q fortis sit, idem ēt sapiens sit, fortitudo aūt sine sapiētia temeritas est, & sæpius nocet q̄ prosit. Homerus Achillē fortem inducit, Vlyssem vero sapiētem. Virg. fortitudinem simul, & sapientiā Aeneæ tribuit, vt plena laus esset. [Nō perfecto nec sapiente) hinc aperte cognoscitur nō posse esse uerā fortitudinē nisi in perfecto, & sapiente, hmōi.n. qcunque est, neq; timet quæ timēda non sunt, neque audet quæ audenda non sunt. Eū aūt, vt diffinit Arist. fortitudo in audendo, & metuēdo mediocritas. Sed vt ait Cic. magnus aius, & fortis in hoie non perfecto, & sapiente. [Feruentiore) qm̄ aut ira, aut cupiditate glorię cōpulsus audet, q̄ audere nō debet, & ꝯtra decorū facit. Nam cū actio nia cuiusq; tinis sit secūdū habitū, & fortitudo forti viro decoꝝ videatur. Decoris gratia vir fortis subit, atq; agit opa fortitudinis, prudēter Martialis amicū suū Marcellinū quænā vera esset fortitudo hoc epigrammate admonuit: Marcelline boni soboles sincera parētis, Horrida parrhasio, quē tegit vrsa iugo. Ille uet⁹ pro te patriusq. qd optet amic⁹ Accipe, & hęc memori pectore vota tene. Cauta sit vt virt⁹, nec te temerari⁹ ardor In medios hostes, sęuaq. tęla ferat. Bella velit, matrēq. feꝝ rōnis agētes, Tu potes, & prīç miles, & eē dec⁹. [Illę virt.) modestia, tēperātia, & iustitia.

ASCEN. QVoniam &c. Doce quomodo considerandi sint mores, & quibus plus contribuendum. Ordo est, Autem pro sed, quoniā uiuitur supple ab omnibus, non cum hominibus perfectis: q; pro &, plene.i. perfecte sapientibus, sed cum his.i. hmōi in qbus, nō agitur præclare.i. valde & præ ceteris clare, sed sunt simulacra .i. effigies & similitudines quædā virtutis, ego puto ēt hoc intelligendū esse neminem esse negligēdum, in quo aliqua significatio virtutis appareat, hoc est non solū perfectis benefaciendū est, qa tales vix reperiuntur, sed oībus his q speciem bonitatis hn̄e vīnr, & non oīno mali & perniciosi sunt. Autē pro sed, intelligo supp. quēque vel quenq̄ esse ita maxime colendū, vt.i. secundum quod quisq; erit sup. maxime ornatus his lenioribus.i. mitioribus virtutibus, videlicet modestia, tēperantia, ac ipsa iustitia, de qua iā multa dicta sunt. Nā aius fortis.i. acer & vehemēs & magnus est plerūque.i. vt plurimū in hoie non pfecto, nec sapiēte feruētior .i. valde feruēs, vel feruentior qoā in huic perfecto, vero pro sed, illæ virtutes.s. modestia, tēperantia, & iustitia vīnr attingere.i. efficere virū bonū, atq; hęc quæ dicta sunt considerētur in moribus.

DOCT. interp. SEd cum ijs, in quibus non præclare agitur, sed sunt simulacra virtutis.) Coniicio sic legendum. Sed cum his, quibus cum præclare agitur, si insunt simulacra virtutis.

DOCT. interpr. QVoniam autem viuitur.) Hinc illud est, Mores amici noueris non oderis, quia quædam amicorum vitia ferenda sunt. [Virtutibus lenioribus erit ornatus.) Qualis est apud Terent. in Adelph. Mitio.

ARGVMENTVM.

Quomodo consideranda sit beneuolentia aliorum erga nos.

DE beneuolentia autem, quam quisque habeat erga nos, primum illud est in officio, vt ei plurimum tribuamus, à quo plurimum diligimur. Sed beneuolentiam non adolescentulorum more, ardore quodam amoris, sed stabilitate potius, & constantia iudicemus.

PETR. MARS. DE beneuolentia autem,) Transit ad secundā partem, proposuit.n. spectandum esse animū erga nos & beneuolentiam eoꝝ, in quos benefici esse volumus. Ponit igitur beneuolentiæ considerādæ partes, postq̄ de moribus absoluit. [Est in officio) sm virtutem. [Sed bene) Monet Cic. quo pacto debeamus alioꝝ in nos beneuolētiam iudicare non.n. temera expendēdus est amor alioꝝ in nos vt faciunt adolescentes, in qbus nō viget prudētia, & sic delectum rerum hn̄e non pn̄t, & recte fungi officio. [Ardore quo se.) Deinde sine aliqua constantia statim se retrahūt, opus est igitur iudicio, cū plures amare videantur, qui sunt pniciosi assentatores. Si amor vetus est plurimum illi debemus, à quo maxime amamur. Iudicare aūt qualis nā sit hic amor prudentis est, q vt oportet, amat & iucūdus amicus dr̄ atque affabilis, & mediocritas amicitia, atq; affabilitas. Is aūt q exoperat, si nullius vtilitatis emolumēti sui gratia iucundus est, & oīa laudat, assentator dr̄, si lucri causa adulator appellatur. At is q deficit, & in oibus est iniucundus, vocatur cōtentiosus atq; difficilis. In Lælio ait: In amicitijs eligēdis negligentes esse absurdū est, & carpendū, nec hn̄e quasi signa quæda & notas, qbus eos qui ad amicitiā essent idonei iudicarēt. sunt igitur firmi & stabiles eligēdi, cuius gn̄is magna penuria est, & iudicare difficile est sane, nisi exptum. experiūdum aūt est in ipsa amicitia. Seneca dicit post amicitiā credendū est, ante amicitiā iudicandū. [Adolescentuloꝝ mo.) Arist in moribus de tali amicitia sic loqtur, Adolescentū vero amicitiæ cōstitutæ sunt causa voluptatis, nā viount secūdum affectus, & maxime id sequūtur, quod voluptatē in pn̄tia afferat. Verū id simul cū ætate mutai, ex quo fit vt cito fiāt amici, citoq. desistāt. nam simul cū voluptate amicitia mutatur, & voluptatis hmōi velox mutatio est. ad amores pni sunt, q ex affectu maxime oriūtur. Itaq; amāt, & cito desistūt, eodē die sępe consiliū mutātes, delectantur aūt cōsuetudine & vsu, nā hoc modo amicitia fruūtur. Beneuolus est q alicui ēt ignoto, quē audit esse bonū virū bene vult & optat, q̄uis ab alio nō ametur. amicus aūt est q amat & amator. Vnde phs dicit Amicitiā esse beneuolētiam mutuā non latētem. [Ardore amoris) Quē aliqui præ se ferre vīnr erga nos. [Stabilitate) ppetuitate amoris, & sine aliqua intermissione, & qd⁹ tales in amore pseuerēt, firmiq. sint & stabiles, nō debemus igr iudicare beneuolētiam ex quodā ardore eoꝝ, qui nos amare vīnr: qm̄ talis amor qui affectu procedit, parum durat, sed ex stabilitate atque cōstantia. Vnde opus est tpe, & experientia.

Liberalitas in homine bono est conferenda.

Quære iustitia est excellentissima omnium virtutum.

FRAN. MAT. De beneuolētia &c.) Tria dicit inueñda in eo, cui benefaciendū est, mores, aīum in nos, & merita, de moribus iam dictū est, nunc de aīo in nos dicit, paulo post de meritis. plurimum aūt illi tribuendū est, q plurimū nos diligit, aliter si fieret, cōtra decoℜ esset, & iustitiā naturalē, cuius pars est gratia, in qua amicitiæ, vt supra diximus cōsiderantur rerus ne sit amicus nobis, an simulatus, plus ne hic amet, an ille, hoc aūt cognoscere difficile nō erit, & vt distributiua iustitia plus laborāti, & merēti plus tribuit, ita bonus vir, & prudēs magis amāti, magis erogat. (Sed ben.) Qualē intelligere beneuolētiā debemus pscribit, & de ea iudicādū dicit, q stabilis fuerit, & quā similitudo moℜ, & studioℜ cōiugauerit, vt. s. in virtute radices agat nō aūt de ea, quæ inter adolescētes quotidie oritē quadā aioℜ incitatione nō electione, & iudicio, ac cito deficit, de hac amicitia loqtur Cic. in Lælio. Arist. quoq; adolescentū inqt amicitiæ voluptatis causa institutæ sūt. Nam amāt sm affectus, & maxime id sequunt, quod voluptatē in psētia afferat; veℜ id simul cū ætate mutatur. Ex quo fit, vt cito fiant amici, citoq. desuescant. Nā simul cū voluptate amicitia mutat, voluptatis aūt celeris est mutatio. ꝓpterea sunt ad amorē iuuenes, amāt, & cito desistūt; sæpe eadē die propositum mutātes.

ASCEN. De beneuolentia aūt) Docet quō consideráda sit beneuolentia alioℜ erga nos. Ordo est. Aūt, pro sed illud est ꝓprium in officio de beneuolentia, quā quisque habet erga nos, vt nos tribuamus ei plurimū, à quo nos diligimur plurimum. Sed iudicemus beneuolentiam nō quodam ardore amoris, more adolescentuloℜ, sed potius stabilitate & constantia.

DOCT. interpr. De beneuolētia) Quo ordine collocanda sint beneficia. Ac primū quidem benemeritis gra est referenda. Est aūt totus locus de gratitudine, nō nihil rhetoricis amplificatus argumētis.

ARGVMENTVM.

Benemeritis de nobis quomodo referenda gratia.

SIN erūt merita, vt nō ineunda, sed referēda sit gratia: maior quædā cura adhibenda est. nullum. n. offīm referenda gra magis necessariū est. Quod si ea, quę acceperis vtēda, maiore mensura, si modo possis, iubet reddere Hesiodus: quidnā bñficio ꝓuocati facere debemus? An nō imitari agros fertiles, q multo plus afferunt, quam acceperunt? Etenim si in eos, quos speramus nobis profuturos, nō dubitamus officia conferre: quales in eos esse debemus, q iam profuerunt? nam cum duo gña liberalitatis sint, vnum dādi beneficij, alterū reddēdi: demus, nec ne, in nr̄a potestate est; nō reddere, viro bono nō licet, si modo id facere possit sine iniuria. Acceptorū aūt beneficiorū sunt delectus hñdi. nec dubium, qn maximo cuiq; plurimum debeat. in quo tñ in primis, quo quisque aīo, studio, beneuolentia fecerit, pōderandum est. multi. n. multa faciunt temeritate quadam, sine iudicio, vel modo, in oēs, vel repentino quodā, quasi vento, impetu animi incitati. quæ beneficia æque magna nō sunt habenda, atq; ea, quæ iudicio, considerate, cōstanterq. delata sunt. Sed in collocādo beneficio, & in referenda gra, si cetera paria sunt, hoc maxime officij est, vt quisq; maxime opis indigeat, ita ei potissimum opitulari. quod contra fit à plerisque. à quo. n. plurimum sperant, etiam si ille his non eget, tñ ei potissimum inseruiūt.

PETR. MARS. SIN erunt merita,) Coniungit Cic. hanc partem, quæ erat vltima propositionis, cum superiore, qm vt proposuerat prius de communitate vitæ, atque societate dicendum erat, sed res ipsa effecit, vt ordine præpostero vteretur. Resumit igitur aliam partem, quam vltimo loco proposuit, & ad nostras vtilitates officia ante collata. Debemus inquit plurimum illis, à quibus plurimum firme & constanter diligimur, sed si aliquibus ob beneficia in nos ante collata tenemur, tunc magnam curam adhibere debemus, quoniam nullum officium magis necessarium est, q̄ referre grām, ne ingrati videamur, & turpe sit officio vinci & beneficio, qm illi q conferunt superiores sunt. vnde dicit Seneca, Quid tam laudabile, qd tam æqualiter in oium aīos receptum, quā referre benemeritis gratiā? (Ineunda) Cōciliāda nobis & paranda alicuius gratia & beneuolētia, liberalitate aliqua. Inire gratiam idē est quod conciliare sibi amorē alicuius, & beneuolentiā. (Sed referenda) Vt. s. cogamur referre gratiā, & nō pōt fieri sine ingratitudinis nota, si nō referatur gra ob beneficia in nos ante collata. Agere grās est verbis: Referre aūt re ipsa. (Nullū. n.) Probatio est, qm inqt nulla virtutis actio magis est necessaria ad cōseruationē humanæ societatis & vitæ cōis, q̄ referre gratiā. i. cōferre beneficia, vt accepisti. Tecmessa apud Sophoclem in Aiace mastigophoro: Decet inqt, viℜ illius meminisse, cuius dulce sensit. gratia. n. gratiā semper parit, vir ingratus nunq̄ erit generosus. philosophus in. 5. Ethices sic ait, Ciuitas cōseruatur cū retributio fit, et cōparatio flagitat rōnem, quamobrē & gratiaℜ tēplū in ciuitate media cōdunt, vt retributio fiat, hoc. n. grę ꝓpriū est. nā is q suscepit, subministret vicissim ei, q munus contulit, & ipse rursus incipiat cōferre oportet. (Quod si ea) Argumētatur a minori ad maius, & nititur auctoritate Hesiodi, qua ōndit necesse esse gratiam referre. Hesiodus poeta scripsit de agricultura ad Perseo fratrē, quem monuit vt si a vicino aliqd ad vsum domesticū acceperit, restituat maiore mēsura si pōt. quanto magis ei gratiam referre debemus, q non aliqd vtendum concessit ad ips, sed spōte sua in nos beneficus fuit, vt ingratis esse nobis nō liceat, nisi cū ingratitudinis nota? verba Hesiodi hæc sunt: Iubeo metiri à vicino & bene reddere eadē mēsura, & melius si possis vt indigens postea promptū inuenias. Hesiodus Ascræus fuit. Ascra erat ad Heliconē montē Bœotiæ in excelso loco ac duro sita. Loquēs Hesiodus de patre in. 2. lib. Georg. dicit, Ascrā rus miseℜ penes hic Heliconā colebat, Hyberno diℜ, triste æstu optabile nunq. (Vtēda) ad vsum domesticū. (Acceperis) à vicino aliq̄ tē ad vsum tuū. (Prouocati) Inuitati. Lacessere est cū iniuria; Prouocare est irritare sine iniuria. (An nō) Nunc argumētatur ab exēplo terræ & agroℜ, q plura reddunt colonis, quam in semente acceperūt, q. d. debemus imitari agros, q reddunt ea quæ acceperūt ab agricolis multiplicata. (Etenim si in eos) ꝓbatio est, & argumētatio ab incerto ad certū. (Quales) Quā liberales & benefici. (Nā cu) ꝓbatio est. (Dandi) Spōte nostra. i. (Reddendi) cum gratiā referimus beneficio ꝓuocati. (Demus nec ne) i. an velimus esse liberales, est nobis integrū liberumq., qm non cogimur. (vt large loquar) qm si vim naturæ inspicimus, cogimur si natura viuere volumus. (Non reddere) Non referre gratiam, qm ad id cogitur, aliter erit ingratus. Vnde dicit Seneca: Non referre beneficium, nec beneficijs gratiam, & est turpe, & apud oēs habetur. philosophus sic ait in. 9. Ethices bñficia reddēda sunt potius, quā amicis dandū sit. sicut & mutuū reddendum est potius cui debeas, quam sodali dādū. (Sine iniu.) Si possumus de nostro reddere, non aut rapiendo auferendoq. ab alijs, quod est contra officiū. Hesiodus monēs fratrē in. 1. lib. dicit: Res male parta, mala est, dānosaq. semper, ab illa Ergo caue, ne te vocāt in amore sodales, Illum adeas, q te, fac mutua munera reddas, Spōte datū capias, scelus est letale rapina. Monens ēt ipsum vt colat iustitiā dicit: Ius quoque frater ama, sine quo genus oē ferarum, Credimus alterno certatim corpore pasci. (Acceptoℜ aūt beneficioℜ) Dicit adhibēdam esse magnam curam si beneficia recepta sint. Sed q a beneficia similia nō sunt, habentq. differentiam inter se, & gradus, determinat de his dicens, habendum esse delectum ipsoℜ beneficioℜ, & prudenter singula cōsideranda, vt certo sciri possit, qd cuiq; debeatur, cōsiderandūq. monet aium illius, q dat, non ipsum munus, quod interdum ab inuito in aliqē confertur. Homini aūt ita disposito parum uel potius nihil debetur, illis aūt maxime, q certo consilio veroq; amore nos ꝓsequuntur & ornant. Beneficium (inqt Seneca) est beneuola actio tribuens gaudiū, capiensq. tribuēdo, in id, quod facit prona & spōte sua parata. Itaque nō quod fiat, aut qd detur, refert, sed qua mente, q a beneficium non in eo qd fit, aut datur cōsistit, sed in ipso dantis, aut facientis aīo. (Delectus) differentiæ an alia beneficia qbusdam alijs anteponenda sint, dum studemus referre grām pluribus, a qbus bñficio fuerimus ꝓuocati, docet igr̄ quos anteponere debeamus. (Maximo cuiq;) bñficio, & sic ostēdit in gñe maiora beneficia anteponēda esse, sed ꝓsiderandū est, q̄ sint maiora, qm liberalitas nō solum re ipsa, q̄ datur, sed ēt aīo æstimatur. Vnde pauper q dat pro rōne facultatis suæ, dr̄ ēt liberalis. (In quo) In qua gratiaℜ relatione, & cum volumus acceptis beneficijs prouocati esse liberales, & vt cognoscatur q̄ sint maxima beneficia. (Quo aio) spōte. s. an inuitus dederit q a & gaudens. (Studio) Volūtate. (Beneuolentia) cōstanti. s. & stabi

li,an vana & quodã ardore & affectu mota. [Ponderandũ) Prudẽter ꝯſiderandũ.[Multi.n.) ꝓbat quare ſit ꝯſiderandũ,qm̃ multi beneficia cõferunt,qbus tñ ob id nihil debet,qm̃ non certo cõſilio & electione,ſed quodã impetu & temeritate id faciunt.vnde cõſiderandus eſt aius dantis,non ſolum id quod datur. [Quadã temeritate)ſine conſilio & delectu pſonaꝝ.[Sine iudicio)nõ cõſiderãtes ſi bono viro ꝓſint,an malo,& in tali re potiſſimũ reqritur iudiciũ,vt dictũ eſt. Liberalis.n.deberet eſſe prudẽs,& iudicare qd cuiq; tribuendũ ſit,ſublato aũt iudicio non erit vera liberalitas,q a dabit qbus non oportet,& quod non oportet, quod eſt contra officiũ.[Vel modo) Menſura,rõne,ac ſine aliquo diſcrimine conferet in oẽs, qbus ita largientibus non multũ debetur, qm̃ idem oibus faciunt,nec hñt delectum,q maxime attingit ipſum prudentes.oẽs aũt ſine aliquo diſcrimine eodẽ modo tractare imprudẽtis eſt,necnõ adulatoris, & aſſentatoris. quo circa cauẽdũ ab illis eſt,q oẽs pari modo obſeruãt,& venerãtur. blandiũtur.n. nõ iudicant ita eſſe agendũ,ſi aũt iudicarent,delectum hẽret,quo ſublato aufertur prudentia,ſine qua non põt intelligi vlla virtus. Et ideo dicit Sen. Beneficium quod qbuſlibet datur, nulli gratũ eſt,& eodẽ aio beneficium debetur,quo datur,& nemo libẽter debet reddere quod nõ accepit,ſed expreſſit. [Repentino impetu) quadam leuitate ſine conſilio & delectu pſonæ.[Quaſi vento,)q nauim impellit modo huc,modo illuc.[Quæ beneficia) collata. ſ.modis ſupradictis,nullo adhibito iudicio. [Non ſunt habẽda) æque.i.tam magna.[Atque)Quam ſunt habenda ea,quæ ſunt iudicio.[Cõſiderate)ad illud refertur & opponitur,quod dixit temeritate quadam,& ſine modo in oẽs.[Conſtanter) Ad illud repẽtino impetu animi vt faciũt hoies leues. [Sed in collocãdo beneficio)dat generale ꝑceptũ quod in officio collocando ſeruãdũ eſt,& gratia ẽt referenda vt.ſ.his potiſſimũ referatur gratia, q̃ ope indigeant. quis alij ſimilia,aut plura contulerint,& beneficio digni ſint.[Hoc eſt)ptinet maxime ad officium.i.virtutis actionẽ [Si cetera paria)ſint.i.ſi aius erga nos fuerit gratus,& ſocietas vitæ intercelſerit,& ab eo officia in nos collata fuerint,& ſi nõ indiget ſua culpa & deſidia,& ſi meretur opem.nõnulli.n.maxime indigẽt,qbus opitulari contra officium eſt,q ppe male viuẽdo ad inopiam rediguntur,q profecto puniendi ſunt, ne alios cõtagione maculent & corrũpant & contra officium eſt illis potiſſimũ inſeruire,q non indigent,ſed à qbus plurimum ſperatur,hoc nõ eſt officiũ liberalis,q nõ ideo dat vt plura accipiat, qm̃ beneficiũ non debet fœnerari.debemus afferre opem indigẽtibus, nulla alia re inducti,niſi lege humanitatis & liberalitatis.[Opis) auxilij.i.q beneficio maxime indigeat.[Vt ſi quemadmodũ.[Ita) Sic tam [Opitulari)Opem afferre.[Inſeruiunt)beneficia conferũt, aut gratiam referunt. Seruire propter ſeruorum eſt, inſeruire ptinet etiam ad homines liberos, nam inſeruire eſt morem gerere. [Plurimum) Magnam vtilitatem. Non eſt beneficium inqt Seneca, ſed fœnus circunſpicere non vbi optime ponas, ſed vbi q̃ſtuoſiſſime habeas,vnde facillime tollas.Et alibi:Nõ eſt beneficium quod in q̃ſtum mittitur.[Hoc dabo)hoc recipiã auctio eſt.

FRAN. MAT. Sin aũt erunt merita) Honeſtũ eſt,& laudabile amicis benefacere,ſed benemerẽtibus neceſſariũ.Conuenit.n.vt a qbus accepimus liberaliter aliqd,liberaliter reddamus,& liberalius ẽt q̃ accepimus,ratio aũt illa eſt potiſſima,q relata gr̃a auget liberalitatẽ,ingratitudo remiſſiorẽ facit. Rectẽq. ait Sen. Ingratus vnus miſeris oibus nocet.[Merita) Beneficia ante in nos collata.[Ineũda)Contrahenda,cõparanda.Significat.n.inire gratiam,cõparare,cõtrahere,capeſſere,ingredi.[Referẽda)Quia ꝓuocati ſumus.[Nullum n.offiũ)Ratio eſt,ideo aũt nihil referenda gr̃a magis neceſſarium,qm̃ ad gratiã ſpectat, quæ eſt iuris naturalis pars,vt acceptoꝝ beneficioꝝ memores ſimus, & idẽ nos alteri faciamus,qđ nobis ipſe fecit.Iccirco ait.Seneca,Beneficiũ accipe,libertatem vẽdere eſt.Idem inqt,Beneficia plura recepit, q ſcit reddere.[Quo ſi ea quæ mutuo)Argumẽto probat referẽdã gratiam.Eſt aũt a minori ad maius. Si Heſiodus inqt quæ mutuo ad vſum tuũ acceperis maiore mẽſura,ſi modo poſſis,reddere iubet, qd par eſt, te facere in eos à qbus liberaliter accepiſti? certe duplicãda eſt gr̃a,vt longe maius ſit beneficiũ quod reddis, q̃ quod prius tibi erogatũ eſt:ſcribit aũt hoc Heſiodus in eo opere qđ vocatur ἔργα,καὶ ἡμέραι,in quo fratrẽ admonet,vt ſi qđ vtendũ à vicino accepit,maiore,ſi poſſit mẽſura reddat,his verbis, εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ᾽ ἀποδοῦναι, αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον αἴ κε δύνηαι. [Vtẽda) Mutuo,vt reddas,mutuũ appellatũ eſt,qa ita à me tibi datur,vt ex meo tuũ fiat, & eſt in rebus quæ cõſtant numero,põdere,mẽſura,nec vt cõmodatum redditur. Mutuo dam⁹ Triticũ oleũ,vinum: Cõmodamus annulũ,veſtem: redditur idẽ gñe non ſpecie ſicut cõmodatum.[Vtenda)Iurecõſulti ſępe hoc vſurpãt participium,vt cum dñt ix cui res aliqua vtẽda datur.[Ami.&c.) Certe inqt imitari agros fertiles debemus, q (vt poetæ aiũt)magno fœnore ſemina accepta reddũt.Plin de terrę loqnẽs natura: At hæc,inqt,benigna,mitis,indulgẽs,vſuſq, mortalium ſemper ancilla quę coacta gñat,quę ſponte fundit,quos odores, quos ſapores,quos ſuccos,quos tactus, quos colores, q̃ bona fide creditũ reddi fœnus.[Etenim ſi in eos &c.)Aliud argm̃ rurſus à minori ad maius,ſi benefacimus ijs,ait,a qbus ſperamus beneficium accipere,qd facere in eos debemus a qbus iam accepim⁹? certe gratiam referre oino debemus Multi ideo dãt,vt recipiãt: Sed manifeſtã faciunt mercaturam. Nam pauca tradunt ditioribus,vt plura recipiant. Eſt aũt,vt ait Ariſt.liberalis magis dare,q̃ accipere, ſicuti virtutis eſt honeſta potius agere quam turpibus abſtinere.[Nam cũ &c.)Ratio eſt quia q dat alium ſibi obligare vr: & Seneca ait: Beneficiũ dare docere eſt reddere.Et q à nullo accepit beneficium liberũ eſt conferre alteri, vel non conferre. Quãuis,vt dictum eſt ſupra,benefacere pro aimo nulla neceſſitate coacti,ſponte nr̃a iure naturali cõpellimur.Quod ſi beneficiũ non dederimus,petere ipſi ab alijs nõ poteramus. Nam Sen.ait: Beneficium q dare neſcit,iniuſte petit.[Sine iniuria) Læditur.n. ius naturale, cuius pars gr̃a eſt in qua beneficia accepta conſiderãtur. Quod ſi reddere quidẽ volumus,ſed nõ poſſumus iniuria nõ facimus.Sufficit.n.remunerandi volũtas,ſi facultas abeſt. [Acceptoꝝ aũt beneficioꝝ) Cum nullũ officium referenda gr̃a magis neceſſariũ ſit, iure optimo maximã dicit diligentiam in rependis beneficijs adhibendã eſſe,& delectum beneficioꝝ habendũ. [Delectus)Vt diſtinguamus beneficia,quæ accepimus,& pro maioribus maiora, pro minoribus minora rependamus. [In primis quo quiſq; aio &c.)Non iniuria aium dicit conſiderandum eſſe dantis,plus.n.largiri vr qui læto aio,ac lubenti pauca largitur,q̃ qui multa triſti,& inuito. Semper enim ad illud reſpiciendũ eſt. Nam hoc ipſum iuſtum eſt quod cum rõne ſit,ſi eſt voluntariũ. [Quo animo)Bono an malo.[Studio)Ad diligentiam refertur. [Beneuolẽtia)Conſtanti,& ſtabili,an quadã leui ardore animi.

Liberalitas magis eſt in dando q. in accipiẽdo.

Seneca de beneficio dando.

ASCEN. Sin erunt) Oſtendit quo gratia referenda ſit pp beneficia in nos collata.Ordo eſt.Sin.i.ſed ſi merita erũt ſup.talia ut gratia non ſit ineunda.i.cõcilianda cum aliquo, hoc eſt de nouo incipienda,ſed referenda.i.factis & reipſa perſoluenda,tũc ſup.quædã maior cura eſt adhibenda.Nullum.n.officium eſt magis neceſſarium,gr̃a referenda.i.quam vt gratia referatur pro beneficijs acceptis. Quod ſi Heſiodus iubet reddere maiore menſura.ſ.abundantius, ea quæ tu acceperis vtenda.i.ad vſum tuum, ſi modo.i.dũmodo poſſis ſup.reddere. quid nã nos prouocati beneficio.i.quid dono,non cõmodato accepimus, & non ſolum ad vſum,ſed abuſum.i.conſumptionem rei,q.d.lõge plus. Et vtitur argumento à minore, q a minus videmur debere pro vſu rei quã pro ipſa re,& tñ Heſiodus de agricultura ad fratrem ſcribens, iubet pro vſu rei copioſius eſſe reſtituendum quam acceperis. Probat idem exemplo naturali ſumpto ab agris feracibus, ac dicit: An nõ ſup.debemus imitari agros fertiles,q afferunt multo plus quã acceperunt? q.d.maxime. Etenim.i.& certe,ſi nos nõ dubitamus cõferre officia .ſ. beneficia & obſeqa in eos quos ſperamus ꝓfuturos nobis,quales debemus eſſe in eos,q profuerunt iã?q.d. multo beneficẽtiores. Nam cũ duo ſunt gña liberalitatis, vnum dãdi beneficium,alterũ reddendi,demus nec ne.i.an demus,an nõ demus,eſt in noſtra poteſtate,ſed ſup.nõ licet.i.nõ eſt licitum bono viro nõ reddere ſup.quod acceperit,ſi modo.i.dũmodo poſſit id facere ſine iniuria. Aũt pro ſed,delectus ſunt habendi.i.diſcretiones ſunt habendæ beneficioꝝ acceptorum.i.de beneficijs acceptis. Nec dubium ſup. eſt quin plurimum debeatur cuiq; maximo.i.cuilibet valde magno,in quo.i.in qua re, tñ ponderandũ.i.æſtimandum eſt in primis.i.præcipue, & ante omnia quo animo,quo ſtudio & ſup.qua beneuolentia quiſque fecerit. Enim pro quia multi faciunt multa,quadam temeritate ſine iudicio.i. diſquiſitione rõnis,vel modo in omnes.i.erga omnes indifferenter,vel incitati repentino impetu animi, quaſi quodam vento. Quæ beneficia non ſunt habenda.i.reputanda,æque magna, atque ea quæ ſunt delata.i.collata & attributa,ſeu impenſa iudicio.i.deliberatione animi cõſiderate,& conſtanter.Sed in collocando.i.conferendo beneficio ei.ſ.à quo nihil accepiſti,& in gr̃a referenda ei &.ſ.cui debes ſi cetera ſint paria,hoc eſt maxime.i.pręcipue officij.i.ſpectat maxime ad officium, vt.i.ſecundum quod, quiſque indigeat maxime opis.i.auxilij,ita opitulari.i.opem ferre ei potiſſimum. Quod ſit à pleriſque contra.i.econtrario: inſeruiunt enim potiſſimum ei à quo plurimum ſperant,etiam ſi ille non eget his.i.huiuſmodi quæ illi conferunt.

DOCT. interpr. QVO quiſque animo.) Modus in remetiendis beneficijs.

ARGVMENTVM.

IN coniunctione vitæ quis ordo, ac primum de societate vniuersali omnium mortalium.

OPTIME aût societas hominum, coniunctioq. seruabitur, si vt quisque erit coniûctissimus, ita in eum benignitatis plurimum conferetur. Sed, quæ naturæ principia sint cõitatis, & societatis humanæ, repetẽdum altius vr̃. est enim primum, quod cernitur in vniuersi gñis humani societate. eius aût vinculum est ratio, & oratio, quæ docendo, discendo, cõicando, disceptando, iudicando conciliat inter se hoĩes, coniungitq. naturali quadam societate. neq; vlla re lõgius absumus à natura ferarum; in qbus inesse fortitudinẽ sæpe dicimus, vt in eqs, in leonibus, iustitiam, æquitatẽ, bonitatem non dicimus. Sunt.n. rõnis, & orationis expertes. ac latissime quidẽ patens hominibus inter ipsos, oĩbus inter oẽs societas hæc est, in qua oĩum rerum, quas ad cõem vsum hoĩum natura genuit, est seruanda cõitas, vt, quæ descripta sunt legibus, & iure ciuili, hæc ita teneãtur, vt sit constitutũ; è quibus ipsis cetera sic obseruentur, vt in Græcorum prouerbio est: Amicorum esse oĩa cõia. Omnia aût cõia hominum vñr ea, quæ sunt gñis eius, qđ ab Ennio positũ in vna re, transferri per multas potest:

Vt homo, qui erranti comiter monstrat viam,
Quasi lumen de suo lumine accendat, facit,
Vt nihilo minus ipsi luceat, cum illi accenderit.

Vna enim ex re satis præcipitur, vt quidquid sine detrimento possit cõmodari, id tribuatur vel ignoto. ex quo sunt illa cõmunia, non prohibere aquam profluentem; pati, ab igne ignem capere, siquis velit; consilium fidele deliberanti dare. quæ sunt ijs vtilia, qui accipiunt, danti nõ molesta. quare & his vtendum est, & semper aliquid ad cõem vtilitatem afferendum. Sed qm̃ copiæ paruæ singulorum sunt; eorum autem qui his egeant, infinita est multitudo: vulgaris liberalitas referenda est ad illũ Ennij finem; Nihilo minus ipsi lucet, vt facultas sit, qua in nostros simus liberales.

PETR. MARS. OPTIME aût societas) Tribus partibus absolutis .s. de moribus, beneuolentia, & acceptis beneficijs, & de ipsa cõitate & societate humana determinat, docetq., quæ officia & auxilia cuique debeantur, & ponit principium humanæ societatis, quæ se ad oẽs homines extendit, inde descendens ab illa infinitate ponit gradus ipsius societatis, dicitq. nullam esse præstabiliorem societatem, quam cum boni viri copulati sunt. Postea ponit officia, quæ qbus magis vni debentur, q̃ alteri. Præcipitq. postremo habendam esse in tali re exercitationem, vt prudenter agere possimus. [Optime) Perfecte, & dat gñale præceptum, vt in alijs partibus fecit, in eum .s. deberi plurimum benignitatis cõferri, qui est nobis cõiunctissimus. quo pacto aût hæc coniunctio intelligatur, ipse declarat per oẽs partes suas. [Sed quæ naturæ principia) vr̃ inquit ab initio repetendum quæ sit origo humanæ societatis, vt cognoscatur qđ cuique concedendum sit ex officio. [Naturæ) .i. naturalia principia ad conseruandam humani gñis societatem. [Repetendũ est altius) Quibus principijs natura coniuncti simus, vt cõiter viuamus. [Humanæ) Quæ est inter hoĩes. [Altius) Remotius .i. à naturalis quodam instituto, & non à principio propinquo patriæ, vel natalium. [Est enim primi) Hoc .s. quod quisque alteri coniunctus sit, qm̃ homo est animal sociabile per naturam, quæ nihil solitarium amat. In 1. lib. ciuili sic dicit philosophus: Homo natura ciuile animal est, & q est inciuilis pp naturam, & non pp fortunam, aut paruus est, aut melior quam homo. Natura impellimur ad vitæ cõitatem. qui aût primus instituit maximorũ bonorũ causa fuit, sicut .n. perfectum & optimum oium, animal est homo, sic & separatum a lege, & à iustitia pessimum oium. [Quod cernitur) Qm̃ cernimus coniunctionem naturalem hoium inter se. [Primũ) Principale & quod ante oia cernitur. [Eius aût) Humanæ .s. societatis, quæ ad oẽs se extendit volente natura. [Vinculum) Colligatio, & stabilitas, qm̃ nisi esset hõ, humana societas non esset sic colligata & cõnexa. [Ratio) Intellectus, quo bonũ malum ue intelligimus. [Quæ oratio) .i. sermo, q hoi a natura tribuitur. [Docendo) Ignaros. Vnde vituperantur illi, q cum possint, alios non erudiunt. [Discẽdo) Ab alijs. [Cõicando) Conferendo. [Disceptando) Contendẽdo verbis. [Iudicando) Quod sequitur ex disceptatione. [Conciliat) Coniungit, & ad beneuolentiam trahit. [Naturali societate) Qm̃ natura ita vult, vt hoies inter se coniungantur. lib. 3. de finibus ait: Itemq. formicæ, apes, ciconiæ, aliorum ẽt causa quædam faciunt, multo magis hęc coniunctio hois. Itaque natura sumus apti ad cœtus, cõcilia, ciuitates. Et paulopost dicit, Itaque ve facile est inuenire, q quod sciat ipse tradat alteri, ita non solũ ad discendum propensi sumus, verum ẽt ad docendũ. [Neque vlla re lõgius) Nulla alia res facit nos distare à bestijs longo quasi interuallo, quã ratio, & oratio .i. itellectus & sermo, q brutis aialibus natura denegantur, à qbus humana societas pficiscitur. De qua Arist. lib. 1. de rep. sic loqtur: Sermonem vero homo habet solus, vox qdem molesti atque iucundi significatio data est oĩbus animantibus, his .n. tm̃ tribuit natura, vt sensum habeant molestiæ, ac voluptatis, & hoc inter se significare possint, ac sermo iccirco datus est nobis, vt ostendamus vtilitatem & damnum, atque ita iustum & iniustum. hoc .n. præter cetera animantia homini proprium est, vt boni & mali, iusti ac iniusti sensum habeat. [A natura ferarum) Ab ipsis feris. in lib. de natura deorum ait: Iam vero domina rerum, vt vos soletis dicere eloquendi vis, q̃ est pręclara, quamq. diuina, quæ primum efficit, vt ea quæ ignoramus discere, & ea quæ scimus, alios docere possimus. Deinde hac hortamur, hac psuademus, hac consolamur afflictos, hac deducimus p territos a timore, hac gestientes cõprimimus, hac cupiditates, iracundiasque restinguimus, hęc nos iuris legum, vrbium societate deuinxit, hæc à vita immani, ac fera segregauit. Socrates dicebat, Aialia vincunt nos viribus, ve nos ea superamus eloquentia, & rõne. [Fortitudinem) Robur, vires corporis, qm̃ non est proprie fortitudo ferarum. [Aequitatem) Iustitiam, æqtas proprie est mitigatio iuris & legis, & virtutes ex rõne oriuntur, quæ in hoie diuinum quoddam donum est. in hoc à belluis distamos, quod exprimere sensa possimus. Horat. ait: Post effert ai motus interprete lingua. [Bonitatem) Quæ à iustitia procedit, & æquitate. [Sunt.n.) Probat quare bruta non dñr hre iustitiam & bonitatẽ, qm̃ non habent rõnem, ex qua illæ oriuntur. Nam sine rõne, & perfecta quidem rõne .i. prudentia, non est aliqua virtus. lib. 5. de finibus ait: Sunt autem bestiæ quædam, in quibus inest aliquod simile virtutis, vt in leonibus, in canibus, in equis, in quibus non corporũ solũ vt in suibus, sed etiam animorũ aliqua ex parte motus quosdam videmus. in homine aût summa omnis animi est, & in animo rationis, ex qua virtus est, quę rationis absolutio diffinitur. Concludit igitur Cicero, nil aliud belluis deesse ad conseruandũ inter se vinculum societatis, q̃ rationem & orationem, quæ hmõi diuino animal merito attributæ sunt, vt sancta, vitę societas, atque cõitas conseruetur. Vnde hi qoi & intellectu, & sermone alijs nocere student, tanqoam lues ac fœda cõtagio ex humana societate tollendi sunt, qm̃ donis naturæ cõis parentis in aliorũ perniciem abutuntur, quo genere hominum nihil potest fœdius & detestabilius excogitari, vt feræ vtriusquam homines dici põt, cum humanæ societati aduersentur, & noceant. Vnde Plat. in 9 de leg. sic ait: Quos insanabiles legislator esse senserit, vltimo supplicio eos afficiet, non ignorans satius fore his qui insanabiles sunt mori, quam viuere, at si vita priuantur dupliciter prodesse ceteris. nam horum exemplo ceteri à peccato deterrẽtur, & improbis hominibus ciuitas ipsa mundatur. [Ac latissime quidem patens) Hæc est inqt summa societas, quæ latissime patet ad oẽs. Nam lege naturæ ab homine quicunque ille sit, ea rõne qua habet intellectum & orationem alieni non sumus, & mũdus est tanq̃ cõis ciuitas, sed nra naturam deprauauimus, qm̃ homini ab homine omnia fere mala eueniunt. [Hæc est) Quam descripsimus, oẽs inquit sumus socij volente natura, & amici esse debemus, ergo omnia cõia. Sic volebãt Stoici, quorum princeps Zeno, ẽt vxores cões esse debere dixit. Hoc idem dicebant Cynici, quorum princeps fuit Diogenes & Plato in lib. de rep. quod Peripatetici negabant, qm̃ ita negocia publica negligerentur, & caritates, atque officium in parentes. Placet Stoicis inquit Laertius,

tius, vxores quoque cões esse oporrere apud sapiẽtes, vt quilibet illi cõgrediatur, quę sibi prior occurrit, vt ait Zeno in sua repub. Diogene itidem Cynico & Platone huius cõitatis auctoribus. oẽs enim patrum instar æqua caritate diligemus, tolleturq́. adulterij suspicio & zelutypia, eam vero remp. esse optimam, quæ sit mixta ex regno & populari dñatione, optimatumq́. potẽtia, atque optimos decretis. [Societas) Quę rõne & oratione continetur. [Latissime patens) Ad oẽs hoies se extendens. [Oibus bo.) Quicũ que illi sint, siue noti siue incogniti, qm̃ ob idipsum quod hoies sunt, volente natura illis coniungimur. [In qua societate) Cõi. [Omnium rerum) Nullis exceptis rebus quæ creatæ sunt ad vsum humanum cõiter, vt aqua, ignis, & similia, quæ natura produxit ad cõem vsum, quæ pñt cum alijs cõicari sine aliquo detrimento. [Ad cõem vsum) Vt homines cõiter his vterentur iure naturali, vt inquit Iustin. lib. 2. instit. de rerum diuisione, & habetur etiam lib. 1. digest. Cõia sunt omnia hæc, aër, & aqua profluens, & mare, & per hoc litora maris. Litus maris est quatenus hybernus fluctus maximus excurrit. Id quod diuini iuris est, nullius hominis est. Debemus etiam inqt hoc humanæ societati, vt permittamus ea possideri, quæ cuique conceduntur à legibus, & iure ciuili. [Quæ sunt descripta legibus) Quæ leges permittunt aliquem possidere vt sua. Lex est ius scriptum. Nam ius ciuile duas habet partes, scriptum, & non scriptũ, de quibus dictum est. Vt igitur Cic. ius scriptum, & nõ scriptum exprimeret, dixit legibus & iure ciuili, qm̃ singulo℞ hoium multis modis res fiunt, quarundam.n. dñm nanciscimur iure gentium, quarundam iure ciuili. [Descripta) Diffinita & assignata alijs. [Ita teneãtur) Possideantur, vt leges constituerunt. [Certa).i. quædam accipiẽtibus vtilia, & dantibus non molesta, vel onerosa. [Obseruentur) Fiãt, & ita habeantur. [Oia cõia) Pythagoras Samio℞ primus dixit amico℞ debere esse oia cõia, quod Cic. sic interpretatur, oia. s. quę sine detrimento alijs concedi pñt, & sic ostenditur nos ex rebus quas possidemus, aut iure gentium, aut ciuili non debere hoibus ignotis aliqd, nisi id quod põt ipsis permitti & concedi sine nr̃o detrimẽto, ea quæ ad cõem vsum natura produxit, nemini prohibẽda sunt, qm̃ sunt cõia oibus hoibus, vt aqua, ignis, & cetera id genus. [Omnia aũt cõia) Interpretatur Cic. quæ sunt cõia hominum, nam alia ratio est amico℞, alia cetero℞ hoium, quippe veri amici oia cõia hñt, tam priuata, quam publica. Vnde Pythagoras volebat, vt eius discipuli oibus suis rebus vterentur cõiter. Itaq; inter eos nihil erat nisi cõe. omnium aũt hominum non omnia cõia sunt, sed quædam de iure naturali, vt dictum est, & vniuersitatis, quædam sunt cõia, de quibus postea dicetur. Habent.n. homines pdia, hereditates proprias, & nonnulla alia, quæ à legibus conceduntur singulis, & à iure ciuili. Ea igitur quę oĩa sunt, non debent esse cõia incognitis hominibus, tenemur tñ ex bonis priuatis ex officio liberalitatis benefacere his, q egent, ita volente natura. oia igitur cõia sunt hominum, quæ alijs prosunt, & concedenti nõ nocent. Vnde lex est in Digestis, Quod tibi nõ nocet, & alteri pdest, dare debes. Talia, dicit Seneca, nõ homini damus, sed humanitati. Plat. in 5. de leg. sic ait, Prima ciuitas est & resp. leges, quæ optime vbi quam maxime per vniuersam ciuitatem. Priscum illud prouerbium locum habet, quo fertur amico℞ omnia esse cõia Arist. in 9. Eth. sic ait, Eodem accedunt & prouerbia, vniuersa vt anima vna, & amicorum omnia sunt cõia, & amicitia est æqualitas. [Quæ sunt eiusdem generis) Conditionis & naturæ. [Ab Ennio) Poeta de quo supra. nam hi uersus iambici sunt ex Tragœdia Ennij, hoc aõr quod Ennius in Tragœdia posuit de una re, põt ad alia multa transferri. Omnia igitur quæ sunt eiusdẽ naturæ cuius est lumen, de quo dixit Ennius, debent esse cõia oibus hominibus. Ad multa igitur transfertur hoc, quod Ennius de una re dixit. i. de lumine. [Transferri) Cõmutari in exemplũ Per multa res. [Homo q erranti) Hic est uersus Ennij. [Erranti) Dubie uaganti, & ignoranti uiam. [Comiter). i. benigne & non grauate, sed prõpte. [De suo lumine) Lucerna siue candela. [Vt nihilominus) Vt ęque bene nulla ex parte minus. Ambrosius ait aquã de aqua profluenti dare, lumen de lumine accendere, beneuolẽtia in his est oibus, tanq̃ fons aquæ reficiens sitientem, tanq̃ lumen quod & alijs luceat, nec illis desit, qui de suo lumine alija lumen accenderunt. Est aũt beneuolentia inqt, coniuncta liberalitati à qua ipsa liberalitas proficiscitur. [Qua ex re) Igitur ob ea quæ dixit Ennius. [Satis pcipit) Ipse Ennius, aut satis pcipitur, ut aliqui codices hñt. [Cuique uel). i. ẽt ignoto. [Sine detrimento) Diminutione rerum nostrarum. [Illa cõia) Volente. s. natura. [Aquam profluẽtem) Quæ fluit. i. ipsa flumina, quæ publica sunt iure gentium, & etiam portus & riparum usus. Iurisconsulti dicunt aquam profluentem, quasi procul fluentem, quoniam si esset in fundo alicuius putẽs, aut piscina, quæ nõ proflueret, aliter dicendũ esset, sed qua profluẽs de iure naturali cõis est. [Fidelę) sine fraude. [Deliberanti) Cõsultãti, & dubitanti qd agat. Vnde capiẽdi sunt illi, q alios in fraudem polliciunt, & ambigẽtes præcipitant, & q alios docere dedignantur, inhumane faciunt, qm̃ ab ipsis auferri, doctrina, quã hñt non põt, & tali opera tradẽdis prudentiæ pceptis alio℞ aios demereri pñt. Natura.n. in primis incitamur, vt prodesse velimus quamplurimis & maxime doctrina, q̃ non debet alijs inuidere bonũ, immo lætari, cum qs ad perfectionem suã institui põt, vnde bonos pceptores, & erudito℞ discipulo℞ frequentia gaudentes nemo non felices dixerit, & illi vituperandi sunt, q pue℞ aios prauis moribus imbuunt, & per deuia illos ducẽtes ingenij aciem oino deprauãt. vnde non pceptores, sed parricidæ appellãdi sunt, qm̃ necant aiam quæ ipso corpore longe pstantior est. Nemo igitur decipiendus est, sed bona fide agendum, vt hoiem bene à natura institutum decet. hæc oia sunt de iure naturali, siue gentium, quo homo cum ceteris hoibus cõicat. ideo à Iureconsultis appellatur ius naturale secundarium, qm̃ non competit oibus aialibus, sed hoibus tm̃ quos natura cõgregauit inuicem, & cõmendauit. [Quæ) Hæc quę dicta sunt, qm̃ lex ita vult vt id demus, quod alijs prodest, & nobis non nocet. [Quare) Igitur cõcludit Cicero hanc partem. [His) Supradictis, vt. s. cuiq; vel ignoto demus ea, quæ illis prosunt, nobis aũt molesta non sint. [Et semper aliqd) q. d. non solum permittere debemus, vt alij his vtantur, quæ cõia sunt, & nobis nullum afferunt detrimentum, sed tenemur aliqd ex bonis priuatis, quæ nobis descripta sunt legibus, & nostra dñr, in cõem vtilitatem afferre, hæc nomia possessioa, ut dicebam ius gentium introduxit. [Sed qm̃) Circumscribit Cicero id, quod dixit, semper. s. esse aliquid afferendum ad cõem vtilitatem, dicitq́. dandum esse pro facultatibus, vt nobis remaneat quo possimus esse liberales in nostros, q nobis coniunctiores sunt. qm̃ vt dictum est, ea quæ nostra sunt, non debemus oibus hominibus, sed quibusdam, quos ipse ponet & gradus etiam societatis, oibus aũt debentur ea quæ cõmunia sunt. [Vulgaris) Cõis ut a utimur ad oẽs. Vnde dicit Terent. quod uulgo dici solet. i. cõmuniter & passim. [Ad illum Ennij finem) Debemus inquit, vti liberalitate erga oẽs, q sunt nobis coniuncti lege naturæ, sed adhibendus est modus, vt liberales in nostros, q arctiori vinculo nobis coniuncti sunt, esse possimus, aliter esset contra officium tua alienis erogare, & pati vt sui esuriant, q bus magis debetur, quã illis. [Nihilominus vt ipsi luceat) Hic erat finis Ennij vt. s. æque bene luceat, & non fiat detrimentum danti. Ergo cõis liberalitas eatenus debet progredi, quatenus non noceat nimium rebus nostris, ex qbus tenemur esse liberales in nostros. [Vt facultas sit & remaneat in nobis possibilitas, qua simus erga nr̃os benefici. Seneca sic præcipit, summa amicitiæ est amicũ sibi æquare. Vtique consulendum est, dabo egẽti, sed vt ipse nõ egeam. Succurrã perituro, sed vt ipse non peream.

ADDI.

Homo qui erranti comiter monstrat viam) Idem Cic. in oratione pro Cornelio Balbo dicit: Comes, benigni, faciles homines esse dicuntur, vt qui erranti comiter monstrant viam. i. benigne, non grauate.

FRAN. MAT.

Optime aũt &c.) Dixit in beneficentia delectum habendũ esse dignitatis, & in eo quatuor spectandas, mores eius in quem beneficium confertur, aium erga nos, cõitatẽ, ac societatem vitæ, & ad nr̃am vtilitatem officia ante collata, de tribus iam dixit, vnum de cõitate ac societate vitæ, quod tertio loco proposuit, vltimum exequitur, & maxime coniunctissimis cõitate, ac societate vitę, maxime benefaciendũ dicit esse: Qui vero sint magis, q minus coniuncti mox declarabit. [Seruabitur) aliter si fieret, stare humana societas coniunctioq́. via posset. [Altius) Sumpto remotiore principio. [Est primum) Est prima res quam cernimus coniunctionem. s. vniuersalem, & cõicationem. [Eius) Primi. [Ratio & oratio) Vt facilius hæc intelligantur, quæ Cic. præcipit, repetendum vr̃ altius. Amicitia, vt ait Arist. ciuitates continere vr̃, & idcirco legum latores circa illam magis student, q̃ circa iustitiam. Concordia.n. simile qddam amicitiæ vr̃ esse cui maxime legum latores intendunt, vt discordiam rem inimicam expellunt. Quod si amici oẽs sint, nihil opus iustitia est, si vero iusti sint amicitia tñ illis opus est, & iustorum amicabilitas maxime esse uidetur. Nec solum res necessaria est amicitia, sed etiam honesta. Nã q amicis afficiuntur, eos laudamus, & copiam amicorum unam aliquam honestarum rẽ esse ducimus. Ex quo intelligitur ubicunque iustitia sit, illic & amicitia esse. Est aũt iustitia in oi honesta cõicatione, illic itaque, & amicitia est. Cõicatio uero duplex est, altera sermonis, altera rerum. De cõicatione re℞ abunde superius dictũ est. Triplex aũt est, Prima

Altera est cõicatio sermonis, altera rerum &c.

quod sequentia indicant. Dicit n. cũ alijs virtutibus nos ad amandos hoies allici. Tũ vel maxime iustitia & liberalitate. (Ois virtus) Quæcũque sit, mulcæ aũt singulo℞ quatuor gñum spẽs sunt. (Ad se alliciat) Magna virtutis uis est, quæ eos amare cogit, quos nunq̃ vidimus, qm̃ eos bonos, & vtiles esse audimus. Arist. & Cic. scribunt. (Tñ iustitia &c.) ꝙ vero q iusti sunt & liberales maxime amẽtur, ratio est, q̃a iustitiam bñs ad alium quoq; vti pōt vie tute, nõ solum ad seipsum, multi.n. sło proprijs virtute vti pñt: vt rebus suis recte cõsulere, sed in his quæ ad aliũ sunt, non pñt. Et ꝓpea præclarum videri dicit Arist. illud Biantis, Magistratus virũ ostendit, ad alium enim, & in cõi magistratus geritur, ꝑꝑ hoc ipsum alienum bonum vř esse iustitia Sola ex oibus virtutibus: q̃a ad alium est, & illa agit quæ alijs conferunt. Prudentia aium instituit nostrũ: Temperantia a cupiditatibus vendicat: Fortitudo diuersa moderate ferre docet. Sola (vt dictum est) iustitia ad alium est, nõ igitur mirum si maxime allicit, efficitq́. vt eos in q̃bus est ꝑcipue diligamus. Liberalitas iustitiæ pars idem agit, alijs enim prodest. Et Arist. ait liberales maxime otom q virtute prędi ti sunt amantur, qm̃ dando prosunt. (Nihil aũt &c.) Pergit id ostendere quod instituit nullã esse firmiorem amicitiam illa, quæ est inter bonos. (Copulatius) Coniunctius. (In q̃bus &c.) Hoc idẽ, sed prolixius Cic. in Lælio. (Eædem voluntates) Nam idẽ velle & idem nolle ea demũ firma amicitia est, vt ait Salust. Dum tñ lex illa Ciceronis custodiatur, ut ab amicis honesta petam⁹, amico℞ gratia honesta faciamus rogatt. (Vnus fiat ex pluribus) Vt si forte duo, vel tres fuerint, q se mutuo diligãt, vna regi aia videantur. sed ex pluribus, hoc est ex duobus tñ, vt intellegas quod ipsa Pythagoræ verba persuadent. Sic. n. dicebat, σώματα μὲν δύο, ψυχὴ δὲ μία. Arist. quoque inq̃t pluribus amicum esse secundum perfectam amicitiam nõ dari, & multos vni vehementer placere nõ facile esse. (Magna ẽt illa &c.) Magnam dicit esse amicitiam quæ dãdis accipiendisq́. beneficijs cõflatur. Triplex est amicitia vt dictum est. In alia sunt amici pares, in alia secundũ excellentiam. Nam & sir̃ boni amici sunt, & melior deteriori. Eodẽ modo iucundi, & vtiles, æquales cõmoditatibus, aut differentes. Æquales ſm̃ æqualitatem, & in amore, & in ceteris æquare oportet, impares vero ſm̃ rationem excellentiæ decet antecedere, sed in hac amicitia quæ vtilitatis causa tñ, vel præcipue contrahitur, fiunt incusationes, & querelæ, semper. n. plus quærũt, vel minus se hr̃e existimant quam deceat, conqueranturq́. ꝙ non tot reportent quot pro sua dignitate deberent. Idem non accidit in amicitia, q̃ virtute, & morum similitudine coniuogat, quod ostendit Arist. Nam q per virtutem amici sunt, benefacere mutuo festinant, qđ est virtutis proprium, & amicitiæ. Cum aũt certatim ad hoc tendunt, nulle existunt querelæ, & iræ. & satis hñt si assequantur qđ cupiunt, vt. s. amico benefaciant, bonum. n. tm̃ appetunt. Qđ si ex dandis accipiendisq́. beneficijs amicitia nascitur, & grati sint amici, beneficijsq́. ſm̃ facultatem rñdeant amicitię huius vliua aut mediocris est, quod ait Cic. (Vltro citroq́.) ipse declarat datis, & acceptis. Vltro fit aliquid a nobis, citro ab alio, cum rñdet ei, qđ nos facimus. In factis aũt, & in dictis fonit. Quint. in cæco. In limine iuuenis sicut solet vltro, citroq́. cõmeare. Ci. multisq́. verbis vltro citroq́. habitis ille nobis consumptus est dies. (Quæ mutua &c.) h. d. qm̃ querelæ accidunt, & incusationes, dum aut non sunt mutua, hoc est non redduntur, aut non sunt grata, hoc est minora quam putant dicere, redduntur. (Sed cum omnia ratio &c.) Euidenter nullam amicitiam grauiorem, & cariorem illa esse ostendit, & colligit, quæ nobis cum rep. est Si cari, inquit, sunt nrĩ cuique patres, liberi, propinqui, amici, quanto carior patria esse debet, quæ hos oẽs complectitur, & quasi sinu suo fouet? Plus est seruare, q̃ seruari, & cõtinere, q̃ contineri. Est ergo gradus arctissimus societatis, q̃ nobis cum rep. est, ex qua (vt ait Cic.) detestabiles fuerant Sylla, Marius, Cæsar, qui eã delere voluerunt, cum per tyrannidem occuparunt. (Quis bonus) Improbus & sceleratus ciuis mori ꝓ patria nollet, sed bonus cuperet, & ultro morti sese offerret, ut apud Rom duo Decij, qui diuersis xpibus se deuouerunt, & Cortius, qui in patentem illam voraginem se coniecit, apud Athenienses Codrus, de quo Horat. Quãtum distat ab Inacho Codrus, quo patria non timidus mori narras. Moriendum pro patria est si modo ei profuturi simus. Nam q pro rep. ceciderit in perpetuũ ꝑ gloriam viuere intelliguntur, vt lib. j. instit. legitur, tit. de excusatione tuto℞ vel curato℞. (Immanitas) Non potuit aptius inuenire vocabulũ, immanes. n. vocantur, q alios hoies malignitate excedũt, ratoq́. inter hoies nisi forte inter barbaros existunt. (Omni scelere) Omnia. n. diuina & humana iura violarunt. (Sunt) Vt Antonius, Lepidus, Octauius, q eo tpe triumuiri erant, & libertatẽ penitus delere conabantur. (Sed si contẽtio) Amicitiæ & beneuolẽtiæ gradus altius repetit, de officijs dicturus liberalitatis, q̃ in coniunctos nobis aliqua cõtone seruanda sunt. Merito igitur nunc quid cuique societatis gradui tribuendũ sit, docet. Cumq́. in oi cõtone iustitia sit amicitiæ coniuncta, necesse est si seruare iustitiam volumus vt ſm̃ dignitatem tribuamus. Comparandæq́. igitur sunt inter se beneuolentiæ, & ai eo℞ facultatesq́., q̃bus bñfaciendũ est, quanto aũt q̃spiam nobis coniunctior fuerit, quantoq́. magis egebit, tanto plus accipiet, sed vt hæc facilius ꝑcipiantur, aduertẽdũ est, ois societatis, & amicitiæ veluti matrem concordiam esse. Ea q̃ est inter parentes, & filios ὁμοούσιος, hoc est substãtialis vocatur, q̃ inter fratres ταυτότης, hoc est identitatis, q̃ inter ꝓpinquos ὁμογένεια, hoc est cõsanguinitas, quæ inter amicos ὁμοιότης, hoc est similitudo, consanguinea quidem societas varia est, sed tota à parentibus pendet, parentes amant filios quasi suum quiddam sint, filij parentes, ut aliquid ab illis existẽtes. Fratres mutuo se amãt, qm̃ ab ijsdem parentibus sunt nati, & identitas ad illos idem inuicem facit. Itaque aiunt sanguinẽ eũdem, eandem stirpem se esse, & licet diuisi sint, idem tñ quodãmodo sunt, vnde frater dici putatur, ꝙ sit fere alter. Multum præterea ad fratrum amicitiam educatio, & ætas conferunt, æquales. n. æqualem amant, & familiaris sodalem, quare fraterna amicitia sodalitiæ similis vẽ, nepotes, & alij propinqui coniungũtur, qm̃ ex eodem sunt gñe, inter virum, & vxorem amicitia ſm̃ naturam existit, hõ. n. natura coniugalis magis est q̃ ciuilis, & non solum ꝓcreationis gratia coit, sed omnium eo℞ q̃ pertinent ad vitam, amicos studia copulant honesta, & mo℞ similitudo bono℞. Sunt aliæ conuentiones magis quam amicitiæ inter cõtribules, inter cõmilitones, collegas, hospites, & cõnautas, sed ut diuersæ sunt amicitiæ, ita in his variantur liberalitatis officia, & alij magis sunt coniuncti, vel minus, vt proximi, vel remoti sunt à stirpe. Et sic magis, vel minus merentur liberalitatis. Idem cõtingit in amicis, semp aũt obseruãdũ est, vt q dignior est, aut magis ꝓfuit, aut magis indiget, pl⁹ accipiat, maxima parẽtes bñficia cõtulerũt, cũ genuerint, educauerint, erudiriq́. curauerint. idẽ ẽt plus amãt, ex quo filios magis q̃ alijs ꝓpinqs, bñfacere parẽtibus cõuenit, & pmia nutricatiõis retribuere, ac maxime post deũ venerari, frẽs, ꝓpinq, & veri amici, cũ mutuo se amãt, quãto coniũctiores sibi sunt sanguine, & amore, tãto magis iuuare se debẽt. Viro & vxori cõis est vitæ, ex quo maxime sibiinuicẽ bñfacere debẽt, inter pares facile est, cui maiora vel minora debeãtur liberalitatis officia cognoscere, si illud mõ custodimus, vt cuiq; ꝓ dignitate meriti, & ꝓximitate sanguinis vel amicitiæ tribuamus, vt ex duobus propinqs plus ei debemus q ꝓpinquior est, & ex duob⁹ amicis ei, a quo diligimur magis, inter impares, & differẽtes idẽ intelligere difficile est, vt si forte cõsulteremus sapiẽti ne an ꝓpinquo plus tribuẽdũ sit. Itẽ plus ne illi debeat, q bñfacit, an sapiẽti, ꝙ si is q benefecit, iudicio bñfecit, ut ꝓdesset, nõ vt maiora reciperet, magis nos ei bñfacere cõuenit quã sapiẽti, sed si temere bñficiũ cõtulit, aut spe maioris accipiẽdi, sapiẽti magis quã ipsi bñfaciẽdũ est, idẽ accidet i similib⁹, sed cautissimos in delectu eo℞, q̃bus bñfaciẽdũ, esse nos oportet. (Cõtentio) Disceptatio cũ deliberamus, cui magis bñfaciendũ est. (Cõparatio) Cum personã ꝑsonæ conferrimus. (Patria) Qm̃ oẽs omnium caritates cõplexa est, vt supra inq̃t (Parentes) Prima est & potissima parentũ amicitiæ, à qua oẽs aliæ ꝓpinquo℞ deriuantur, vt fratrum, nepotũ, deinde gẽtilium, maxime aũt parentibus debemus, qm̃ maxime illis obligati sumus, ut est supra dictum, parentes aũt ipsos præcipue filijs benefacere conuenit: qm̃ q̃ddã ab ipsis sunt, sed cũ magis bñfaciat, q magis diligit, manifestum est magis benefacere parẽtes filijs, q̃ filios parentibus, qm̃ magis amantur quã amẽt, quod probatur ab Arist. lib. Eth. 8. his rõnibus Magis sciunt parẽtes quos genuerunt, quã ipsi q geniti sunt. Causa amoris parẽtũ in filios est, ꝙ q̃ddã suũ sunt, causa amoris filio℞ in parentes est, ꝙ ab illis sunt. Sed hãc causam amoris magis norunt parẽtes, q̃ filij, sequitur igitur, vt magis ament, q̃ amentur. Alia ratio ꝙ in oi amicitię ratio est ꝓpinquitatis vnius ad alterum, maior aũt propinquitas est generantis ad generatũ quã contra, ergo maior parentum amor est, q̃ aliorum. Gñatum ad generantem sic se hẽt, vt pars ad totum, filij, veluti pars parẽtẽ sunt, pars separabilis est à suo toto, & licet ad totũ proportionabilis sit, non tñ idem est illi quod illud sibi totum continet partẽ & non continetur ab ea, sic se hẽt generans ad generatũ, ex quo magis amat, q̃ amatur. Amicitia item, quæ fit longiore tpe maior est ea, quæ fit breuiore. amor parentũ in filios diuturnior est. quos simulatq; æditi sunt, amare incipiunt, idem aũt in filijs non contigit, Cum itaq; magis ament parentes, quam filij, magis etiã illis, quam illi sibi benefaciũt. (Tota domum) Ois familia. (Deinceps)

Amicitia triplex.

Frater dicitur qđ sit fere alter

Ordo ĩ beneficijs dandis.

Parentes magis amãt filios

ceps)Post parentes,liberos,& fratres. [Bene côuenientes)Inter se consentientes, & concordes: nam plerunque inter se dissentiunt,vbi aût concordia non est,illic nec iustitia est,& per ɔ̃ns liberalitatis ratio hri non pôt. [Côis fortuna) Tam prospera,q̃ aduersa,vel côem fortunam intellexit,anteq̃ ab vna domo discedentes in alias transeunt,tunc.n. quæ côis erat fortuna desinit esse côis,plerunque addit,qm̃ propinquorum,qui boni sunt, & inter se conuenientes,ferme semper eadem solet esse fortuna, & nulli illorum quidq̃ esse accidit separatim à reliquis.[Is maxime) Parentibus,fratribus,propinquis.[Vita)Vt vna viuant.[Victus)Vt vna conuiuant. Vnde conuiuium vocatur a côione vitæ,& rectius nostri,q̃ Græci,qui συμπόσιον appellant. [Consilia) Vt inuicem iuuent consilijs.[Sermones)Quotidianæ locutiones & côfabulationes. [Cohortationes)Cû aut languescunt,aut sunt animo abiectiore.[Consolationes)In rebus aduersis.[Obiurgationes) Cum familiariter,& modeste reprehendimus, accidunt.n.tpa,vt reprehendere amicos conueniat.[Vigent maxime)Accidit.o.pene quondie vt propinqui,& amici inter quos rerum omnium côio est tam prosperarum,q̃ aduersarum,si bene conueniunt,hæc omnia faciant quæ cômemorat Cic. [Estq. ea &c.) Quam superius omnibus amicitijs firmiorem,& præstantiorem dixit, nunc iucûdissimam esse asserit, & re vera vt ipse ait in Lælio, nihil dulcius est,q̃ habere amicum,cum quo sic omnia loquaris,vt tecum. Et Arist. inquit, Sine amicis nullus eligeret viuere,licet alia omnia bona possideret. Sed hæc illam de qua supra dictum est honorû intelligimus amicitiam,quæ ex sola nascitur honestate.

ASCEN. GRadus autem. Quia pp exiguitatem nostram non omnibus benefacere possumus, ostendit varios esse gradus in societate humana, vt pro eorum varietate diuersimode impendamus.Ordo est: Autem pro sed,plures sunt gradus societatis hoîum.Enim,pro quia,vt discedatur.i.vt nos ponamus discedendum esse ab illa infinitate,qua dictum est,omnibus debere prodesse,qd' tibi non obest,propior.i.valde coniuncta, vel côiunctior q̃ illa vniuersitate sup.societas est eiusdem gentis,nationis, & linguæ,qua homines maxime coniunguntur. Autem,pro sed, interius .i. magis intrinsecum adhoc est,esse eiusdem ciuitatis. Multa.n.sunt ciuibus côia inter se,forum tam iudiciale, q̃ venalium rerum,fana.i.ædes sacræ vt templa, porticus.i.deambulacra .i. loca in q̃bus cum essent cooperta ambulabant tuti à pluuia, & æstu solis: Viæ,leges,iura,iudicia,suffragia.i.vota,vel voces ad magistratus eligendos. Præterea.i.insuper consuetudines, & familiaritates,& multæ res .i. multa negocia,& multæ rônes.i.multa commercia contracta cum multis. Vero,pro sed,colligatio societatis propinquorum .i.quæ est inter propinquos.i.affines & consanguineos est arctior.i.adhuc strictior & connexior. Enim,pro qa concluditur.i.conclusio & coarctio fit ab illa immensa societate humani gñis,quæ est cum toto gñe humano in exiguum & angustum.i.deuenitur ad arctam collationem exiguorum.i.valde paucorum.Nam cum hoc sit côe natura animantium .i. animalium, vt habeant libidinem.i.appetitum lubricum procreandi.i. producendi sui simile. Prima.i. principalis & arctissima societas est in ipso coniugio.i.cum coniuge. Proxima est in liberis.i.prole legitima.Deinde sup.constituit vna domus,& omnia sunt sup. côia, alij tea.non hñt, Deinde vna,sed solûmodo domus, vt sit,omnia domus.i.quæ sunt in vna domo sunt côia. Autem pro sed,id.i.hre côitatem in vna familia est principium vrbis .i. ciuitatis,& seminarium reip.i.semina, quibus crescit resp. Coniunctiones fratrû .i.quæ debent esse inter fratres,sequuntur sup.coniunctiones côiugum inter se,& cum liberis,post.i.deinde,hoc est post coniunctiones fratrum sup.sunt coniunctiones consobrinorum .i. natorum ea duabus sororibus,& sobrinorum.i. ex sobrinis natarum, quæ cum nô possint iam capi.i.recipi pp multitudinem,vna .i.ab vna domo exeunt.i.migrant in alias domos,quasi in colonias .i. quo Romani quondam loca deuicta,& vastata, vt colantur, & Rom. imperio obediant,mittebant colonos natos & fidos à quibus coloniæ dicebantur.Cônubia quæ contrahuntur cum extraneis & affinitates sequuntur ex quibus ét sup.nascuntur plures propinqui. q; , pro &,q̃ soboles est origo rerumpublicarum. Autem, p sed,coniunctio sanguinis,& beneuolentia sanguinis.i.quæ est inter consanguineos,deuincit .i. colligat & connectit charitate .i. quodam casto & sancto amore,homines.Enim,pro quia,magnû est hre eadem monimenta.i.sepulcra maiorum, quod apud antiquos seruabatur obnixe, & vti ijsdem sacris.i. sacris hre sepulcra côia. Sed nulla omnium societatum est præstabilior,hoc est melior vel præstantior,nulla est & firmior,q̃ sup.cum.i.qñ viri boni & similes moribus .i. in moribus sunt coniuncti familiaritate. Enim,pro qa,illud honestum .i. virtus decora, qd' sæpe diximus .i.ostensum est, ex eo omne officium proficisci etiam cernimus in alio tñ mouet.i.afficit nos,atque facit sup. nos amicos illi, in quo id.s.honestum vr̃ inesse.Et q̃q̃ omnis uirtus,allicit nos ad se & facit,vt nos diligamus eos,in quibus ipsa.s.virtus videretur inesse tñ iustitia,qua lædimus neminem,& suum cuique damus,& liberalitas qua ét nostra decenter damus,efficit id maxime, ut .s. diligamus eos in quo fit.Aût pro sed,nihil sup.est amabilius, nec copulatius .i. magis astrictum & coniunctum & p hoc difficilius ad dissoluendum,q̃ similitudo bonorum morum.Enim pro quia fit.i. efficitur & contingit,vt in ijs in q̃bus sunt eadem studia.i.exercitia studiosa,& eædem voluntates,q̃sque delectetur æque ac.i. æqualiter altero.i.sicut seipso, q; pro &, id quod Pythagoras vuit in amicitia,efficitur,vt.s.vnus fiat ex pluribus.i.saltem ex duob', quia in q̃bus est vnû velle & vnum nolle vr̃ vnus aius, & si vnus aius vnus hô.Illa ét côitas,q̃ conficitur ex beneficijs datis vltro.i. ab eo q primû confert,& acceptis citro .i. ab eo q refert,est magna.Quæ sup.beneficia,dum sunt mutua.i.mutuo collata, & grata.i.placita & utilia,tunc sup.ij,inter quos deuinciuntur .i. conglutinantur societate firma,sed cum .i. postq̃ tu lustraueris .i. simatus sueris & inspexeris omnia rône, & animo .i. affectione, nulla oium societas est gratior,nulla carior,quam ea quæ est vnicuiq; nostrum cû rep. Parentes sunt cari,liberi sunt cari, ppinq sup.sunt cari,familiares sup.sunt cari,sed vna.i.sola patria est côplexa.i.continet in se oês caritates oium.Pro qua sup. patria quis bonus dubitet oppetere.i.obire vel subire mortem,si sit profuturus ei.s.patriæ'q.d.nullus.Oppetere mortê est petêdo terrã mordicus,hoc est ipsis dêtibus mori.Nã milites animosi ne cadentes turpê sonum emitterent terrã mordebant. Vnde Virg.Et humû semel ore momordit.hinc idê dixit j.Æneidos,O terq. quaterq. beati,Queis ante ora patrû Troiæ sub mœnibus altis Contigit oppetere.Quo.i.p quo;immanitas.i.sæua impietas,illorum.s.vilium hoium est detestabilior .i. magis detestabilis,q lacerarunt patriã oi' scelere,& sunt & fuerunt occupati in ea delêda.i.in eius deletione funditus.i.à fundo euertendo.Sicut aût a fundamêto iaciebent sulcû aratro,ita post euersionem immittebant aratrû,loquitur aût vr̃ de Octauio,Antonio,& Lælio triumuiris,Sed si fiat contêtio & comparatio sup.meritorum & dignitatum,q̃bus sit plurimû officij tribuendum,principes sint patria & parentes,quorum beneficijs nos sumus obligati maxime.i.quibus proxime obligati sumus,sunt liberi. Et Tota domus,quæ spectat in nos solos, neque potest hre ullum aliud profugiû quã ad nos. Deinceps .i. post liberos & domum nostrã sunt ppinqui .i. consanguinei & affines,q̃bus fortuna est plerunque.i.vt plurimû côis.Quãobrê, qua de causa psidia.i.sustentamêta necessaria vitæ debentur,maxime his quos dixi ante.s parentibus,liberis,familiæ, ppinqs.aût, pro sed,vita côis & victus côis,& consilia & sermones.i. collocutiones,cohortationes,consolationes,& obiurgationes.i. castigationes,interdum.s.qñ aliquid inciderit castigatione dignum, vigent maxime in amicis: q; , pro &,ea amicitia est iucundissima, quam similitudo morum coniugauit.i.côciliauit & côsolidauit. GRadus)Quo ordine gratificandû sit. Ordine aût,quê natura parit,sunt côiux,liberi,parêtes, cognati, ppinq ciues, amici, virtute adiûcti.[Qui cû vna domus,)Plat.est 6.de leg. [Greek] Ad hunc modû sæpe alias elegantissimæ figuræ ex Platone versæ sunt. [Vnus fiat ex plur.) [Greek] [Quo est detestabilior) [Greek] Rhetoricum ornamêtum obiter accersitû. Inuehitur autem in eos,q lacerarunt rêp.

DOCT. interpr.

ARGVMENTVM.

Liberalitatis officia non solum ab his gradibus societatis, sed etiam ab alijs circumstantijs spectari oportere.

SED in his omnibus officijs tribuẽdis, videndum erit,quid cuique maxime necesse sit,& quid quisque nobiscum, vel sine nobis aut possit consequi, aut non possit. itaque non ijdem erunt necessitudinum gradus,qui & temporû. sintq. officia,quæ alijs magis,quàm alijs, debeatur: vt, vicinum citius adiuueris in frugibus percipiendis,quàm aut fratrẽ, aut familiarem. àt, si lis in iudicio sit, propinquû potius, & amicum,quàm vicinum defenderis. Hæc igitur, & talia circunspicienda sunt in omni officio: & consuetudo,

exer-

exercitatioq́. capienda, vt boni ratiocinatores officiorũ esse possimus, & addendo, deducendoq́. videre, quæ reliqui summa fiat, ex quò, quantum cuique debeatur, intelligas. Sed, vt nec medici, nec imperatores, nec oratores, quamuis artis præcepta præceperint, quidquam magna laude dignum sine vsu, & exercitatione consequi possunt: sic officij conseruandi præcepta traduntur illa quidem, vt faciamus ipsi; sed rei magnitudo vsum quoque, exercitationemq́. desiderat. Atque ab ijs rebus, quæ sunt in iure societatis humanæ, quemadmodũ ducatur honestum, ex quo ortum est officium, satis fere diximus.

PETR. MARS.

SED in his omnibus officijs) Ostendit et in ipsa liberalitate vt fecit supra, cum de iustitia dissereret, officia esse à circunstantia, nam mutatur tpe, psona, re, alijsq́. circunstantijs, & dicit considerandum esse quid cuique necesse sit, & qđ quisque sine nr̃a opera conseq possit, & ei magis debemus adesse, q plus operæ & studij nostri indigebit. [Tribuendis) Cum tribuere voluerimus hæc liberalitatis officia. [Videndũ) Prudenter considerandũ. [Maxime) Potissimũ. [Ita) Hoc modo si consideretur, vt dixi. [Non erunt ijdẽ gradus) Non semper hñda erit ratio necessitudinis & propinquitatis, sed & tpis. Nam incidit sæpe tpa ut alicui magis debeamus in aliqua re, q̃ fratri, & sic erit offm̃ à circunstantia tpis. Nec psonaꝶ semper, inqt Ambr. sed plerũque causaꝶ & tempoꝶ plationes sunt, vt si frater qui nobis coniunctissimus est non indiget beneficij, in alium potius cõferendum est. & sic tpe mutantur ea, q̃ vñt fieri debere pp necessitudinem .i. coniunctionem sanguinis, affinitatem, & amicitiam. Necessitudo, vt inqt Gell. lib. 12. dr̃ ius quoddam & vinculum religiosæ cõiunctionis. In libris veteꝶ reperitur necessitudinẽ dici pro eo qđ necessum est, sed necessitas p iure offóq́. obseruantiæ, affinitatis ne infrequens, q̃q̃ qui ob hoc ipm ius affinitatis familiaritatis ne coniuncti sunt, necessarij dñr. Cæsar quidem necessitatem posuit pro necessitudine .i. iure affinitatis. Equidem (inquit) mihi videor pro nostra necessitate non labore, non opera, non industria defuisse. [Gradus) Qui descripti sunt .i. nõ debemus semper hos gradus seruare, vt dictum est, qm̃ aliqñ rõne tpis aliqui pponendi erunt, qui simpliciter nulla circunstantia vrgẽte postponẽdi essent. Arist. in 2. Eth. sic ait, Oportet ipsos agentes ea semp cõsiderare q̃ ad tps accõmodantur, quemadmodũ in medicina fit, & gubernandi ẽt arte. [Suntq́. officia) Pt sunt infima officia, q̃ magis vni quam alteri debentur rõne tpis. [Vt vicinũ) Solomon dicit Melior est vicinus in pximo, quã frater pcul habitans. Ideo inquit Ambr. plerunque amicitiæ & beneuolentiæ plus q̃sque cõmittit, quã fratris necessitudini. Et vicinitas (vt ait Ter.) pro affinitate quadam est. [Familiarẽ) Amicũ. [At si lis) .i. si pinquus litigat, & uocatur in ius, illiq́. negociũ exhibetur, ei potius debemus patrociniũ, quã amico aut vicino. [Propinquũ potius) Et sic multo magis fratrem. [Hæc igitur & talia) Conclusio est q pcepit capiendam esse exercitationem, & oĩa q̃ de liberalitate dicta sunt circũspicienda, ut qd cuique debeatur, scite dispicereq́. possimus, & habitũ uirtutis habeamus, q̃ assuetudine fit in nobis nõ natura, vt in principio disputatũ est. [Hæc) Quæ dicta sunt cautiones & circunstantiæ. [Et talia) Similia quæ esse pñt. [In oĩ officio) Cõ uolumus esse officiosi, & aliqđ offm̃ alicui pstare in beneficio collocando. [Consuetudo) Vsus & assuetudo, qua fit in nobis actuosa virtus. [Exercitatio) In ipsis officijs pstandis vt iudicare sciamus. [Vt boni) Iusti. [Rõcinatores) Calculatores ut ita dicã, mercatores, & q psunt rõnibus, faciunt suos computos, ideo sunt rõcinatores, qm̃ faciunt rõnem impensaꝶ & reditus, & sciunt cõputare, supputareq́. quantũ rõnibus addatur, quantũ debeatur cuique, & q̃sque quantum debeat. Vñ ut supradictum est, rõcinarium, dr̃ liber, q continet has rões, vt sunt nũc libri mercatoꝶ. sic faciendũ est in officijs, & loqtur p translationẽ Arithmeticæ Cic. q̃ consistit in rõnibus & calculis, ut cognoscatur qd reliquũ sit, & qd alijs q in nos beneficia contulerunt debeamus. est.n. spectandus animus dantis, non munus, & oĩa ea diligenter cõsiderands, q̃ Cic. posuit, ut sciamus constituere qd agẽdum sit in officio pstando, beneficijsq́. collocandis. Sapiens (inqt Sen.) examinabit secũ quantum acceperit, à quo, qñ, vbi, quemadmodũ. Itaque negamus quenq̃ scire gratiã referre, nisi sapientẽ, nõ magis quã beneficium dare quẽq̃ scit, nisi sapiens, hic .s. q magis gaudet dato, q̃ alius accepto. Metrodorus ait, solum sapientem scire gratiam referre. [Deducendoq́.) Numeꝶ .s. ut faciunt Arithmetici & calculatores, nam debemus considerare circunstantias, mentes, beneficia collata, prima in nos animum dantis, & postea rõcinari, & iudicare qd præstandũ sit cuique. [Quæ reliq summa fiat) Quid relinquatur, qđ alijs debeamus. Mercatores faciunt rõnẽ oium, q̃ dant & accipiunt, & faciunt summã, ut qd debeant alijs sciant, & qđ ipsis debeatur. [Reliq) De reliquo qd relinquatur in summa, qđ alijs debeamus. [Summa) .i. cumulus & quantitas rei q̃ superest, ad summam vero sigñat denique, & tandem. [Ex quo) .i. ea qua supputatione & rõcinatione. [Intelligas) Cognoscas. [Quantum cuique debeatur) Quod offm̃ cuique præstandũ sit, & q sint præponendi in beneficio collocando, qđ iudicari recte nõ põt, nisi affuerit exercitatio in ipsis actionibus. Vnde opus est lõga experientia. [Sed vt nec) Quamuis, inqt Cic. officia cognouerimus, tñ nisi ea exercuerimus, nihil ampla laude dignũ fiet, qm̃ vt sciamus quantum parentibus, fratri, amico, alienis hoibus, atque vicino debeamus, exercitatione opus est & vsu, qm̃ virtutis laus in actione consistit. Et probat hoc comparatione medicoꝶ Imperatoꝶ, & oratoꝶ, q q̃uis in eoꝶ professionibus & scientijs clarissimi sint, tñ nisi habeant exercitationẽ, paꝶ vel nihil faciũt quod ampla laude dignũ sit. Sic hi q præcepta officioꝶ callẽt, nisi ipsi eadem quæ pcipiunt faciant, laudẽ non merentur. Vnde debemus alios & opera & verbis ab officia dirigere, ne virtutis simulatores videamur. Idem auctor nostræ salutis cœpit facere & docere, & carpuntur illi q cum alijs virtutem pdicauerint, eosq́. ad tẽperantiã hortati fuerint, ipsi voluptatibus & luxuria diffluunt. Aptissima est hæc cõparatio cum oibus .s. reip. opportunis. Nam medici corpora curãt, oratores agẽda persuadent, deducũtq́. mẽtes audientiũ quo volunt, & ad quoscunq; affectus. Imperatores aũt exercitus extra rẽ gerunt, q nisi fuerint vsu edocti, q̃uis militaria pcepta didicerint, maximas calamitates interdũ & plerũq; afferunt patriæ. Sic orator q̃uis teneat artis pcepta, tñ sine exercitatione parũ faciet. Hoc idem in medio est, q potissimum exercitatione indiget. Et sic dijudicare qd cuique debeatur est q̃dã ars, q̃ indiget exercitatione & vsu, vt aliæ artes & pcepta, quę pfectionẽ non constituunt sine exercitatione. [Vsu) assuetudine. In Rhetoricis sic ait, Oratori minimũ est de arte loqui, sed multo maximũ ex arte dicere. Scire (inqt philosophus i v. Eth.) quonã modo ad sanitatem efficiendã, & cui, & qũ sint tribuenda ea quæ facillima sunt, tanta est difficultas scire, quãta est medicũ esse. Idẽ in 2. sic scribit, Cũ aũt pręsens tractatio nõ cõtemplationis sit, vt ceteræ gratia, non.n. vt sciamus qd nã sit virtus, sed vt efficiamur boni cõsideramus, nam nulla ipsius esset vtilitas de actibus quonam modo sint agendi considerãdũ est, hi nanq; sunt auctores, vt tales ipsi habitus fiant. [Sic) Pari modo adaptat comparationem. [Officij conseruandi) Vt offm̃ recte conseruetur & pstetur. [Traduntur) Scribuntur & dantur alijs, non vt solum sciamus qd sit offm̃, sed vt faciamus, cognoscere.n. officia, & illa nõ pstare, nulla est utilitas illa cognoscere, ergo offm̃ recte præstandum est, si boni esse voluerimus. [Vt faciamus) Vt nos exerceamus ipsa officia, quæ non põt recte pstari sine exercitatione, & ita faciamus ut pcipitur, non.n. laudantur hi, q verbis solũ philosophantur. ut ea aũt luxu diffluit. [Sed rei magnitudo) Istoꝶ offoꝶ dijudicatio, & difficultas in officijs pstandis. Odi hoiem, dixit Pacuu. ignaua opera, & philosophica snia. Nihil posse fieri indignius, ait Macedo philosoph⁹, auct. Gel. neque intolerabilius q̃ quod homines ignaui ac desides operti barba & pallio mores & emolumenta philosophiæ in linguæ verborumq́. artes conuerterent, & uitia facundissime accusarẽt, intercutibus ipsis uitijs madẽtes. [Vsum) Assuetudinem ut possit recte esse pfecta. [Atque ab ijs rebus,) Concludit Cic. hanc disputationem de iustitia, & liberalitate dicens satis dictũ esse de iustitia, & his quæ ad humanam societatẽ tuendam ptinent, & q̃o ab ipsis ducatur honestum, à quo oritur offm̃, qđ semper ad bonũ tendit, & non dr̃ offm̃ nisi honesta sit actio, & sic his absolutis utitur trãsitione ad danda pcepta fortitudinis, q̃ est tertia virtus i ordine. [In iure societatis humanę,) Iustitia & liberalitate, qbus humana societas cõseruat̃. [Ducat̃) Fiat, formetur, habeatq́. originẽ. [Ex quo) Honesto originẽ hẽt offm̃. [Nã est) qdqd honeste agitur. [Satis fere) Vitat arrogantiã, noluit.n. dicere ut iure suo potuisset sufficiẽter. [Diximus) Hoc aũt seruandũ est in oibus actionibus & rebus, ne arrogãtes videamur & nimiũ insolentes, & q nobis ipsis nimiũ placeamus. [Fere) Quasi sufficiẽter, vt pauca, in his q̃ ad iustitiã ptinẽt desiderentur.

FRAN. MAT.

SEd in officijs &c.) Enumerauit societatum gradus, & qbus plus officijs tribuendum esset, admonuit, nunc tpibus mutari officij rationem dicit, & non idẽ necessitudinũ gradus ac tempora, quæ accidunt postulare. Accidit.n. tempus ut his qui

minus

minos ꝓpinquus eſt, magis egeat, q̃ ille q. propinquor eſt, magis illi tribuendo eſt, q egeet magis. Item contigit vt magis amico neceſſe ſit, q̃ ꝓpinquo, anteferendus amicus eſt. Semper.n ſecũdum quod ait Ariſt. erogandũ eſt cui oportet, qñ oportet, & quantum oportet. [Quid cuiq; maxime neceſſe ſit) hoc ideo ait, qm̃ tunc demum officij rõ mutanda eſt, cum maxima illius neceſſitas nos admonet in quo mutanda eſt. Et qd q ſque &c.) Nam ſi propinquus uictum, vel magiſtratum, vel qduis aliud ſine nobis conſeq poterit, amicus aũt non poterit, amico potius ſubueniendũ eſt. [Ita non idem &c.) Neceſſitudinum gradus poſtulant, vt cõiunctioribus plus officij tribuatur, tp̃a vero, & neceſſitas ſpectari, vt quãto magis qs indiget, tãto magis ille accipiat. [Suntq. officia) Alia eſt occaſio, qua mutari ſolẽt officia, qñ accidunt tp̃a, vt tuũ officium in eadẽ re magis huic q̃ illi conueniret. Exẽplum Cicero ſubijcit, eodẽ tp̃e vicinus tuus, & propinquus, vel amicus tuus fructus ex agris colligunt ſed ꝓpinquus procul a te habitat, vterque operæ tua indiget, ſed hanc operã magis vicino q̃ ꝓpinquo præſtes, & recte facis, qm̃ vicinus, idẽ erga te facturus eſt, & quædã veluti cõio laboris mutui tibi cum illo eſſe debet, hæc aũt officij mutatio in rebus leuioribus fieri ſolet, in grauioribus non cuſtoditur. Nã ſi lis in iudicio eſt propinquo, vel amico, & uicino eodem tp̃e, & uterque opera tua egeat, magis propinquo, vel amico, q̃ vicino adeſſe te conuenit, qm̃ de fortunis propinq, vel amici agitur, q̃ tibi cum illis cões ſunt, cũ nullum damnum ſenſurus ſit propinquus, vel amicus, ſi in percipiendis fructibus nõ iuueris. [Cõſuetudo & exercitatio) vt non aberremus, ſed cõſuetudine, & exercitatione, qñ mutandum officium ſit intelligamus. [Boni ratiocinatoris) imitari dicit nos debere eos in hac re, a quibus rõnes cõficiuntur, q addũt & ſubtrahunt, vt intelligant quãtum ſit expenſi quantũ lucri, q̃tũ crediti, quãtũ debiti, ad id aõt maximũ ſtudium, & maximã adhibẽt diligentiã, ne aut decipiãt, aut decipiantur. Terẽt. quoq; ait, Nemo ita ſubducta rõne ad vitã fuit. [Sed, vt nec medici &c.) Exẽplis probat ſine exercitatione maxima mutandorum officioꝝ rõnem percipi non poſſe. [Medici) ſi cui exercitatio neceſſaria eſt maxime, certe medico neceſſaria plurimũ eſt. [Nec imperatores) hoc eſt exercitus duci, & oratori, nihil.n. præclarum facere pñt. & ſi artis præcepta teneãt ſine aſſidua exercitatione, q̃ oia præcepta ſuperat. qd' Cic. alio loco inqt. [Rei magnitudo) Vt cuiq; pro dignitate tribuamus, & officij rõnem qñ tp̃s poſtulat, cõmutemus. [Ex ijs rebus) Iuſtitia, & liberalitate, quæ illi iuncta eſt. [Honeſtum) Medium & cõmune.

ASCEN. Sed in his oĩbus) Docet officia ex circunſtãtia, quæ videlicet immergẽte caſu ſunt præcipue impendenda. Ordo eſt, Sed vid達endum.i. conſiderandum erit in his oĩbus officijs tribuendis.i. dum hæc oia tribuantur, quid cui ſit maxime neceſſarium, hoc eſt qd ſit maxime neceſſarium, aut ſimpliciter, aut ſi non ſimpliciter cui ſit, & circũſtantia, & qd qſq̃ aut non poſſit conſeq.i. impetrare nobiſcum vel ſine nobis. Itaque non ijdẽ gradus erũt neceſſitudinum.i. emergent ex neceſſitudine.ſ. ꝓpinquitatis, aut affinitatis. q & tp̃um ſup. erunt.i. emergent ea occaſione tp̃um, q ſunt officia, quæ debeantur magis alijs.i. aliqbus quam alijs.i. reliqs, vt.i. verbi gratia tu adiuueris.i. adiuuare debueris in frugibus percipiendis.i. ex agro colligendis citius vicinum, quam fratrem aut familiarem ſup. nõ vicinum. vnde prouerbium, Melior eſt vicinus in proximo, quam frater procul habitans. At.i. ſed, ſi lis.i. contentio ſit in iudicio, tu defenderis potius propinquum.i. neceſſariũ aut amicum, quam vicinum ſup. tam propinquũ que amicum. Igitur hæc talia.i. conſimilia ſunt circunſpicienda in oĩ officio, & cõſuetudo & exercitatio eſt capienda, qa conſuetudo eſt rerum magiſtra, vt nos poſſimus eſſe boni ratiocinatores.i. vt ita dicam calculatores, aut iuſti computatores ſeu cõpenſatores officioꝝ, & videre.i. conſiderare addendo & deducendo.i. abſtrahendo, quæ ſumma ſiat reliq.i. qd relinquatur quod alijs debeamus ea quõ.i. ex qua re tu intelligas.i. intelligere debeas, quantũ debeatur cuique. Sed, vt quẽadmodum, nec medici (qbus experientia ſummopere neceſſaria eſt, & ideo primo loco ponuntur) nec Imperatores.i. gubernatores exercituum, nec oratores q̃uis perceperint.i. perfectũ ceperint, & ſciuerint p̃cepta artis, poſſint aſſequi.i. obtinere & efficere qdq̃ dignum magna laude, ſine vſu & exercitatione.i. niſi cũ arte habuerint vſum & experientiã, ſic.i. eodem modo traduntur præcepta officij conſeruandi.i. de officio conſeruando, qdẽ.i. certe non ſup. vt ſciamus tñ, ſed vt ipſi.i. noſmetipſi faciamus illa. Sed magnitudo rei. qa res.ſ. obſeruatio officij eſt ardua & apprime neceſſaria, deſiderat.i. efflagitat quoque.i. ẽt uſum, qꝫ pro &, exercitationem. Atque nos diximus fere ſatis, quemadmodum.i. quõ honeſtum ducatur.i. eliciatur ab his iam.ſ. dictis rebus, quæ ſunt in iure ſocietatis humanæ.

Vt enim ab illa diſcedatur infinite) Infinitas pro immenſitas, DOCT. *interpr.* vox eſt, non admodũ frequens. [Interius ẽt eſt) Pro coniunctius, ſiue magis affine. [Poſt conſobrinoꝝ, ſobrinorumq.) Vt ꝓpellare patrueles conſobrinos, ſobrinos duaꝝ ſoroꝝ filios. [Sed oẽs omnium charitates) Rarum eſt charitates numero multitudinis. [Quo eſt deteſtabilior illorum immanitas) Pro, eoq. eſt deteſtabilior. [Principes ſint patria & parentes) Principes dicit primi loci, quemadmodum & principem vitæ dicem dicimus.

Sed in his) Circunſtantiæ ſępe mutant gradus, ordinemq. eoꝝ, DOCT. *interpr.* quibus largiendum eſt.

ARGVMENTVM.

Magnanimitas tertius officiorum fons, quæ ex rerum humanarum contemptu, & animi amplitudine quadam naſcitur, declaratur autem potiſſimum in periculis adeundis, & arduis rebus obeundis. Huic ad dexteram eſt audacia, pertinacia, immanitas, arrogantia, crudelitas, confidentia, moroſitas, ira, ſæuitia, ambitio: ad læuam timiditas, ignauia, ſtupor, & id genus vitia. Exercetur autem magnanimitas partim in rebus bellicis, magna autem in negocijs vrbanis, denique & priuata in vita: de quibus omnibus varie diſſerit Cicero.

INTELLIGENDVM eſt autem, cũ ꝓpoſita ſint gñа quatuor, è quibus honeſtas, offĩnq. manaret, ſplẽdidiſſimũ videri, qd' aĩo magno, elatoq. humanaſq. res deſpiciẽte factũ ſit. itaq; ĩ ꝓbris maxime in prõptu eſt, ſi qd tale dici põt;

Vos etenim iuuenes animum geritis muliebrem,
Illaq. virgo viri: & , ſi quid huiuſmodi:
Salmaci da ſpolia ſine ſanguine: & ſudore.

contraq. in laudibus; quæ magno animo, & fortiter, excellenterq. geſta ſunt, ea neſcio quo modo quaſi pleniore ore laudamus. hinc rhetorum campus de Marathone, Salamine, Platæis, Thermopylis, Leuctris, Stratocle: hĩc nř Cocles, hinc Decij, hinc Cn. & P. Scipiones, hinc M. Marcellus, innumerabileſq. alij: maximeq. ipſe populus R. aĩ magnitudine excellit. Declaratur aũt ſtudium bellicæ glorię, ꝙ ſtatuas quoque videmus ornatu fere militari.

FRAN. MAT. INTELLIGENDVM eſt aũt,) Propoſuit Cic. quatuor fontes nřoꝝ.i. virtutes a quibus oritur honeſtũ, prudentiã, iuſtitiã, fortitudinẽ, & temperantiã. Poſtq̃ de prudentia & iuſtitia, cui adnexa eſt liberalitas diſſeruit, & qd quoque tp̃e agendũ ſit pſcripſit, & docuit, tranſit ad fortitudinem & magnitudinẽ animi. [Intelligendũ eſt aũt,) Sed ſcire oportet inquit. [Splendidiſſimũ) Clariſſimũ & ampliſſima laude dignum. Volt Cic. in 2. Tuſ. vt dcm̃ eſt virtutis nomẽ nõ eſſe ꝓpriũ oium virtutẽ, ſed fortitudinis, a qua qd' ceteras antecellit oẽs noiatæ ſunt. Appellata inqt eſt ex viro virtus. Viri aũt ꝓpria eſt fortitudo, cuius munera duo ſunt, mortis, dolorisq. contẽptio. Vtẽdum eſt igitur his, ſi uirtutis cõpotes, vel potius ſi viri volumus eſſe, qñ a viris virtus nomẽ eſt mutuata. Plut. ait in vita Coriolani i Diſciplina militari, Romana gloria maxime floruit. Teſtimonio eſt ipſam virtutẽ vnico fortitudinis noie appellatã, idq. quo ꝓprie fortitudinẽ vocant cõe gñis eſſe vocabulũ. Ideo dicit Cic. id videri maxime claꝝ & illuſtre ꝙ forti aio factũ ſit, atq; oia humana vincẽte patiẽteq. dolorẽ. Nã fortis & magnanimos putat oia humana eſſe inferiora ſe, & ſua pſtantia, eaq. paruifacit, & ſuperat oẽs dolores, quoꝝ vim, vt volunt Stoici, opinio facit, nõ natura. Vñ laudatur Poſidonius, ad quem cũ Põpeius decedens ex Syria Rhodũ veniſſet, eumq. ſalutaſſet ægrotantẽ, dixit ſe moleſte ferre ꝙ Poſidonij diſputationẽ audire non poſſet. rñdit ille, Non cõmittã, vt dolor corporis efficiat, ut fruſtra tantus vir ad me venerit, eumq. quaſi faces ei doloris admouerentur, ſæpe dixit, Nil agis dolor, q̃uis moleſtus ſis, tñ nunq̃ te eſſe malum cõfitebor. De quo Plin. lib. 7. p̃buere & Romani proceres ẽt externa teſtimonia. Cneus Pomp. cõfecto Mithridatico bello intraturus Poſidonij ſapiẽ profeſſione clari domum, fores pcuti de more à lictore vetuit, & faſces lictorios ianuę ſubmiſit is. cui ſe oriẽs occidenſq. ſubmiſerat. Fortitudo & mediocritas circa timores & fiducias

ductas. Fortis proprie dr̃ qui circa honestam mortem & ea oia, quæ repente eueniunt, atque afferunt mortẽ, intentus est, vt sunt ea quæ in bello contingunt. Et patitur omnia fortis honestatis causa, quæ est finis virtutis, & pro dignitate, & ut ratio iubet patitur & agit, aliqua tñ timendæ sunt inquit Arist. & nõ violatur fortitudo, immo honestum est ea timere, negligere aũt turpe, vt est infamia, quam qui timet probus dr̃ & verecundus, qui vero non timet, dr̃ impudens. debemus timere pudicitiæ mulierꝝ nostrarꝝ. Timenda est inuidia & ẽ. id genus, q̃ cum negliguntur, dedecus afferunt, & ea q̃ transcendunt naturam humanam, vt fulmina, inũdationes, & similia, quæ homo spernere non potest, qm̃ plus pñt quam hois natura, vt terræ motus, tempestas. Vir fortis circa terribilia, & ea quidem maxima versatur. Nam nihil est tolerantius malorꝝ viro forti, & mors est vltimum omnium terribilium: nã aufert oẽ bonum quod est in vita, & illi magis fortes sunt, qui in subitis casibus nulla consultatione præmissa agunt præclara, q a vñr hr̃e habitum fortitudinis, & esse naturaliter fortes, & fortitudo quidem dolores sufert, & ideo laudatur. difficilius. n. est inquit Arist. dolores perpeti, q̃ voluptatibus abstinere. Mors atque vulnera forti viro molesta sunt, fert tñ pp honestatem, dolet aũt, & maxime qui omni virtute præditus est, q a maxime dignus est vita, maximisq́. bonis priuatur, fortis est tñ & multo magis, qm̃ honestatem ceteris rebus anteponit. Vnde illi sunt præstantissimi milites, qui hñt aliquod vestigiũ ipsius fortitudinis sine alijs bonis, quam si hr̃ent non tuerent in pericula. Qui timendo exuperat, & confidendo deficit, timidus dr̃. Qui non timendo exuperat, dr̃ insanus vel stupidus, si nihil omnino timet, vt motus terræ, aquarum inũdationes, fulgura & illa omnia q̃ timenda sunt, cum superent naturam humanam, vt necesse sit ipsa timere. Ille qui confidendo exuperat, audax est, & imitatur in principio fortem, sed cum ad pericula ventum est, dat terga, & fit timidus. Fortis. n. omnia humana tolerat, & confidit, qm̃ confidere est hominis bene sperantis. Timemus iure vt dixit ea quæ terribilia sunt, & cum morte quæ est in bello nihil sit terribilius, & victus versetur circa terribile ac difficile, fit ut fortitudo ꝓprie in morte sit, quæ in prœlio est, sitq́. cum maximo periculo. Fortitudo, inquit Plato, efficit ne inter pericula, & terrores à iustitię tenore deuiemus, & fortitudinem vt volunt Stoici, sequuntur constantia, atque valetudo. fortitudo, inquit Sen. contemptrix timendorꝝ est. Terribilia & sub iugum libertatem nostra mittentia despicit, ꝓuocat, frangit. Fortitudo, ut idem fuit in Rhetoricis, est considerata periculorꝝ susceptio, & laborꝝ perpessio, eius comites sunt magnanimitas, fidentia, patientia, & perseuerantia. fidentia est p quã magnis & honestis in rebus multũ ipse animus in se fiduciæ cum certa spe collocauit. Patientia est honestatis aut vtilitatis causa rerꝝ arduarꝝ ac difficilium voluntaria, & diuturna ꝑpessio, perseuerantia est in rõne bene considerata stabilis & perpetua ꝑmansio. [Elato) Forti & tanq̃ e loco edito spernenti ea, q̃ alij timent. [Humanas res) Omnia quæ accidere homini pñt, quæ tñ non transcendunt vires humanas, fortis despicit. & omnis res humanas infimas & caducas & omnia tela fortunæ paruifacit, ad oẽs euentus tolerandos erecto animo paratus. Nam magnanimitas, de qua post dicetur, est scientia & virtus, q̃ habitum facit celsiorem omnibus, q̃ contingere pñt æqualiter bonorꝝ, & malorꝝ. [Gñs quatuor) Virtus & fontes officiorum. [E quibus) Virtutibus. s. [Honestas) Actio honesta, & officium. [Manarẽt) Oriretur tanq̃ è fontibus. [Itaque) Igitur cum splendidissimum sit quod magno animo fit, vituperandi sunt illi, qui gerunt animos muliebres. [In probris) Contumelijs, & cum volumus aliquem vituperare, dicimus illum hr̃e animum muliebrem & timidum, qm̃ vt dictum est fortitudo proprie virorꝝ est, & qui eum non habet, viri non sunt, sed fœminæ, quod cum alicui potest dici, maximũ est dedecus, probrum est dedecus & contumelia. [Maxime) In primis. [In promptu) Quod cito uenit in mentem, & pro maximo probro alicui obijcitur, si quid eiusmodi dici potest. [Tale) Quale est hoc, quod Ennius cecinit in dedecus iuuenum R. qui magnitudine animi superabantur à virgine. [Vos etenim iuuenes) Carmen est Ennij, quo iuuenes Rom. ignauiæ accusabat, q à Clelia virgine, q̃ obses fuerat apud Porsenam superabãtur. Illa. n. Tyberim ad suos tranauit, vnde Romani ob id statuã illi erexerunt equestrẽ in edito loco viæ sacræ. [Muliebres) Timidos & ignauos. i. meticulosi estis, vt solent esse mulieres, qđ à uiro alienum oino esse debet. & apud Persas, auct. Herod. maxime ꝓbro dabatur audire se esse muliere ignauiorẽ. Sen. dicit, Clelia equestri insidens statuæ in sacra uia celeberrimo loco exprobrat iuuenibus nostris puluinũ ascendentibus, in ea illos vrbe sic ingredi, in qua ẽt fœminas equo donauimus. [Illaq́. virgo). i. Clelia quæ contempto Porsena & aqs ad suos natauit. [Viri). i. illa virgo est animo forti, vt debent esse viri, habet inq̃t animos dignos viro. [Et si qđ est eiusmodi) Cuiusmodi est hoc qđ sequitur, in vetustissimo lib. Sex. Pompei sic legitur, Salmacis noie nympha cœli & terræ filia fertur causa fontis Alicarnassi aquę appellandæ fuisse Salmacidis, quam qui bibisset, vitio impudicitiæ mollesceret, ob eam rem qđ is eius aditus angustatus parietibus, occasionem largitur iuuenibus petulantibus, puerorꝝ puellarũq́. violandorꝝ, quia non patet effugium. Inde Ennius, Salmaci da spolia sine sudore, & sanguine. Hæc sunt verba Pompei. Carmen est igitur Ennij, quo illorꝝ molliciem taxat & ignauiam, qui spolijs ademptæ alicui pudicitiæ gaudent, & id exercent quod ipsis notam inaus, infamiæ atque ignauiæ inurit. de hoc fonte græcũ est epigrãma.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Salmacis fons est Cariæ regionis, de quo Strab. ait lib. 14. Salmacis fons nescio quamobrem calumniatus, tanq̃ emolliens eos, q inde bibant. hominum. n. mollities videtur ab aere, vel ab aqua causam trahere, cum ea minime sint causa molliriei sed diuitiæ & victus incontinentia. Salmacis nympha dicitur rapuisse Hermaphroditum & fecisse mollem, eius aquam epotam molles effecisse. cũ talia pñt alicui merito dici, maximum est probrũ. Cũ aũt laudatur aliquis ob fortitudinẽ, ꝑclarissimũ est, & pleno ore sonandũ. & affert exempla eorꝝ, qui pugnando fortiter & ꝓ patria occumbentes Rhetorꝝ ꝑconijs celebrati sunt, possumus ẽt spolia parta sine labore Salmacia appellare, & Salmacias naias dixit Mart. ex formulis grãmatices. Sed forsitã antiqui denoiabant Salmacida à patrio casu Salmacidis, vt Salmacia a salmacis in eodẽ casu. Igitur Salmacida spolia dñr mollia, & effœminata cũ sine sudore, ac labore parta sint in quibus virtus ipsa enitescit. [Contra) Ex alia parte, cum aliquẽ laudamus ob fortitudinem. [In l.) Cum aliquem laudamus. [Elato) Humana spernente, qđ est proprium magnanimi. [Fortiter) Cõtra illud, qđ dixit in probris, gerit u aium muliebrem. [Excellenter) Contra illud sine sudore & sanguine. [Ea) Quæ, tali animo gesta sunt. nã gesta ꝓprie dñr in rebus grauioribus. [Nescio quo modo). i. modo quodã mirabili & cũ quadã admiratione. [Pleno ore) Maximis laudibus & amplo ꝑconio. Idem in 2. de Orat. sic ait, Grauissima laus eorꝝ factorꝝ hr̃, quæ suscepta vñr à viribus fortibus cum labore ac periculo ipsorꝝ, hæc hñt vberrimam copiam ad laudandum, quod & dici ornatissime pñt, & audiri facillime. [Hinc) Ex hoc, qm̃ summa est laus fortitudinis, quæ in bello se pro patria & honestate ostendat. Ex hac igitur fortitudinis laude. [Campus) Materia ingens ꝓposita ad dicendũ ipsis oratoribus est in laudem fortium virorꝝ. Plato in epitaphio sic ait, Vr̃ apud plurimas gentes ꝑclarꝝ esse in bello mori, etenim q sic è uita migrat funere honestatur & sepulcro, & siue pauper quis ita decedat, laudatione nõ caret. ex hoc intueri licet quanta illorꝝ virtus fuerit q in Marathone barbarorꝝ impetum sustinuerũt, eorumq́. superbiam domuerũt, primi sane de barbaris triumpharunt, & exẽplo reliquis ostenderunt ꝑsonarꝝ vim haud inexpugnabilẽ esse. Secundã palmam his tribuimus q ad Salamina pugnauerunt. Tertium bellum assero quod in Platæis gestum est, salutis Græciæ causam extitisse, cõe vero id iam Atheniensibus & Lacedæmonijs facinus. [De Marathone) De laudibus eorꝝ qui fortiter pugnauerunt in cãpis Marathonijs. Nam q in illa pugna occubuerunt, quotãnis laudabantur. Et extat oratio Lysiæ in laudem eorꝝ q ceciderunt ad Marathonẽ. Orator est q causas orat, vel in iudicijs vel in cõcionibus. Rhetor est q artẽ docet orãdi. Cic. hic more Grecorꝝ locutus est, q rhetorẽ pro utroque accipiunt. declamator est qui studẽs apud rhetorẽ in conuentu scholasticorꝝ fictam causam orat, ut postea in veris causis orare possit, & ex vmbra in solẽ puluerẽq́. ꝓdire. Marathõ cãpus in Attica regione denniatus à Marathone heroe, vbi Milciades dux Atheniensium Persas vicit, Artapherne & Dati ducibus Darij, cæsis hostiũ ducentis millibus peditũ, & decẽ millibus eqtũ, vt quidã volunt. Herod. aũt lib. 6. dicit apud Marathonẽ occubuisse Persarꝝ circiter 6. millia 300. Atheniensiũ vero centũ & 92. Darius rex Persarꝝ intulit bellũ Atheniensibus ægre ferens ab illis contra se Ionas adiutos esse, quos nauali ꝑlio superauerat. Itaque Athenienses non expectato auxilio Lacedæmoniorꝝ, qui socij erant & se plenilunij religione impediri dicebãt, qm̃ plena luna 4. dieb. putabant nefas esse emittere exercitũ instructis x. millibus ciuium & mille ex his q ex Platæis venerant, aduersus tot millia hostium in campis Marathonijs duce Milciade pugnauerunt, quem tanta fiducia ceperat, auct. Trogo, vt plus

esse præsidij in celeritate, quam in socijs Lacedæmonijs duceret. pugnatum est tanta virtute, vt hinc viros, inde pecudes putares. Victi Persæ in naues cõfugerũt, ex quibus multæ submersæ, multæ captæ sunt. In eo ꝑlio tanta virtus singulorũ exstitit, vt cuius laus prima esset, difficile iudiciũ videretur, & maxime Callimachi, & Cynegiri militis, & Themistoclis adolescẽtis. In quo iam indoles futuræ imperatoriæ dignitatis apparuit. Cynegirus Euphorionis filius dũ summã puppim apprehendit, abscissa manu bipẽni cecidit. (Salamine) Apud Salaminem insulam q̃ est cõtra Atticam. Xerxes Darij filius victus fuit ab Atheniensibus pugna nauali duce Themistocle. (Platæis) Platææ oppidũ Bœotiæ, vbi Pausanias & Aristides ꝓfligauerunt Mardonium Xerxis ducẽ, q veluti ex naufragio cum paucis effugit. castra referta regalis opulentiæ capta sunt. Inde primũ græcos diuiso inter se auro Persico diuitiarũ luxuria cœpit, prius.n.negligebant. Ideo Demaratus Xerxi dicit, Græcia semꝑ fuit alũna paupertatis, hospes virtutis, quã à sapia ascivit, & à seuera disciplina, hanc vsurpãs Græcia & paupertatẽ tuetur & dñatum. hanc victoriã ad Platæas sibi vẽdicabat Pausanias tripode aureo inscripto & Apollini dicato. Mardonius erat Xerxis consobrinus Gobris sororis Darij filius, ab Arimnesto Spartiata occisus est saxo adacto in caput, vt Plut. scr. in vita Aristidis. Pausanias Lacedæmonius fuit Cleombroti filius, Aristides Atheniẽsis. (Thermopylis,) Thermopylæ sunt locus angustus & fauces ad Oetam montẽ Thessaliæ, à qbus angustijs & faucibus pylaꝝ.i.portaꝝ nomẽ assumpsit. Iuxta quas sunt aquæ calidæ, vñ Thermopylæ dñr.i.thermaꝝ portæ, aquæ illæ dicatæ erant Herculi. Liu.lib.5. Dec. belli Maced sic scr. Id iugũ sicut Apẽnini dorso Italia diuiditur, ita mediam Græciã diuidit à Leucade, & mari ad Occidentẽ ad alteꝝ mare Orienti obiectũ tendit, extremos ad Orientẽ montes Oetã uocant. In cuius valle iter est non latius quã 40 passus, hæc vna via militaris est, qua traduci exercitus, si nõ ꝓhibeantur, possint. Ideo pylæ & ab alijs q calidæ aquæ in ipsis faucibus sunt Thermopylę locus appellatur. Nobilis Lacedæmonioꝝ aduersus Persas morte magis memorabili, quã pugna: sunt ibi, inqt Herod. calida lauacra, ollas vocant indigenæ, ad hos ingressus ædificatus est à Phocensibus murus metu Thessaloꝝ, suꝑ quẽ olim pylæ.i.portæ erãt, Vbi Leonidas dux Lacedæmonioꝝ Anaxandridæ filius cum 300 Lacedæmonijs castra qngentoꝝ millium Persaꝝ noctu inuasit, pugnatũ est ardenter à principio noctis vsque ad magnã partẽ diei, ad postremũ nõ victi, sed vincẽdo fatigati, inter ingentes occisorũ cateruas, (nã 20 millia barbarorũ illic ceciderũt) fortissime mortẽ oppetiere, qbus postea erecta fuerunt sepulcra cum tit. In 2. Tus. dicit: Sed qd duces & principes noiem, cũ legiones scribat Cato sæpe alacres in eũ locum ꝓfectas, vñ redituras se non arbitrarentur? pari aio Lacedæmonij in Thermopylis occiderunt, de qbus hæc Simonides scr. Dic hospes Spartæ nos te hic vidisse iacentes, Dũ sanctis patriæ legibus obseqmur. Quid ille dux Leonidas dixit? Pergite aio forti Lacedæmonij, hodie apud inferos forte cœnabimus. Sen. dicit: Leonidas cõmilitones sic allocutus est, prãdete tanq̃ apud inferos cœnaturi. Cum Lacedæmonij illas custodirent angustias, qdam hostis in colloqo dixit: Solẽ pręmultitudine iaculorũ & sagittarũ non videbitis, rñdit Dieneces Lacedæmonius, ergo sub vmbra pugnabim⁹. (Leuctris) Leuctra oppidũ Bœotiæ, vbi Epaminondas Thebanus Lacedæmonios uicit, adeoq. attriuit, vt postea imperiũ recupare nõ potuerint. De quo sic scr. Trogus lib.5. Fuit aũt incertũ, vir melior, an dux esset. Nã & imperiũ nõ sibi, sed patriæ semꝑ q̃siuit, & pecuniæ adeo contẽptor fuit, vt sumptus funeri defuerit, glorię quoque nõ cupidior quam pecuniæ, qppe recusanti oia imperia ingesta sunt, honoresq. ita gessit, vt nõ accipere ornamentum, sed dare ipsi dignitati videretur. Iam literarũ studia, iam philosophiæ doctrina tanta fuit, ut admirabile videretur, vnde tã insignis militiæ scia hoĩ inesset inter literas nato. neque ab hoc vitę ꝓposito rõ mortis dissensit. Nam vt relatus in castra semianimis vocẽ spũq. collegit, id vnũ a circunstantibus req̃siuit, nũ cadenti sibi scutũ ademisset hostis, qd' ut seruatũ audiuit, allatumq. velut laborẽ gloriæq. socium deosculatus est. iterũ q̃siuit, vtri vicissent, vt audiuit Thebanos vicisse, bene se habere rem dixit, atque ita ueluti gratulabundus patriæ, expirauit. In 2. Tuscul. scr. Cic. Num ingemuisse Epaminondã putas, cũ vna cũ sanguine uitã effluere sentiret? Imperatorẽ.n.patriã Lacedæmonijs relinquebat, quã acceperat seruientẽ, sed hoc fuit in alia pugna apud Mãtineã nõ in hac pugna Leuctrica. Stratocles Atheniensiũ dux, auct. Aeschine, pugnauit ad Chæroneã vrbẽ Bœotiæ cum Philippo rege ꝓ libertate Græciæ. Scr. lib.9. loquẽs de Chæronea dicit, vbi Philippus magno ꝓlio uictis Atheniẽsibus & Bœotijs & Corinthijs Græciã suo subiugauit imperio. Illic eorum q in pugna cecidere publicũ sepulcrũ ostendit. hoꝝ fortitudinem his verbis celebrat Trogus lib. 10. Non enĩ suæ immemores pristinæ gloriæ ceciderũt, Athenienses qppe aduersis vulneribus oẽs, loca quæ tuenda à ducibus acceperant, morientes corporibus texerunt. Verba Aeschinis hæc sunt: Terrestris vero rei, si vera fateri volumus, oẽm principatũ Thebanis cõcessit, vt nec facultatẽ Stratocles dux noster habuerit de salute militũ ex sua snia prouidendi. Plato in epitaphio sic ait, Eos laudare par est, q pro salute viuẽtium offerre se morti nõ dubitarũt. (Hinc Decij) Hactenus de græcis, nunc de nr̃is exẽpla punit. Decij se pro patria magno aio deuouerunt, lib.1. de Diu. loquens de Decio patre ait, Post triennium aũt cum cõsul esset deuouit se, & in aciẽ latinorum irrupit armatus, quo eius facto superati sunt & deleti Latini, cuius mors ita gloriosa fuit, vt eãdem cõcupisceret filius. Nam in bello Hetruico ipse ẽt se deuouit in 4. consulatu collega Fabij Maximi. Nota est historia apud Liuiũ. (Cn. & P. Scipiones) Fratres fuerũt, & in 2. bello Pun. Annibale Italiam lacerate in Hispania occiderunt. Publius in acie hasta transfixus, q fuit pater Africani maioris. Cneus in quadam turri obsessus 28. die post mortẽ fratris interfectus, ex quorum morte & Romæ & in Hispania luctus fuit. Duo fulmina belli appellãtur ab Ennio. In parad. ait, Quæ vis patrẽ Decium, quæ filiũ deuouit, ac immisit in armatas hostium copias, quid duo propugnacula belli Pun. Cn & P. Scipiones, qui Carthaginensium aduentum corporibus suis intercludendum censuerunt? (Hinc) Ex hac fortitudinis laude excelluerunt, & celebrati sunt illi qui ceciderunt ad Marathonem, Salamina, Platæas, Thermopylas, & in pugna Leuctrica, excelluerunt ẽt magnitudine animi celebratiq. sunt. (Decij,) Qm̃ magno animo & elato se morti obiecerunt, & duo fulmina belli Scipiones. (M. Marcellus) Qui occiso Viridomaro duce Insubrum apud Clastidium, tertia opima spolia Ioui Feretrio retulit, vt Romulus instituerat cæso Acrone duce Cenensiũ, secunda retulit Cornelius Cossus cæso Larte Volumnio. Collegã habebat Marcellus Scipionẽ, & cũ imprudẽs in manus Galloꝝ incidisset, oiaq. infesta vidisset, nec euadẽdi spes daretur, in medios hostes erecto aĩo irrupit, qbus inopinata audacia ꝑculsis ducẽ eoꝝ occidit, atque inde vbi spes salutis nõ fuerat, opima spolia retulit, & Mediolanũ cum collega expugnauit. Marcellus primus Romani nois Annibalẽ pluribus victorijs elatum & Italiam deuastantẽ apud Nolã fugere coegit, Syracusas vrbem Siciliæ clarissimã expugnauit. Inde in Apulia prope Canusium in quodã colle insidijs circũuentus cecidit, cuius mors Annibali maximo gaudio fuit. De morte Marcelli & vulnere Crispini collegæ qui euasit, & filio Marcello dixi abunde in cõment. Silij. Marcellus a Marte cognominatus est, q̃si martellus. (Innumerabiles alij) Romani .s. duces & clarissimi imperatores, ac fortitudinis ꝑconio digni, quoꝝ tanta copia apud Rom. fuit, ut numerari uix possent. (Maxime) Ante oẽs alios populos & nationes. Romani.n. fortitudine & magnitudine animi oẽs gẽtes superarunt, qd' exitus docuit, fortiter qppe pugnando maxima orbis partem legibus suis parere coegerunt, & Militia dicebatur ars Romana, & agere ac pati fortia, Romanoꝝ erat. in rebus aduersis animos nunq̃ demittebant, immo ipsi erigebantur, & ad decoꝝ prælandũ prõptissimi erant. Vñ Annibal cum vidisset Romanos cæsos apud Thrasymenũ seruantes adhuc in morte ferociam, & hastas tenẽtes & enses, Quas mortes, inqt, ꝑmit ois dextera ferrum, Armatusq. iacet seruãs certamina miles? Hos en, hos obitus nostræ spectate cohortes: Fronte minæ durãt, & stãt in vultibus iræ. Et vereor ne q̃ tanta creat indole tellus Magnanimos fœcunda viros, huic fata dicarint Imperium, atque ipsis deuincant cædibus orbẽ. Et Pyrrhus Leuino cõsule superato cũ stragẽ recenseret, videns Romanos aduerso vulnere & truci vultu ẽt mortuos iacere, sublatis ad cœlũ manibus dixit, se totius orbis dñm esse potuisse si tales sibi milites contigissent. & Silius alloquens Romã post pugnã ad Cãnas mœstam, & quasi desperantẽ dicit: Tuq. anxia fati Pone ꝑcor lacrymas, & adora vulnera laudes Perpetuas paritura tibi, oã ẽpe Roma Nullo maior eris, mox sic labere secundis, Ve sola cladũ tuearis noĩa fama. (Excellit) Illustrior est ceteris gentibus. (Animi magnitudine) Animo elato, humanasq. res & oia terribilia despiciente. (Declaratur aũt studium) Hoc argũ inquit, ostenditur Romanos bellica laude claruisse, qm̃ oẽs fere statuæ quæ fuerant erectæ in præmium virtutis, sunt ĩ habitu militari. Vñ apparet maxima laude dignos esse, q forti animo & magno res agunt præclaras, quia statuæ nõ eriguntur fere nisi illis q bellicam laudẽ meruerint. (Studiũ) Immensa volũtas bellicæ gloriæ, quã Romani appetebãt tanq̃ summa laude veraq. dignissimam, qm̃ virorum est fortitudo. (Orna-

ro

tu militari) Habitu, q.d. vide quã fuerit in precio gloria bellica, q̃ ex hac fortitudine & magnanimitate ꝓcedit, quod statuæ vñt in habitu militari fere oẽs, vt pauci videant meruisse statuas ob aliã virtutẽ præter fortitudinẽ. Eodem accedũt honores inqt Arist. in Eth. q cum a regibus tũ à ciuitatib⁹ sunt instituti. Togata effigie inqt Plin. lib. 34. antiqtus statuæ erigebant. placuere & nudæ, tenẽtes hastã ab epheboꝝ gymnicis exẽplarib. q̃s achilleas vocant: Græca res est nihil velare, at econtra Rom. ac militaris thoracas addere. Cęs. qdẽ dictator loricatã sibi dicari i foro suo passus est.

ADDI. THermopolis, Leuctris, Stratoq.) Stratũ fuit magna vrbs Acarnaniæ: cuius populus multa barbarorum millia fudit, fugauitq., necnon victoriæ signum erexit, de quo agens lib. 2. Thucydides dicit, Stratij trophæum statuerunt prœlij cum barbaris gesti. Dicitur auct. Steph. Stratos: & eius Stratius. Necnon Stratum, & eius Stratio vel Stratius.

FRAN. MAT. INtelligendum est aũt, &c.) Ad tertium fontẽ transit honestatis, q est fortitudo, & quẽadmodum officia ab ea deducant ostẽdit, pulcherrimum aũt videri dicit quod aio magno & q humanas res despiciat factũ sit fortitudo circa timorẽ & audaciam mediocritas est. Fortis nõ timet quæ timẽda non sunt, cũ vero q̃dã eiusmodi sint, vt ea metuere honestũ sit & turpe non metuere veluti infamiã, quam q timet verecundus hr̃, q non timet impudẽs, non circa oẽs timores ꝑ defectũ peccatur, sed circa eos dũtaxat, q excusari non pñt, eodẽ modo non oia audenda sunt forti, neq; semp, & qualibet causa obijcere se morti debet. Et proptie fortis est, q ea, quę terribilia vñt, & sunt, subit, q a decoꝝ sit ita facere, & turpe nõ facere, quiq. nõ ad oẽm mortem, sed ad honestã tñ, vt pro salute patriæ, & ad oi s quæ afferunt, interitus est, vt in bello, in quo pulchrũ est mori, quod testãtur honores à ciuitatibus, & regibus ijs q in bello mortui sunt, cõstituti. Cum singula quæ agimus ad finẽ terminẽtur. Decori gr̃a fortis subit, atq; agit fortitudinis o pa, & sic quæ oportet, & qñ, & vt conuenit, & vbi cõuenit, sustinet, metuit atq; audet. Laudabile est igitur res magnas appetere, humiles vero contemnere, in periculis nõ frangi, dolorẽ æquo aio ferre, & gr̃a honestæ laudis adipiscẽdæ, nulla cũ iussis laboris magnitudine deterreri, hoc q facit, & mirabilẽ in se amorẽ excitat multitudinis, & ops eius maxima, splendidissimaq. hñt, recte itaq; Cic. ait splendidissimũ videri, quod aio magno elatoq;, humanaiq. res despiciẽte, factũ sit. [Splẽdidissimũ) Clarissimũ, & valde honorificũ. [Animo magno) q periculis & subitis & improuisis nõ turbatur, q mortem honestã subire non veretur, q laboribus nõ frangitur. [Elato) Laudis honestæ cupiditate inflãmato, cũ & laboris magnitudinẽ & laudis amplitudinẽ sibi ꝓponit, & magis ad laudẽ accenditur quã a labore deterreẽ. [Humanasq. res despiciẽte) vt dolorẽ, inimicitias, paupertatẽ, ægritudines, mortẽ. oẽs n. humanas res vir fortis virtute inferiores ducit. Et quidqd est quod neq; ab improbitate neq; ab eo ꝓuenit. [Itaq; in probris &c.) Ex ignauiæ vituperatione splẽdidissima esse quæ magno aio, & elato fiant, ostendit. Qm̃ q imbelles sunt, & timidi, ij rephendi solent, poetarum. n. in huiꝰs ignauoꝝ dicta iactari in illo solẽt. [In ꝓbris) In iurgijs vel vituperationibus. Vnde exprobrare verbũ, quod est beneficia quæ ingrato cõtuleris, illi cõmemorare. [In prõptu) Ac si dixisset in ꝯsuetudine siqd tale dici põt, quale est quod Ennius cecinit, in iuuenũ Rom. dedecus, q a a virgine Clelia vincerẽtur. [Vos erem iuuenes &c.) Ennij versus esse minime ambigendũ. Nam Sex. Põpeius: Salmacis, inqt, Nympha cœli, & terræ filia, fertur causa fontis Halicarnassi aquæ appellãdæ fuisse Salmacidi, quã q bibisset, vitio impudicitiæ mollesceret ob eã rem, qď eius aditus angustatus parietibus, occasionẽ largit iuuenibus petulantibus, pueroꝝ puellarũq. violãdaꝝ, q a nõ paret effugiũ. Inde Ennius Salmacida spolia sine sanguine, hæc Põpeius. Ergo Ennij carmẽ est quo iuuenes arguit ignauiæ. Qui veluti spolijs hosti detractis, erepta alicui virgini gaudẽt pudicitia, & id agũt qď maxime ipsis infamiæ, maximoq. dedecori est. Sic itaq; inqt fontẽ alloquẽs ò Salmaci tu das spolia sine labore, q fortes, & bene istitutos solet nutrire aios, & sanguine, quẽ fortes viri libẽter effundunt. Salmacida spolia, vt nõ legamus rõ nos admonet, q̃ sic dici minime patit, erit igr̃ Salmaci uocãdi casus ò Salmaci tu das spolia sine labore & sanguine. [Vos em iu.) Sic Ennius accusat ignauiæ iuuenes Rom. q a Clelia virgine superarentur, q̃ obses apud Porsenã, q vrbẽ obsidebat, Tyberim ad suos fugiẽs tranauit, q̃ re statua equestris ei posita est in loco viæ sacræ celeberrimo, põt & sic fortasse legi Salmacidi spolia. f. da &c. hoc est qũ ibellis es finito penit⁹ te effęminari, & à Salmacide vinci, atq; i fontẽ deduci, cuius aqs ꝑfusus, nõ virili tñ sexu sed ẽr muliebri fit. Salmacidis, & Hermaphroditi fabulã lib. 4. fer. Oui. sed fõs est Halicarnassi, q̃ ciuitas erat Carię, à Mausolo rege ꝯdita, apud ædẽ Veneris, & Mercurij, falsa aũt opinione venereo morbo implicare eos, q ex eo biberint putatur, & hæc opinio cur diuulgata sit ratio hæc est. Non. n. qď molles, & impudici ex ea aqua fiant id põt esse, sed est vis fontis, & ꝑtãs ꝑlucida, saporq. egregius. Cũ vero ab Argiuis, & Trœzene deducta colonia, occupato loco, Caras, & Lelegas eiecisset, de colonis vnus ad eũ fontem, ꝑp bonitatẽ aquæ, q̃tus causa tabernam omnibus copijs instruxit, eamq. exercendo barbaros allectabat, q fugati, & inter se congregati latrocinia facie̤tes omnia vastabant, ita barbari pellecti in græcoꝝ consuetudinem, & suauitatem, sua voluntate reducti sunt, ergo aqua non impudico morbi uitio, sed humanitatis dulcedine mollitis ais barbaroꝝ, eam famam est adepta, auct. Victr. de Archit. Str. lib. 14. Salmacis fons nescio quamobrẽ calũniatus, tanq̃ emolliens eos q inde bibant, hoium. n. mollities vẽ ab aere, vel aqua causam trahere, cum ea minime sint causa mollitiei, sed diuitiæ, & uictus incontinẽtia. [Sine sudore) Sine certamine. [Contraq. in laudibus;) Sicut ignauos rephendimus, sic strenuos, & fortes pleno ore laudamus, enumerat aũt multa, tũ à græcis, tũ à nostris fortiter gesta, q̃ clari oratores copiosiore orone extulerũt. [Hinc rhetoꝝ cãpus &c.) Qm̃ oẽs Atheniensiũ oratores, q dicendo aliqd potuerit, pugnã Marathoniã, Salaminã, Platæaꝝ, Thermopylaꝝ, Leuctraꝝ, Stratoclisq. copiosa, & sonanti orone descripserit res magno, & elato aio gestas admirati. [De Marathone,) Darij rex Persaꝝ classem 500. nauium compurauit, eiq. Datim & Arthapharnẽ p̃fecit. Quibus peditum 200. mil. equum 10. mil. dedit, ij ad Atticam accesserunt, & copias ad Marath. campũ deduxerunt, is abest ab oppido mill. pass. circiter 10 peditum à Lacedæmonijs sociatum ciuitate auxilium. Domi uũt 10. p̃tores creauit, q exercitui p̃essent, quoꝝ vnus fuit Milciades dux belli, & auctor, egressi cum 10. mil. ciuium, & auxiliarijs Platæensibus mille, magna alacritate, ac fiducia, pugnã inferunt, & subito tot mil. hostiũ ꝓfligarunt, adeoq. perruerunt, vt Persę non castra peterent, sed victi in naues confugerent, auct. Probus Æmil. & Trogus de pugna Marath. loquitur Her. in Erato. [Salamine,) Apud hanc insulam Xersis Persaꝝ regis classis mil. & 200 nauiũ longaꝝ, quam 2. mil. onerariaꝝ sequebantur, à Themist. Atheniensium duce superata est, & vnius viri prudentia Græcia liberata, Europæq. succubuit Asia. Victoria aũt illa Marath. conferri potuit. qm̃ vt apud Marath. parua manu militũ ingẽtes Darij copiæ ꝓfligatæ sunt, sic apud Sal. paruo nauiũ numero maxima post hoium memoriã, classis deuicta, est ꝓxima Atticæ insula est Salamis sta. 70. vel 80. in longum porrecta, & ad austrũ obuersa. [Platæis) Bœotiæ vrbs fuit Platææ, apud quã Mardonius Satrapes Xerxis regis, & gener, natione Medus, & manu fortis, & consilijs plenus, a Pausania, & Aristide Lacedæmoniorũ ducib. cum 300. millib. peditũ, & 20 millib. equum, supatus cum paucis aufugit. [Thermopylis,) Ad exitũ Oetæ montis Thermopylæ sunt, & ad erũpentem Peneũ, de qbus cũ alij, tũ Herodotus multa, illic Oetæ cacumẽ attollitur, & in rupes acutas, ꝓruptas, præcipitesq. finitur, paruumq. & angustũ viatoribus, à litore Locyos petẽtibus, & e a Thessalia venientibus derelinqt transitũ, pylas. i. portas & angustias uocatũ, atq; Thermopylas, qm̃ ꝓpe sunt thermæ hoc est aquæ calidæ, Herculi cõsecratæ, has angustias Leonidas Spartanorũ rex, cũ 4. millib. armatorũ occupauit, ut Xerxi, q decies centena milia militũ ducebat transitũ negaret. Quatuor dieb. contra tot hostium copias pugnatum à paucis est, cumq. a 20. millib. hostium summũ montis cacumẽ teneri Leonidæ nũciatũ esset, socios dimisit. Soli Lacedæmonij remãsere, fuere aũt oinu sexcenti, ij castra 500. millium cũ rege suo irruperunt, p̃liũ à principio noctis in maiorẽ diei partẽ ꝑtraxerunt, & oẽs tandẽ, cũ multas cædes edidissent, non victi, sed vincendo fatigati inter ingentes stratorũ hostium cateruas occiderunt. [Leuctris) Leuctra in Bœotia sunt vicina Platæis, & Thespijs, hoc in loco ingẽti prœlio supata sunt ab Epaminõda Thebanorũ duce Lacedæmonij, & nõ solũ Thebæ ab interitu retractæ, sed vniuersa Græcia in libertatẽ vẽdicata est, ipsi aũt Lacedæmoni Græciæ principatũ quẽ adepti fuerãt, amiserũt, & recupare postea nunq̃ potuerũt. [Stratocle:) Amissa classe & exercitu Athenienses, atq; à Lacedæmonij obsessi, cũ longã famẽ tolerare nõ possent, pacẽ petierũt, q̇ sub certis ꝯdõnibus data est, ijdẽ 30. rectores reip. suæ cõstituerunt, q tyranni facti sunt, cũ ijs cõmissum est p̃lium, & deserti, suis fugiẽtibus, oẽs à Stratocle sunt capti, sed nõ multo post suis redeuntibus oẽs liberati. [Hinc Decij,) Pr̃, & filius, q ꝓ victoria & salute exercitus se deuouerũt. pr̃ consul cũ T. Manlio Torquato bello Latino. Filius Q. Fabij collega bello Gallico, auct. Liu. lib. 8. & 10. ab V. C. illic deuotionis ritũ, & verba inuenies. [Hinc Cn. & P. Scipiones,) Secũdo bello Pun. Cn. & P. Scipiones

fratres in Hispaniã missi Asdrubalẽ vicerũt, & Hispaniam suã fecerũt, multa & pclãra cõtra Carthaginẽses facinora gesserũt. Sed tristẽ tandẽ exitũ tulerunt à Magone Carthaginensiũ duce, cum toris ꝑpe exercitibus cæsi, anno 8. postq̃ in Hispaniã venerant. (Hinc M. Marcellus) Hic ducẽ gallo℞ Briomatũ singulari certamine superauit, & Syracusas, expugnauit, q̃nque cõsulatus gessit, ꝑor Annibalis exercitũ ad Nolã, vbi obsidebatur facta eruptione ꝑlio fuit, primusq́. oium, tot cladibus fessis Romanis, meliorẽ spem belli dedit. insidijs tandem Annibalis circũuentus interijt. (Ipse P. R.) Quo nullus vnq̃ bellicosior, & toleratior laboris, gloriæq́. cupidior fuit. Declaratur aũt &c. Quantum Romanis rei bellicæ studiũ fuerit. in quo præcipue animi magnitudo ostẽditur, statuis dicis declarari, q̃ apud eos ferme oẽs habitu fuerũt militari: id etiam nunc studiosis antiquitatis licet cognoscere.

ASCEN. INtelligendũ est aũt &c. Postq̃ de duobus prioribus fontib[9] offõ℞ determinauit .s. de prudentia & iustitia, incipit auctor determinare de tertio fonte.s. fortitudine & magnanimitate. Est aũt ordo. Aũt, pro sed, intelligẽdũ est.i. scire & intelligere oportet, cum.s. ita sit, qđ sint quatuor gña causa℞, ex q̃bus honestas & offĩn manaret .i. efflueret & oriretur, sint ꝑposita in diuisione.s. honesti supra posita, illud sup. videri splẽdidissimũ, qđ sciñ fit aĩo magno & elato, q; , pro &, despiciẽte.i. vilipendẽte res humanas. Itaque.i. ẽt ideo in prõptu est.i. parabile est, & facile inuẽtu maxime sũn ꝑbris .i. vituperijs & exprobrationibus põt dici tale qđ, quale.s. seq̃tur qđ ex Ennio sumptũ est Vos iuuenes geritis aios muliebres.i. effœminatos, & molles. Illaq́. virgo .i. fœmella iuuenis gerit sup. aium viri, & ita vtrique puertũt offĩn. Et si qđ sup. est eiusmodi quale.i. est hoc Salmaci &c. Ordo est: Tu das spolia Salmaci .i. illi fonti eminenti in Caria sine sanguine & sudore, hoc est tu sinis te ab illo fonte q̃ viros in semiuiros vertit, vincit sine luctamine, & ita esset datiui casus sine cremẽto, nec obstat quãtitas syllabæ vltimæ, q̃a sępe corripitur ẽt in datiuo, vt apud Stat. in Ach. Palladi littoreæ celebrabat scyros honorẽ Forte die. Fœcundior tñ & approbatior est sñia, vt sit vocatiui casus hoc ordine, O Salmacis ò tu mollis vt Salmacis nympha, tu das spolia i. sinis te spoliari sine sanguine, & sudore .i. sine reluctamine. Cõtra.i. & cõtra.i. ecõtrario sicut molles & muliebres rephẽdimus ita nos laudam[9] quasi pleno ore.i. sine fortitudine de rephẽsione formare verba nescio quo.i. qualiter sup. id contingat ea q̃ sunt gesta magno, & elato aio fortiter & excellẽter, hinc.i. ex hac re, & cãpus.i. ampla & capax materia rheto℞ .i. eo℞ q̃ declamationes ꝑpoñt. De Marathone cãpo.s. in quo Atheniẽses contra Xerxẽ fortiter pugnarũt, de Salamina insula .s. in qua ijdẽ eundẽ vicerũt. De Platæis oppido Bœotiæ vbi Pausanias & Aristides vicerũt eundẽ Xerxẽ rege Persa℞. De Thermopylis loco in angustijs Thessaliæ, vbi Lacedæmonij à Persis occisi sunt. De Leuctris oppido Bœotiæ, vbi Epaminõdas Thebanus Lacedæmonios vicit. De Stratocle illo Athenã℞ duce fortiter pugnare solito. Hic, ex hac re, q̃a magnanimi laudari cõsueuerũt, Decij sup. excellũt magnitudine ai, q̃a duo Decij pr̃ & filius diuersis ꝑlijs, & tpibus ꝑ salute exercitus & ꝑ pñs totius reip. Romano℞ se deuouerũt .i. cũ voto addixerũt morti. Hinc Co. & P. Scipiones quo℞ alter Carthaginẽ tributariã fecit, alter deleuit sup. excellũt &c. Hinc M. Marcellus, q̃ tertia opima spolia Ioui Feretrio retulit. Hinc sup. innumerabiles alij & maxime ipse P. R. Aũt, pro sed, studium bellicæ gloriæ.i. vehemẽs ai applicatio declaratur i Romanis qđ .i. q̃a nos uidemus quã.i. ẽt statuas in publico, s. egregijs uiris erectas, fere.i. q̃si ornatu militari.i. quo milites ornari solẽt & debẽt.

DOCT. interpr. SAlmacida spolia) Metaphora à Salmaci fonte, de quo Oui. Met. 4 Reliquas historias require ex Iustino. (Leuctris,) Sabellicus legit, Leuctris, Stratoq́.. Nam Stratos vrbs est, de cuius gestis rebus Thucydides lib. 2. scr. Stratocles vero dux Atheniensis ad Chæroneam, de quo Aeschines κατὰ κτησιφῶντος. Cetera nomina sunt locorum insignium, non ducum.

ARGVMENTVM.

Fortitudinem si ab honestate recedat, nomen suum amittere.

SED ea animi elatio, quæ cernitur in periculis, & laboribus, si iustitia vacat, pugnatq́. non pro salute communi, sed ꝑ suis commodis, in vitio est. non enim modo id virtutis non est, sed potius immanitatis, omnem humanitatem repellentis. itaque probe definitur à Stoicis fortitudo, cum eam virtutẽ esse dicunt propugnantem pro æquitate. quocirca nemo, qui fortitudinis gloriam cõsecutus est, insidijs, & malitia laudem est adeptus. nihil .n. honestum esse potest, quod iustitia vacat. præclarum igitur Platonis illud: Non solũ, inquit, scientia, quę est remota à iustitia, calliditas potius, quàm sapientia, est appellanda; verum etiam animus paratus ad periculum, si sua cupiditate, non vtilitate cõi impellitur, audaciæ potius nomen habeat, quam fortitudinis. Itaque viros fortes, & magnanimos, eosdem bonos, & simplices, veritatis amicos, minimeq́. fallaces esse volumus. q̃ sunt ex media laude iustitiæ. Sed illud odiosum est, ꝙ in hac elatione, & magnitudine animi facillime pertinacia, & nimia cupiditas principatus innascitur. vt .n. apud Platonem est, oẽm morem Lacedæmoniorum inflãmatum est cupiditate vincendi: sic, vt quisque animi magnitudine maxime excellit, ita maxime vult princeps omnium esse, vel potius solus esse. difficile aũt est, cum ꝓstare omnibus concupieris, seruare æquitatem, q̃ est iustitiæ ꝓpria. ex quo fit, vt neque disceptatione vinci se, nec vllo publico, ac legitimo iure patiãtur. existũtq́. in rep. plerũque largitores, & factiosi, vt opes q̃maximas consequãtur, & sint ui potius superiores, q̃ iustitia pares. sed quo difficilius, hoc pclarius. nullum .n. est tps, quod iustitia vacare debeat fortes igitur, & magnanimi sunt habendi, non qui faciunt, sed qui propulsant iniuriam. vera aũt, & sapiens animi magnitudo honestum illud, qđ maxime natura sequitur, in factis positum, non in gloria iudicat, principemq́. se esse mauult, q̃ videri. etenim qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis viris nõ est hñdus. Facillime aũt ad res iniustas ipellit, vt q̃sq; est altissimo aĩo, & gloriæ cupido. q̃ locus est sane lubricus, qđ vix inuenitur, qui laboribus susceptis, periculisq́. additis, nõ quasi mercedẽ rerũ gestarũ desideret gloriam.

PETR. MARS. SED ea animi elatio,) Posita fortitudinis cõmendatione, ponit eam animi elationem, quæ in vitio est, nec põt dici vera fortitudo, sed q̃ca audacia & immanitas. Vñ opus est fortem hr̃e alias virtutes. (Animi elatio,) Magnanimitas in periculis subeũdis & laboribus. (Si vacat,) Si est sine iustitia. (Nõ ꝑ cõi salute,) Ad vtilitatẽ reip. sed ꝑ priuatis vtilitatibus, vt fecit Cæs. cui adimit fortitudinis laudẽ, q̃m nõ ad cõem utilitatẽ, sed ad suã fuit fortis & magnanimus. (In vitio est.) Nõ meretur laudẽ veræ fortitudinis, sed vitio ascribitur nõ virtuti, q̃m est contra iustitiã. Fortitudo, inq̃t Amb. est velut excelsior ceteris, sed nunq̃ incomitata virtus. (Non.n.) Probat id, qđ dixit. (Id) Pugnare ꝑ suis cõmodis, vt fecerat Cæs. (Non est virtutis) Nõ pertinet ad virtutẽ. (Immanitatis,) Feritatis & sæuitię. Nã ruit in vetitũ aius elatus, si nõ habet alias virtutes, & maxime iustitiã, & ut ostẽdat vel℞ id esse qđ dixit, affert diffõnem Stoicorum de ipsa fortitudine. ipsa .n. diffõ declarat quę illis verbo subijciatur. Ideo Arist. vt dictum est 1. Moral. dicit enitendum est aũt singula ꝑtractare, vt suapte natura percipi possint, & adhibenda est diligẽtia vt bene diffiniantur: nam magnam ad ea q̃ sequuntur afferunt opem. principium .n. plusq̃ dimidium totius esse vr̃, & eorum quæ quęruntur per ipsum fieri manifesta (Repellentis.) Reijcientis & ab omni humanitate alienę. (Itaque) Igitur cum ita sit ut animi elatio, quæ pro suis cõmodis pugnat, sit potius immanitas quã virtus. (Probe) Recte & bene. (Definitur) Præscribitur & declaratur, qđ sit proprie fortitudo, sic ẽt ab alijs philosophantibus diffinitur. (Fortitudo,) Est conseruatio stabilis iudicij in his rebus, q̃ formidulosæ vĩr subeundis & repellẽdis, & fortitudo est re℞ ꝑferenda℞ scientia, vel affectio animi in patiendo, summæ legi parens sine timore. Stoici dicebãt fortitudinẽ esse virtutẽ pugnantẽ ꝑ æquitate. Vñ nemo dicendus est fortis, q̃ malitia & insidijs gloriã adeptus vr̃. Nec põt dici fortis qui iniuste vincit, cum ipsa

forti

fortitudo pugnet ꝓ iustitia,sine qua nihil potest esse honestū , &
probat Cic.sententiam suam auctoritate Plato.q scripsit in epi-
taphio aium paratum ad pericula potius pro sua vtilitate , quam
cōi,audacē esse appellandū & non fortem.&sic innuitur ipsa ea-
uperatio,de qua dictū est.Qm̄ nulla est virtus quæ non babeat æ-
mulam & falsam sui imaginē,vt auctor est Plato in dialogo,q in
scribitur Gorgias .Audacia.n.est falsa imago fortitudinis,nā au-
dax vr̄ fortis,sed non est,& adulatores vīr oratores , cū conātur
ꝑsuadere.& sic in oībus artibus & virtutibus,q̄ sunt mediocrita-
tes inter plus & minus.vnde dicit Seneca,Eris magnanimus,si pe
ricula nō appetas vt temerarius,nec formides vt timidus. Nā ni
hil timidū facit aium,nisi reprehensibilis vitæ cōscientia.Mēsura
ergo magnanimitas est,nec timidū esse nec audacē. Arist. in ter-
tio Moraliū,potiit quinq; gn̄a hoium,qui vīr esse fortes,cū non
sint,sed hn̄t quandā falsam fortitudinis imaginē . Vere .n. fortis
spōte subit pericula,&certo cōsilio ꝑꝑ ipsam.s.honestatē pugnat
pro salute cōi . Hi,q aut metu reprehensionis , aut verberibus ,
aut voce incitati,aut ira,aut ignoratione periculorum ducti pu-
gnant,fortes noti sunt. Lege Arist. q de his rebus agit diffusius .
[Igitur)Cum talis debeat esse fortis,& talis sit fortitudinis diffi
nitio.[Præclarū illud)Sententia illa,illustris & laude digna. [Cal
liditas)Versutia. [Animus) Fortis & elatus q pericula nō curat,
omniaq. spernit.[Paratus ad periculum) q facile contēnit peri-
cula & mortē.[Audaciæ)Qm̄ audax est simulator.[Fortitudinis)
Non fortis,vt dictum est . Fortitudo sine iustitia,iniqtatis mate-
ria est,inqt Ambrosius,quo .n. validior est, eo erit promptior vt
inferiorem opprimat.[Sua cupiditate) Sui cōmodi causa. Verba
Platonis in epitaphio hæc sunt , oportet vos verborum nostroꝝ
memores siquid aliud exerceretis cum virtute exercere , scientes
absq; virtute actus oēs possessionesq. turpes esse ac malas , diui-
tiæ nanq; splendorē afferunt nullū ,eas cū ignauia possidenti, ne
que.n.sibi hic sed alteri parat,possiderq. diuitias,neq. forma cor
poris atque robur timido ac paruo,cum insunt,decorem p̄stant,
præterea scientia quęuis remota iustitia,aliaq. virtute,non sapiē
tia sed calliditas esse vr̄,quapp omni studio,diligentiaq. conten-
dit,vt nos & maiores nostros virtutis gloria superetis.Itaque cō
cludit viros fortes & magnanimos debere esse bonos & simpli-
cis veritatis amicos,quod esse non potest,nisi quis sit iustus , qm̄
à iustitia vt dictum est boni viri nominantur . [Simplicis) Putæ
non fallacis,sed sine aliqua simulatione . [Quæ) Vt aliquis sim-
plex minime fallax &bonus,ob hæc aliqui iustitiæ laudē merenē
quia boni sunt & veri.Iustus.n.nunq̄ mentitur, nunq̄ decipit, q̄
si vir fortis non habet,fortitudinis nomen & laudem non mere
tur.quæ vt diffinitur à Stoicis pugnat pro æquitate . [Sed illud
odiosum)Queritur Cic.quod in forti animo, & magno facilli-
me innascatur q̄dā ꝑtinacia & cupiditas ,vt velit esse primus , vt
de Cęsare dici poterat. cuius eminens aius nunq̄ quieuit,donec
ad summum gradum cum alioꝝ iniuria ascendit. Vnde fortis ap-
pellandus non est,qm̄ iustitia vacabat. [Odiosum) Molestum &
ægre ferendū.[Pertinacia)Est conatus animi ad rem,quā inte as
sequi nō debemus.Varro ait, In quo nō debet pertendi, & pertē
dit,pertinacia est.Fortis igitur aius & magnus sine iustitia pertē
dit adea q̄ non debet,cupitq. illicita.Plat.vt repetit Plut. in vita
Coriolani,sociā fortitudinis ꝑtinaciā appellabat.[Principatus)
Vt primō locū in ciuitate obtineat,& ꝓbat hoc auctoritate Pla-
to.qui scripsit oē institutum Lacedæmoniorum esse vt ipsi vince-
rent,sic illi qui magnitudine animi excellunt, volunt esse princi
pes,nisi à iustitia contineantur . Plato in eo dialogo qui Laches
de fortitudine inscribitur sic ait, Lacedęmonijs nil aliud curę est
in oi vita quam ita se in omnibus præparare,vt bello ceteros oēs
superent. Nā Lacedæmonij fortissimi fuerūt,dum Lycurgi leges
viguere, de quibus Cic. ait in secunda disputatione Tusculana.
Leges Lycurgi laboribus erudiunt iuuentutē venando,currēdo,
esuriendo,sitiendo,algendo,æstuando . Spartæ vero pueri ad arā
(& intellige tu lector ad aram Dianæ,ut auct.est Plut.) sic verbe
ribus accipiuntur,vt multis è visceribus sanguis exeat , nōnunq̄
ēt sic,vt cum ibi essem audiebam, ad vocem quoꝝ non modo ne
mo non exclamauit vnq̄, sed ne ingemuit quidē . & paullo post
dicit,Itaque illi qui Græciæ formam rerumpub.dederunt, corpo
ra iuuenu formari labore voluerunt,qđ Spartiatæ ēt in fœminas
transtulerunt,q̄ ceteris in vrbibus mollissimo cultu parietū vm-
bris occultantur,illi aūt voluerunt nihil horum simile esse apud
lacænas virgines,qbus magis palæstra,sol,puluis,labor, militia i
studio est quā fertilitas barbara. Lacedęmonij suos infantes fri-
gida fouebāt aqua,vt essent robustiores,& Lacenæ mulieres eun
tibus filijs ad bellū , porrigebant clypeū dicentes,aut cū hoc aut
sup hunc.i.aut redi victor cū hoc clypeo, aut sup hunc mortuus
referaris & quædam mulier cum audiuisset filium in pugna cecī
disse,dixit, Idcirco eū genueram,vt esset is qui pro patria non du
bitaret occūbere.Lacedæmonij,inquit,& Sen. Liberoꝝ expertū-
tur indolē verberibus admotis , ipsi illos patres adhortantur, ut
ictus flagelloꝝ fortiter ꝑferant,& laceros ac semianimes rogant
ꝑseuerāter vulnera p̄bere vulneribus, huius diflagellationis, sic
.n. appellat Plut.in Apophtheg.meminit Papin.in Theb.dicens,
Laudataq. verbera matri.[Oēm morem)Disciplinam,educatio
nis consuetudinem.& institutū in exercendis iuuenibus.[Inflā-
matum)Accensum ad cupiditatē victoriæ,qm̄ illa educatio in la-
boribus,docebat ipsos vincere,&pati fortiter oia q̄ accidere pn̄t.
[Difficile aūt est) Ostendit ꝙ malum oritur ex nimio appetitu
principatus,deseritur .n. iustitia,sine qua boni viri esse non pn̄t .
[Æquitatem)Æquo,pari iure uiuere cum alijs,& nemini infer-
re iniuriam,vt vult ipsa iustitia. [Concupiueris)Optaueris con-
tra rōnem. Vnde concupiscentia,quæ est de his q̄ sunt contra æq
tatem & rōnem.[Præstare alijs)Antecellere & velle primum lo-
cum hre,& primas partes in ciuitate,non seruatur æquitas,q̄ ꝓ-
pria est ipsius iustitiæ. [Ex quo) ꝑꝑ hoc quia volunt alijs p̄stare,
& principes esse inter suos ciues,nec verentur facere culpā iniu
riam,& ēt patriæ.[Vinci se) Ab illis.s.intercedentibus & contra
sentientibus.[Disceptatione)Verbis & rōnibus . [Publico) Pu-
blice instituto per ciues,& sic intelligitur ius non scriptum , qđ
vsus comprobauit. Nam diuturni mores, vt inquit Iustitia con-
sensu gentium comprobati legem imitantur,hoc ius manauit à
Lacedæmonijs,qm̄ Lacedæmonij atque Cretēses,vt auct.est Ios.
lib.2.de antiquitate Iud. non verbis , sed re atque consuetudine
suos instituebant,Athenienses aūt & ceteri pene Græci oēs,quæ
facienda essent,vel non,legibus iubebant, re aūt atque opera ad
consuetudinē bene viuendi rem ducere hoies neglexerunt.[Le-
gitimo)Quod est scriptū & mandatum legibus.Nam ius scriptū
vt dixi est lex,plebiscita,senatusconsulta,principum placita,ma-
gistratuum edicta,& rn̄sa prudentū. Et hoc ius manauit ab Athe
niensibus.Illi,inqt Cic. q talia concupiscunt , nō vinciuntur pu-
blicis moribus ciuitatis aut legibus,sed oia ad libidinē faciūt, vt
alijs p̄stent,quemadmodū fecit Cæs q oia iura diuina & humana
violauit,vt solus esset q alijs imperaret. Vn̄ ab ęquitate discessit,
quo nil ab optimo ciue debet esse alienius. Cæsar ēt anteqū reꝝ
potitus esset,leges violabat,& publicos mores & instituta Rom.
erat.n.lex & cōe institutum, vt triumphum petiturus esset extra
mœnia, & ꝙ quis consulatum petere non posset nisi p̄ns comi-
tijs interesset,Cæsar triumpho acto de Gallis qm̄ dies comitioꝝ
instabat vt vtrunque assequeretur petijt ut sibi absenti petere cō
sulatum liceret,& quod sui absentis ratio in comitijs hretur,qđ
erat contra publicum ius & legitimum,sed cum negaretur,triū-
phum omisit,ne consulatu excluderetur. In ipso ēt cōsulatu mul
ta populo gratificatus est , q̄ erant cōtra publicos mores vrbis &
leges.[Existunt) Præter ea quæ dicta sunt emergunt in ipsa rep.
factiosi & largitores,quoꝝ oē studium est, ut fauore populi supe
riores sint , vt fecit Cæs. qui ēt campum Stellatem vectigalem &
maioribus consecratum diuisit, qbus uoluit,&multis varijsq. lar
gitionibus vsus est,vt ad id quod cupiebat,aliqō ꝑueniret.[Lar-
gitores) Largitio est in malam partem ad captādos fauores,cor-
rumpendaq. suffragia,qua Cæs. sine aliqua supputatione pecu-
niaꝝ usus est.[Factiosi) Factio est diuisio ciuiū in diuersa studia .
cum aliqui in ciuitate principes fieri conantur,inter quos æmu-
latio est,qui & factiosi dn̄r,cum quisque per fas & nefas ad suam
voluntatem alios allicit,& clientelas sibi comparat. Hæc omnia
à magno aio procedunt,sed à iustitia alieno. Vnde cauendum est
ne ab illa discedatur,quod ferinū est atque immane.Scipio apud
Cic.in 3.de rep. consensum incultorum ciuiū appellat factionē .
Factio,ait Non. est malorum hominum cōsensus. [Vt opes quā
maximas)Summam potentiam & principatum . [Vi) Violentia
& cum iniuria aliorum potius, quam æquo & bono iure viuere
cum ciuibus . [Sed quo difficilius) Occurrit tacitæ obiectioni .
potuisset.n.dici,difficile est cohibere impetū ai elati & magna ap-
petentis , qui paratus est magis ad opes ꝯn̄das & principatum ,
quam ad æquitatem atque iustitiam. Ideo dicit ꝑꝑ hoc esse præ-
clarum viro forti seruare æquitatem,qm̄ est difficile , circa quod
ipsa virtus versatur. Socr. apud Plat. in dialogo qui inscribitur
Gorgias dicit,Quare feliciores certe sunt priuati pricipibus,nec
tn̄ prohibet aliquid,bonum virum principem esse , sed cū arduū
atque difficile sit in magna peccandi licentia seipm̄ cōtinere, ma
gna laude dignum est,pauci tn̄ inueniūtur. & in 1. de Leg.sic ait,
Primam & optimam dico esse victoriam,vt seipsum quis vincat
Turpissimū vero qddam & pessimum,vt à seipso vincatur . [Sed
quo)Quāto est difficilius seruare æqtatem & esse fortē, ipsamq.

fortitudinem adeptom esse. [Hoc) .i. tanto est præclarior ipsam virtutem attigisse, tandem elato aio ad iniustitiam impellente, qm virtus versatur circa difficilia, cuius radices amaræ sunt, fructus aút suauissimi, & habere habitum virtutis difficillimum est, & potissimum veræ fortitudinis, qm elatus aius vix pôt iniuria abstinere. Et Ouid. dicit virtutem tendere in ardua, & circa difficilia versari. Vñ domus virtutis fingitur in loco arduo & accessu difficili, sed quo fortunæ aspirare non liceat, cum.n. eo ventú fueris, securi erimus, & fortunæ gladios temeritatemq́. ridere poterimus, ad oia quæcunque acciderint parati. Hesiod. dicit: Quam facile innumeras vitiorum amplectimur artes, Haud pcul illa habitant, breuis est via, qua sic eundum. Est via virtutis contraria, sudor anhelus, Hanc sequitur, q se scopulosis ardua cliuis In longum prorúpit iter, riget aspera primo Ingressu, leuis est postq̃ alta cacumina tanges. Enitendum est igitur, vt virtutem assequamor, qua nil pstantios nilq́. optabilius hoi esse pôt, illa.n. similes deo oos reddit, & ad illam cœlestẽ patriam reducit, q̃ hoim finis vltimus est. Inter bonos viros, inqt Sen. ad deú amicitia est conciliante virtute. Vt igitur finem nřm consequamur, virtutes colendæ sunt. & sic viuendum, vt de pterita vita gloriari possimus, & tandẽ in deo quiescere, qd' optimo cuique contingit. Et ait Cic. Nullum esse tps qd' iustitia vacare debeat. i. nollam esse tpis conditionem & nullam partem officij, qua qs debeat à iustitia discedere, eiusq́. præscripto ẽt si oia optata consequi posset, quq tñ ab æquitate seiuncta sint, qm nihil est vtile, quod non est iustu. (Fortes igitur) Concludit docens, q sint pprie appellãdi fortes & magnanimi. [Sed ppulsant) Neque in ierẽda sed ppulsanda iniuria lex virtutis est, q .n. nõ repellit a socio iniuriam si pôt, tam est in vitio, quam ille qui infert. Non igitur in viribus corporis, inqt Ambr. & lacertis tñmodo fortitudinis gloria est, sed magis in virtute animi. Cauere magis debes, inqt Plat. ne lædas quam ne lædaris, oẽs .n. studere debent non vt boni videantur, sed vt palã & in occulto boni sint. [Vera aút) Nunc dicit qd sit proprium ipsius magnanimi prudentis. (Et sapiens) Prudens q cognoscit qd optimum sit, & est cum virtute, qm aliter diceretur q̇dam supbia & immanitas. [Illud honestum) Virtutis laudẽ. [Seqtur natura) Qm vt supradictum est, natura abhorret a turpitudine, & honestú sequitur & appetit, deditq́. semina & igniculos, quibus ad illud pueniri posset. Maiore igitur aio fructos honestatis reponitur in factis quã in gloria, aot fama popolari debemus honesta facere, non pp hoc vt laudemur, sed qa honestum est ita facere. Laus & gloria sequuntur ẽt si non apperantur. Nunc de magnanimitate dicendum est. locus .n. exposcit, vt hæc oia melius intelligãtur, & plana sint oibus. Magnanimitas uersatur circa magnos honores, ut ipsum nomen declarat. Magnanimus est is qui se putat dignum magnis honoribus cum sit studiosus, qa hoc conuenit ei rõne virtutis, cui non pñt satis digna pmia dari, q̃ maxima meretur, qui p dignitate id non facit, stolidos est, & data vna virtute moꝝ, datur prudentia, q̃ exterminat oẽm stolidicatem. Qoi paruam habet pfectionem paruaq́. meretur, & his dignom se putat, modestus est, at non magnanimus. Ille aút q est indignus, & magnis honoribus se dignum putat, exuperat, & est in vitio. exuperat aút seipsum, at nõ magnanimum, dicituŕq. græce χαῦνος, inhians & vastus latine. Pusillanimus aút deficit, qm cum habeat virtutes, non existimat se magnis honoribus dignum, & est deterior illo qui exuperat, quãuis in ipso sit virtus, & magnanimos, est vir optimus qa est optimis dignus, vt sunt honores, q deo tribuuntur. Melior maiora semp meretur, & optimus maxima. Ergo vir magnanimus ex pmio honos cognoscitur, quia oia paruipendit. Nam & nihil magnum vř, & habet supremum cuiusq; virtutis. Ideo difficile est esse magnanimum, quia difficile est asseq virtutes pp insitam voluptatem, & nullo modo fugit aliqoo timore ductus, nec facit iniuriam, nec timet infamiam iniuria l la tam conscius suæ bonitatis, & non dolet cum nõ honoratur, nec multa aggreditur, cui nihil magnum vř. honor est præmium virtutis, & bonis oibus tribuitur, vt sunt magnanimi, & ipsa magnitudo animi est tanq̃ ornamentum oium virtutum: nam ipsas efficit maiores. Magnanimus.n. ornat virtutes, pusillanimus autẽ imminuit, qui putat se indignum, cum habeat virtutes. Et magnanimus honoribus, qui magni sunt, & à studiosis hominibus offeruntur modeste lætatur, tanquam adeptus honores virtuti suæ accõmodatos vel minores, nam cumulatæ virtuti nullus honor satis dignus hři pôt, sed honores ab imperita multitudine oblatos spernit, cú illis dignus non sit, sed maioribus. imperiti.n. non iudicant, nec id faciunt rõne virtutis, & cú magnanimos in periculo versatur, vitæ non parcit suæ, & putat non esse viuendú, nisi cum gloria & decoro. Magnanimitati pusillanimitas opponitur magis quã inhiatio ad oẽs honores, quia plures sunt pusillanimi, & illud est maius malum, quod est magis cõe. est ẽt talis ipse magnanimus, inquit Arist. vt magis res pulchras & sine fructu, qoã vtiles possideat. Nam res sine fructu ostendit possessorẽ esse opulentú, & indicat quandã sufficientiam. magnanimi ẽt est inter magnos magnum se ostendere, inter humiles aút & infimæ fortunæ hoies mediocrem & affabilẽ. Tales.n. superare, magnanimo, q circa magna versari debet, indecoꝝ est, vñ vituperantur illi, q cum sint inter imperitã multitudinẽ, philosophantur, & docti volunt videri, inter doctos aút obmutescunt. Et magnanimi est aut amare, aut odisse palã, & ueritatẽ dicere, & loqui palã, & agere. Ipse.n. magnanimus contẽptor esse vř, & vera loquitur pp virtutem quam habet, quæ veritas est, & ipse nunq̃ faceret cõtra suam naturam. Nec nõ ipsius magnanimi incessus debet esse tardus, & vox grauis, & composite loq, non.n. properat is qois nihil existimat magnum, talis est ipse magnanimus. [Nõ in gloria) .i. non putat esse honestú qa laudetur ab imperita multitudine, & qa gloriosum videatur laudari ab alijs, sed q a naturaliter est honestum dum fit. plores sunt, qoi potius volunt videri boni & nõ esse, quam esse & non videri. Vir aút magnanimus & factis honestatem cupit, non ex opinione hoim & laudatione populari. [In factis) In rebus q̃ fiunt cú virtute, quã amamus & expetimus pp se, non pp gloriam & hoium existimationem. [Principẽ) Primũ .i. vult potius laudanda facere, & non laudari, quam factoꝝ (quãuis mereatur) laudationes accipere. nã in factis nõ in gloria putat esse illud honestum, ad qd' natura impellimur. Plato in 2. de rep. dicit, Non ut uideatur iustus, generosus vir iustitiam colit, si.n. quia iustus uideatur honores quispiam adipiscitur, incertum sit verum pp virtutem, iustitiam sequatur, an pp honores. Vnde dicit Plin. Gloria sequi, non appeti debet, & probat hoc Cic. dicens, Nã qui laudari vult ab imperita multitudine, nõ est hñdus magnanimus, & sapientem ex insipientium laude pendere turpissimum est. & magnanimus oia facit honestatis causa, non famæ, aut gloriæ, quã q appetunt ad res iniustas aliqñ impellũtur, & pauci sunt q gloriam tanq̃ mercedẽ reꝝ gestaꝝ non quærant, & ideo pauci sunt vere magnanimi. [Principem) Primum virtute & omni laude dignum, quam ita haberi æstimatione vulgi, qd' probat à contrario dicens, Etenim qui curat opinionem hominum, non ipsam virtutem, non est magnus. quod illud est naturæ magni viri contrarium, qui nihil curat præter veritatem & virtutem. [Pendet) Arbitratur verã gloriã virtutis consistere in opinione imperitorum hoium, q iudicare non possunt, & errore ducuntur. Vnde magnanimus spernit laudationem imperitæ multitudinis, & totus ex seipso pendet. i. in seipso ponit omnia & uirtute, quam hẽt. [In magnis viris) In numero magnoꝝ virorum, [Vt qiq;) Quãto qsque. [Altissimo aio) Forti & cupido gloriæ, quod ad magnanimum pertinet, q circa magnos honores versatur. [Qui locus est lubricus) Cum qs est altissimo aio & gloriæ cupido, hic inq̃ locus est lubricus, qm in ipso pauci consistunt vt oportet, sed labuntur, nec seruant id quod magnanimum decet, q gloriam spernit & famam vulgi, & æstimationem contentus benefecisse. Lubricus locus est in quo non possumus consistere aut ingredi, vt sunt herbæ sanguine perfusæ, marmora læuia, & lapides humore aliquo conspersi. Adolescentia etiam dř lubrica, qm q in ipsa sunt facile labuntur. & fiunt deteriores ipso magnanimo. oia, inqt Plato. lib. 6. de rep. magna lubrica sunt, & bona re ipsa difficilia. Cú tibi alludit vitæ psperitatis, inqt Sen. tunc te velox in lubrico retinebis, ac sistes, nec tibi dabis impetus liberos, sed circúspicies quo eundum sit, vel quousque. [Aditis) q pericula adiuit, vt decet magnanimum, & q passus labores est, & oia ille, quæ vir fortis & magnus præstare patiq́. debet. [Mercedem) Qm honor vt dicebam præmium est ipsius magnanimi. [Gloriã) Laudem ex opinione populi. pauci sunt q nunc gloriã spernãt, qm vř esse merces rerum gestarum, unde dicit idem Cic. in oratione pro A. Licinio, Trahimur omnes laudis studio, & optimus qsq; maxime gloria ducitur. ipsi illi philosophi etiam in illis libellis quos de contẽnenda gloria scribunt, nomen suú inscribunt, in eo ipso in quo pdicationem nobilitatemq́. despiciũs prædicari de se ac nominari volunt. Nulla.n. nanqt virtus aliã mercedem laborum periculorumq́. desiderat, præter hanc laudis & gloriæ, qua qdem detracta iudices, qd est quod in tam exiguo vitæ curriculo, & tam breui tantis nos in laboribus exerceamur?

SEd ea ai &c.) Laudari q̃ magno aio gesta sunt inqt solere. Et multa eiusmodi tum Græcorum, tum Latinorum commemorauit. Sed ne qs fortasse decipiatur, non oia quæ fortiter geruntur laudẽ mereri dicit. Et q absqoe rõne pericula, & res arduas aggrediuntur, & contra iustitiam, non pro cõmuni vtilitate,

FRAN. MAT.

litate,sed pro cõmodis proprijs pugnant,fortitudinis nomé me-
ceri noo posse. Multi aũt sunt qui eum reuera nõ sint, fortes vĩr,
vt qui per iram ceu hostiæ in percussores feruntur,vt qui per do
lorem pericula adeunt.Qui.o.per hæc agunt pugnaces sunt non
fortes,non.o.pro decoro,neque cum rõne, sed perturbatione aĩ
agunt aliquid,tñ hñt similes fortibus.Nec ẽt qui pp fiduciam sui
audent,fortes suot.Nam consuetudine vincendi fiduciam in pe-
riculis susceperũt. In quo tñ fortibus similes sunt,quod vtrique
pericula contemnunt.Sed in hoc differuot quod fortes qñ opor-
tet,vt oportet,& in quibus,quantumq́. oportet, illi vero q̃ supe
riores se fore sperant,nec sibi resisti posse.[Sed ebrij quoque tale
aliquid faciunt,cũ vero adsunt pericula fugiunt. Viri aũt fortis
est(vt ante diximur) quæ hoibus terribilia vñr,& sunt,ea subire,
q̃a decoꝝ sit ita facere,& turpe non facere.[Si iustitia vacat)Nõ
est fortis(vt ait Arist.)qui pro suis cõmodis,sed qui cõis vtilitatis
causa pericula aggreditur,& qui auri,aut domandi cupiditate ra
pitur,furenti similior est,quam forti,sic.n. & feræ vulneribus ac-
ceptis,aut impellente fama in pastores,canesq́. feruntur.Hinc il
lud est Poetæ: Sic animis iuuenum furor additus, Inde lupi,ceu
raptores atra in nebula, quos improba ventris Exegit cæcos ra
bies,catuliq́. relicti,Faucibus expectãt siccis.[Immanitatis)Hoc
est maxime turpitudinis,q̃ oino naturam excedit. Quid vero sit
immanitas,superius declaratum est. [Pro pugnantẽ ꝑ æquitate)
Stoicoꝝ diffiõne ostẽdit non esse fortem,qui pro suis cõmodis nõ
pro cõi vtilitate pericula,& res magnas, ac difficiles aggreditur.
Nam si fortitudo virtus est pro æqtate pugnans,& æqtas iustitię
coniuncta est,non põt,qui iustitia caret fortis esse.[Insidijs,& ma
litia &c.)Cõtra naturalẽ iustitiã est insidiari, aut malitia quenq̃
circũuenire,cũ aũt fortitudo esse non possit,si iustitia caret,non
esse fortem,qui insidijs,& malitia vtitur,manifeste apparet.[Præ
claꝝ &c.) Platonis vtitur auctoritate ad id comprobandum qd'
dixit.Plato.n.similitudine vtitur,vt quæ vera fortitudo sit,patefa
ciat: in lib.de rep. in quibus introducit disputantem Socratem,
inquit: Callida legum interpretatio non est iustitia, sed malitia
potius,sic q pericula ꝑ sua vtilitate nõ pro cõi subit, non est for
tis sed audax,q est i vitio,qm̃ discedit à medio,vbi sita est virtus.
Idem in Dial.q inscribitur Gorgias: Nulla,inq̃t, est virtus, q̇ æ-
mulam,& falsam non habeat sui imaginem. Nã audax fortis vĩ,
& non est,& adulator vĩ orator,a quo plurimum abest.Sed dicet
quispiam ergo pro cõmodis proprijs pugnare non licet, vt ꝑ sa-
lute, ꝑ re familiari contra fures,aut p̃dones defendenda,licet q̃-
dem,& recte sit.Sed hoc intelligitur si nulla honesta subsit causa,
& contra iustitiam non fiat, nam cũ vis ui repellitur contra iusti
tiam non fit.Item ad res bellicas refertur, q̇ nõ pro cõmodis ꝑ-
prijs,sed ꝑ cõi vtilitate suscipi debent. [Itaque)Concludit Cic.
& qui vere fortes intelligendi sint,ostendit.[Ea media laude iu-
stitia)Quia iustitiæ est non vti fraude q̇ vulpeculæ est,sed ui, quæ
est leonis. [Sed illud odiosum est) Vitium ostendit qd' in aioꝝ
elatione ac magnitudine plerunque existere solet, ut in appeti-
tione principatus pertinaces sint,& superiores oibus esse velint,
q uero hmõi sunt, ij (quemadmodũ superius dictum est) seruare
non pñt sanctam societatẽ.[Pertinacia)Vitiosa immotatio. Nã
cum in eo pertendimus,in quo pertendendũ non est,ptinaria vo
catur,auct. Var.qui aũt pertinax,is audax: q audax, arrogans: q
arrogans,supbus est.[Vt.n. apud Platonẽ est,&c.)Plato in Dial.
de Leg. oẽs, inq̃t, Lycurgi leges oẽm Lacedæmonioꝝ morẽ eo
spectare,vt vincerent.Cic.lib. 2. Tusc.quæst. Leges Lycurgi labo
ribus erudiunt iuuentutem,venando,currendo,esuriendo,sitien
do,algẽdo,æstuando, & apud Lacedæmonios quo q̃sque fortior
erat,eo dignior principatu iudicabatur,efficiebatur itaque ut cu
piditate vincẽdi oẽs inflãmarentur,sicut inq̃t Lacedæmonij, qd'
Plat.scr.oẽm mortem hñt inflãmarum cupiditate vincendi,sic vt
q̃sque &c. [Difficile aũt est,) Hoc ita esse,vt tradit, facile est co-
gnoscere. magnanimitas ꝓxima est fortitudini,non tñ idẽ. Nã
fortitudo mediocritas est in metuẽdo,& audendo, magnanimi-
tas vero circa magna versatur,qd' ea ipso noie apparet, est ergo
magnanimus,q magnis se dignũ putat,cũ sit dignus,nam si indi-
gnus esset,& se magis dignũ putaret,insipiens esset, nullus autẽ
virtute p̃ditus est insipiẽs,magnanimus talis est,nõ est igitur insi-
piens,q vero paruus est,& se paruifacit modestus est,sed nequaq̃
magnanimus. cũ in magnitudine magnanimitas cõsistat,q se ma
gnifacit eũ indignus sit tumẽs,q minoris quẽ mereatur, se existi
mat,pusillanimus vocatur, & est magnanimus magnitudine qdẽ
summus,eo aũt qd' oportet inter pusillanimũ, & tumenẽ me-
dius. oia aũt agit magnanimus rõne sua,ad quẽ,velut ad maxi-
mũ oium æternoꝝ bonũ operationes suas dirigit, maximũ vero
bonũ illud intelligitur, q̃ñ dijs tribuitur,&.i.honor oium reꝝ ꝑ-
clarissimaꝝ,& virtutis p̃mium.cũ itaque honoris gr̃a oia agat ma
gnanimus,difficile ei est æqtatẽ seruare. Nã dũ nimium honorẽ
affectat,oibus anteire studet,& sic ea sæpe agit, q̇ agẽda nõ sunt.
Quare magnanimũ bonũ oportet esse, & in vnaquaque uirtute
magnũ,& quẽadmodũ non cõuenit magnanimo cedere lacessen
ti,ita turpe illi est iniuriã facere. Denique nisi bonus sit magna-
nimus,& hoc iustus,(nam q bonus,idẽ iustus) oino ridiculus vi-
debitur,qm̃ honorẽ non meretur,q prauus est,cũ & bonis tribua
tur,& sit virtutis p̃mium.Arist.quoque difficile dixit esse vere ma
gnanimũ esse,cũ absque accumulata ꝓbitate non possit.[Aeqta
tẽ seruare)Vt nihil sine rõne faciat, ut suæ vtilitatis,aut honoris
gr̃a nemini noceat,& in oẽs,vt oportet, & decens est, æquus sit.
[Quæ est iustitiæ maxime propria.)Hoc veꝝ esse supius est ostẽ-
sum [Ex quo fit)Cũ sic se res habeat,vt difficile sit seruare æqta-
tẽ.[Disceptatione)Litigio.Disceptare.n.litigare est,quasi diuer-
sa cape. [Nec vllo publico) Aut naturæ,aut gentiũ. [Legitimo)
Qđ scriptũ est,& ciuile appellatur, vinci patiantur. Magnanimi
est(ut ait Aris.)neminẽ p̃cari,aut certe vix,obseq vero prõpte,&
erga hoies in dignitate ac diuitijs ꝯstitutos magnũ se gerere,er-
ga mediocres vero conuenientẽ. Nã illis qdem superiorem esse
arduũ est,ac gloriosum,ijs vero facile,& inter illos se amplũ ge-
rere non ingenerosum est, inter humiles vero graue &c. [Exi-
stunt &c.) Oĩs vere magnanimus bonus est,& tñ appetit hono-
ris,quantũ meretur,neq; vulgi opinionẽ seq̃tur,sed ad honestatẽ
semp respicit.Sed q magnanimi vere nõ sunt,eã excedũt, & plus
appetũt,quã oportet. Qui virtute non nitũtur,malis artibus ad
principatũ aspirãt. Largiuntur.n.& studia in se excitãt multitudi-
nis,vt ui nõ iustitia assequãtur qd' volũt. Tales fuerũt Cęs.Põp.
& añ illos Marius,Sylla,Catilina,Clodius,cõpluresq́. alij. [Lar
gitores,)q sine delectu dignis & indignis largiuntur.Cũ ciuitas in
diuersa studia ciuiũ diuisa est,aliq se principes,& primarios effice
re volũt. Inter quos æmulatio est,Factio vocatur,& Factiosi, qui
q̃maximã pñt ciuiũ multitudinẽ ad se trahere conãtur, q clientes
vocãtur,sibiq́. p fas, & nefas cõciliare. [Sed quo difficilius &c.)
Virtus semp circa difficiliora existit,vt ait Arist.quãto aũt diffici
lius est qd' cũ honestate fit,tãto p̃clarius iudicatur. [Fortes igi-
tur,&c.) Qm̃, inq̃t,nullũ tp̃s vacare iustitia debet, nõ sunt fortes
qui inferunt iniuriam,sed qui propulsant, & recte. Nam primũ
iustitiæ munus est,ut ne cui quis noceat,nisi lacessitur, hic uero,
q nõ lacessitus, sed proprie utilitatis causa nocet, contra iustitiã
facit,sine qua esse fortitudo nõ potest. [Propulsant)Vel alios de
fendendos,quos defendere debent,uel ẽt seipsos,si forte lacessiti
fuerũt. [Vera &c.) q vere fortis est,bonus sit, vt diximus necesse
est,q vero bonus,is sapiens,& nemo sapiẽs nisi bonus.Sapientes
aũt acutos circa res agẽdas esse oportet,nõ aũt dolosos,q bonus
est res veras videt,improbi iudiciũ pndet,atq; ægrotantiũ gestus
corrũpitur,ut.n.ægrotus, q̇ saluti cõtraria sunt pleruq; optat, sic
improbus,q̇ mala sunt,bona esse existimat, & cupiditatibus inse
ruit, fraudes, rapinasq́. meditatur, bonus p̃terea ꝯsria bñfactoꝝ
contẽtus, gloriã nõ admodũ q̃rit. At vero improbus oia laudis,
& gloriæ ꝯñdæ gr̃a facit. [Ex errore imperitæ multitudinis)Ex
opinione vulgi,q corrupta est,& q̄ mala sunt, bona esse iudicat:
atq; maxime rep̃hendẽdos maxime laudat.[Imperitæ)q̇ dijudica
re neq̃t,hoie aũt imperito nihil veiq; iniustius est,de eo q ea ore
pẽdet imperitæ multitudinis.Sic ait Sen.Illũ populi fauor atto-
nitũ, Fluctuq́. magis mobile vulgus aura tumidum tollit inani.
[Qui locus est sane lub.)Hoc est i quo multi facile labuntur & pec
cãt.Nã lubricus locus est i quo nequeas insistere,aut ingredi,q̇les
sunt herbę ꝓfusę sanguine,marmora, lapidesq́. humore cõspersi
terra glaciata,&c.hmõi.[Quod vix inuenitur,&c.) Ratio est cur
sit lubricus,qa difficile est quenq̃ inuenire q sola conscientia vir
tutis,& recte factoꝝ contentus sit. Nam ferme oẽs reꝝ a se ge-
starum mercedem gloriam desiderant. Et in Tusculanis ipse ait
Cicero: Honos alit artes,omnesq́. incendũtur ad studia,gloria.

Nulla est virtus absque iustitia.

Nihil est iniustius hoie imperito.

ASCEN.

SEd ea animi elatio,&c.)Docet moderamen esse seruandũ in
elatione.i.extollẽtia animi.Ordo est:Sed ea elatio,i.extollẽ
ria & erectio atq; exaltatio animi,q̄ cernitur in periculis &
laboribus si vacat.i.vacua est,& caret iustitia,q; ꝑ &,si sup. pugnat
nõ ꝑ cõi salute,sed pro suis cõmodis.i.singulari vtilitate aut cu
piditate gloriæ,est in vitio.i.vituperãda est.Enim,pro qa,id.i.talẽ
elationẽ animi hr̃e,non est nõ modo.i.non solum virtutis.i. non
solũ sit sine virtute,sed potius sup.est immanitatis repellẽtis.i.ab
ijcientis & amouẽtis à se oẽm humanitatẽ.Itaq; .i.& ideo fortitu
do diffinitur, ꝓbe.i.approbare vel approbabiliter à Stoicis,cũ .i.
qñ dñt eam esse virtutẽ pugnantẽ pro æqtate. Quocirca.i.quapp
nemo q cõsecutus est gloriã fortitudinis,est adeptus laudẽ.i. ve-
rã laudationẽ insidijs,& malitia.i.ꝑ insidias & malitiã.Enim,pro

quia,nihil quod vacat iustitia,pôt esse honestum. Igitur il.s.dcm Platonis quod sequitur est præclarũ.i.præcipue clarum qui supp. inquit, quod non solum scientia q̃ est remota à iustitia est appellanda potius calliditas quã sapientia,verũetiam aius ad periculũ si impellitur sua cupiditate non cõi vtilitate,habeat.i.hr̃e debeat potius nomen audaciæ.i.temeritatis eius,q assidue audet, quam fortitudinis.Itaque nos volumus viros fortes esse sup.magnanimos eosdem.i.& eos ẽt esse bonos.i.iustos amicos simplicis veritatis,& minime fallaces,q̃ i.cuiusmodi virtutes sunt ex media laude iustitiæ.Sed illud est odiosum.i.molestum,qđ pertinacia & nimia cupiditas principatus innascitur facillime in hac elatione & magnitudine animi.Enim,pro quia,vt.i.quemadmodum est.i.reperitur scriptum apud Plat.oẽm morẽ Lacedæmoniorũ esse inflãmatum cupiditate vincẽdi, sic ut quisque excellit maxime magnitudine animi,ita vult maxime esse princeps oium, vel potius esse solus.s.in dñio.Aũt,pro sed,difficile est cum concupiuerit,pstare oibus,seruare æquitatem,q̃ est maxime propria iustitiæ.Ex quo.i.ex qua cupiditate pstandi fit,vt neque patiantur.s.cupidi se vinci disceptatione.i.contentione verborũ, nec vllo iure publico ac legitimo.Et sup.tales existunt plerunque.i.vt plurimum largitores.i.largitiones captiosas facientes,& factiõsi.i. factiones plurimas concitantes,vt cõsequantur q̃maximas opes,& vt sint potius superiores,vi.i.p uiolentiam quã pares.i.æquales iustitia.i.p iustitiam.Sed quo.i.quãto difficilius est sup.hr̃e verã magnanimitatẽ,hoc.i.tãto pclarius est.Nullũ.n.tps est, qđ debeat uacare iustitia. Igr̃ illi sunt hñdi.i.reputandi fortes & magnanimi, non q faciunt.i.inferunt iniuriã,sed q propulsant. Aũt,pro sed,vera & sapiens magnitudo ai iudicat illud honestũ, qđ natura maxime sequitur esse positũ.i.constitutũ in factis,non in gloria, & mauult .i.magis vult esse principẽ p uirtutem.s. quam uideri p simulationem.Etenim quia certe hic q pendet.i.dependet errore multitudinis imperitæ,nõ est hñdus.i.reputandus in magnis viris.i.inter viros magnanimos. Aũt pro sed.i.sm quod quisque est animo altissimo.i.elatissimo,& sup.maxime cupido gloriæ,ita sup.impellitur facillime ad res iniustas. Qui locus.i. status est sane.i.valde lubricus, ita supp. quod vix inuenitur qui susceptis laboribus & periculis aditis.i.postquam suscepit labores & adijt pericula,nõ desideret gloriam quasi mercedem rerum gestarum.

Qui fortes dicendi sint & qui pul chrum.

DOCT. interp. QVocirca nemo,) Quocirca pro quaobrem,siue iccirco. Id annotaui,quod multi vitent hoc verbũ ceu parũ Latinum.Vitur hac voce & Iosetius aliquanto.[In hac elatione,& magnitudine animi) Elatio dicitur etiam in bonã partem.[Existuntq. in rep.) Existunt pro oriuntur, iam & an dixit. [Largitores,& factiosi,) Vt largitio in malum sonat,ita largitor, hoc sane loco. Et tũ largitur inusitata vox est. [Quod maxime natura sequitur) Sequi dr̃,qui expetit,assequi,qui obtinet.[Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet,) Hinc,& pendet ex hac re.Horat.dixit,De te pendentis,ẽt si nonnulli lib. hñt de te iure. [Hic in magnis viris non est habendus.) Pro,in numero magnorum,Græco more,nequis hoc reprehendat alibi lectum.

DOCT. interpr. SEd ea) Fortitudo iustitiæ propugnatrix est, ergo vbi à iustitia remoueris,furor est non virtus. [Sed illud odiosum) Cognatum fortitudini uitium ambitio. [Difficile autem &c.) Prouer, χαλεπὰ τὰ καλά.

ARGVMENTVM.

Vera magnanimitas duabus in rebus potissimum sita, in contemnendis tum prosperis,tum aduersis, & in arduis rebus gerendis.

OMNINO fortis aĩus, & magnus duabus rebus maxime cernitur: quarum in vna rerũ externarum despiciẽtia ponit, cũ persuasum sit nihil hoiem,nisi quod honestum,decorumq. sit,aut admirari, aut optare, aut expetere oportere, nulliq. neq; hoi,neq; pturbationi animi, nec fortunæ succũbere.altera est res,vt cũ ita sis affectus aio, vt supra dixi, res geras magnas illas quidẽ,& maxime vtiles,sed,vt vehemẽter arduas,plenasq. laborũ,& periculorũ,tum causa vitæ,tũ multarum rerũ,quæ ad vitã pertinẽt. harum rerum duarũ splendor oĩs,& amplitudo est,addo ẽt vtilitatẽ, in posteriore: causa aũt,& ratio efficiẽs magnos viros est in priore. In eo.n.est illud,qđ excellentes aios,& humana cõtemnentes facit. Id aũt ipm cernitur in duobus,si & solũ id,quod honestũ sit,bonũ iudices; & ab oĩ aĩ perturbatione liber sis.nam & ea,q̃ eximia plerique,& pclara vñr, parua ducere,eaq. rõne stabili,firmaq. contemnere, fortis aĩ, magniq. dicendum est: & ea,q̃ vñr acerba, quæ multa,& varia in hoĩum uita,fortunaq. versantur,ita ferre,vt nihil à statu naturæ,discedas,nihil à dignitate sapientis, robusti animi est,magnæq. constantiæ: non est aũt consentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate; nec,qui inuictum se à labore præstiterit, vinci à voluptate. quamobrẽ & hæc vitanda sunt,& pecuniæ fugiẽda cupiditas.nihil.n.est tam angusti aĩ,tamq. parui,q̃ amare diuitias: nihil honestius,magnificentiusq., q̃ pecuniam cõtemnere,si non habeas; si habeas,ad beneficentiã, liberalitatemq. conferre. Cauenda est ẽt gloriæ cupiditas,ut supra dixi. eripit.n.libertatẽ, pro qua magnanimis viris oĩs debet esse contentio. Nec vero Imperia expetenda,ac potius non accipienda interdum, aut deponenda nõnunq̃; Vacanda aũt est oĩ aĩ perturbatione, tum cupiditate, & metu,tum ẽt ægritudinis,& uoluptate aĩ,& iracundia, ut tranquillitas aĩ adsit,& securitas,quæ afferat tum constãtiam,tum ẽt dignitatem. multi aũt & sunt, & fuerunt, q̃ eam,quam dico,tranquillitatem expetẽtes, à negocijs publicis se remouerunt, ad ociumq. perfugerunt. in his & nobilissimi philosophi,longeq principes, & quidã hoĩes seueri,& graues,nec populi, nec principũ mores ferre potuerunt. vixeruntq. nõnulli in agris,delectati re sua familiari. his idẽ propositũ fuit,qđ in regibus,vt ne quare egerent,ne cui parerẽt,libertate uterentur, cuius pprium est sic viuere,vt velis Quare cum hoc cõe sit potentiæ cupidorũ cũ ijs,quos dixi,ociosis: alteri se adipisci id posse arbitrantur,si opes magnas habeãt; alteri,si cõtenti sint & suo,& paruo in quo quidem neutrorum oĩno contẽnenda est snia: sed & facilior,& tutior, & minus alijs grauis, aut molesta vita est ociosorum: fructuosior aũt hominũ gñi,& ad claritatem,amplitudinemq aptior eorũ, qui se ad remp.& ad magnas res gerendas accõmodauerũt. quã pp & ijs forsitan concedendum sit remp.non capessentibus,qui excellenti ingenio,doctrinæ sese dediderunt; & ijs, qui aut valetudinis imbecillitate, aut aliqua grauiore caussa impediti,à rep. recesserunt,cũ eius administrandæ ptãtem alijs,laudemq. concederent. Quibus aũt talis nulla est causa,si despicere se dicãt ea, q̃ plerique admirẽtur, imperia,& magistratus,his non modo nõ laudi, verũetiã vitio dandum puto. quorũ iudicium in eo q gloriam cõtemnant,& p nihilo putent, difficile factu est non pbare: sed vñr labores,& molestias tum offensionum, tũ repulsarum,quasi quãdam ignominiam,timere,& infamiã. sunt .n. qui in rebus contrarijs parum sibi constent; voluptatem seuerissime contemnant,in dolore sint molliores; gloriam negligant, frangantur infamia: atq; ea qdẽ non satis constanter. Sed ijs,qui hñt à natura adiumenta rerũ gerendarũ, abiecta oĩ cunctatione,adipiscendi magistratus sunt,& gerenda resp est. Nec.n.aliter aut regi ciuitas,aut declarari animi magnitudo potest. Capessentibus autem remp. nihil minus, q̃ philosophis, haud scio an magis ẽt, & magnificentia, et despicientia adhibenda est rerum humanarum, quam sæpe dico, et tranquillitas animi,atque securitas: si quidem nec anxij futuri sunt, et cum grauitate, constantiaque victuri. quæ eo faciliora sunt philosophis, quo minus patent multa in eorum

vita, quæ fortuna feriat; & quo min⁹ multis rebus egẽt; & q̃a, si quid aduersi eueniat, tam grauiter cadere non pñt. Quocirca nõ sine causa maiores motus aĩorum cõcitant: maioraq́. efficienda remp. gerentibus, quam quietis. quo magis his & magnitudo animi est adhibenda, & vacuitas ab angoribus. Ad rem gerendam aũt qui accedit, caueat, ne id modo cõsideret, q̃ illa res honesta sit; sed etiam, vt habeat efficiendi facultatem. in quo ipso considerãdum est, ne aut temere desperet ꝓꝑ ignauiam, aut nimis confidat propter cupiditatem. in omnibus aũt negocijs prius, q̃ aggrediare, adhibenda est præparatio diligens.

PETR. MARS.

OMNINO fortis aĩus & magnus) Ponit nunc ea, circa q̃ ipsa fortitudo versatur & magnanimitas, & munera vtriusq;. sed Cic. de his virtutibus confuse loqtur, quę aũt fortis viri & magnanimi officia ꝓprie sint, iam dictũ est. (Oino) Certe. (Cernitur) Cognoscitur, ꝑspicitur. (Quatũ vna) Hæc est prima pars, & quasi materia circa quã versatur fortis aĩus & magn⁹, despicere. s. oia bona fortunæ, nihil admirari nisi virtuté, & victũ se ꝓbere oibus fortunæ casibus, reliq., & omni affectu atq; perturbatione vacare. (Rerũ externarũ) Res externæ sunt, quę extra corpus animumq́. sũt, vt diuitiæ, impia, magistratus, & oia deni que quæ sunt in manu fortunæ, à qua fortis aĩus & magnus non debet pẽdare. (Despicientia) Cõtemptu rerũ, sunt extra aĩum & corpus. (Cũ sic persua.) Inductũ in opinione. (Nisi quod honestũ) Virtuti conueniẽs & honeste factũ, aut vt decet. ideo ait. (Decorumq́. sit) s. decẽter actum. tunc. n. decorũ est, cum ꝓcessit honestas. Magnanimus nõ est pronus ad admirãdum, qm̃ apud ipm nihil fere magnũ est nec meminit iniuriæ, & mali illati. Non est magnanimi (inqt Arist.) meminisse ꝑfertim mala, sed potius despicere, qm̃ magnanimus abhorreret ab eo, quod naturã imminuit suã, & memoria mali est cõtra suam naturam, qa debet esse cõtemptor omnium rerum, & oia putare se longe inferiora esse. & non põt timeri aliqd quod nõ est superius. Si magnanimus timeret, maliq́. memor esset, inferior videretur. Nec de hominib⁹ loqtur ipse magnanimus, etenim neq; de alio dicit, nec cupit laudari, vt alij reprehẽdantur. Ideo dixit supra, vera animi magnitudo putat honestũ situm esse in factis, non in gloria. (Admirari) Tanq̃ magnũ. Magnanimo. n. nil magnũ & admiratione dignũ vĩ præter virtuté. (Optare) Animo. (Expetere) Cõsilio. inde pri⁹ optamus, postea cõsilio expetimus. (Nulli homini) s. despicere oés hoies, & illis non cedere ẽt si esset moriẽdum. nec debet adulari magnanimus, qm̃ oés adulatores seruiles sunt. Vnde laudat, Cyreneus Theodorus philosophus nõ ignobilis, cui cũ Lysimachus crucẽ minaretur, istis quæso, inqt, ista horribilia minitare purpuratis tuis: Theodo. quidẽ nihil refert humi, an sublime putrescat. In 2. Tusc. disputatione ait, Zeno proponatur Eleates, q perpessus oia est potius q̃ conscios delendæ tyrãnidis indicaret. De Anaxarcho Democritio cogitetur, q cum in manus Timocreõtis regis incidisset, nullũ genus supplicij deprecatus est, oeque recusauit Calanus Indus uir indoctus ac barbarus in radicibus Caucasi natus, sua uolũtate viuus cõbustus est. Vir igitur fortis & magnanimus spernit minas tyrannorũ, estq́. ad mortẽ erecto aio paratus pro honestate decoroq́. seruãdo. (Neq; ꝑturbationi) Perturbatio, ut dixi, est animi motus, quod lõgius discessit à naturæ cõstantia. Partes perturbationũ ex duobus opinatis bonis nascũtur, & duobus opinatis malis. Ex bonis libido & lætitia, quæ est ꝓsentium bonorũ, libido aũt futurorũ. Ex malis metus & ægritudo. Metus est de futuris malis, ægritudo de præsentibus. prauarũ opinionum cõturbatio & ipsarũ inter se repugnantia spoliat aĩum, morbisq́. cõtaminat. Stoici uolebãt aĩum ipsius sapiẽtis uacare nõ modo ꝑturbationibus, sed ẽt affectibus, quos Academici & Peripatetici in sapientẽ cadere dñt, ut dictat ipsa recta ratio. Affectus, inqt Sen. sunt motus animi improbabiles, subiti & cõcitati, q frequẽtes neglectiq́. fecere morbũ. Cato apud Cic. lib. 3. de Fin. sic loqtur, Perturbationes aũt nulla naturæ ui cõmouẽtur, oiaq́. ea sunt opiniones ac iudicia leuitatis, itaq; his sapiẽs semp uacabit. (Neq; for.) Casibus & telis fortunæ. Nam magnanimus oia quæ accidere põt sua ꝓstantia inferiora putat, & sic nõ succũbit aduersis. Nemo põt inqt in Parad. nõ beatissimus esse, q est totus aptus ex se, q; in q. in se uno sua ponit oia. cui autẽ spes omnis & ratio pendet a fortuna, huic nihil põt esse certi. Altum quiddã est uirtus, inqt Sen. excelsum & regale, inuictũ, infatigabile. (Altera res) Hæc est altera res circa quã versari debet ipse magnanimus, q vt ipm nomẽ declarat, circa res magnas & arduas versatur, plenasq́. difficultatis & laboris debet ẽt parare ea q̃ pertinent ad vsum vitæ. vt liberalitaté & magnificentiã cũ opus est, exercere possit. (Ita aĩo affectus) Ita dispositus vt dictũ est. Nã dixit fortitudiné esse virtuté pugnantẽ pro æquitate & verã animi magnitudiné debere arbitrari in factis, non in gloria sitã esse, & fortes esse habendos & magnanimos non q faciunt, sed q propulsant iniuriã. & nõnullas alias ꝓprietates vtriusq; posuit, q̃ oia cũ aliqui adepti sunt appetũt ea, q̃ hic Cic. ponit ꝓ decoro seruãdo. (Maxime vt) Reip. s. & patriæ. atq; cõi hoium vtilitati, qm̃ si sui cõmodi causa magna & ardua gerit, nõ est appellandus magnanimus, q oia ad cõem vtilitaté referre debet, nihil vel parum de priuato curãs, immo vitã paratus effundere ꝓ salute cõi. (Vehemẽter arduas) plenas difficultatis. Nã arduũ dĩ accessu difficile. Non aũt, inqt Arist. parua pericula subit magnanimus, nec periculorũ est cupidus, ꝓpterea q res paucas magni facit, sed subit magna, ardua, difficilia. q̃a in ipsis potest decorũ suũ seruare: Magnanimi. n. est magna obire. Ideo magnanimus magna & ardua appetit, ad q̃ nõ oia accedere potest. Alexãder dicebat nihil fortibus indomitũ nihilq́. ipsa natura munitũ timidis tutũ esse, seruile est amare diuitias, & valde regiũ insudare laboribus. Arduũ, inquit Gel. signat cũ difficile, tum molestũ quoque, & incõmodum & intractabile. Sen. dicit, Humilis est, & inertia tura secare ꝑ alia viri⁹ est, & angustus aĩus est, quẽ terrena delectãt. (Pro uitæ &c.) Sustẽtatione vitæ & vt habeat ea oia, quæ ad vitam degendam ꝑtinent. Vĩr aũt, inqt Arist. & prosperitates fortunæ magnanimitati conducere. Nobiles. n. & q in magna potẽtia sunt, vel diuites digni cẽsentur honore. In excellentia nanque constitũt, atq; oẽ bonum quod excellit magis dignum est honore, & bona externa laudantur si virtuti cõiuncta sunt, causaq́. sunt vt magnanimus honoretur, ergo ipse magnanimus honeste q̃rit, ea q̃ sunt ad vsum vitę, vt nihil ei desit, & indigẽtibus opitulari possit. (Causa mul.) q̃bus cũ honore viuitur. i. debet magnanimus oia parare, q̃ pertinẽt ad vitam degendã cum decoro. In hac vltima parte, est vtilitas, sed ea q̃ sunt in priore, vt. s. bona externa despiciantur, & alia quæ dicta sunt faciũt ipsum magnanimum. Ideo ait. (Harũ rerũ duarũ) appetere rea arduas, nihil admirari, nõ succũbere fortunæ, nõ ꝑturbari, & parare ea quæ ꝑtinent ad vsum vitæ. (Splẽdor) Laus & illa amplitudo quam debet hẽre magnanimus, habẽs summã oium virtutum. (Amplitudo) Res cũ sua laude. (In posse.) In secũda parte & re, circa quã versatur vir fortis & magnus, vt. s. res arduę gerantur multarũ causa rerũ, quæ ad vitã pertinẽt. (Causa aũt & rõ) causa huius magnanimitas, & rõ quare ita dicat, est in priore parte vt. s. nihil admiretur, nisi honestũ, & neq; fortunæ succũbat, neque ꝑturbationi. (Efficiens) Qua hoies magnanimi dñt & fiũt. (In per.) In contẽnendis rebus fortuitis & pellẽdis ꝑturbationibus. (In eo. n.) qđ positũ est in priore particula. (Excellẽtes) Superãtes oés affectus & tela fortunæ & oia humana. Nã magnanimus circa ꝓsperitaté aduersitaté q; fortunæ moderate sese habebit, neq; in rebus aduersis aĩum demittet, & neq; in ꝓsperia vehemẽter lætabitur, parui facietq́. oia q̃ hoibus accidere pñt, viuẽs sine aliqua ꝑturbatione, nullius rei nisi vt oportet, cupidus, gaudẽs virtute qua nihil est melius. (Nã & ea) ꝓbet id qđ dixit (Eximia) ꝓclara, & plena splẽdoris & laudis. (Parua ducere) Existimare esse parua, ad q̃ nõnulli inflãmati rapiunt, vt magistratus, honores, laudationes populi, diuitiæ, & ea oia, q̃ imperitis eximia vĩr. Opus magnanimi est nõ ire illuc, inqt Ari. vbi alij primas occupãt partes & ociosum esse, atq; cũctatoré, nisi vbi est magnus honor vel arduũ opus. (Acerba) Quæ offendũt, vt dolores & labores oimij, trãslatio à pomis acerbis, q̃ nocẽt cũ comedũtur, qm̃ sunt immatura esui. dolor & fœtor maxime ꝓsternunt naturã. (Multa & varia) Qm̃ varij sunt casus humani, ad quos perferẽdos fortis aĩus & magnus paratus est, certa rõne & cõsilio sine aliqua formidine. (Fortuna) Varietate vitæ, qm̃ fortuna varia est, & amica temeritati. vita cõstãs est. Fortuna aũt vitæ varietas. (A statu naturæ) A mẽtis tranquillitate & grauitate, quã natura ipsa nobis dedit, & virtutũ igniculos, vnde viuere ẽ natura, est viuere cũ virtute debet igr magnanimus oia tolerare sine aliqua ꝑturbatione & molestia, vt sapiẽtẽ decet. (Robusti animi) robustũ corpus dĩ, & fortis aĩus, sed aliqñ confundũtur. (Magnæ cõstãtiæ) Perseuerantiæ, in id quod est ẽ natura. ille dĩ constans, q in suo proposito ꝑseuerat, nec aliqua ꝑturbatione à statu mentis tranquillæ naturæq́. deducitur, ad oia toleranda paratus cũ decoro. (Non est consentaneum) Non est conueniens homi nẽ seruire affectui, q ad oia pericula paratus est. (Cupiditate) Rerum humanarum, non conuenit, inqt, ut fortis superet omnes la

bores & dolores, nihilq. timeat, & idē uincatur cupiditate & affectu, qđ est omnino contra naturā uiri fortis. Ideo dicit Sen. lib. 2 r. Epist. Munimentū imbecillitatis humanæ inexpugnabilē fortitudinē esse. Nō est q putes, inquit Posidonius, te fortunæ armis tutū esse tuis, pugna cōtra fortunā, & cōtra affectus. (Nec q in.) Et ēt hoc nō conuenit, ut is q oēs labores sustinet & subit pericula, & ipsam mortē pro honestate, uincatur a uoluptate, quā uir fortis tanq̄ meretriculā spernere debet. Plat. in r. de leg sic ait, Verū igē eum, q dolore frāgitur, an eum q uoluptate superatur deteriorem uocare oportet, eū arbitror q à uoluptate superatur, & hoiem uoluptate irretitū seipso inferiorē putant oēs, quare Iouis, & Apollinis legūlatores elaudā fortitudinem nō posuere, quę ad sinistrā quidē aduersus resistere possit, ad dextrā uero rebus secundis & lætis blādientibus succūbat, immo ad utrāque sufficientē. (Quāobrem) Cōclusio huius partis. Hæc, q̄ dicta sunt, uoluptas. s. quæ bestijs relinquēda est, cupiditas rerū caeternarū, quæ in sapiētem nō cadit, nisi ut oportet, est. n. uilis animi & abiecti amare pecunias, delectariq. terrenis. & nihil est tā contrariū forti aio & magno q̄ lucro uinci. Talis est magnanimus, inquit Arist. ut beneficia cōferat, & pudeat ipm si suscipiat, illud. n. superioris, & in referēda grā maiora cōfert beneficia. est aūt magnanimi pecunias spernere, eas alijs, operamq. suā subministrare. quo peccato. n. admiraretur, amaretq. pecunias ille, cui nihil magnū, nihil denique amandum uī? aut quod arbitraret esse bonū, nisi uirtutē? q nanq; amat pecuniā uilissimam rē amat, aio uili est ac sordido & auaro, quæ oia ab eo quem magnanimū, esse uolumus aliena sunt. (Angusti) Demissi & uilis, qm̄ rem uilem amaret. (Magnificentiusq.) Quod magis decet magnificū, q magnoa facit sumptus sine aliqua auaritia, & qm̄ in magnificētiæ mentionem incidimus, de ipsa dicendū, ne aliqua mediocritas intacta relinquatur, quāuis de magnifico aliqua dicenda sint prope finē huius uoluminis, cū de principis & honorati uiri domo dicerū, qualis. s. esse debeat, & quā iæ laxitatis. Magnificentia est dispositio & mediocritas circa sumptus pecuniarios ædificādo ædes, & alia opera magnifica, & publica magnificus est is q magna facit & decēter. differt à liberali, q a magnificus circa magna, ut ipsum nomē declarat. liberalis circa minora uersatur, & magnificus est similis scienti, qm̄ scit iudicare & cōtemplari qd deceat, & magnificētia nihil aliud est, nisi posse facere magna cū decoro. & ideo nominatur a græcis μεγαλοπρέπεια. i. magnificētia, ut uerbū uerbo reddatur, quod cum ita sit, q exuperat dr̄ ignarus decori, qm̄ non facit opus ut decet. Nam uī uelle superare magnificū faciēdo sumptus ultra q̄ oporteat, q a paruas res auspicat, & facit sumptus ꝑter decoꝝ, & cupit splēdorem ꝑter dignitatē, & oia facit ostētationis causa, & ubi oportet esse magnos sumptus exiguos facit & ecōtra, & in parua re uolt imitari magnificū, & sic apparet ipm ignorare qd deceat. Ille aūt q in impēsis faciundis modicā affert pecuniā, & semꝑ cōqueritur, deficit, & sic dr̄ pusillanimus circa decoꝝ, q a si aliqđ opus incboat, parū impendit, & in paruo perdit decoꝝ, & in magno ope faciūdo parū uult impēdere, & in parua re facit magnos sumptus, ut regat auaritiā. Ideo conuiuiū auari solet esse lautissimū, sed hi duo habitus circa magnificentiā non admodū uituperātur, qm̄ non nocēt alijs, ut auaritia, ꝓdigalitas, & sic de similibus magnificētia reqrit magnū opus, & magnitudo est ad aliqd, & respicit opus, & sumptus, & dicimus aliqd esse magnū cōparatiue cū respicimus ad aliud oppositū & minus, magnificentia magna est cōparatione liberalitatis, q a maiores facit sumptus ipse magnificus q̄ faciat liberalis, q uersat circa pecunias erogandas hoibus, & si facit aliqđ opus paruū est, & ut sese habet magnanimitas ad fortitudinē, ita magnificētia ad liberalitatē, & magnificus quidē liberalis est, at non cōtinuo liberalis est magnificus, & sic magnificētia ꝓprie ad magnanimū ptinet. Arist. ait, Sūptus magnifici magni sunt, & decētes, talia aūt & opa sunt. Sic. n. magnus erit sumptus & decens ad opus, ut sumptu quidē opus, ope uero dignus sit sumptus, uel ēt exuperet, & magnificus honestatis causa talia facit, & cū gaudio sine auaritia, potiusq. quo pulcherrimū opus faciat & decēs ꝯsiderabit, q̄ quāti cōstet. Vnde apparet magnificētiā esse magnitudinē ipsius liberalitatis, cui tribuunt minores sumptus, magnifico aūt maiores, & liberalis nō inchoabit opus publicū, sed faciet opus priuatū pulcherrimū, ut paterā ceteraq. uasa argētea, aureaq. ἀνάθημα, lapides ꝑciosos, & cetera id genus, & hęc dr̄ liberalis possr̄ sibi. Si eadē pecunia dabit magnifico eriget statuā siue aliud opus, qđ ab ipso nō possidet, ut sunt Pyramides, tēpla, porticos, strata uiaꝝ, aquæductus & similia, q̄ ad magnificū ꝑtinent, & oia quæ hñr honorabilia, epulum ēt magnifici est, & opera debent esse accōmodata ad impensas, & impensæ ad opus. & pauper quāuis non possit facere opera magnifica, tñ

potest esse magnificus qm̄ data una uirtute dantur oēs. ideo duplex esse magnificus & q habet solum habitum magnificētiæ, & q hēt opes, operaq. facit magnifica. si pauper inchoat opera magnifica, stultus est, & magnificus non dr̄ ad sua, sed cōia, & sic liberalis non ad se, q a sibi minorem partem relinqt. talis est ipse magnificus. (Eripit li.) nā glorię cupidus nō est sui iuris, sed seruit affectui, & semper anhelat, omniq. studio & cōtentione ad illā tēdit, qđ à magnanimo alienū est, q talem cupiditatem reijcit, ut liber uiuat, & sine angoribus, & oia quæ magnanimus facit, eo spectant, ut sit liber. qđ aūt sit libertas paulopost dicetur. Et prosequitur Cic. dicēs Imperia non esse expetēda, & interdum cū offeruntur non accipiēda, & accepta deponenda, ut ipsa magnitudo animi eluceat, cui nihil admirandum uī. Si aūt gloria duceretur, & magistratus optaret atq; expeteret, contra suā faceret naturā, talia n. sunt bona externa, & magnanimus nil nisi bonū internū .i. uirtutem magnifacit. (Omnis contēptio) Conatus & studium, qm̄ magnanimus debet hr̄e elatum aium, & nō seruientē cupiditatibus & affectibus, cū is sit, q oia spernere debeat, tanq̄ seipso inferiora. (Pro qua) Libertate; qm̄ nil aliud debet q̄rere magnanimus, nisi ut liber sit. (Imperia) Magistratus, & cura exercitus. (Ac depo.) Hoc est ꝯtra Cæsarem, q confecto bello Gallico noluit dimittere exercitū poscente ēt senatu, qm̄ de patria occupāda cogitabat. (Vacandum aūt est) Itē dicit magnanimū debere uacuū esse ꝑturbatione cupiditatis, metus ægritudinis, uoluptatis, iracūdiæ, ut aius sit tranquillus & securus cū cōstantia & dignitate, nam cū talia insunt, aius non est liber. ideo Stoici uoluerunt oibus his uacare sapiētem, ut plane liber esset, tū cupiditate, quæ est immodica appetitio opinati magni boni, rōne non obtēperans, tum ēt ægritudine, q̄ est opinio recēs mali, in quo demitti cōtrahiq. aium rectū esse uideatur. Vnde scri. Boet. Gaudia pelle, Pelle timorem, Spemq. fugato, Nec dolor adsit. Nubila mēs est, Vinctaq. frenis, Hæc ubi regnant. In ea parte animi q̄ est particeps rōnis, ponitur tranquillitas. i. placida qetaq. cōstātia. In altera quæ expers rōnis, ponitur motus turbidi, tū iræ tū cupiditatis cōtrarijs, rōne inimici. (Voluptate) Mala. s. & indigna libero hoie & magno. (Tranquilitas) Aius cōpositus sine æstu affectuū. tractū est à mari tranquillo, qđ æstu nō agitatur, sic aius dr̄ tranquillus, q non habet æstus ꝑturbationū. Sola uirtus est cōsentiens cum rōne & ꝑfecta constātia. in. 3. Tusc. disputationū dicit, Hęc tu igitur sapiēti censes posse accidere, ut ægritudine opprimatur. i. miseria, nam cum oēs ꝑturbatio misera est, tū carnificina est ægritudo, habet ardorē libido, leuitatē lætitia gestiēs, humilitatem metus, sed ægritudo q̄dā maiora, tabē, cruciatum, afflictationē, fœditatem lacerat, exedit aium planeq conficit, hāc nisi exuimus sic, ut abijciamus, miseria carere non possumus, atq; hoc perspicuum est tum ægritudinē existere, cum qđ ita uisum sit, ut magnū malum adesse & urgere uideatur. Vnde cū sapiens nil putat esse malum ꝑter turpitudinem, ægritudine uacabit & alijs perturbationibus, quæ libertatē eripiunt, & in oibus stultis inueniuntur. oēs. n. motus animi contra rōnem uitio dantur. Constantem inqt Cic. quendā uolumus, sedatū, grauem, humana oia prementē, illū esse, quem magnanimū, & fortē uiꝝ dicimus. Talis aūt neq; mœrens, neq; timens, neq; cupiēs, neq; gestiens esse quisq̄ pōt, eorum. n. hæc sunt, q euentus humanos superiores q̄ suos aios esse dūt. (Securitas) Quæ non angitur, non timet, oia spernit quæ accidere possunt. Est is q uacat affectibus & cupiditatibus plane securus, & q casus humanos aio suo elato toleriores putat. securus dr̄ seorsum à curis & sine ꝑturbatione animi. (Constantiam) Perseuerantiā in officio nullo affectu impediente. (Dignitatem) auctoritatē, & decoꝝ, & affert exemplum coꝝ, q ut tranquillitatem mentis haberent, & securitatem dimissis negocijs publicis ad ocium confugere, contenti re sua familiari nihil appetētes, & in primis philosophi, q bona fortunæ contēnentes & ducem naturam secuti libere in suis hortulis gymnasijsq. uiuebant, humana diuinaq. contēplātes, ut quasi dij in terris uiderētur, sed caligine infidelitatis obducti, uiā salutis quæ nondū reserata erat, inuenire non potuerūt. Vnde uicem illoꝝ dolore debemus. qđ. n. illi non effecissent, illustrassentq. tam ꝓfunda doctrina hoc nubilo infidelitatis discusso? (Ad ociū) Cessationē negocioꝝ & curę publicę. (Publicis) Gubernatione reip. (Perfugerunt) Tanq̄ in locum tutum, & non obnoxium tot fluctibus, quot surgunt in rep. unde dicit in oōne pro L. Muræna, Quod. n. fretum, quem Euripum tot motus, tot uarias hr̄e putatis agitationes, quot fluctus, quantas perturbationes. & quantos æstus habet ratio comitioꝝ? dies intermissus, aut nox interposita sæpe perturbat omnia, & totam opinionem parua nonnunquā mutat aura, sæpe ēt sine ulla aperta causa fit aliud, atq; existimabamus. (In his) In numero hoꝝ, q ad ocium perfugerunt. (Nobilissimi)

bilissimi) Notissimi, clari & multi nois. (Longe principes) valde primi inter ipsos philosophos. (Seueri) Iusti, & inimici malis moribus. Seueritas est magistra pudoris & modestiæ. (Et graues) virtute pleni in qua pseuerant. (Principū) Qui administrant remp. Nā principes dīr primi in rep. vnde dicit in 1. de orat. ad Q. Fr. Cū igitur inueheretur in causam principū consul Philippus. i. optimatium, qbus aduersabatur. (Re fam.) Domestica non quærētes magistratus, sed cōtenti eo quod habebant. (His) Hoibus, q ad ociū perfugerunt. (Propositū) Eundem finem sibi aio proposuerūt, & idem cōsilium quod reges, q volūt ideo regnare, vt nullius rei egeāt, ne cui pareāt, & libertate vtant, hoc idem ipsi sapiētes assequūtur & rectius. vnde Cato apud Cic. lib. 3. de Fin. ait, Sapiēs rectius appellatur rex quā Tarquinius, q nec se, nec suos regere potuit. Rectius magister populi quā Sylla, q trium pestiferoꝝ vitioꝝ luxoriæ, auaritiæ, crudelitatis magister fuit. Rectius diues quā Crassus, q nisi eguisset, nunq̄ Euphratē nulla belli causa trāsire voluisset. Recte solus liber, nec dñationi cuiusq̄ parēs, nec obediēs cupiditati. Recte inuictus, cuius ēt si corpus cōstringatur, aio tñ vincula inijci nulla pñt. (Libertate) Vt essent liberi in ocio, quod sequebātur. (Cuius) Libertatis. (Proprium est) Vt qs viuat, vt vult. Libertas ut uolūt Stoici, est potestas operandi, qua stulti & mali oino carent. (Libertas) Inqt in Paradoxis, est potestas uiuēdi vt uelis, & ille uiuit ut vult, q recta sequr, q gaudet officio, cui uiuēdi oia cōsiderata atque pensa est, q legibus nō pp metū paret, sed eas sequr atq; colit, quod salutares maxime esse iudicat, q nihil dicit, nihil facit nihil cogitat denique nisi libēter ac libere. Nec est ulla res quæ apud eū plus polleat, quā ipsius uolūtas atque iudiciū. Solus sapiens oia sponte facit, & nihil inuitus, nihil coactus, at oēs leues, cupidi, improbi, lasciui, sunt serui. seruiūt. n. affectibus, qua seruitute, nihil pōt esse miserius. Iurecōsulti sic finiūt, Libertas est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi qd' aut vi, aut iure prohibet. (Quare cū hoc sit) Igitur inqt Cic. cū hoc cōe sit philosophis & regibus vt. s. libertate vtātur, viuantq. vt velint. Reges arbitrant se id quod sibi ppposuerunt adipisci, si habeāt magnas opes. ociosi aūt si contēti sint re sua domestica & parua ergo finē hunc quē sibi vterq; proposuit, diuerso modo assequūtur. (Alteri) reges. (Opes magnas) Regnū opolentū, magnasq. potētias. (Alteri) Ociosi & phi si imponāt finē cupiditatibus, & re parua cōtenti sint, qm paruis & minimis natura cōtenta est. Vnde dicit Sen. Non q parū habet, sed q plus cupit pauper est. Et ille beatissimus est, & securus sui possessor, q crastinū sine solicitudine expectat, & breuissima ad diuitias p contemptū diuitiaꝝ via est. (In quo) In qua re, & tali ppposito neuter improbādus est, sed est facilior ad id pñdum & aptior vita ociosoꝝ. (Sed) Vita eorū q ad remp. accedunt, & illam regūt atq; gubernāt, est vtilior humanæ societati & clarior, nā essent q remp gererēt, & in medium labores susciperēt, maximis iacturis hoies afficerētur & ciuitates. Vnde sapiētis est administrare rēp. & oia pati pro vtilitate cōi. quapp cum hæc vita fructuosior sit, anteponēda est ocio. hoc aūt dicit pp se Cic. q in negocijs publicis curriculo honorū, oculisq. ciuium vixerat, omittens ociū, à quo vsq; ad ea tpa, in qbus turbulētissimæ tempestates in rep. exortæ sunt, & hęc in ocio scribebat abhorruit, & ambitionibus capiebatur, & in iudicijs foroq. regnare gestiebat, cū hæc scribere post necē Cæsaris, & Octauio viā ad tyrannidē affectante ad ociū confugerat, in quo philosophabatur vt aliquod monimentū ocij sui extaret. (Neutrorū) Nec ociosorū siue philosophorū nec regū. (Facilior) Qm facilius possumus philosophari q̄ regnare, & philosophi nō exponūt se tot fluctibus quos reges. (Et tutior) Securior. qm philosophi non timent gladios fortunæ, quibus reges obnoxij sunt. Vnde dicebat Xerxes illaturus bellū græciæ, traiecturus Hellespontū, auctore Herodoto, Magna negocia magnis cum periculis sunt. (Minus grauis) Qm non offenduntur hoies ocio philosophorū, nec inuident illis, sed regibus, qm maioribus inuidetur. (Fructuosior) Afferens maiorem vtilitatem cōi hominum societati. (Ad claritatem) Splendorem hominis. (Amplitudinem) Gloriam. Quapp ponit illos quibus forsitan cōceditur non capessere remp. q. s. cum sint excellenti ingenio pditi, doctrinæ contemplationiq. se tradunt, aut q valetudinarij sunt vt munera reip. obire non possint, quæ aūt talium hominū officia esse debeant dicetur. (Imbecillitate) Infirma valetudine. (Quibus aūt). s. illi q non tradiderūt se doctrinæ aut nō impediūtur mala ualetudine aut aliqua causa grauiore, & omittūt curam reip ab officio discedunt hois, qui est natura ciuilis. Vnde vituperādi sunt, & maxime si ob id patria dānum patiatur. & ait Cic. con dñi se non remp. aut eius onera fugere. (Sed impia) honores, in hoc laudādi vīr, & difficile est illorū propositū non laudare & consiliū, sed apparet ipsos fugere molestā repulsam in petendis magistratibus & cetera, quæ accidere pñt, & infamiā afferre vīr. (Despicere) Contemnere. (Plerique) Maior pars hoium. (Admirētur) Magni æstiment. (Dandum vitio) Vituperandū. comici dīt verto vitio, & idē est quod vitupero. (Iudicium) Sniam & opinionem. (Labores) q subeundi sunt, dum pro magistratu qs ambit, & alios prensat emerendoꝝ suffragioꝝ causa. (Et molestias) q̄ subeūdæ sunt in ipsa petitione magistratus, imperij, honoꝝ. (Offensionum). i. læsionum qm offenduntur ambitione, & prensatione cōpetitoꝝ. offendere in hac significatione est in aliquod incurrere atq; incidere. (Repulsaꝝ) Qm non adipiscuntur magistratū, quem petebāt affectātes alios p suffragijs. Ille fert repulsam, q non adipiscitur magistratū, quem petit. (Sunt. n.) pbat id qd' dixit, & hoc in philosophos dr̄, quos ōndit ideo ad rēp. nō accedere, qm sunt animi abiecti & demissi, & se nō adepturos qd' petūt, arbitrantur, nō quod contēnat honores, sed q timent repulsam tanq̄ ignominiā, sunt. n philosophi. s. & alij. (Paꝝ sibi cōstet) Paꝝ sint constātes à se, & quasi ipsi dissipent, quod est cōtra fortitudinē, constantiam, & magnanimitatē. (Seuerissime) Grauissime, & cōstanter in dolore q est contrarius voluptati. (Molliores) Fracto aio & molli, vt sunt fœminæ, & in hoc apparet ipsos nō esse fortes, q seuerissime voluptatibus, & fortiter doloribus resistūt, illosq. aio suo putāt inferiores. (Frāgantur) Nō possint ferre infamiā. certe timēda est infamia, vt diximus, & de noie soliciti esse debemus, sed vir fortis & magnus nō timet infamiā iniuria illatā. Vnde administrantibus rēp. subeundæ sunt offensiones p æqtate ac iustitia seruāda, & veritas potior & antiqor esse debet quocunq; hoie, & infamia ignominiaq̄. subeundæ sunt, cū iniuria inferūtur. Nullū. n. est maius theatrū ipsa cōscientia, qua freti oia despicere possumus & debemus. Vt de Fabio maximo legitur, q nō ponebat rumores ante salutē, dicebatq. nefas esse succēsere patriæ, ēt si nos offenderit. Pla. in secūdo de leg. sic ait, Iudices prudētiæ ac fortitudinis oportet esse participes. (Sed his qui hñt) Positis his qbus forte datur venia, si remp non capessunt, illos nūr affert q sine aliqua cunctatione remp gerere debent, duplici rōne ducti, qm. s. alter ciuitas regi non posset, & resp. si nemo magistratū peteret, & si qsq; munera publica & curam recusaret. Adde ēt quod magnitudo animi nō potest declarari, nisi in negocijs. nam cum qs res magnas & arduas magno aio & elato gerit, tūc magnanimus dr̄, ergo est opus talia obire, si magnanimi hēri volumus & esse. (Adiumenta à natura) q valent ingenio, prudentia, viribus corporis. (Abiecta cunctatione) Sine aliqua mora. (Gerēda) administrāda. (Neq; alter) nisi laboribus & industria eoꝝ, q cum habeant adiumenta naturæ, hoc præstare possunt. Et Plato in libris de rep. vult philosophos suos accedere ad rēpubli. ne praui imperēt, & vt ipsi in laude versentur. Bene inqt lib 4. erit reip. si ciuilis potētia cum philosophia congruerit. Idē ait lib 5. Inerudīti veritatisq. inexperti nequaq̄ ciuitatis curam sufficiēter habituri sunt. Sapientes igitur rēp. capessere debent p vtilitate cōi, qm laudabilior est eorum vita, q in negocijs publicis versantur quam ociosorum. Aut declarari magnitudo animi, qm magistratus virum ostendit & declarat, vt Bias dixit, & tunc cognoscitur magnanimus, quē philosophi in suis vmbraculis instituunt de magnanimitate præcepta tradentes, cū circa magna versatur vt decet, & non flectitur aliqua cupiditate aut ambitione, sed oia sua officia ad iustitiam dirigit. Vnde dicebat Cyrus, vt est apud Xenophontē, Opus est maximum pulchre imperare, & principē decere subditis anteire non dolo & ocio, sed prouidētia & industria, & principem decere non se bonum pstare duntaxat, veꝝ ēt pro subditis diligentiam agere, vt qoā optimi futuri sint. Et in 7. dicit, Bonus princeps est hoibus lex videns, qm satis est, q & moderetur & videat, puniatq; delinquentem. & Diocletianus imperator, vt auctor est Vopiscus dixit, Nihil esse difficilius qoā bene imperare. Philosophus in 5. Eth. sic ait. Optimus est oō q ad seipsum, sed q ad alium vtitur ipsa virtute. hoc. n. est opus difficile. (Nō potest declarari) Ostendi & poni in exercitationem, qm laus virtutis in actione consistit. Vnde debemus percipere de virtute, & ipsam exercere, vt melius declaretur. (Capessentibus uūt remp. Nunc præcipit qd facere debeant hi q capessunt rēp. oia. s. humana despicere non minus quam ipsi philosophi, q bona externa nihil curant, licet difficile sit hoiem vacare affectibus, q in honorum petitione versatur, sed quo difficilius, hoc erit pręclarius, qm uirtus ut dictum est circa difficile versatur, & oia bona difficilia sunt, vt inqt Pla. igitur q in re difficili virtutem amplectitur, laudabilior est eo q in facili, vt est philosophus, q in ocio degens vacat affectibus, cum nullis inimicitijs solicitetur nec lædatur iniuria. Ergo q remp. gerit, si etiam his vacat, laudabilior

lior est ipso philosopho, qm̄ expositus est inimicitijs, & iniurijs
p ipsa iustitia, quam tuetur & ministrat. Magistratus.n.custos iu
sti esse debet, & rem cōem pro dignitate distribuere, āc ea q̄ sunt
io boim cōmercijs ad æqualitatem redigere, ne discordiæ orian
tur, & seditiones, habeat ēt oportet æqtatem & bonitatē, q̄ ali-
qò legem emēdat peccantem ob hoc, q̄ a est gn̄alis, summū qppe
iussumma est iniuria. [Capessentibus) Accēdētibus ad curā reip.
[Nihil minus) Nulla re minus, qm̄ magis indigent magnitudine
animi, q remp. gerunt, quam phi q in ocio versantur. [Rez hu-
manaz, quæ accidere pn̄t in vita. Vnde dicit Plato lib. vltimo de
rep. Monet lex id optimū fore quā maxime in aduersis, qetē age
re, & nequaq̄ excādescere, cū nihil hmōi bonum aut malū elare
cēseri queat. Et Sen. dicit, Calamitas est virtutis occasio. [Quam)
despicientiā. [Sæpe dico) Repeto & inculco, qm̄ de ipsa dictū est
supra. Non.n. pōt qs esse magnanimus, nisi res humanas cōtēnat
.i. oia quæ hoi accidere pn̄t in vtranq; partem. [Tranquillitas) se
datio ptubationum. [Si q dē) Affert rōnem quare capessentibus
rēp. humanæ res despiciendæ sunt. [Nec auxilij) Angor est ęgritu
do premens, & dr̄ anxius plenus angustia. [Cū grauitate) Quę de
cet viz qui nunq̄ mentitur, & in virtute perseuerat. est grauitas
comes constātiæ, & q anxius est & solicitus, non pōt esse grauis
& constans. [Quæ) Tranquillitas animi, & securitas, & vita sine
angoribus, despicientia rerum, & grauitas atq; cōstantia. [Ego)
tāto facilius est philosophis seruare grauitatē, & vacare affectib9
quāto minus est in ipsis quo sit in manu fortunæ. [Quominus
multis) .i. pauciora quam in vita eorum, q remp. administrant.
Patent, sunt obnoxia & exposita telis fortunæ. qm̄ nō versantur
in his quæ sunt in manu fortunæ, vt sunt magistratus, imperia.
philosophi.n. colunt aium, quem fortuna ferire non pōt aut vin
cere. modo sit bene institutus & vere magnus. Vnde vir bonus &
sapiēs fortunæ minaci & temerariæ medium vnguem ostēdit, &
illam elato aio spernit, a qua q pendet, in magnis viris habendus
non est. Vnde dicit Sen. Neminem aduersa fortuna cōminuit, ni
si quem secunda decepit, & fortuna illis est grauis, qbus est repē-
tina, facile eam sustinere pōt, q semper expectat, & nulla re ma-
ior inuidia fortunæ fit quam æquo aio. [Tā grauiter cadere nō
possunt, qm̄ ipsis philosophis oīa sunt præmeditata, qppe multū
prodest prouisio animorum & præparatio ad minuendum dolo
rem. hæc est illa præstans & diuina sapientia, inqt in Tusculanis
disputationibus, & perceptas penitus & pertractatas res hūe hu-
manas, nihil admirari cū acciderit, nihil anteq̄ euenerit, non eue
nire posse arbitrari. Vnde Xantippe vxor Socratis semp se vidisse
illū dicebat eodem vultu exeuntē domo & reuertente, aius erat
sedatus & tranqllus, q à voluntate fingitur. Adde ēt q ipsi philo
sophi non curant bona fortunæ, quæ illa cum vult eripere pōt.
Illi aūt q remp. gerunt, possunt deijci notariq. infamia, & graui
ter cadere, cum in edito loco positi sint, & obnoxij fortunæ, quæ
mutabilis est & temeraria. Sen. dicit, Quæ multo ante prouisa
sunt, languidius incurrūt. Aufert vim præsentibus malis q futura
pspexit. Vnde post suū casum Ouid. dixit, Tu quoq; formida ni
miū sublimia semper, Propositiq. precor contrahe vela tui. Viue
sine inuidia, mollesq. inglorius annos Exige, amicitias & tibi iū
ge pares. [Quocirca.) Cōcludit per ea quæ iam dicta sunt, maio-
res motus animoz concitari in illis, q gerunt remp. Propterea
quod singulis diebus accidūt, qbus aius mouetur, & maiora sem
per efficere tentat, vnde opus est adhibere animi magnitudinē,
vt maiora semper cum decoro efficiantur, & vacuitate ab angori
bus qbus debet vacare magnanimus. [Quocirca) Igitur cū in re
bus difficilioribus versentur hi, q gerūt remp. magis agūtur quā
philosophi, q vitā ociosam degunt. [Non sine causa) Iure ac me-
rito qm̄ timent casum tela fortunæ, quæ illa in summa quæque
torquere gaudet, vt infima summis, summa infimis mutētur. [Ma
iores motus) Maiores ptubationes, cū eo loci sint vnde fortuna
volēte grauiter cadere possint. Vnde reges ceteriq. principes se-
re semp solliciti sunt, & tyrannorum vita nihil est miserius. oia
.n. timēt, cum ipsi ab oibus timeantur. [Et motus maiora efficiē-
di) Qm̄ gubernantibus remp. in cōe laborandum est, & curādum
vt magna quędam efficiantur, quod nō cogitant ociosi, qui in ma
gnis negocijs nō versantur. maiores.n. curas habent, qui nego-
cijs publicis & muneribus funguntur q̄ ociosi, illi .n. tendunt ad
maiora & ardua, ociosi aūt talia non curant, & ideo non angun-
tur. [Quietis) Ociosis & his qui ad remp. non accedūt. [Quo ma
gis) Tanto magis inquit magnitudo animi adhibenda est in his
animorum motibus & curis remp. administrantium, vt grauitas
retineatur & constātia, ne anxij videamur & inconstantes, vnde
magis debet esse magnanimus & grauis ille, qui rēp. gerit, quam
philosophus ociosus, qm̄ in maioribus difficultatibus versatur &

maiorib. stimulis perturbationum agitur, & ideo difficile est ipsū
non perturbari aio, cum telis fortunæ sit expositus, vt mens vix
possit esse sine timore, & maiora ēt molitur in dies, vnde opus
est aium esse constantem. [Ab angoribus) Animi perturbationi
bus. [Ad rem gerendam q accedit) Præcipit nunc qd illi agendū
sit, q ad remp. accedere vult, vt.s. cōsideret si idoneus est ad mune-
ra publica obeunda. In oibus.n. quæ animus, non solum qd ho-
nestum sit, sed ēt quid ipsi præstare possumus quærendū est & con
siderandum, ne forte aliqd aggrediamur quod efficere nequea-
mus. quisq; igitur vires metiri debet suas & naturā, idq. auspica
ri quod obire posse videbitur cū decoro, aliter nihil laude dignū
faciet, quāuis in re honesta versetur. honestū est capessere remp.
sed si qs ad illam gerendam ineptus est, abstinere debet. Ideo So-
lō dicebat, Tunc rege, cū prius didiceris regi. illi.n. q regere ne-
sciūt, seipsos, & alios detrahunt in cladē, & decorum non seruāt,
ad quod pauci accedunt, inqt Plat. lib. 5. de rep. & illud q cogno-
scāt rari sunt. Idem in 6. de legib. sic ait: Existimare de oibus ho
minibus id quisque debet, quod q nunq̄ seruiuit is laude dignus
esse princeps nunq̄ poterit. Ideo gloriari quemq. oportet ma-
gis, quod bene seruierit quā quod bene fuerit dominatus. pri-
mū quidem legibus, qbus q seruit, deo seruit, deinde senioribus
q honeste vixerūt. [Illa res) Quam agere vult. [Honesta cōiun-
cta virtute). i. non solū consideret honestū esse gerere remp. sed ēt
si ipse ad tale munus obeundū aptus est. [Facultatem) Potentiā
& possibilitatē efficiēdi rem ipsam honestā, & ideo id quisq; age
re debet, ad quod aptus est, & pōt cum decoro tractare. est.n. ma-
gnæ molis opus, alios regere & gubernare vt decet. [In quo ip-
so) In hac ipsa cōsideratione & accessu ad remp. [Considerandū)
Prudenter iudicādum. Qm̄ prudentia est, quæ statuit oēs medio
critates. [Aut temere) Nullo adhibito iudicio desperet se posse
perficere id, quod incepit pp ignauiam, quæ fortitudinis opponi-
tur, pp quam cedere qs non debet, aut deserere fidem metu peri
culi. vnde præparandus est aius, exercenda mens, & formāda ad
cōstantiam, vt nullis molestiis frangatur. gloriæ quoque inquit
Ambr. caueat appetētiam, quæ frequēter nocuit immoderate ex
petita, semper aut vsurpata. [Propter ignauiā) Quia fit ignauus.
Nauus dr̄ strenuus. inde operā nauare est strenue facere. ide igna
uum dicimus desidē & sine igne animi. [Aut nimia cōfidat) Ne
nimis audeat, & sic mediū tenendū est in rebus agendis, vt fortes
esse possimus. in medio.n. cōsistit virtus, & iam dictū est fortitu-
dinē mediocritatem esse inter ignauiā siue metum & audaciam.
[Cupiditatē) Alienius rei, quā sibi agendā proposuit, aut aliq̄ a-
liā rem qn̄dam. [In oibus negocijs) Obeūdis.s. & in oibus rebus
agēdis in bello, quæ ptinent ad virum fortē atq, magnanimū &
in gubernatione reip. in qua multa negocia cū decoro obeunda
sunt. [Aggrediare) Incipias. [Diligēs præparatio) Diligenter oia
necessaria pparanda sunt, vt id quod aggredimur perficere possi
mus. [Præparatio) Est apparatus rerū necessariarū. apparatus pti
net ad sumptū & magnificentiā, ideo dixit supra, Delectāt ēt ma
gnifici apparatus, vnde vituperant illi q res magnas & arduas si-
ne aliqua pparatione aggrediunt & turpiter postea desistūt relin
quētes locum pniæ, quo gn̄e hominum nihil est imprudentius.

FRAN. MAT.

O Maino &c.) Circa qd versari fortitudo, & qs esse illius
finis debeat, ostēdit, versatur aūt in discutiēdo & operan
do, despicit res externas, & quæ alij plurimū desiderāt o-
peratur ardua & honesta. Cū.n. in metuendo & audendo medio
critas sit fortitudo. Difficilia & agit & patitur vir fortis ne timi-
dus sit, ita vero o patur ne temerarius habeat, semp.n. id caueat
ne aut deficiat aut excedat p extrema, vtrūque aūt vera dicta ra-
tio. [Quarū vna &c.) Non solū patitur & o patur difficilia uir
fortis sed bona externa contēnit, vt diuitias, magistratus, non.n.
cupit animi ptubationi se esse obnoxiū, & cupiditati ipse dn̄a-
tur, nō illius imperiū patitur, quæ est vera fortitudo. Nā & Sen.
inqt, Fortior est q cupiditatē vincit, quam q hostē. est.n. difficile
seipm uincere. [Nisi qd honestū, decorumq. sit) Alterū ex altero
pēdet, nā quod decorū idem honestū, & quod honestū decorum,
aūt. i. quod est pfectum bonum & oēs à natura q̄situs numeros
habet, estq. pfecte moderatū ut dicebant Stoici. [Externę res) ut
diuitiæ, neutra sunt, qd neq; prosunt, neq; obsunt. Sicut.n. calo-
ris pprium est calefacere, nō refrigerare, ita & boni propriū est
pdesse nō nocere. Diuitiæ aūt non magis prosunt, quā nocent.
Quo uero bene uti & male possumus id bonū non est. Diuitijs
aūt bene & male uti possumus, nō sunt igitur bonū diuitiæ, eas
ergo uir fortis despicere debet. Quidqd aūt de diuitijs dicimus,
illud & de alijs externis bonis intelligi uolumus. [Admirari, aut
optare, aut expetere op.) Magna & honesta admiramus, optam9
iucunda, expetimus quæ utilia uīt. [Nulli homini &c.) Vt tyrā

no

no ēt si mortem minetur, nulli in re turpi parendum esse intelligas. Nā in re honesta nō parere vitium esset. [Perturbationi animi) Multæ sunt animi pturbationes. Nā singula quatuor genera, q̄ sunt dolor, metus, concupiscētia, voluptas, multas hñt species. [Fortunæ) Quātūuis aduersa fuerit hoc est nullo incōmodo, nulla aduersitate frangi, nō incendus, nō sterilitate agroꝝ, nō filioꝝ morte, & ceteris hmōi pturbari. [Altera res est &c.) Dixit qd despiciēdu, nunc dicit qd operandū sit. [Ita affectus &c.) Ita dispositus vt oēs externas res despiciat, nulli neq; hoi, neq; perturbationi animi, aut fortunæ succubere velit. [Res geras magnas qdem &c.) primū inqt oportet res humanas despicere, quod q faciūt interriti sunt ad res magnas & arduas aggrediendas, q diuitias nimiū amat & c. hmōi, q aut pecunias aut vitā timet amittere, is nū qui pro parentū aut patriæ salute sese periculis obijciet, recte ergo dicit res humanas primū despiciēdas, deinde nihil nisi magnū & arduū faciendū. ij .n. vere fortes dñt, q ad honestam mortē & na oia, q̄ illam afferunt, interriti sunt, nec est fortitudo, nisi circa terribilia & valde periculosa, cumq. cuiuslibet operis cū rōne suscepti honestas finis sit, sequitur fortē decori & honesti gr̄a agere debere. agit & vtilitatis cōis causa, si modo ea cū honestate cōiūcta fuerit. q cōmodis proprijs agendo cōsulit, fortis nullo modo est. [Vehemēter arduas,) Hęc est maxime difficilis, χαλεπόν Græci arduū dñt, significat aūt incōmodū, difficile, intractabile. Sal. in primis vr̄ arduū res gestas scribere. [Plenasq. laboꝝ) Vera fortitudo nō circa q̄libet rē, sed tm̄ circa terribilea & periculosas nimiū versatur, vt dictū est. [Tū vitæ) Vt ad ipsam vitā conducant, sicut bella suscipimus vt i pace viuamus. Aliaꝝ re vt liberalitatis. [Quę ad vitā pertinēt) Cum honestate degendā. [Haꝝ reꝝ duaꝝ) Siue despiciam⁹ res externas, siue arduas vehemēter, & vtile geramus. [Splēdor est addo) Pariūt.n. quādā amplitudinē, & nos iter alios pstātiores, clarioresq. efficiūt. Maxima aūt illius amplitudo est, q ea despicit quæ ceteri appetūt, & pro qbus inter se certare solēt, qd' paulopost dicturus est. In aggrediēdis vero & agēdis reb⁹ arduis, nō amplitudo solū, veꝝ ēt vtilitas est, si cōis utilitatis gratia agimus, vt facere nos oportet. [In posteriore,) In despiciēdo res externas, quas q despiciūt ij vere fortes sunt. Interriti .n. ad humanos casus sunt, cum q vitā sine honestate ducendā non esse existimēt, nō ēt pro honestate seruāda admittere dubitāt. [Id aūt ipsum) Excellētes animi & res humanas despiciētes. [Si solū, qd' honestū sit) Nullus sapiēs iucūdi aut vtilis rōnem hēt, si seorsum ab honestate fuerint, & nihil honestū est, quod idē vtile & iucundū nō sit. multa aūt vōr bona & honesta esse, q̄ re vera bona & honesta nō sunt per se, vt de diuitijs dictū est. Fortis ergo honestatis finē sibi ppōnet & honesti gratia aget, aliter vere fortis dici non poterit. [Ab oi animi pturbatione) Vt rōne oia faciat, nō irrationali motu, vt dolore, timore, ira, libidine, & ceteris eiusmodi, q-bus q vincitur, liber esse nō pōt. [Nā ea quæ &c.) Ratio est, ea cōtēnere quæ eximia vulgus & pclara existimat, vt diuitias, impia, magistratus. [Fortis animi est) qm̄ cupiditate nō frangitur, q̄ motus est irrationalis. Stabili. Virtus vt ait Arist. est habitus electiuus in mediocritate cōsistēs, quoad nos rōne terminata, & vt sapiēs terminaret rōne terminata ad naturalē instinctū refertur, nō .n. oēs natura ita instituti sunt, vt quæ recta sunt, intelligāt, sed si rō naturalis affuerit, nihil vitiosum, nihil flagitiosum cōmittet. Si cōtra abfuerit in oē turpitudinis gen⁹ labimur. Ideoq. stabili, inqt, ad rōnem referēs, q̄ est quo ad nos, firma ad id respiciēs qd' est, & vt faciēs terminate. Nā sapiens q̄ à natura sunt ea pceptis determinata discedere non cōuenit minime. [Acerba) Vt mortes filioꝝ, exilia, carceres. Cic. in Paradoxis, C. Mario inqt secūdis in rebus vnū ex summis viris visum esse, quo beatius esse mortali nihil pōt. [A statu naturæ,) Qui est in rōne firmatus. [A dignitate sapiētis) Quæ est posita in pceptis, vt non discedamus ab eo, qd' sapiēs terminauerit [Robusti animi) Ad naturalē rōnem referas. [Magnæ cōstātiæ) Ad sapientis determinationē. [Non est aūt cōsentaneum) Non esse conueniens inqt, vt q terribilium timore nō frangitur, idem cupiditatibus frangatur, & q a laboribus nō vincitur, idem voluptati succumbat, qm̄ verisimile est vt quē metus non frangit, eundem ēt cupiditates non frangāt, & quem labor non vincit, eundem voluptas non vincat. Nam q agit quod difficilius est, is quod & facilius est operatur. Difficilius aūt est mortē non timere, q̄ cupiditatibus repugnare, & graues labores patiēter ferre, q̄ à voluptatibus abstinere. [Qui metu non frangant) Reꝝ terribilium, nam fortis est, vt diximus quæ hoibus terribilia vīt, & sunt, ea subire, & oēs quamuis graues labores tolerare. [Cupiditate) Rerum externarum, vt pecuniæ, imperioꝝ, magistratuum. [Hæc vitanda, &c.) Ne cupiditatibus frangamur. [Et pecunię &c.) Pecunias intelligimus omnia, quorum æstimatio mēsuratur nūmo. [Nil tam &c.) Et ppea Sen. inqt, Pecuniæ imperare oportet nō seruire. & pecunia si vti scias, ancilla est, si nescis dn̄a. Qui amat pecunias necesse est vt timeat amittere quod lōgo tpe congessit, q timet fortis nullo pacto est. [Pecuniam cōtemnere) Maxime sunt diuitię vt Sen. inqt nō desiderare diuitias, & ille est paup q non sibi vr̄ diues. [Ad beneficentiā &c) Vt benefaciaris hoibus dignis qbus vt ait Sen. beneficiū vbi des, oēs obliges. [Cauēda &c.) Potest qspiam mereri gloriam, non tñ cupere, & hic vere fortis est, ac magnanimus. Est.n. honor virtutis præmiū non tñ appetenda gloria est, vt cupiditate eius cōtra officiū fiat. Multi philosophi de cōtemnenda gloria scripserūt. Euripi.n. lib. hoc est obnoxiū & seruum sibi hoiem reddit: non .n. ex seipso, sed ex vulgi opinione semp pēdet, & ad illius arbitriū oia facit. Duplex aūt seruitus est inter gentiū inuenta, & moribus inducta, cū quispiā ita vitijs & turpitudini se subijcit, vt veluti seruus illis pareat, de qua seruitute loqtur Cic. in Parad. ex Stoicorū opinione, q dicebant solū sapientem liberū esse, malos aūt seruos. Esse aūt libertatem potestatē operandi, qua stulti & mali omnino careāt. [Nec vero &c.) Argm̄ est à maiori ad minus, si nō sunt expetenda imperia, multo minus cetera imperia expetenda nō sunt, cum sint bona media, nihil aūt expetibile nisi qd' honestū est, & quod honestum bonū. Quo aūt bene vti, & male possumus, id bonū non est, vt superius est ostēsum. [Non accipienda) Quod multi fecerūt. [Deponenda) Quod Lycurgus fecit, q regnum, qd' obtinere poterat, cū regnaret, anteq̄ manifestum esset fratris vxorē prægnantem esse pueri esse declarauit, si mas foret. Quo nato nō vt regem, sed vt pueri tutorē se gessit, & adulto regnū tradidit, q Charilaus est vocatus. [Vacādum aūt omni &c.) Docuit qd viro forti & magnanimo faciēdum esset, nunc quō faciendū sit ostendit, & pleno fungitur pcipientis officio. Dicit aūt omni animi pturbatione carendū, vt impleri ea possint quæ tradidit: Nā vbi aliqua adest pturbatio, liber aiut esse non pōt. Si liber non est, neq; tranqllus esse pōt, neq; constantiā aut dignitatē in agēdis rebus seruare. [Tū cupiditate) Quatuor gn̄a sunt pturbationis, vt supra diximus, quoꝝ multæ sunt spēs hæc quidā recte appellant rerū humanaꝝ carnifices. Nam hoies ferme oēs vexāt, quod si q s est, q nec sperat nec metuit, is humana oia contemnit, q nec lætis effertur, nec tristibus deprimitur is oia quāuis grauia patitur, ea quo liber est, & securus, oiaq. constanter & cū dignitate operator. Cupiditatis ois perturbatio est animi motus, vel rōnis expers, vel rōnem spernans vel rōni non obediens, isq. motus aut boni aut mali opinione incitatur, fiuntq. ex eo quatuor pturbationes. Duę ex opinione boni voluptas & cupiditas. Est aūt voluptas gestiens .i. pter modū elata lætitia opinione pręsentis magni alicuius boni, rōni non obtemperās. Cupiditas vero quæ & libido vocatur, est appetitio opinati magni boni rōni nō obtemperans. Duæ reliquæ perturbationes metus ægritudo sunt ex opinione mali. Nā metus est opinio magni mali impendētis, ægritudo vero magni mali pn̄tia. his perturbationibus, ut ait Cic. in quæst. Tusc. quas in vita hoium stultitia quasi quasdā furias inijcit, atq; incitat oibus viribus, atque opibus, repugnandū est, si volumus hoc quod datū est vitæ tranqllæ placidæq. traducere. [Iracūdia) Quæ est vt Stoici diffiniunt ira inueterata, & plena odij vlciscēdi tempus obseruās, est aūt species cupiditatis. [Tranqllitas) Sūma qes nihil oino hñs perturbationis, & ad lętitiā voluptatemq. respicit. [Securitas hæc efficit) Vt nihil timeamus, & ad metū refertur & ægritudinē. [Constātiam) Ne frangamur dolore vel metu. [Dignitatē) Ne spe vel lętitia nimiū efferamur. [Multi aūt &c.) Hic cōparatio fieri vr̄ eoꝝ, qui qeti, & tranquilli in agris suis vixerūt, re familiari contēti, & omni pturbatione vacui, & eoꝝ q parandis opibus fuerunt intēti, nam sicut q in agris viuūt re familiari contēti. hoc ppea faciūt ut liberi sint, ita q opibus parādis studet id facit, ut liber sit. nullius rei idiget, q in solitudine viuit. suis contētus nulli pturbationi, aut hoi seruit, q hmōi est, liber est, eodem modo q opibus abundat potens est, q potens est nullius indiget, q nullius indiget, is nemini paret, & sic idē præstare vīr opulentia, & solitudo, vtraque.n. libertatē, tranqllitatemq. parit, ociosoꝝ aūt uitæ eoꝝ uitam præfert, q in rep. uersantur. [Multi sunt) Aetate mea. [Et fuerunt) Vt Q. Cicinnatus, q obsessi cōsulis, & exercitus liberator ab aratro uocatus ad dictaturā uenit, ac rursus fascibus depositis quos festinātius uictor reddiderat q̄ sumpserat Impator ad eosdē inuēcos & quatuor iugerū prædiolū redijt, ut Columella ait. idē institutum C. Fab. & Cur. Dētatus secuti sūt. [Nobilissimi phi) Vt Socr. Pla. [Populi) Vt Plat. de quo supra dictū est. [Principū) Vt Pythagoras, q Polycratis Samij miscētem tyrānidē fugiēs post lōgas discēdi causa susceptas peregrinationes, in Italiā uenit, & in ea plitis

regione quæ magna græcia appellata est.[Homines sc.& gra.)Sicuti Scipio maior, q cum Romano℞ principum mores ferre nõ posset Linternũ se contulit,vbi qeti se dedit.[Vt erũt in agris) vt Q.Cincinnatus.[Quod regibus)q vt nemini pareãt,aut cuiusp iã egeant auxilio,superiores studẽt esse,res quidem eadem est sed ratio diuersa.philosophi & viri graues despiciẽtia re℞,reges vero opibus & potentia libertatẽ assequuntur.[Sic viuere)vt uelis,modo recta & honesta sequaris nihil.n.velle debemus, quod non rectum honestumq. sit. [Quare cum hoc cõe sit.) Nam & ociosi & reges eundem finẽ sibi proponunt.[Alteri)Reges.[Suo & paruo)vt Curius & Fabricius,de quo Virg.paruoq. potẽtẽ Fabricium.[Omnino contemnenda)Non eñ oĩno probanda. Nã q suæ qeti consulunt vnum iustitiæ genus assequuntur q nemi-nem iniuria afficiunt,altero vacant, qm non repellunt á quibus possent & deberent iniuriam,q vero nemini parere,& nulli sub esse volũt,plerunq; insolentes efficiũtur,& æqtatem non seruãt. [Sed facilior)Nũc in quo vtraq; differat vita,& eius q ocio se dedit,& eius q̃ parandis opibus studet,manifeste declarat,alterã.n. tutiorẽ, minusq. alijs grauem, alteram fructuosiorẽ hoium gñi, & ad gloriam comparandam aptiorem dicit esse, ex quo aperte theoricam practicæ præponit. [Quæ pp &c.) Qm̃ minus grauẽ & molestam esse volunt ociosorum vitam, ideo de philosophia subiungit,& illa concedendum fortasse dicit cum excellenti ingenio sint,vt doctrinæ totos se dedant, & remp. non capessant, quod multi fecerunt,vt Plat.Ratio vero est,qa prodesse plurimũ pñt aliqd excogitando & scribendo,quod & præsentibus & posteris vtilitati futu℞ sit.Forsitan vero addidit eius qd superius cõtra Pla.& philosophos dixit minime imemor.[Et ijs)addit alios, qbus concedendum est remp.non capessere.[Valetudinis imbecillitate) vt Scipio superioris Africani filius,quẽ valetudinariũ sed doctissimũ legimus fuisse.is est q Pauli Aemi.filium adoptauit;a quo Carthago & Numãtia deletæ sunt.[Aliquæ gra.)Causa,pp seipsum certe hoc dicit Cic.q eum occupatam a Cæsare videret remp.satius duxit eam relinquere,& totum ocio se dedere, q̃ in illa versari.quod si fecisset,& sibi nocuisset,& pdesse illi minime potuisset,hoc ipse Ci. scr.in Epistolis.[Quibus aũt)si q inqt sunt, qbus nulla causa est,q n remp.capessant,si eã non attingunt, non modo non laudandi sunt sed ẽt reprehẽdendi.[Talis causa)ingenij imbecillitatis,valetudinis. [Quo℞ iu.&c.) q inqt,gloriã cõtẽnant,& imperio atque cetera oia quæ magna & pręclara a plerisque extimantur,improbare non facile est. Qui.n.hoc faciũt laude digni sunt. Cum magnanimi sit ea pro nihilo hr̃e quæ ceteri appetunt. Sed vñr res hmõi ppea non appetere q labores & molestias metuunt.In quo magnanimi non sunt habendi.Magnanimus .n. nihil timet,quod neque ab improbitate neque ab ipso prouenit.Quod si magistratum populo petat non recte iudicante sed teme.& repulsam patiatur. Qm̃ id non sua improbitate,sed populi accidere intelligit,pati æquo aio debet, qd' si assequit̃,nõ debet lætitia efferri.Cato senior repulsis tanq̃ honorib. gaudebat,vt legimus,ergo accusandi sunt multi q timore laboris & molestia℞ ociose degunt & rẽp.non attingunt.[Offensionũ)Erro℞ vt si delecti exercitus duces victores nõ reuertãtur,offendere.n.peccare est translatione ab eo sumpta,q iter ambulãdum ad lapidẽ pedem offendit.[Repulsatum) Si magistratum petant cum digni sint,& rõ vulgi suffragijs repellantur. [Ignominiam)Grauẽ notam & sugillationem,quæ nomẽ lædat, ignominiã dixerunt veteres,& iure consulti de ignominiosa scribũt missione. [Sunt.n.&c.) Pa℞ sibi consentiant,vt cũ res humanas despiciãt; vt gloriam,imperia,magistratus, labores tñ,& molestias pro cõi vtilitate pati non possint.[Voluptatem seue.) Contemnant,quod tẽperantis est.[Iudo.) Sint molliores, quod est cõtra fortitudinẽ,quæ circa difficilia consistit,difficilius aũt est dolorẽ ęquo aĩo pati,q̃ a voluptate abstinere,& minus fortes habẽtur, q voluptatem respuunt,q̃ qui dolorem perferunt. [Sed ab his q &c.)Non consonare sibi ipsi Cic.vr̃. Superius.n.non expetenda ac potius aut non accipienda interdum,aut nonnunq̃ deponenda imperia dixit,nũc vero adipiscẽdo magistratus dicit. Sed minime dissentit,aliud est magistratus adipisci,aliud imperia capetere.Nam q adipiscitur,ideo adipiscitur qa meretur, nõ aũt cupit, Qui vero expetit,sæpe malis artibus nititur.Non sunt.n.expetẽdi honores,sed si differuntur nõ sunt contẽnendi, presertim si in illis cõstituti humanæ societati vtile esse possumus. Non minus aũt peccat q operam suã reip negat cum prodesse possit q̃ q imperia & magistratus nimiũ affectat.[A natura) q ingenio valent & bona valetudine corporis sunt.[Nec aliter.n.&c.)nisi boni viri magistratus suscipiãt,regi ciuitas nõ põt,neq; fortitudo & magnanimitas declarari,q in magistratibus, & imperij pcipue eluect,ex quo sm Arist.ciuili sciẽtię honoratissimę facultates subijciuntur, vt res militaris, œconomica, Rhetorica, & ipsius fines alia℞ fines cõtinet,estq. summũ humanũ bonũ. [Capessentibus aũt remp.) Quid custodire debeant,q remp. capessunt,nunc præcipit,& non minus q̃ philosophos ipsos res humanas despicere debere ońdit. Carendum aũt oi anxietate,& cũ grauitate cõstantiaq.. Qui .n. alicui subiacent perturbationi,agere aliqd grauiter & constanter non pñt, vt supra dictum est. Monasticam aũt vitam cum politica comparare vẽ facilius esse dicens monasticis res humanas contemnere q̃ politicis. Quominus.n.multa possident eo minus re℞ humana℞ varietatem monastici timẽt.Quominus egent eo minus sunt soliciti: Contra q in rep.versatur necesse est,vt honores adipiscatur,& multa possideat,ẽt si magnopere nõ appetat,cui hęc adsunt, is timeat fortunæ instabilitatẽ necessę est,multa adeat pericula,multosq. labores sostineat.Quo℞ nihil philosophis & in solitudine viuẽtibus ɔtingere põt.[Haud scio an magis) q.d.multo magis adhibenda est.Magnificentia in contemnendo non aũt concupiscendo. [Despicientia) Vt diuitias & opes amittere nõ timeat, & ita metu careat, magistratus nõ cõcupiscat,delatos nõ recuset,mereatur,sed magno aio & integre gerat,nec gaudeat q adeptus,nec si passus repulsam fuerit, cõmoueatur.[Anxij)Spe,metu,dolore,gaudio soliciti.[Cũ grauitate)Si ois perturbatio abfuerit.[Quę oia &c.)cõtemnere res humanas,nõ sperare,nõ metuere.[Quæ fortuna feriat)cui in bona animi nullum arbitrium est.Et Bias ille,vnus ex septem, Oia inqt mea mecum porto.Et Stilbon Megarensis,Bellum nulla ex virtute spolia trahat. Sed vt Seneca inqt: Feriũt celsos fulmina mõtes.Idẽ ait,Ex celsis multo facilius casus nocet.& Lucanus,Ad alta leuatis est ruere inferius.[Multis rebus egẽt) Paucis.n.sunt cõtenti.modico vestitu,modica & plerũq; vili supellectile nullos.n.hospites nullos cliẽtes habẽt.Vnius seruuli aut ancillæ ministerio sunt cõtenti.[Quocirca)Cũ minus multa qetis habeãt q̃ q in rep.versantur,& minus multis egeant,efficitur vt animi illorum minus moueatur,minusq. multa efficiant.Qui.n.oia contẽnunt,nihil sperant aut metuunt,nihil ẽt moliũtur.Raro igitur accidit vt pturbentur,q vero remp. gerũt,multis quotidie causis aliqua pturbatione concitãtur,ex quo operã dare illos oportet, vt & magnanimi sint in re℞ humana℞ despicientia,& perturbationibus repugnent,qbus q subiacent,gerere aliqd cũ dignitate non possunt. [Ad rem gerendam &c.) Quo pacto fortis & magnanimus in rep administranda gerere se debeat nunc ostendit, & nõ solum rem gerendam priusq̃ ad illam accedat,sed ẽt qd ipse efficere possit considerare admonet. In quo qd propositum magnanimi sit præscribit,vt res magnas suscipiat,non tñ maiores q̃ efficere possit,qm̃ temerarius esset,& cũ efficere quidem possit, & vires sufficiant,non tñ ignauia efficere posse desperet, nec timeat quod timendum non est,ne pusillanimus habeatur. Tm̃ itaque sentire de se magnanimus debet circa res gerendas, quantũ pstare possit,ne aut deficiendo,aut excedendo peccet. [Quoniã illa res honesta sit)Qm̃ non sufficit hoc solum considerare,vt honesta sit, vt ad cõem vtilitatem spectet. Siue res urbana siue sit bellica,in his.n.magnanimi præcipue versantur, vel vt bene rẽp. gubernent,vel vt bello iniurias propulsent.& cõmoda patriæ augeant.[Habeat efficiẽdi &c.) Ne audeat plusq̃ possit aut minus q̃ possit.[Propter ignauiam) Vt timeat quæ timenda non sunt. [Propter cu.) Et audeat quæ audere non debeat. Põpeius victus in Pharsalia temere desperauit.poterat.n.bellum mari reparare, cũ eius classis intacta esset,& Cæsaria classe instructior & numerosior.C.Flaminius inconsulte & temere cum Annibale ad lacũ Thrasymentũ conflixit. M. quoque Varronis cupiditate pugnãdi apud Cannas ingẽs illa clades accepta est.[In omni.&c.)Consilio prius respectandum dicit ne temere aggrediamur. Sal.quoque ait antequam facias consulto & vbi consulueris mature facto opus est.Aesopus,Phrygius fabulator sic ait, τὸν φρόνιμον δεῖ [illegible].

ASCEN.

OMnino fortis aius) Docet circa quæ aius fortis versatur,& est ordo,Aius oino fortis & magnus cernitur .i. decernitur,& rõ probatur maxime.i.pcipue ex duabus rebus,qua℞ vna ponitur in despicientia .i. contemptu re℞ externa℞.i.extra nos posita℞ vt sunt diuitiæ,Cũ sit persuasum sup.animo forti & magno,hoiem nihil .i. non aliquid, non oportere .i. decere aliquid,aut admirari tanq̃ magnum, ex hoc primo aspectu,aut optare tanq̃ vtile,aut expetere tanq̃ sibi debitũ,& necessarium. Nisi illud quod sit honestum & decorum, & nulli pro non,& vlli nõ succũbere.i.superari vlli, neque perturbationi animi,neque fortunæ.Alterius res est,vt cum.i.postq̃ tu qui sup. fortem animum hr̃e uis,sis affectus animo,ita vt dixit supra geras .i.

publice

publice facias res magnas,& geras quidem.i.certe illas.s.res magnas,&.i.et maxime vtiles.s.vt.i. veluti. Arduas vehe. & plenas laborum & periculorum. Tum.i.pariter causa vitæ,tū.i.pariter causa sup.multarum rerum,quæ pertinent ad vitam. Ois splen.& am.i. magnificentia quæ est in aio forti & magno est harum duarum rerum .i. pertinet ad has duas res.s.nihil admirari,optare,& eapetere,nisi quod honestum & decorum,& nihil quod magnum maxime vtile arduum laborum,ac periculorum plenū,& ego addo, & in posteriore.s.re. vltra splendorē & amplitudinem, ēt vtilitatem, qa dixit illas qdem & maxime vtiles. Aūt pro sed causa & ratio efficiens.i.q efficit magnos viros,est in priore.i.in priori re,hoc est in despicientia rerum externarum,& in eapetitione solius honesti,& decori.Enim pro qa illud quod facit aios excellentes,& contemnētes humana.i.res humanas,est in eo.s.priore. Aūt pro sed idipsum.s.q excellentes aios & humana contēnentes facit, cernitur .i.decernitur & comprobatur in duos,&.i.pariter,hæc est primo loco,si tu iudices id solum bonum quod honestū sit,& .i. pariter hic est secundo,si tu sis liber à perturbatione animi. Nam &.i.et dicendū est fortis & magni animi sup.esse.i.pertinere ad fortem & magnum aium,ducere.i.æstimare ea quæ vīr plerisque.s.male affectantibus eximia,& præclara,cuiusmodi amplę dignitates,& magistratus,ac fortunæ strepitus, q; pro & contemnere ea rōne stabili & firma. Et ferre.i.tolerare ea quæ vīr acerba, quorum multa,& varia versantur in vita & fortuna hoium, ita.i. eo modo,vt nihil discedas a statu naturæ.i.à mentis tranquillitate, quæ cum sit naturalis extrema eaturbare non debet,& nihil discedas à dignitate sapientis.i.ab eo quod sapienti viro dignum est,& cobusti animi & magnæ cōstantiæ.i.pertinet ad robustum.i.fortem aium,& ad magnam constantiam. Aūt pro sed,non consentaneū .i.non est verisimile,& ita non est sentiendum eum aium .s. qui non frangitur.i.non possit frangi metu,frangi.i.q frāgatur cupiditate. Nec consentaneum est eum q præstiterit.i. præstanter exhibuerit se inuictum a labore,vinci voluptate. Quamobrem, & .i.ēt hæc quæ dicta sunt cupiditas & volupeas sunt fugienda sup. viro forti. Enim pro qa,nihil est tam.i.tm angusti,& parui.i. pusillanimi,q̄.i.quantum amare diuitias, & sup. nihil est honestius & magnificentius,q̄ contemnere pecuniam, si non habeas supp. eam, & conferre sup. pecuniam si habeas eam ad beneficentiā & liberalitatem.Non.n.sunt prodigendæ pecuniæ,sed honeste eapetendæ. Cupiditas gloriæ est ēt cauenda,vt diai supra. Enim pro qa ipsa cupiditas gloriæ,& ambitio eripit.i.aufert & subtrahit libertatem sup.animi pro qua sup.libertate retinenda, ois contentio, idest cōcertatio,& pugna debet esse viris magnanimis. Vero pro sed,nec imperia sup.sunt expetenda viro forti,ac.i.imo sup. imperia sunt interdū non accipienda si offerantur,ac pro sunt sup.deponenda viro forti nonnunq̄ .i. aliqn̄ ; qn̄ .s. aut minus honesta decoraq. illi sint. Accipitur aūt hic imperium pro ea potestate, quam pro tpe vir strenuus in milites, quibus imperabat exercebat,non pro rerum monarchia. Autem pro sed vacandum est .i. vacuum esse oportet omni perturbatione animi, tum .i. pariter cupiditate,& metu,tum.i.pariter ēt ægritudine,tædio, aut amaritudine,qua qd ægre fertur; & voluptate .i. illicita delectatione animi,& ita,vt tranquillitas,& securitas.i.separatio à curis adsit, quæ.s.securitas afferat non temeritatem,sed tum.i.pariter etiam dignitatem.i.condignam maiestatem. Autem pro sed multi sunt & fuerunt,q eapetentes eam,quam dico tranquillitatem remouerunt se à negocijs publicis,& perfugerunt.i.tanq̄ in locum tutiorem se receperunt ad ocium.i.ad vacationem rerum precipue publicarum. In his.i.inter hos q sic perfugerunt.i.etiam nobilissimi philosophi & longe principes.i.longe ante alios in philosophia principatum obtinentes,& qdam hoies seueri .i. frigide sequentes verum,& graues.i. multum constantes. nec potuerunt ferre.i.perpeti mores populi, nec principum : & vixerunt nonnulli in agris delectati sua re familiari. Idem propositum fuit his .i.huiusmodi viris quod regibus,vt .s. ne qua.i.non aliqua re egerent,& ne.i.vt non parerent,cui .i. alicui & vt sup. vterentur libertate,cuius .s. libertatis proprium est viuere sicut velis. Quare.i.quamobrem,cum.i.quandoquidem hoc .s. quod dicti appetunt,sit commune potentiæ cupidorum,q liberi esse, & nulla re egere volunt,cum his quos ociosos diai, alteri.s.priores iam dictorum hoc cupidi arbitrantur se posse adipisci.i.obtinere id, vt .s.libere & sine egestate uiuant,si habeant magnas opes, alteri .s. philosophi,& eorum similes arbitrantur se posse adipisci id,si sint contenti,& suo.i.sua re,& paruo.i.ea modica,in quo.i.in qua re, sententia.i.iudicium,& opinio neutrorum.i.neque cupidorum, neque contemnentium,est contemnenda .i. aspernanda, omnino.i.naturaliter,sed vita ociosorum.i.in ocio,non autem cessatione,sed priuatione duntaxat magistratuum & rerumpu. diligentium est,& .i. pariter facilior & tutior,& minus grauis, aut molesta alijs. Autem pro sed,uita sup. eorum qui se accommodauerunt,id est commodos & idoneos fecerunt ad remp. & ad magnas res gerendas est fructuosior generi hominum, & aptior ad claritatem & amplitudinem. Quapropter concedendum .i. ignoscendum,aut permittendum sit forsitan & .i. pariter his nō capessentibus.i.non acceptantibus remp.i.administrationem reipub.i.qui existentes excellenti ingenio dederunt sese doctrinæ, .i.applicuerunt se ad docendum,&.i.pariter his qui impediti aut imbecillitate valetudinis .i. quia valetudinarij sunt aut aliqua causa grauiore .i. maioris pensi, ac momenti recesserunt à rep.i. ab eius administratione,cum concederent.i. vltro permitterent alijs potestatem & laudem eius.s.reip.administrandæ. Autem pro sed,ego puto his quibus nulla talis causa sit,si ipsi supp. dicant se despicere ea quæ plerique admirentur .s. imperia & magistratus non modo non dandum sup. esse laudi,verumetiam vitio, quorum iudicium non approbare in eo q contemnant,& putant,id est reputent pro nihilo,gloriam,& difficile factu.i.vt fiat,sed sup. tales vīr timere labores vt molestias,tum .i.pariter offensionum dum gererent,tum.i.pariter repulsarum dum peterent,quasi quādam igoominiam & infamiam. Enim pro quia sunt sup. homines qui constent.i.constantes,& vniformes sibi sint parum in cōtrarijs .i. aduersis ferendis,& qui contemnant seuerissime voluptatem,ut sint meliores.i.impatientiores, & vincibiliores quam deceat in dolore,& qui negligant gloriam,& sup. frangantur infamia.i.qui fortiter contemnunt delicias carnis,& strepitum fortunæ,sed possunt pati modicum dolorem, aut modicam contumeliam æquanimiter, quales hodie conspiciuntur plures totos dies orombus in templis impatientes,& cum reddiderit pro modica offensione in familiares debacchantes, & ferè insanientes. Atque q.i.certe faciunt sup. ea quæ dicta sunt non satis constanter. Sed magistratus sunt adipiscendi, & resp. est gerenda omni cunctatione.i.mora & dubitatione abiecta his.i.ab his qui habēt à natura adiumenta rerum gerendarum.s.virtutes quas Cardinales vocant. Enim pro qoia nec ciuitas potest aliter regi,q.s.si petāt magistratus qui idonei sunt, nec magnitudo animi potest aliter declarari. Autem pro sed,& magnificentia,& despicientia rerum homanarum, & tranquillitas animi,atque securitas, quam sæpe dico sic adhibenda capessentibus.i.adire cupientibus rem, nihil.i.in nullo minus, q̄ adhibenda sit philosophis.i.philosophari volentibos,& haud.i.non scio,an etiam magis sit sup.adhibenda remp.capessentibus q̄ philosophis. Siquidem.i.quia certe,qui sup.remp.gerant futuri sunt nec anaij, si quid offensionis occurrat,victuri sunt. Cum grauitate & constantia, quæ.i.cuiusmodi ornamenta sunt eo.i.tanto faciliora philosophis, quo.i.quanto minus multa.i.pauciora negocia patent in vita eorum,quæ fortuna feriat.i.ferire,hoc est percutere possit. Et quo.i.ex quo egēt minus multis rebus,& quia non pn̄t tam grauiter cadere si quid aduersi eueniat. Quocirca.i.quapropter maiores motus animorum concitantur non sine causa gerentibus remp.& maiora sunt efficienda gerentibus remp.q̄ quietis.i.in ocio degētibus, quo.i. pro quo,vel pro quanto magnitudo animi & vacuitas.i.euacuatio ab angoribus.i.anxietatibus est magis adhibenda his.s.remp. gerentibus,quam quietis. Autem pro sed,is supp. qui accedit ad remp. gerendam caueat ne consideret modo.i.solummodo id.s. quam.i.quantum honesta sit illa res.s.administratio reip.sed etiā consideret sup. vt habeat facultatem faciendi.i.recte gerendi. In quo.i.in qua re considerandum est ipsi sup.gerere volenti,ne aut desperet temere.i.sine legitima ratione .s. propter ignauiam.i. inertiam suam, aut ne confidat nimis propter cupiditatem supp. gubernandi,qua excæcatus non videat quam ineptus sit. Autem, pro sed,diligens præparatio est adhibenda supp. tibi in omnibus negocijs.i.rebus administrandis,priusquam aggrediare.i. aggrediaris sup. earum administrationem.

Non autem consentaneum.) Pro eo quod est,non est probabile,siue pugnans,neque cohæret,&c. DOCT. interpr.

Omnino) Partitur fortitudinem in domesticam,& politicam. Domestica priuatum animum armat aduersus fortunam,de qua diait Horat. DOCT. interp.

Aequam memento rebus in arduis
Seruare mentem,non secus in bonis
Ab insolenti temperatam Lætitia

Politica tuetur societatem ciuile hominum.

[Cauenda est, &c.) Inuictum animum aduersus gloriem gerere oportet. [Multi autem & sunt) De ijs,qui se à Rep.remouerunt, περὶ τῆς ἀπάθειας,

ARGVMENTVM.

Longe fortius esse ciuilibus in rebus quam bellicis antecellere, multis argumentis docet, nonnullisq; de se.

SED cum plerique arbitrentur res bellicas maiores esse, quam vrbanas; minuẽda est hæc opinio. multi enim bella sæpe quæsiuerũt pp gloriæ cupiditatem: atq; in magnis animis, ingenijsq. id plerunque contingit, eoq. magis, si sunt ad rem militarem apti, & cupidi bellorum gerendorũ. vere aũt si volumus iudicare, multæ rex extiterunt, vrbanę maiores, clarioresq., q̃ bellicę. quamuis enim Themistocles iure laudetur, & sit eius nomen, q̃ Solonis illustrius, citeturq. Salamis clarissimæ testis victoriæ, quę anteponatur consilio Solonis, ei, quo primum constituit Ariopagitas: nõ minus præclarum hoc, q̃ illud iudicandum est. illud enim semel profuit, hoc semper pderit ciuitati. hoc cõsilio leges Atheniensiũ, hoc maiorum instituta seruantur. & Themistocles quidẽ nihil dixerit, in quo ipse Areopagũ adiuuerit: at ille adiuuit Themistoclem. est.n. bellum gestum cõsilio senatus eius, qui à Solone erat cõstitutus, licet eadem de Pausania, Lysandroq. dicere. quorũ rebus gestis q̃q̃ imperium Lacedæmoniorum dilatatum putatur: tñ ne minima quidem ex parte Lycurgi legibus, & disciplinæ conferendi sunt. quinetiã ob has ipsas caussas & paratiores habuerũt exercitus, & fortiores. Mihi qdem neque, pueris nobis, M. Scaurus, C. Mario, neque, cũ versaremur in rep. Q. Catulus Cn. Pompeio cedere videbatur. Parua.n. sunt foris arma, nisi est consilium domi. nec plus Africanus, singularis & vir, & imperator, in excidẽda Numantia reip. profuit, q̃ eodem tpe P. Nasica priuatus, cum Tyberium Gracchũ interemit, q̃q̃ hæc quidem res non solũ ex domestica est rõne: attingit etiam & bellicam, qm̃ vi, manuq. confecta est. sed tamen idipsum gestũ est cõsilio vrbano, sine exercitu. illud aũt optimum est, in quo me inuadi solere ab inuidis, & improbis audio:

Cædant arma togæ: concedat laurea linguæ.

vt enim alios omittã, nobis remp. gubernantibus non ne togæ arma cessere? neque.n. in rep. periculũ fuit grauius vnq̃, nec maius ocium. ita cõsilijs, diligentiaq. nr̃a celeriter de manibus audacissimorũ ciuium delapsa arma ipsa ceciderũt. quæ res igitur gesta est vnq̃ in bello tanta? qs triũphus conferendus? licet enim, Marce fili, apud te gloriari, ad quẽ & hereditas huius gloriæ, & factorum imitatio pertinet. mihi quidẽ certe, vir abundans bellicis laudibus, Cn. Põpeius, multis audientibus, hoc tribuit, vt diceret, frustra se tertium triũphum deportaturum fuisse, nisi meo in remp. beneficio, vbi triumpharet, esset habiturus. Sũt ergo domesticę fortitudines nõ inferiores militarib⁹: in quibus plus ẽt, q̃ in his, operæ, studijq. ponendum est. Oĩno.n. illud honestũ, quod ex aĩo excelso, magnificoq. quærimus, animi efficitur, nõ corporis viribus. Exercendum tñ est corpus, & ita afficiendũ, vt obedire consilio, rõniq. possit in exequẽdis negocijs, & in labore tolerãdo. honestũ aũt id, quod exqrimus, totum est positũ in animi cura, & cogitatione. in quo nõ minorem vtilitatẽ afferũt, q togati reip. præsunt, q̃ qui bella gerunt. itaq; eorum cõsilio sæpe aut nõ suscepta, aut confecta bella sunt, nõnunquam ẽt illata: vt M. Catonis cõsilio bellum tertiũ Punicum: in quo ẽt mortui valuit auctoritas. quare expetẽda quidẽ magis est decernẽdi ratio, q̃ decertandi fortitudo: sed cauẽdum, ne id bellandi magis fuga, q̃ vtilitatis rõne, faciamus. Bellum aũt ita suscipiatur, vt nihil aliud, nisi pax quæsita videatur. Fortis vero animi, & cõstantis est, nõ perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu deijci, vt dr̃; sed pręsentis animi vti consilio, nec à rõne discedere. q̃q̃ hoc animi, illud ẽt ingenij magni est, pcipere cogitatione futura, & aliquãto ante constituere, qd accidere possit in vtrãque partem; & quid agendum sit, cum qd euenerit; nec cõmittere aliquid, vt aliqñ dicendum sit, nõ putaram. hęc sunt opera magni animi, & excelsi, & prudentia, consilioq fidentis. temere aũt in acie versari, & manu cũ hoste cõfligere, imane qddã, & belluarũ simile est. sed, cũ tp̃s est, necessitasq. postulat, decertãdũ manu est, & mors seruituti, turpitudiniq. anteponẽda.

PETR. MARS.

SED cum plerique) Digreditur Cic. à præceptis tradendis de ipsa fortitudine & magnanimitate, & res vrbanas & consilia eorum, qui remp. togati gubernant, bellicæ laudi & gloriæ contra multorum opinionem præponit. hæ quippe facultates, gubernatio ciuilis, & rei militaris præstantia de principatu inter se certant, & adhuc sub iudice lis est. C. tñ nonnullis rationibus & exemplis conator ostendere domesticam disciplinam, & consilia vrbana bellicis laudibus pręferenda esse, & in hoc. Cic. causam agit suam, qm̃ ipse togatos remp. sceleratorum manibus eripuit asseruitq;. Ideo Q. Catulus princeps Senatorij ordinis & auctor publici consilij, frequẽtissimo Senatu Ciceronem patrem patriæ appellauit, cui ẽt togato primum supplicatio contigit, post vrbem cõditam, vt ipse gloriatur in tertia actione in Verrem. hæc oratio dr̃ positio, qua consideramus de aliqua re pposita. constat locis ad laudẽ pertinentibus & vituperationẽ, respicitq. hos fines, honestum, vtile, iustum, ac legitimũ. talis est eiusdẽ Cic. positio in Rhet. Boni ne plus, an mali attulerit hominibus & ciuitatibus eloquentia. Theses, inqt Fabius, quę sumuntur ex rerum cõparatione, vt rusticana vita, an vrbana potior, iurisperiti an militaris uiri laus maior, miræ sunt ad exercitationẽ dicẽdi speciosæ, atq; vberes, quæ uel ad suadendi officium, uel ẽt ad iudiciorũ disceptationem iuuant plurimum. hæc thesis in causa Murænæ a Tullio tractatur uberrime. [Pleriq;) Maior pars hoium. hæc oĩa eo spectant, ut Cic. glorietur sibi togato arma cessisse, & remp. cõsilijs suis a nefarij coniuratione liberatã esse, quę hoc carmine testatus est, O fortunatã natam me consule Romam. [Res bellicas) Ea quæ fiunt in bello magis esse laudanda, quã gesta urbana & Senatoria. [Minuẽda) Confutanda. approbãdum inqt esse aliter esse ac pleriq; putant. [Multi enim) Ratio quare hæc opinio minuẽda est, qm̃ inqt multi bella quæruot nõ pp rem ipsam & honestatem, sed pp gloriam. vnde si talibus nõ esset gloria proposita nullo modo pugnarent, ostendendum est igitur ipsos posse in toga maiorẽ laudem consequi, q̃ in castris. [Gloriæ) Bellicæ, quam ducũt esse maximam, & maxime quærũt hãc gloriam fortes & magnanimi, & si opportunitatem nacti patriæ iniuriam inferunt, ut Cæsar fecit. unde Cic. uult hanc gloriã diminuere, ut alij quęrant potius gloriam urbanã quam bellicã, ne patria detrimẽto afficiatur à cupidis bellicæ gloriæ, quod sub Cęsare passa est, q in arma fureos patriã occupauit omissis causis forẽsibus Senatorijsq. muneribus, quæ ornate ac splẽdide potuisset obire. Erat.n. literatissimus, & post Cic. facile secũdus, aut forte Cic. par, si tubarũ clangor, strepitusq. armorũ à causis agẽdis eũ non auertisset. [Id) Quærere bella pp gloriæ cupiditatẽ. [Plerunque contigit) Accidit sæpius. & euenit in animis magni pclarisq. ingenij. Vnde in bello sunt ferociores. [Eoq. magis) Tãto magis id euenit illis, q magno aio prædiri sunt & ingenio. [Apti) Præstãtes robore corporis & mẽbrorũ optima ualetudine. [Cupidi) Suap. na. [Bellorũ) i. si eorum natura ad id inclinatur. [Vere aũt) Facit propositionem disputationis, & cõfutat id quod ab eo q alteram partẽ tueretur, dici posset. [Multæ res vrbanæ) Gesta cõsilio senatorum vrbanorũ. [Maiores) Maioris laudis & gloriæ quã gesta bellica. [Iudicare vere) Sine fraude & vt veritas ipsa reqrit. [Quãuis enim) Hæc est confutatio quã dixi. & facit cõparationẽ inter Themistoclẽ & Solonem, pponitq. facta & consilia Solonis. quamuis nomen Themistoclis illustrius sit pp victoriam Salaminiam de Xerxe. [Iure) Merito. [Laudetur) Ab orato

r. bus

ribus & historicis supradixit, Hinc rhetorum campus de Salamine. [Eius.) Themistoclis. [Nomen) Fama rerum gestarum & victoriæ bellicę. [Illustrius) Maioris splendoris & gloriæ. [Citetur) Vocetur in testimoniū. Trāslatio est ab his q citātur vt testes sint. Salamis insula, vbi Themistocles vicit Xerxē nauali pugna .i. quāuis testis sit huius gloriæ victoria ad Salaminē. [Quæ) Victoria. [Anteponatur) Ab oratorib. [Cōsilio Solonis, & laudibus, quas meruit cōsilijs verbalis, & prudētia in constituēdo Senatu ac legibus. [Anteponat) .s. ab oratoribus, q quotānis laudes Themistoclis, & aliorum q in bello operā patriæ nauauerant, celebrabant. Solon vnus fuit ex septē sapiētibus Execestide filius auctore Laertio, siue Euphorionis, vt Didymus grammaticus scribit, patria Salaminius: Athenis claruit regnāte Tarqnio prisco Romę, à Codro paternū genus ducebat, maternū vero à Pisistrato tyrāno, Atheniēsibus leges heroico carmine scripsit, & Areopagū cōstituit .i. senatū, & quadringētos legit senatores. [Areopagitas) Quadringētos senatores. Areopagus erat vicus Martis, in quo cōstitutus fuit senatus à Solone. collis auctore Herod. lib. 8. ę regione ad arcē Athenarum Areopagus vocabatur. [Hoc) Cōstituere Areopagitas & ipsum senatū. [Quā illud) Victoria ipsius Them. ad Salaminē. [Illud .n.) rō quare nō erat minus pclarum illud .i. victoria de barbaris ad Salaminē. [Hoc) Cōstitutio Areopagitarum & senatus pderit semp, illud vero semel. [Ciuitati) Athenis. [Hoc cōsilio) Solonis. [Leges) Quas ipse tulit. [Maiorum instituta) Mores optimi Atheniēsiu. [Et Themi. qdē) Hæc est altera rō, qua suā propositionē probat, res .s. vrbanas esse maiores bellicis. [Areopagō) Senatum constituendum. [At il.) Solon. [Adiuuit) Themi pp senatores, quos instituerat, quorum cōsilio id bellum gestum est, ergo Solon adiuuit Themi. Themistocles aūt non adiuuit Solonē, post pugnā Marathoniam de qua dictū est. Themi. monuit Athenienses illā victoriam non finem, sed causam esse maioris belli. Vnde ducētæ naues factæ sunt, cū nunciaretur Xerxem ingenti comparata classe ad Græciā occupandā, & in primis Athenas ad nauigare. consuluerunt oraculum Delphicum, qbus Pythia respōdit, vt muris ligneis se munirent. oraculum tale fuit, vt auctor est Eusebius, lib. 5. de pparatione Euangelica: Effugite extremas mūdi, & penetrate sub oras: Ne miseri tardate, feret fuga sola salutē. Nō saluū caput vllū, nō pes ue manus ne Vlla, nec in reliquo pars denīq; corpore salua. Curribus ecce furit vectus, quē Syria mittit, Mitis erit nulli, capiet ferus oīa Maurus. Non tēplis diuū parcet, nō mœnibus vrbis: Cūcta igni cōsumet. an ipsa exterrita magno Sudore aspicitis superum simulacra madere? Lignea mœnia dat Pallas, quā cōdidit vrbi. Inde optata salus felix, & palma sequetur, Si tū pugnā non expectarit equestrē. Tu vero Salamis vel cū successerit æstas, Vel cū tristis hyems, proprijs priuabere natis. Oraculū datum Lacedæmonijs tale fuit: Qui Spartam antiq colitis, vel mœnia vestra, A Persis deuicta cadēt, vel regis adēpti Herculæ mortē grauiter plāgetis amarum. qm̄ in eo bello vt dictum est, Leonidas Rex Lacedæmoniorum, q erat de gn̄e Herculis cecidit ad Thermopylas, cū illas angustias custodiret, & ideo dicit Trogus, Initio huius belli sciscitātibus oracula Delphis rn̄sum fuerat, aut regi Spartanorum, aut vrbi cadendū, & iccirco cū Leonidas ad bellū pficisceret, ita suos firmauerat, vt regē se parato ad moriēdū aīo scirent. Angustias pterea occupauerat, vt cū paucis aut maiore gloria vinceret, aut minore dāno reip. caderet, oraculū datū Atheniēsibus, cū nemo intelligeret, Them. nauiū psidiū demōstrari interpretatus, psuadet oibus patriam municipes esse nō mœnia, ciuitatēq. nō in edificijs, sed in ciuibus positā, melius itaque salutē oīuib⁹ quā vrbi cōmissuros huius sniæ ēt auctorē deū esse dicēs. Probato itaq; consilio cōiuget liberosq. cū preciosissimis rebus in insulas relicta vrbe emādat, ipsi armati naues cōscēdūt, arcem relinquētes sacerdotibus paucisq. maioribus natu, & sacra ēt pcuranda, & Themi. eligit angustias Salaminij freti, timēs ne a multitudine hostiliū nauium circunueniretur. Vnde in freto Salaminio pugnatū est, & paruo numero nauium maxima post hoium memoriā classis Persarum deuicta est. Persæ in fugā versi sunt, in qua trepidatione multæ submersæ naues, multæ captæ sunt, plures tñ non minus sæuitiam regis quam hostē timētes domū concessere. Hac victoria Themi. Imperator nobilitatus est, q ante hanc pugnam noctu surgebat per vrbem tanq lymphatus discurrens, nec capiens qetē dicebat se excitari trophæis & victoriam Miltiadis, q apud Marathonem Persas vicerat, nec erat aliqua victoria, quæ cū Marathonio trophæo posset cōparari. Themi. Neoclis filius fuit, cui ob res gestas, auctore Æmilio Probo nemo pfertur, & pauci pares putātur. [Licet eadē de Pausania Lysandroq. dicere) pausanias Lacedæmonius clarus Imperator, sed varius in oi gn̄e vitæ fuit. Nam vt virtutibus multis enituit, sic vitijs obrutus est, & denigratus. hic vt dictū est, vna cum Aristide Atheniensi vicit Mardonium apud Platæas cū ducentis millibus peditū viritim electis, & 20. equitum, & ex præda tripodem aureū Delphis posuit epigrāmate inscripto in hanc sententiam: Suo ductu barbaros apud Platæas esse deletos, eiusq. victoriæ causa Apollini donū dedisse. Post hoc plium missus est cum classe Cyprū & Hellespontū, vt inde barbarorum præsidia depelleret, quæ oia feliici euētu peregit, & Byzantiū expugnauit, sed hanc belli gloriā in glia morte deturpauit. Aristocles pater Lysandri ex psapia minime regia, ceterū ea Heraclidarum gn̄e natus esse dr̄, inquit Plutar. Lysander Lacedæmonius magis felicitate, quā virtute sibi gloriam cōparauit, in rei familiaris educatus angustia, sese patriæ, legibus obtēperantem, si qs alter, præbuit, cui honoris cupiditas & cōtentionis studium a Laconica disciplina permāsit innatū, Clarus imperator fuit, q cum Athenas p deditionem cepisset, 30. viros vrbi pposuit, & Chalybiū arci gubernatorē, inde statuā sibi præfectisq. suis erexit, quo rpe maxima animi elatione vti visus est, qm̄ ipsi Grecorum primo perinde ac deo p ciuitates aręerectæ sunt, & sacrificia instituta, eiq. ante oēs pæanes decantati, quorum vnus tale habebat initiū: Almæ græciæ imperatorē ab altissima Sparta diuinis celebremus laudibus. Ioparan Chœrilum poetā semper secū habuit, vt res à se gestas versibus celebraret, tādem cū Thebanos inuaderet, apud Hallartū oppidum Bœotię à Neochoro interfectus est. Facit igitur cōparationem inter Pausaniā Lysandrumq clarissimos impatores exercitus & reges, q rebus gestis imperiū Lacedæmoniorum dilatarūt, & Lycurgum q Lacedæmonijs leges dedit, & sic ostēdit plura Lycurgū quam illos fecisse, quāuis duce Lysandro Athenienses à Lacedæmonijs victi fuerint in bello Peloponnesiaco, quod Thucydides literis mādauit. Lysander .n. bellū confecit, quod per 26. annos durauerat inter Athenienses & Peloponnesios. vnde bellū Peloponnesiacū dictum est, & Lacedæmonij sunt in Pelopōneso, Messenij, Achæi Dores, Argiui, Elei, Arcades. hi .n. populi illā incolunt peninsulā, in cuius isthmo est Corinthus caput Achaiæ. hi populi cū Lacedęmonijs faciebāt, Athenienses ēt suos habebāt socios. [Licet dicere) Possumus afferre idē quod de Themistocle & Solone. [Rebus gestis) Præstātia bellica & victorijs. [Lacedæmonis) Lacedæmō est vrbs Pelopōnensi, quæ & Sparta dr̄, clarissima quondā & institutis & armis. [Dilatatū) Amplitatum & propagatū. Nam Lysander Athenas cepit. Pausanias Persas vicit, expugnauit Byzantiū, & Ex Cypro atq; Hellespōto deduxit barbarorum psidia. [Tamen) Quāuis imperiū fuerit p illos dilatatū. [Tamē ne minima qdem) Nō modo nō magna, sed nulla ea parte comparandi sunt gloriæ Lycurgi, quā ille meruit ob leges sanctissimas, quas Lacedæmonijs tulit. [Cōferendi) Cōparandi. Lycurgus auctore Trogo, cū fratri suo Polybitæ Spartanorum regi successisset, regnumq. sibi vēdicare potuisset, Charilao fratris filio, q posthumus fuerat cū adoleuisset, regnū restituit, ut intelligerent oēs quanto plus apud bonos pietatis iura, quā oēs opes valerent. Medio igit tpe dū infans adolescit, & ipse tanq tutor regis regnum administrat, leges nō habentibus Lacedæmonijs instituit, nō inuētione earum magis quā exemplo clarus, siqdem nihil lege in alios sanxit, cuius nō ipse primus documenta daret, populum in obseq a principum, principes ad iustitiā infimorum formauit, parsimoniam oibus psuasit, existimās laborem militiæ assidua frugalitatis cōsuetudine faciliorē fore emi singula nō pecunia, sed cōpensatione mercium iussit auri argētiq. vsum veluti materiam oium scelerū sustulit. Administrationē reip. p ordines diuisit, regibusq. potestatē bellorum, successiones, senatui custodiam legum, populo sublegēdi senatum vel creādi quos uellet potestatem permisit, fundos oium æqualiter in oēs diuisit, ut æquata patrimonia nemiē potētiorem alijs redderent, cōuiuari oēs publice iussit, ne alicui diuitiæ vel luxuriæ in occulto essent. Iuuenibus non amplius vna veste vti toto anno pmisit, nec quenq cultius quā alterum progredi, nec epulari opulentius, ne imitatio in luxuriā uerteretur. pueros impuberes nō in forum sed in agrō duci præcepit, ut primos annos nō in luxuria, sed in ope laboribus agerēt. Nihil eos somni causa substernere, & uitā sine pulmēto degere, neq; prius in vrbē redire, quā viri facti essent. statuit virgines sine dote nubere, iussit vt vxores eligerētur nō pecunia seuerius, quo matrimonia sua viri coercerēt, cum nullis frænis tenerent ipsius dotis maximū honorē nō diuitū, & potentū, sed pro gradu senum esse voluit, nec sane vsq terrarū honoratiorē locū senectus habuit. Hæc qm̄ principio solutis antea morib. dura videbant esse, auctorē eorū Apollinē Delphicū finxit, ea se ex pcepto numinis attulisse, ut cōsuescēdi tædiū, metus religionis euinceret. deniq; ut æternitatē legibus suis daret, iureiurando astrinxit ciues, nihil eos de

fuis legibus mutaturos,priusq̄ reuerteret, & se ad oraculum pfi
cisci simulauit, cõsoliturum qd addẽdum mutandũ ne in legibus
videret,sed in Cretã profectus est,ibiq. ppetuum exiliũ egit,abij
ciq. in mare ossa sua moriẽs iussit,ne relatis aliqn̄ Lacedæmonẽ
Spartiatæ iurisiurãdi religione solutos in dissoluẽdis legibus se
arbitrarent.[Qu neuã)Immo.[Ob has ipsas causas)pp discipli
nã leges,& educationẽ iuuenũ,vt pcepit Lycurgus.[Habuerõt)
Pausanias.f.& Lysander Imparores exercitus, oã reges Lacedæ
monij habebãt potestatem bellorũ,vt dictũ est.[Paratiores) In-
structiores ad pugnã,& inflãmatos cupiditate vincẽdi, nec mor
tem curabãt,vt sanctis legibus patriæ obsequerent.in Tusc.disp.
loquẽs de Lacedæmonijs ait,Fuit hæc gẽs fortis, dũ Lycurgi le-
ges vigebãt &,estote forte Spartiatæ, magnã vim habet reip. di-
sciplina [Fortiores)Promptiores ad oia pericula & labores pp bo
nã educationẽ,& leges Lycurgi q̄ talia iubebant,semp.n.se exer
cebãt varijs gymnasijs,& pueri flagellis ad arã Dianæ cædebant,
& nunq̄ exclamabãt.[Mihi qoi) Hactenus de Græcis,nũc de R.
ponit exẽpla,& cõparat M.Scaurum principẽ senatus tpe suo,&
sæpenumero auctorẽ pub.cõsilij Mario Arpinati, q bellica laude
claruit & septies consul fuit,de quo Liuius: Marius vir, cuius si
examinarẽtur cum virtutibus vitia,haud facile sit dictu,vtrũ bel-
lo melior,an pace pniciosior fuerit,adeo quã remp.armatus ser
uauit eam primo togatus omni ser lere fraudis, postremo armis
euertit.editis multis sceleribus in vlt.cõsulatu idib.Ian.decessit,
expertus oia quę optima fortuna & pessima dare homini põt.[No
bis pueris) cũ ego essem puer.Ideo ait in,pœmio de orat.Prima
ætate incidimus in ipsam disciplinæ veteris pturbationem.intel
ligẽs de bello qd' fuit inter Marium & Syllã.[M.Scaurus) q̄uis
patriciæ gẽtis patrem carbonariũ habuerit.i.q carbones in argẽ
taria officina tractabat.Vnde in parua ętate ambiguus fuit,an ip
se patrẽ imitaret,an ad honores aspiraret,sed cũ gloriam sibi elo
quentia cõparasset,ad maiorem fortunã & munera reip.obeũda
aiom applicauit.Vnde postea ɔsul factus legẽ tulit de sumptibus
& suffragijs libertinorũ. P.Decio p̄tori veste scidit,quod sibi con
suli trãseunti non assurrexit,sellam fregit,dixitq. neqs in ios ad
eũ veniret,qm̄ prætores iura debeant. postea censor factus viam
Aemiliã strauit, & pontem Miluium struxit.Hic est ille Scaurus
pater alterius Scauri,de quo dicet loco suo.de hoc Scauro Silius
lib.8.sic loqiur: His Scaurus monitor, tenero tũ Scaurus in æ-
uo,Sed iã signa dabat nascẽs in sæcula virtus.M Scaurus igr glo-
ria domestica floruit,de Liguribus.n.triũphauit.[Cum versare-
mur)In rep in muneribus reip.& senatorijs muneribus fungere
mur.[Q.Catulos) Fuit optimus senator,q templũ Iouis Capi-
tolini dedicauit, qd' incendio ɔsumptũ Sylla restituerat, & ipse
Catul.inaurauit tegulas,vt ait Plin.lib.3 cum sua ætas varia de
Catulo existimauerit, qd' tegulas æreas capitolij inaurasset pri
mus Catul auctore Plut.in Põp.magnę auctoritatis erat integri
tatis & æquitatis,tũ ciuium oium primus.Videbat aũt hic vir ciui
libus negocijs,quã rei militari aptior.[Co.Põpeio)Qui bellica
gloria claruit,& magnus à deuicta Africa cognominat⁹ est.[Pa
ua sunt arma)Parũ psunt arma extra vrbẽ,si nõ regunt optimo
senatorũ cõsilio.[Domi) In vrbe,nisi ciuitas regat optimis consi
lijs.[Nec plus Africanus) Nũc de Scipione Aemiliano clarissi-
mo Imp q Numãtiam & Carthaginẽ vrbes ferocissimas sustu-
lit,& P.Scip.Nasica loqtur,q optimus vir à senatu iudicatus est,
cũ simulacrũ matris Idææ Romã adueheret de quo Iuuen.Da te
ste Romæ iã sanctum,quã fuit hospes Numinis Idæi.[Singula-
ris vir,)Cui in priuata laude & moribus nemo poterat cõparari.
Nã oĩbus bonis artibus & virtute p̄ditus fuit, & in priuata vita
singularis,et ab omni luxu abhorrẽs. Vnde P.Sulpicio Gallo ho
mini delicato inter alia quæ oblectabat, hoc quoq; pbro dedit,
qd' tunicis vteret manus totas operiẽtibus. Nã vti manicatis tu
nicis apud antiquos indecorũ erat.Et ideo Virg has quoq; vestes
quasi fœmineas criminat,inqt Gel.Et tunicæ manicas, & hñt re
dimicula mitræ.[Et imp.)Bellica laude clarissimus & ɔsilijs mi-
litaribus,quẽadmodũ in vita priuata.Nã apud Numãtiã milita-
rẽ disciplinã correxit aliorũ impatorũ incuria luxuriãtẽ,& sic illã
vrbẽ expugnauit Filius fuit Pauli Aemilij Macedonici adoptat⁹
à filio maioris Africani valetudinario.Vñ trãslatus in familiã Sci
pionũ,Aemilianus cognominat⁹ est. Relictus fuit heres à patre
Paulo vna cũ fratre, cui à Scipione natu minore itegra heredi-
tas ɔcessa est,cum ipse in familiã Africani locupletiorẽ trãsisset.
[Exscidẽda)Euertẽda funditus.[Priuatus)Sine magr̄atu.qm̄ ɔsul
erat tũc Mut.Scæuola, q cũ in tãto vrbis discrimine ac senat⁹ ces
sare videret causa fuit vt Scipio Nasica hoc agẽdũ susciper Tib.
Grac.Trib.pl.cũ legem agrariã ferret cõtra intercessionẽ sena-
tus atq; equestris ordinis, vt neqs ex publico agro plusq̄ centum
iugera possideret in eũ sororẽ exarsit,vt M.Octauio collegæ ad-
uersarij partes defendẽti potestatẽ lege abrogaret, seq. & Grac-
chũ fratrem,& Appiũ Claudium socerũ triumuiros ad diuidẽdos
agros crearet. Vñ optimates exagitati,auctore Scipione Nasica,
ipsum occiderũt fragmẽtis subselliorũ, q inter alios illic occisos
insepultus iacuit,& postea in profluentẽ tractus est.irruens tn̄ eũ
Nasica dixit,Qui leges saluas esse cupiũt,me sequãtur. De nece
Gracchorũ dicetur to 11.volu.latius.[Interemit) Auctor fuit vt in
terimeretur,cũ in vrbe seditionẽ moueret.[Hæc res) cædes Grac-
chi.[Ratione domesticã)Cõsilio & in toga.[Attingit bellicum)
partẽ bellicæ virtutis qm̄ opus fuit manu & pedibus subselliorũ
cõficere Gracchũ,sed hoc fecerunt optimates in toga sine exerci
tu.[Cõfecta)Perfecta & absoluta.[Vi)Potẽtia,nõ solum cõsilio
sed et manu,qm̄ manibus senatorũ interfectus est Gracchus, ita
suadẽte Nasica. Primus Saturninus pede subsellij caput Tyberij
pcossit,secũdus fuit L.Rufus.[Sed tñ)q̄uis vi manuq. cõfecta fue
rit.[Vrbano)Senatu domestico. [Sine exer.) Et sic non vi fuisse
res bellica.[Illud aũt optimũ est)Dicit Cic.optimũ esse & veris-
simũ arma.i.p̄stantiam bellicam & laudem cedere togæ.i.cõsilio
senatorũ,& triumphos bellicos cedere eloquentiæ.hunc versum
Cic.cõposuit,cum Catilinæ furores repressisset,volens ostẽdere
se togatũ plura gessisse,q̄ imperatores cũ exercitu.in Hanc Cic.
sciam & iactantiam plures inuecti sunt.& maxime L. Bestia, &
L.Piso eũ reprehenderunt,quod suam in toga laudem imperato
riæ laudi perponeret.Sal.etiã hunc versiculum,quasi plenũ arro
gãtiæ & ventosum criminatus est & M.Ant.cui in.1.Phil.respon
dit [Optimũ)Egregium & summũ.[Inuadi) Reprehendi,& il-
lud.[Arma) i.res militaris,& gloria imperatoria.[Cedãt)Consi
lio rebusq. vrbanis.[Togæ).i.gloriæ togatorũ & vrbanorũ.[Lau
rea).i.triũphus bellicus,& laus imperatoria.Triumphãtes lauro
coronabantur,vnde lauream pro triũpho ponit & laude bellica.
Plinius agẽs de lauro dicit,Laurus triũphis proprie dicãtur, hac
victores Delphis coronabãtur,& triumphantes Romæ. vnius ar
borũ latina lingua nomen imponitur viris,vnius folia distinguũ
tur appellatione.Laureã n.vocamus.[Linguæ).i.oratori & elo-
quẽtiæ.maior inqt laus est eloquẽtiæ, quã imperatoris, q' gloriã
ob res egregie gestas meret Pli.in 7.sic Cic.alloquitur: Salue prĩ
me oium parens patriæ appellate, prime in toga triũphum lin-
guæq. laureã merite,& facundiæ,literarumq. latinarũ parens, at
que vt dictator Cæsar hostis quõdã tuus de te scripsit,oium triũ-
phorũ lauream adepte maiorem, quãto plus est ingenij Romani
terminos pmouisse,quã imperij.[Vt enim) pbat quare optimũ
est illud,Cedãt arma togæ,exẽplo suo,cui togato arma cõiurato-
rũ cessere. L.Catilina bis repulsam passus i petitione ɔsulatus,&
p̄latũ sibi Cic.nouũ hoiem ægre ferẽs cum Lentulo prætore, Ce
thego pluribusq. alijs cõiurauit de cæde cõsulis & senatus,incẽ-
dio vrbis & opprimẽda rep.exercitu quoq; in Etruria cõparato,
ea ɔiuratio Cic.idustria & ɔsilio extincta est,Catilina vrbe pulso,
& tãdẽ in acie occiso auspicijs Antonij cõsulis Cic.collegæ,de re
liqs cõiuratis supplicium sumptũ est. [Gubernãtibus) Rẽp. in oio
consulatu inqt Cic.Arma cõiuratorũ f.[Togę) Mihi togato, qm̄
in toga oppressi cõsilio ipsos armatos.[Grauius) Maius pericu-
lũ quam tunc,cũ nefandissimi ciues in rẽp.coniurarũt.[Maius o-
diũ)Coniuratorũ f.in patriã,oderant.n.rẽp. & ideo ipsam oppri-
mere conabãtur.[Celeriter)Intra paucos dies.[Audacissimorũ)
cõiuratorũ q audebant vltra quam liceret.[Quę res igit)Laudans
se Cic.extollitq. gesta sua in cõsulatu. [Tãta) Tã magna,quãta
fuit mea,cũ cõiuratos oppressi.[Quis triũphus)q̄ bellica laus ali
cuius imperatoris põt cũ mea laude cõferri,de asserta patria op-
pressaq. cõiuratione?[Licet.n.)Possum inqt gloriari apud te ò fi
li citra reprehẽsionẽ iactãtiæ, qm̄ tibi gesta mea narrare possum
& debeo,vt vestigijs insistas meis,& laudes meas imiteris, cũ tur
pe sit à maioribus suis degenerare,& gloriosum sit nouũ hoiem
& obscuris parẽtibus ortũ dare posteris suis initiũ nois & glorię.
vñ gloriatur Cic.maledictis Salustij rñdẽs,Ego meis maioribus
virtute mea p̄luxi,vt si prius noti nõ fuerint,a me accipiãt initiũ
memoriæ suæ. Tu tuis,vita quã turpiter egisti,magnas effudisti
tenebras,vt et si fuerint egregij ciues,certe venerint in obliuio-
ne.Sãctius est.n.me meis reb⁹ florere,quã maiorũ opinione niti,
& ita viuere vt ego sim posteris meis nobilitatis initiũ,& virtutis
exẽplũ.Nobilitas,inqt Sen.facilius crescit quã icipiat. Plato in
epitaphio parẽtũ simulacra inducit,vt sic filios sortitos alloquã
tur.gloria parẽtũ natis,est p̄clarus magnificusq; thesaurus,vt ve-
ro pecunia bonorũq. thesauro & hũc ad posteros nõ trãsmitte-
re,pprie possessionis gloriæq.inopia turpe est à viri gñositate pe
nitus alienũ.[Cn.Põp.)sũm⁹ iperator,quẽ Piso dicebat offensũ
versiculo Ci.egre ferre Ci.gloriã suę p̄poni.Ideo hoc dicit vt ostẽ
dat

dat iudicium Pōpeij de laude sua vrbana, quā meruit asserta pa-
tria. in 2. Philippica tādens M. Antonio dicit, Maxime vero con
sulatū meum Cn. Pomp. probaui. q vt me primum decedens ex
Syria vidit, cōplexus & gratulās meo beneficio patriam se visu-
rū esse dixit. [Tertium tri.) Primus triumphus de Africa fuit, te-
dijt .n. in vrbem triumphans natus quatuor & xx. annos adhuc
eques Ro. qđ nulli ante contigerat, occisis Cn. Domitio proscri
pto, & Hierica rege Numidiæ bellū molientibus. Secūdus fuit de
Hispania victo Sertorio statim inqt Pli. ad solis occasum trans-
gressus excitatis in Pyrenęo tropheis oppida octingēta septua-
ginta sex ab alpibus ad fines Hispaniæ vlterioris in ditionē reda
cta victorię suę adscripsit, & maiore aio Sertoriū domuit, belloq.
ciuili, quod oīa concutiebat externa, extincto, iterum triumpha
les currus eques Ro. induxit. Tertius post consulatū Cic. de Mi-
thridate rege Ponti, quē multis cladibus attritum ad mortem cō
pulit, & Tigrane Rege Armenioꝝ, quem ad deditionem allexit,
& de Piratis quos xl. die in mari fugauit, in cuius laudē Plu. hæc
scri. Maximū ac splendidissimum fuit, & quod Romanoꝝ nemi-
ni hactenus obtigit, qđ trinum è trina orbis parte triumphū du-
xi . primū ex Africa: Secundū ea Europa, Tertium hunc vltimū
ea Asia, quodam modo visus est ex vniuerso ambitu orbis trium
phasse. Pli. ait: Cū oram maritimam prędonibus liberasset & im
perium maris populo R. restituisset, de Asia, Pōto, Armenia, Pa-
phlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, Scythis, Iudæis, Albanis,
Iberia, Insula Creta, Bastarnis, & sup hæc de regibus Mithrida-
te atque Tigrana triūphauit. [Meo be) mea opera & vigilātia
erga remp. nisi patriam asseruisses meam, inqt Pompeius, nō ha
buissem vbi tertiū triumphum agerem. hoc ēt dicit Plut. in vita
Cic. [Sunt ergo) cōcludit per ea q̄ dicta sunt fortitudines dome
sticas & vrbanas nō esse inferiores militaribus. [Domesticę for.)
res gestæ in toga, non in castris. [In qbus) Ecce argm̄, quo res do
mesticas bellicis pponit, qm̄ inqt senatores & q remp. regūt gu-
bernātq. consilio, summa prudentia, & oī actione oīa agunt, q̄
actio corporis actioni pponitur, sed duces exercitus q̄uis & con
silio vtantur, tñ plerunq; corporis viribus rē agunt, in qbus for-
titudinibus domesticis & factis vrbanis. (Plus q̄ in his) Forti-
tudinibus militaribus. i. gestis bestis bellicis. [Plus operæ, maior
animi cura & studiū) qm̄ magna res est rēp. consilio regere vt de
cet. [Operæ) Laboris & curæ animi & volūtatis. [Oīnu .n.) Rō
quare in factis vrbanis plus operæ ponendū sit & studij, qm̄ laus
virtutis efficitur & cōparatur aiu, magis q̄ corporis viribus. [O-
mnino) Prorsus certe. [Illud h.) Illa fortitudinis & magnanimi-
tatis. qppe fortitudo est animi virtus nō corporis. Cyrus apud
Xenophontē lib 3. dicit, Pręlia ais, magis quā viribus corporis iu
dicātur. [Magnifico) magnanimo. magnifici pro magnanimo po
nit. [Viribus animi) Cōsilijs & prudētia, summa animi toleran-
tia, & despiciētia reꝝ humanaꝝ Laus igitur senatoria cū tota se
ac cōstet viribus animi pferenda est laudi bellicæ, q̄ sępius viribus
cōparatur. sed hoc Cic. non concedā, qppe imperatoris est consi
lio regere, & milites ita disponere, vt victoria sequatur, & si Im-
perator valet corporis viribus, & nō consilio, cū ui exercitu cor
ruet. Vnde magis cōsiliū & prudentia quā vires corporis esse de
bet in imperatore, si vtrūq; habebit, victoriosissimus erit, sed viri
bus corporis magis carere pōt Vnde dicit Herod Res cōsilio ge-
stæ, lætus plerunq; est exitus. Icirco ꝯsiderandū est altius, priusq̄
aliqd aggrediamur, ne pęnitētię locus relinquatur. & Fabius Ma
ximus nō viribus corporis, sed cōsilio Annibalē iuueniliter exul
tantē infregit, clausitq́ ppe Linternū. Sed Cic. suā cām agit, vt
dicebā, & res suas in toga extollit iactabundus aliqū vsque ad re
prehēsionē, si vlius vir tute reprehendi pōt. Magnum pfecto fuit
immo maximū remp. Romanam tunc nutantē confirmasse, & as
seruisse, vt non videatur huic laudi aliquis triumphus q̄uis de to
to orbe cōparari posse. Roma .n. à pdonib' occupata, vicisse alias
nationes parꝝ vel potius nihil pderat. Ergo plus fuit ipsam è ma
nibus perditissimoꝝ hoium eripere, quā exteras gētes & natio-
nes Rom. imperio subijcere, & laureā de innumeris gentibus re
portasse minus fuit. Patiatur igit Pōpeius, patiatur Cæsar & alij
victoriosissimi Romani principes Cic. togatum & consilio rēp.
prope ad seruitutem reductam asserentē ipsis armatis præponi,
obtrectatores & maleuoli versiculū illū Cic. criminari desinant,
qm̄ nisi togati consilium fuisset, nihil arma reip prope casuræ cō
ducebant. Immo armis ciuium, si ciues appellandi sunt ciuitatis
hostes, opprimebatur. Veꝝ consulem se Cic. pstitit. aio .n. cōsulē
esse oportet, cōsilio, fide, grauitate, vigilātia, cura, toto deniq; mu
nere consulatus, oī officio, desinat igitur Piso versiculū illum ore
foetido incessere, qđ nil aliud quam teterrimam popinā olebat,
altero ad frōtem sublato, altero ad mētū depresso supercilio pu-
trida caro pecusq;, & cōsul ex tenebricosa popina extractus, gur
ges & heluo, abdomini suo nō laudi atq; glorię natus, & q gene
rū nitore delectabatur, ac fumo. & Cic. sapiētissimo cōsuli, cuius
gloriæ vir turpissimus inuidebat, aliqn̄ popinam inhalauit. [Ta-
men) Quāuis animi virtutibus efficiatꝰ illud honestū, & prima vir
tutis laus sit in animi cura & studio, tñ debemus exercere cor-
pus, vt cū ratio iusserit & necessitas pugnare pro patria, corpus
robustū sit, & labores tolerare possit. exercitatio vires corporis
cōfirmat. cōsuetudo .n. laboꝝ, inqt Cic. alibi, perpessionē dolorū
efficit faciliorē & ipse labor quasi callū obducit dolori, sed ferre
laborē, contēnere vulnus ꝯsuetudo docet, debemus igr exercere
corpus, & nō libidinibus indulgere, quę corpus eneruāt. Vnde Si
lius canit in laudē Romanorū. Pubescit castris miles, galeaq. te
rūtur. Nondū signatæ flaua lanugine malæ. [Afficiendū) Disponē
dum, pparandum cōsilio, vt possit obire ea q̄ ratio faciēda suase-
rit buna valetudo corporis est instrm animi, quo vtitꝰ ad sua mu
nera obeūda, si corpus mala valetudine laborat, non pōt obedire
cōsilio. Adde ēt q fulcturis corporis sustentatꝰ aius. [Exequēdis)
Peragēdis. [Labore) Circa quē fortitudo versatꝰ. igitur curandū
est, vt aio prius, postea corpore valeamus, nihil naturæ desit. & cū
opus erit, vt aius & ratio vti possint corpore idoneo instro ad ne
gotia cū virtute exequēda. [Honestum aūt id) Illa actio studiosa,
quæ à forti viro & magnanimo reqritur & virtutis laus tota tri
buitur aio, nō corpori, & sic bonū ꝯsilio viribus corporis pponi-
tur. [In quo) In qua animi cura, cogitatione, atq; honesto, qđ in
ipsis positū est. [Togati) Sine armis in vrbe remp. cōsilio guber-
nāt. (Gerūt bella) Viribus corporis. s. qm̄ ois laus ꝯsilio tribuitꝰ,
nō corporis viribus. bellū gerenti laus tribuenda est maxime pp
cōsilium, sine quo nihil amplū fieri pōt. [Eorum) Togatorum q
reip psunt. [Aut nō susce pta) Aduersus aliquos, q̄uis prouocaue
rint. [Aut cōfecta) Absoluta q̄ prius initiū habuerāt, vt bellū Pu
nicū, Asiaticum, & alia, qbus tandem finis impositus est ꝯsilio se
natorū. [Suscepta) Cum insurgunt & aliq prouocant. [Aut illa.)
Spōte, nullo prouocāte. [Vt M Catonis) exēplum ponit, quo o-
stēditur bellum illatū Carthaginēsibus ex auctoritate senatoria
togati. M. Cato a senatu in Africā missus est, vt discordias inter
Masinissam regem Numidiæ & Carthaginēses sedaret, q videns
Carthaginem quāuis ad tributum ab Africano redactā, nec ino-
pē nec aliqua calamitate affectā, & armis instructā, omniq. belli
co apparatu, causam ob quam eò missus fuerat, omisit & triduo
Romā reuersus in senatu exposuit Carthaginem ob secundū bel
lū Punicum & tributum quod quotānis pendebat, nō esse factā
imbecilliorē, sed prudentiorem ad rem bellicā, & ficum pcocem
quā inde asportauerat, vniuerso senatui ostēdit, quærens qn̄ pu-
taret id pomū ex arbore lectū, oibus aūt affirmantibus recēs es-
se, fundus inqt, ex quo lectū est trium dierū nauigatione ab vrbe
distat, tā prope hostem habemus qua voce cōmotus senatus bel-
lum suscepit, quo tādem à Scipione Aemiliano deleta Carthago
est Cato inqt Plin. lib. 15.) perniciali odio Carthaginis flagrās,
nepotumq. securitatis anxius cū clamaret in omni senatu Car-
thaginē delendā, attulit quodam die pcocem ex ex prouincia fi-
cū ostendensq́ patribus, interrogo uos inqt, qn̄ hoc pomū dem
ptum putatis ex arbore. cum inter oēs recens esse cōstaret, atqui
tertiū inqt ante diem sarote decerptū, Carthaginem tā prope à
muris habemus hostē, statimq. sumptum ēst tertiū Punicum bel-
li, quo Carthago deleta est, q̄q̄ Catone anno sequenti rapto, su
per oīa quo nihil eqdem duco mirabilius tantā illam vrbem &
de terrarum orbe p centum viginti annos vrbis æmulam vnius
pomi argumēto euersam. Quod nō Trebia, non Thrasimenus,
nō Cannæ busto insignes Romani nominis pficere potuerunt,
nō castra Punica ad tertiū lapidem vallata, portæq. collinæ adeq
tans ipse Annibal, tātò propius Carthaginem pomo adiri Cato
monuit. [In quo) Bello cōficiendo. [Etiam mortui) Qm̄ anno se
quēti q̄ captum est tertium bellum Punicū, diem suū Cato obi-
uit, tñ Romani nō destiterunt ab eo quod Cato persuaserat. Id-
eo auctoritas Catonis in hoc ēt mortui valuit. Scipio tñ Nasica
in senatu suaserat nō delendam Carthaginem. Expugnata fuit à
Scipione cui extra sortē Africa puincia decreta est. [Quare) Cō
cludit p ea quæ dicta sunt magis esse expetēdum optimum consi
liū quam pugnādi fortitudinem. & sic absoluta digressione quā
fecit, ad pcepta fortitudinis & magnanimitatis redit. [Decernē-
di) Iudicādi, ꝯsulēdi, vt fecit Cato. [Quàm decertādi) Pugnādi vi
ribus corporis. [Sed cauēdū) corrigit Cic. hāc partē, & ait optādū
esse potius viuere in senatu, & cōsilio prudētiaq. reip. pspicere,
quā pdire i aciē & pugnare, & magis appetēdā esse gloriā vrbanā
quā bellicam, tanq̄ maiorem. Sed cauendū est ne id fiat pp igna-
uiā, q̄ est inimica fortitudini. [Ne id) expetere magis decernen-

di rõnem.[Fuga)Qua bellum vt timidi fugiamus. [Quam rõne
vtilitatis)Quã quod magis id vtile videatur futurũ reip.Multi.n.
remp.capessunt,& in toga viuunt,non qđ vtile id sit magis reip.
sed qa fugiunt bellicos labores pp ignauiam.ergo quidqd ratio
& vtilitas suaserint domi,militiæq. agendum est,& oia ad cõmu
dũ reip.referenda sunt. [Bellum aũt) Duo posuit decernẽdi rõ-
nem,& decertãdi fortitudinem . Aliqui vtilitate publica poscẽte
bellũ suscipere dñt,& sic Cic. præcipit,quo aio bellum suscipien
dũ sit,vt.s.nil aliud videatur quæri nisi pax . Appian.lib.4.bellorũ
ciuiliũ sic Antonium cõcionantem inducit : A prudentibus cele
riter bella cõficienda sunt,vt diutius in pace viuatur.[Ita)Eo aio
vt non videamur dissensionem quærere , & aliorũ incõmoda,sed
cõem pacem . quod nostris tpibus minime fit,quibus pax siqua
est violatur,& nil aliud quã odium, incendia,vrbiũ direptiones,
ingenuarũ ingenuorumq. stupra,cædes,luca sacra profanare,p-
ditionibus vincere,victis insultare, veneno perdere, aliorũ buna
distrahere,obesum aqualiculũ protendere, honestatis nullã hre
rõnem.Nihil est iam sanctum,nihil fidum in rebus humanis,nul
la vitæ cõitas,lex naturæ abrogata, & depressa iacet . Ruitur in
omne nefas,& voluptati,vt cito in præceps capiat,habenas remi
simus,oia libidinum gña Spinthriç oẽs effectu experiri volumus.
Nihil aliud mortale genus iam olet nisi fœdæ libidinis teterri-
mũ nidorem. hæc thura,has libationes,hæc holocausta,hos odo
res immortali deo offerimus,& bonũ esse iam vitio datur. Vnde
deus tãta contagione & fœdissima labe offensus,nos auersatur ,
& iram in filios diffidẽtiæ iam diffundit suam , quæ ad vindictam
lẽto gradu procedit , sed grauitate supplicij tarditatem vltionis
cõpensat.[Fortis vero)Ponit nũc proprietatem ipsius fortis.Am
brosius ait : Fortis viri est nõ dissimulare, cum aliqd immineat ,
sed prætendere & tanq̃ explorare de specula quadã mentis & co
gitatione prouida,rebus futuris obuiam ire, ne forte dicat post-
ea,ideo in hæc incidi, qa non arbitrabar posse euenire . [Rebus
asperis)Aduersis,qm̃ fortitudo circa res asperas & afferẽtes dolo
res versatur.[Nec tumultuantẽ)Inconstantem,minime perma-
nentẽ in primo gradu rõnis,& mentis cõstantia,prouerbium est
eũ deijci de gradu,q est inconstans , & in rõne non perstat . [De
gradu)Loqtur per translationẽ eorũ,qui loco cedunt.timore du
cti,& gradũ scalarum in quo cõsistunt,alijs cedendũ relinquũt,&
ipsi deijciũtur. Vir ego fortis de summo gradu mẽtis.i.summa cõ
stãtia & tolerantia oium laborũ deijci non debet,qm̃ nihil forti-
bus indomitũ est Vnde Alexãder,vt auctor est Curtius lib.6.ad-
hortãs iuuenes ad Petilīæ capugnationẽ dixit. Nihil tã alte na-
tura cõstituit,quo virtute nõ possit eniti, experiendo qoæ ceteri
desperauerint.& alibi dixit Curtius nihil esse tã firmum,cui pe-
riculum non sit ẽt ab inualido. [Tumultuantẽ) Timentem in ip
sis affectibus & mẽtis trepidatione.[Deijci) Deturbari de gradu
rõnis & via honestatis.[Vt dr̃) Vt est in prouerbio. Sed animi p̃-
sentis fortis & q adest,& nõ deijcitur,alienaturq. timore aliquo
& sic debemus iudicium stabili rõne firmare, & quæ iudicaueri-
mus leuia tanq̃ nihil profutura cõtemnere. [Præsentis) Constã
tis & nõ tumultuantis inter affectus & ptubationes animi. [A
rõne)A prudentia & statu sanæ mẽtis, quæ vult vt fortis oia pa-
tiatur pro decoro seruãdo. [Quanq̃ hoc)Quod dictũ est vti con
silio animi p̃ntis , nec à rõne discedere . [Animi).s.est.i.pertinet
ad aium magnum & fortem esse cõstantem,& non perturbari re
bus asperis. [Illud ẽt) Hoc quod sequitur pertinet ad ingenium
& prudẽtiam.prouidere.s.ea quæ futura sunt,ne in ea incidamus
quæ accidere nõ arbitramur. [Ingenij)Prudentiæ naturalis. Na
turales virtutes sunt ingeniũ,docilitas, & memoria, quas q ha-
bet ingeniosi dñr.[Pręcipere)Ante cape,& animo pręoccupare.
[Futura)Ea quæ futura sunt. [Cogitatione) Ingenio,& mentis
agitatione.vnde videre quod ptinet ad prudẽtiam, cuius munus
est futura ex p̃teritis p̃uidere. [Ante cõstituere)Firmo iudicio af
firmare id qđ futurũ est.& ideo Syrus Terẽtianus dixit : Illuc est
sapere,nõ quod ante pedes modo est videre,sed ẽt illa quæ futu-
ra sunt. [In vtranque partẽ)Siue hoc siue illud agatur,& quidqd
euenit,siue bonũ siue malum, prudentis est p̃uidere qd accidere
possit in vtrãq; partẽ. [Et qd agendũ) Sic in hanc vel in illã par-
tẽ.[Cũ qd euenerit)Cũ aliqd acciderit,magni ingenij est statim
rõne firma cõstituere qd agendum sit,hæc oia ptinent ad prudẽ-
tiã.[Nec cõmittere aliqd).i.in aliqua re imprudenter incidere ,
vt dicere oporteat,Non putarã.hoc vsurpabat Africanus,&loco
p̃uerbij vtebatur.dicebat.n.non ante ad pugnã descendendũ es-
se,quã cogitauerimus,qdnam euenire posset,qm̃ turpe esset ali-
cui dicere,Non putarã.vnde significatur adhibendã esse pruden-
tiã in omnibus rebus agẽdis, quæ oia disponit & qd agendũ sit ,
& quousque progrediendũ dictat , & qd omittendum, ne locus
pœnitentia relinquatur.vnde Artabanus apud Herod.lib.7.dicit,
Bene cõsultare maximũ est lucrum.Sen.dicit:Nam q prudẽs est ,
nõ dicit,nõ putaui qdem hoc fieri,qa nũ dubitat,sed spectat,nec
suspicatur,sed cauet. & alibi, Turpissima excusatio est imperato
ri dicere,nõ putaui.[Hęc sunt opera)Officia ipsius fortis, & ma-
gnanimi,q prudẽtia septus est,& consilio agit qdqd aggreditur.
[Temere aũt)Positis officijs ipsius magnanimi & prudẽtis,ponit
ea q̃ pertinent ad hoies imprudẽtes,& temere in pericula ruẽtes
more ferarũ.[Temere)Incõsulte,imprudẽter.nã vir fortis & pru
dẽs nõ debet se exponere periculis,nisi cũ opus,& vsus exposcit ,
[Cõfligere)Pugnare manu tm̃,non cõsilio.[Immane qddã) Nę
scio qd ferinũ & ab humanitate alienũ,& simile operibus ferarũ,
q̃ ruunt in arma sine aliqua electione.sic hoies q ira ducunt sunt
similes belluis,& laudẽ fortitudinis nõ merentur,qm̃ nõ eligunt
id esse agendũ ea officio,sed affectu trahũtur.[Sed cum ips) dicit
quo tpe fortis debet versari in acie.[Tẽpus)Conditio tpis & ne
cessitas,& vt circunstãtiæ præscribunt,qm̃ cum tpis ratio poscit,
nõ modo manu pugnandũ est,sed ẽt moriendum,ne aut incurra
mus seruitutẽ,aut notemur infamia,q̇ duo ab hoie magno debẽt
esse aliena ac libero.[Et mors anteponenda)Nam fortis viri . est
& magnanimi potius in acie mori,q̃ turpiter cedere,aut pati ser
uitutem præter decorũ,& subire notam turpitudinis & ignauiæ ,
vnde laudatur Paulus Aemilius,q in pugna Cannẽsi vidẽs colle-
gã Varronẽ turpiter fugientẽ,pugnando cadere voluit, ne dede-
cus subiret. Appianus sic loquentẽ inducit Luciliũ : Brutus à nul
lo captus est,nec vnq̃ à militia capiet viuus. Habes,(inqt Ambr.)
fortitudinem bellicam , in qua non mediocris honesti & decori
fama est,quod mortem seruituti præferat ac turpitudini .

FRAN. MAT.

SEd cũ plerić. &c.)qm̃ in oibus negocijs diligentem dixerat
adhibendã p̃parationẽ,& res vrbanæ consilio p̃cipue guber
nãtur, merito nũc res bellicas vrbanis nõ esse anteponẽdas
dicit,sed potius postponendas. quod rõnibus probat eorũ q con
tra sentiunt argumenta confutans,vtitur aũt loco à cõparatione,
quo vti solemus quoties dubitat de duobus vtrũ potius , aut de
pluribus vtrũ potissimũ.Est aũt cõparatio maiorũ,minorũ,pariũ,
in qbus hęc spectantur,numerus,species,vis,q̇dam ẽt ad res alias
affectio. Et numero qdẽ,plura bona paucioribus anteponũtur ,
pauciora mala malis pluribus.Diuturniora bona breuioribus lõ
ge & late p̃uagata angustijs,ea qbus plura bona p̃pagant queq̃.
plures imitentur & faciãt.Specie,quæ pp se expetuntur his ante
ponũtur q̃ expetuntur pp aliud,& innata, atq; insita , assumptis
atq; aduentitijs,integra cõtaminatis,iucũda minus iucũdis, ho-
nesta vtilibus,p̃clitia laboriosis,necessaria nõ necessarijs, p̃pria
alienis,mira vulgaribus,desiderabilia his qbus facile carere pos-
sis,p̃fecta inchoatis,tota partibus,rõne vtentia rõnis expertibus
voluntaria necessarijs,animata,inanimatis, naturalia nõ naturali
bus,artificiosa nõ artificiosis. Vis in cõparatione sic cõsideratur,
Causa efficiẽs grauior q̃ non efficiens, q̃ seipsi cõtẽta sunt me-
liora,quanq̃ alijs egẽt.q in nr̃a q̃ quæ in aliorũ potestate sunt,sta
bilia incertis, quæ eripi nõ p̃nt,his quæ eripi p̃nt. Affectione ad
res aliquas cõparatio sic fit:Principũ cõmoda maiora sunt q̃ relt
quorũ.Itẽ iucundiora quæq; à pluribus p̃bata,& ab optimo quo
que laudata paria q̃ sunt neq; elationẽ habeant neq; summissio-
nẽ,vt si cõsilio iuuare ciues & auxilio ęqua in laude ponendũ est,
pars in gloria esse debẽt & ij q consulunt & ij q defendunt , hæc
Cic.ipse in Rhetoricis.Ex qbus facile erit intelligere,vnde argu
mẽta sumantur & eorũ q bellicas res anteponunt & Cic.q con-
tra disputat.[Primũ in.)Maior pars hoium ad militiam inclinat
q̃ ad reip.administrationẽ,id aũt contigit q̃ res bellicas maiores
esse vrbanis arbitrantur,iure optimo.itaq; hanc minuit opinio-
nẽ,ne resp.deseratur,dum pleriq; cupiditate gloriæ incensi bella
quærunt. [Propter gloriæ cupiditatem) In quo ob officio disce
dunt,nã pro cõi tm̃ vtilitate,& recta causa suscipiẽda sunt bella.
[Cupidi bellorũ)Sicut multi fuere vt Marius,Sylla,Cæsar, Põpe
ius.[Vere aũt si volumus &c.)Propositio Cic. est quæ negari po
terat argumento a pari,vterq; remp.iuuit Themi. & Solon, ille
auxilio,qm̃ Xerxis classem apud Salaminẽ superauit,hic cõsilio ,
qm̃ leges tulit,plus aũt meretur q auxilio iuuat patriam , quam
q consilio,maior ergo eius q̃ Solonis gloria. Et p̃pterea bellicæ res
vrbanis anteponendæ sunt. Sed confutat hoc Cic.per locum cõ-
parationis à numero qm̃ Solonis factum semper est profuturũ:
Themist. vero semel profuit . Diuturniora aũt bona breuiori-
bus anteponenda sunt. [Citetur)In iudicium ad probandũ The
mist.quam Solonis factum illustrius,vocetur . Marcellus,citetur
exposuit p̃ laudetur . [Ei, quo primum constituit Areopagitas)
Solon Salaminius fuit vnus ex septem sapientibus , leges Athe-
niensibus dedit tanto temperamento sicut in politicis scripsit
Aristo.

Arist. vt parē apud senatum & plebē gratiam inierit, q̃ si illis uti
ꝑpetuo Athenienses voluissent imperiū scr. Q.maximus nunq̃
amisissent. Idē Areopagitarum cōsilium ↄstituit. Fuit aūt Areopa
gus Athenis saxū super quod Martis tēplum fundatū erat. in il-
lud senatores de reb.pub. Atheniensiū deliberaturi cōueniebāt:
q Areopagitæ vocabant. hos reꝝ oium speculatores ac legū cu
stodes Solō voluit esse: Auctor Plut. [Illud) Quod Themistoclea
fecit. [Hoc) Cōstituisse Areopagitas. [Hoc cōsilio) Legū.n.custo
des erāt Areopagitæ & reꝝ oium speculatores, vt dictū est. [Et
Themistocles qdem) Vi argm̄ est p quam q̃ seipsis contenta sunt
anteponēda sunt his q̃ alijs indigēt. Consiliū Areopagitaꝝ nō in
diget Themistoclis victoria. Sed Themistocles victoriā adeptus
nō fuisset, nisi cōsilio Areopagitaꝝ rei gerēdæ illi potestas cōces
sa fuisset. [Licet eadē) Lacedæmonij ambo fuerūt, Pausaniæ illu
stres, memoratur ꝓlium ad Platæas, de quo supra diximus. Lysan
dri victoria celebris est de Atheniēsibus in Pelopōneso, & de eo-
rū classe apud Egnis flumē. Neuter tñ Lycurgo legūlatori est an
teponēdus, sicut nec Themistocles Soloni. [Ob has ipsas causas
& paratiores habuerūt exercitus & fortiores) Quas cōmemora
ui.s.leges & disciplinas. [Mihi q neq; pueris nobis, M.Scaurus,
C.Mario, neq; &c.) Domesticis vtit̄ exēplis ad id quod ꝓposuit
cōprobandum.i.res bellicas nō esse vrbanis anteponēdas. Argu-
mētatur aūt a pari. Si qui auxilio iuuant patriā, & eidē consilio ꝓdes
se, pari in laude ponendū est, & ij q consulunt, & ij q adiuuāt in
gloria æqua esse debēt. M.Scau.consilio iuuit, C.Mari.opa: non
minus tñ hic q̃ ille gloriosus M Aemil.Scau.cōsul legē de sum-
ptibus libertinoꝝ tulit: Cēsor Aemiliam viā strauit: Pontē Mil
uiū fecit. Fuit aūt Senatus princeps puero Cic. prudētia & ↄsilio
ꝑstans, hic est M.Scau q cum Q.Varius Trib.Pl. legem tulisset, vt
quæreret de ijs, quorū ope, cōsilio ne, socij P.R. arma sumpsissēt,
& Q. Cepio vetus eius inimicus egisset, vt Q. Varius eum belli
cōcitati crimine adesse apud se diaisset, 72. ætatis annū natus in-
nixus nobilissimus iuuenibus ꝓcessit in forū, & accepto rñden-
di loco dixit, Q. Varius Hispanus M.Scau. principē Senatus so-
cios in arma ait cōuocasse. M Scaurus princeps Sen. negat, testis
est nemo. Veri vos Quirites cōuenit credere. Qua voce ita oium
cōmutauit aios, ut ab ipso ēt Tribuno dimitteretur. C. Marius
septies cōsul fuit, de Iugurta, Cimbris, ac Teutonis, triūphauit:
ciuilia bella cū Sylla gessit, fuit aūt magis militiæ q̃ urbanorum
rerū studiosus. [Cum uersa.in remp.) Prouectiores ætate facti.
[Q. Cat.Cn.Pomp.) Cedere videbātur. Vir vtilissimus reip.cō
silio & prudētia ꝑstans, hic in multis Cic. libris disputās introdu-
citur. Erat Pōpeio ætate par. Fuit Catuli filius, q clade Mariana
ignis haustu se hostiū ludibrio exemit ab hoc M. Lepidus pulsus
in Sardiniā fugit, ubi perijt, cū acta Syllæ rescindere conaretur.
[Parua.n.sunt foris arma) Nisi est consiliū &c. ratio est eius qđ
dixit. Quia nisi consiliū domi esset, quo susciperētur & gererent
bella, arma foris nihil prodessent. Cōsilia seipsis contēta sunt, ar
ma sine cōsilijs esse non pñt, ergo ↄsilia ꝑferenda sunt. [Nec plus
Africanus singularis & vir, & imperator in excidēda Numantia
reip. profuit quā eodem tpe) Aliud exemplū quo suam ꝓbat pro
positionē. Non magis dicens Africanum posteriorem ꝓfuisse, q
Numātiam euertit quā eodem tpe Scipio Nasica profuerit. Qui
sediciosum ciuem, & remp. labefactantem sustulit. Cū Tib.Grac
chus perniciosas leges ferret, & Trib.pl.creari vellet auctore. P.
Corn.Nasica in Capitolio a primatibus occisus est. Ictus primū
fragmētis subselliorum, & inter alios q in eadem seditione occi
si erāt insepultus in flumē proiectus est, hoc Nasica vir optimus à
senatu iudicatus est, & domi suæ Cybeles simulacrū suscepit, do
nec tēplum illi extrueretur. Fuit idem eloquētissimus, sapientis-
simus, & iuris cōsultissimus. [Priuatus cū Tib.Grac.interemit)

Imitemo-li de Ian-dibus Ci-ceronis.

Nullū gerens magistratum. [Quanq̃) Hæc quidē res non solum
ex domestica est rōne, attingit.n.& bellicam, qm ui manuq. cōfe
cta est, sed tñ idipsum gestum est cōsilio vrbano sine exercitu. oc-
currit obiectioni, & ꝓbat magis ↄsilio rem gestam à Scipione q̃
ui, licet vi vsus sit. Illud aūt optimum est in quo inuidi solere ab
inuidis & improbis me audio. [Cedāt arma togæ, ↄcedat) Aliud
exēplum quo ostendit arma, hoc est res bellicas, togæ.i.reip. ad-
ministrationi cedere. Hūc versum edidit cum Catilinā remp. ꝑ-
dere tentātem, urbe eiecit. Solebant aūt inuidi & obtrectatores
Cic. vt Sal. eū versum incessere. Idem de seipso inqt, O fortunatā
natā me consule Romā. [Laureæ) Imperatores q lauro coronan
tur. [Audacissimorū) Catilinæ & ceterorum, q coniurauerant.
[Licet enim &c.) Quia ad filiū scribit, licere sibi dicit, nec esse ui
tio tribuendū, cum id faciat, ut ad imitādum filiū accendat. [Mi-
hi qdem &c.) Arguit ab auctoritate magni Pōpeij, & spectat hic
locus affectionem ad aliq̃ rem quod fecimus, probatur a Mag.

Pomp. qđ vero ab optimo quoq; probatur, id præferēdū est. Cic.
Philippica secūda: Maxime vero cōsulatum meum Cn.Pōp. pro-
bauit, q vt me primum decedens de Syria vidit, complexus & gra
tulatus meo beneficio patriā se visurum esse dixit. [Tertiū triū-
phū) Primum de Africa triūphauit, annum agens. 24. adhuc Ro.
eques occisis Cn.Domitio ꝓscripto, & Hierica Rege Numidiæ,
secundū de Hispanis superato Sertorio: Tertiū de Mithridate re
ge Pōti & Tigrane ac piratis. Plut. cōtigisse ei scri. quod nulli pri
us, vt trinū de trina parte orbis triūphum ageret. Primū qdē ex
Africa, secūdū ex Europa: Tertiū ex Asia. [Sūt igitur &c.) Cōple
xio est superioris argumentationis. [Oino illud &c.) Argm̄ est
per locū cōparationis à specie sumptū. Quæ rōne vtūtur, rōne ca
rētibus, potiora sunt. Vrbanę res animi, bellicæ corporis viribus
gerūtur. Vires animi rōne gubernantur. Corporis vero nobis cū
bellius sunt cōes. Illę igit̄ maiores & digniores, hę sine animi viri
bus nihil ꝓsunt, obsunt plerūq; illę sine his semꝑ vtilissimę sunt.
Ex quo seqitur bellicas res vrbanis nequaq̃ esse anteponēdas. Sal
lu. in ꝑfatione historiæ Catilinariæ: Virtute animi, magisq̃ cor-
poris viribus rē militarem existere disputat, & ꝓbat Agamēnon
apud Homeꝝ non Diomedi & Aiaci, q viribus pollebāt, sed Ne
stori, q cōsilio ꝑstabat, licet destitutus viribus senectute esset, mul
tos sibi dari similes optabat, sperabatq. fore, vt breui Troia cape
retur qđ ēt Cic. in Catone maiore dicit. [Exercēdū &c.) Ad hoc
.n. corpus vtile est. vt que rō elegerit faciēda, ea corpus exequat,
& rōni semper pareat. Vnde & Sall. ait: Sed qa ois nostra vis in a-
nimo & corpore est sita, animi imperio, corporis seruitio magis
vtimur. [In exequēdis &c.) Vt vires eius seruæ, & veluti pedisse-
quę rōnis sint. [In laboris tolerādo) q rōne susceptus fuerit. [Ho
nestū aūt &c.) Si honestū inqt qđ quærimus in aio humanas res
despiciente positū est, & hoc honestū facere oia & ampla persua
det, verū est vrbanas res bellicis maiores esse, hoc exēplis probat
plus ꝓfuisse togatos reip. q̃ armatos. [Vt M.Catonis) Hic inex-
plebilis odio delēdā esse Carthaginē suadebat, & cū de alio ↄsule
rei ꝓnūciabat. Scipio Nasica seruandā ne metu ablato æmulę ve
bis luxuriari felicitas vrbis inciperet. Sed Cato nepotū securitatis
anxius, attulit quadā die in curiā præcocē ex ea prouincia ficū, o-
stēdēsq. patribus, interrogo vos (inqt) qñ hoc pomū demptū puta
tis ex arbore. Cū inter oēs recens esse cōstaret, atqui tertiū ante
diē scitoto decerptū Carthagini, tam ꝓpe a muris, habemus ho-
stem. Statimq. sumptū esse 3. Pun. bel. Quo Carthago deleta est,
quanq̃ Catone anno sequēti rapto, auctor. Plin. [Etiam mortui
valuit auctoritas) Vt Carthago deleretur, nō vt bellū susciperet.
Nā ipso viuo susceptum est. [Quare &c.) Qñ togatoꝝ consilio
bella, aut nō suscipiuntur, aut nō conficiūtur. [Decernendi) Ho-
nestū ne sit aliqd, an contra vtile, an inutile, qđ decertādi genus
fortitudo seqitur. [Sed cauendum, &c.) h.d. qm̄ multi sunt, q timo
re adducti, magis rebus vrbanis q̃ bellicis studēt, ij aūt nō fortes
sunt, sed pusillanimi. [Bellū &c.) Belli finē pacem vult esse, & bel-
la geri vt in pace viuatur. [Fortis vero animi &c.) De officijs nūc
ꝑcipere incipit, q̃ in rebus bellicis, & armis vir fortis seruare de-
bet, & quasi post digressionē ad illud redit qđ omiserat. In oibus
aūt negocijs prius q̃ aggrediare, adhibēda est ꝑparatio diligens,
vult itaq; primū viꝝ fortē ita institui, vt rebus asperis ab incepto
nō deterreatur, vt in his q̃ consilio, & rōne susceperit faciēda ad
finē vsq; perseueret; & cōtra timorē virtute, cōtra temeritatem
prudētia innitatur. [Fortis) In aggrediēdo. [Constātis) In perse-
uerādo, & vt dixi ad id redit qđ ꝑcipiabatur anteq̃ digrederetē.
[Vt dr̄) Vt in prouerbio est. C.Marius vt ait Cic. vnus in secūdis
rebus ex fortunatis hoibus, in aduersis vnus ex sūmis viris vide-
batur, tumultuātē aūt dicit pauentē, & timore agitatū. [Sed ꝑsen
tis animi vti cōsilio &c.) Vt aio nō cadas, & sic ꝑturbatione occu
peris, vt vim rōnis amittas. Vnde ꝑsentē aium constātē intelligi-
mus & Pla. ait ꝑsenti fac scias, multi.n. sunt q bene & sapiēter de
liberāt qd agēdū sit, cū vero ad rē ꝑficiendā accedūt, ais cadūt. Et
ꝑpea nō minus in gerēdo negocio ↄsilio animi vtēdū dicit, q̃ in
deliberādo. [Nec discedere à rōne) Quā ante negocij susceptio-
nē inieris, vt de Vlysse ait Virg. Oblitus ne sui est Ithacus discri-
mine tāto. [Quā qđ hoc ai) Animi inqt fortis est q̃ cōsilio & rō-
ne faciēda suscepit, in his nō ꝑturbari, sed ꝑseuerāter ꝑsistere, ma
gnę vero solertię & acuminis ingenij qdqd. accidere possit añ cō
stituere vt cū euenerit, q̃uis ēt grauissimū sit nō cōmoueas. Quæ
aūt ꝑuidemus ea minus ꝑmūt, & Aeneas apud Virg. rex sibi diffi-
cultate à Sibylla ꝓposita, oia inqt ꝑcepi atq; aio mecū ante pe-
regi. Prudētię, qua istructū ↄuenit esse forte viꝝ, tres sunt partes,
memoria, intelligētia, puidētia, si ergo q̃ futura sunt videt, & ꝑ
prudētiam quæ est temeritati opposita, deliberat, quo aio in deli
berādo vsus est, eodē ēt rem gerere debet. [Constituere) Aio pro

Annorū 24. Pōpeius ex Africa triūphum duxit.

Scipio Nasica de ficu in senatū allata per Catonē.

Præsens animus.

Fortis animus.

ponere. (In vtráque parte) Siue ꝓspera siue aduersa acciderint.
(Vt aliqñ dicendū sit nō putarā) Scipio Africanus superior dice-
re crebro solebat, Turpe esse in re militari dicere, nō putarā. &
vnū est stultitiæ genus. Quatuor aūt sunt, aut cū in mentē nō ve-
nit, cogitādū etenim diu atq; multū est aut nō, quod oportet suc
currit, aut succurrit, & nō accipitur, aut malū consiliū assumit,
cum credatur bonum esse. (Temere aūt in acie versari, & manu
cum hoste confligere, immane quiddam, & belluarū simile est.)
Scipio, non esse vnq̄ temere in aciem descendendū dicere sole-
bat. Qui hoc facit nō fortis dicendū est, sed insanus vel furiosus.
Nam cū virtus in mediocritate cōsistat, fortis nō audet nisi q̄ au-
dere oportet, & ratio audere ꝑsuadeat, ne si vel terreatur his qui
bus terreri non debet, pusillanimis, vel si magis audeat q̄ debeat
& excedat, insanus nominetur. (Sed cū tp̄s) Tunc oino conferen
da manus cū hostibus est, qñ aut bene gerendæ rei datur occasio
aut necessitas maxima ꝓposita est, vt, aut moriendū sit, aut in ser
uitutē deueniendū, quod ne accidat potius moriēdum est Recte
ait Aeneas apud Virg. Vna salus victis nullā sperare salutē, Capti
uis qdē illud eueniebat, quod in 2. bello Pun. scri. Liu. respondē-
te senatu ijs q capti à Carthaginensibus in bello fuerunt: Sero
nunc patriam desideratis, diminuti capite abalienati iure, ciuiū
serui Carthaginensium facti, precio redituri estis eo vnde igna-
uia atque nequitia abijstis. (Tempus) Occasio rei bene gerendę.
(Necessitas) Cum euadere non potes clausus ab hostibus.

ASCEN.

Res vrbanæ præcellunt bellicas.

Sed cū plerię; &c.) Ostendit res vrbanas. i. q̄ in vrbe pro salu-
te reip geruntur, in toto esse maiores q̄ quæ ab imperatori
bus in bello ac armis. Ordo est: Sed cum. i. qñquidē, pleri-
que. ĩ. valde multi arbitrātur res bellicas esse maiores. i. digmo-
res quā vrbanas. i. q̄ in vrbibus gerūtur, ideo sup. hæc opinio est
minuēda. i. restringēda. Multi. n. quęsierunt bella pp cupiditatem
gloriæ atq;, ꝓ & id ꝯtingit, plerumq;. i. vt plurimū in magnis ais.
& ingenijs & eo. i. tanto vel iccirco magis si sunt apti. i. idonei ad
rem militarem, & cupidi bellorum gerendorū. i. vt gerantur bel
la. Autem pro sed, si nos uolumus iudicare uere. multæ res vrba-
næ extiterūt maiores & clariores q̄ bellicæ. Enim pro quia quā
uis Themi. imperator Atheniensium qui Xersem deuicit laude-
tur iure. i. merito eius, & quamuis nomen eius. s. Themi. sit illu-
strius. i. nobilius & clarius, quam sup. nomen Solonis, qui vnus
ex sapientibus remp clarissime instituit, q; pro &, quāuis sup. Sa-
lamis illa insula apud quam nauali ꝓlio Xerxem superauit, citet,
. i. aduocetur testis clarissimæ victorię ipsius Themistoclis in Xer-
xem, q̄ victoria anteponatur. i. plus laudetur cōsilio Solonis, eius
. s. q constituit primum Areopagitas . i. quadringētos Senatores,
q in Areopago. i. vico martis res arduas, vt sententias criminales
tractarent, tñ sup. hoc. s. factum Solonis est iudicandum non mi-
nus ꝑclarum quam illud s. The. Enim pro qa illud. s. facinꝰ The.
. s. victoria de Xerxe ꝓfuit semel ciuitati Atheniensiū, sed hoc. s.
cōsilium Solonis proderit semper, qa leges Atheniensium, & in-
stituta. i. mores & traditiones maioꝝ eoꝝ seruantur, hoc consi-
lio. Solonis. Et qdē. i. certe The. nihil dixit in quo ipse adiuuerit
. i. adiuuare potuerit, Areopa. i. senatores in Areopago ꝯstitutos,
at. i. sed ille. s. Solon adiuuit The. Enim pro qa, bellum qđ The.
gessit, est gestum consilio senatus, eius dico senatus, q erat consti-
tutus à Solone. Licet. i. licitū est dicere, eadem quę dicta sunt de
The. de Pausania, & Lysandro Lacedæmonijs viris & optimis im
peratoribus. Quorum s. imperatorum rebus gestis, q̄q̄ imperiū
putatur dilatatum. i. extensum ipsis Lacedæmonijs, tñ ipsi oe ex
minima quidem parte i. non ĕt ex minima parte sunt conferen-
di. i. digni cōparati legibus & disciplinæ Lycurgi optimi legisla-
toris. Quinetiā. i. insuper ipsi imperatores habuerunt pp has ip-
sas causas. i. pp leges & disciplinā Lycurgi exercitus & . i. simul
paratiores ad subeūda pericula, & fortiores ad constanter pugnā
dum qdē. i. certe. Neq; M. Scau. optimus reip. toga gubernator,
sup. videbatur mihi nobis pueris. i. cū nos essemus, adhuc pueri,
cedere. i. victoriā dare in vtilitate. L. Mario optimo impatori, ne
que cū nos versaremur in rep. Q. Catul. optimus senator videbat

Quinti. Catuli lau.

P. Nasica laus.

cedere Cn. Pōp. (qui Pomp. magnus agnominatus est) optimo
imperatori adnota puer scribi Lygurgū, Gaiū, Cneū, amurcam,
& proferri Lygurgū, Gaium Gneum, amurgam. Itē in textu, hři
videbantur, qa duo singularia æquipollent uni plurali dū simul
ponuntur, non aūt diuisim, bis videbatur diximus. Addit causam
quare sic visum sit, Etenim ꝓ qa arma sunt parua. i. paruæ vtilita-
tis foris, nisi ꝯsiliū est domi. nec Africanus . s. Scipio singularis, vt
vir. i. priuatus & imperator cū præesset rebus bellicis ꝓfuit plus
reip. in. excidēda. i. destruēda Numantiæ ciuitate Hispanoꝝ, quā,
P. Scipio. s. Nasica profuit sup. reip. eodem tpe, cum interemit Ti.
Grac. dum legem agrariam factiose reuocare uellet. Quanquam
qdem. i. certe hæc res. s. occisio Tiberij Gracchi est non solū ex ra
tione domestica. i. rerum domi gerendarum. n. pro quia ipsa at-
tingit, & . i. etiam bellicam sup. rem, qm̄ ipsa est confecta ui. i. uio
lentia, & manu. i. facto, sed tñ idipsum est gestū consilio urbano.
. i. Rom. habito sine exercitu. Aūt pro sed, illud in quo ego audio
me solere inuadi. i. carpi & reꝑhendi ab inuidis & improbis, vt ab
Lucio Bestia, & Lucio Pisone, & Crispo Salustio. s. arma. i. bellicę
res cedāt. i. victoriā dent togæ. i. rebus pacis, quę in toga domi ge
runt, & laurea. i. corona imperatoꝝ laureatoꝝ, cōcedat linguæ. i.
gloriæ, quā bene dicendo & cōsultando adipiscimur, est optimū
. i. ꝓstantissimum. Enim pro qa omittam actos, uōne arma. i. belli
cæ res Catilinæ cessere? . i. cesserunt togæ? . i. rebus quas in toga
gessimus, & hoc nobis gubernātibus. i. dū nos in cōsulatu guber
naremus remp? q. d. maxime. Enim pro qa, neq; periculū fuit vnq̄
grauius. i. pniciosius in remp. neq; odiu maius. Itaque ipsa arma
delapsa de manibus audacissimoꝝ. i. maxime temerarioꝝ ciuiū
ceciderūt. i. annihilata sunt celeriter cōsilijs & diligentia nostra.
Quæ igĩ res gesta est vnq̄ tanta in bello? q. d. nulla & qs trium-
phus est cōferendus. i. comparādus, cum hac. s. re a nobis in toga
gesta? q. d. nullus. Licet enim (ne arrogāter de se dixisse putet)
ò Marce fili gloriari apud te ad quē & hereditas huius. i. meæ glo
riæ & imitatio factoꝝ ptinet. Certe Cn. Pomp. vir abūdans belli
cis laudibus, Tribuit. i. attribuit mihi quidem multis audiētibus
hoc, vt diceret se deportaturū fuisse frustra tertiū triumphū, nisi
esset habiturus in rep. meo beneficio vt triūpharet, qa si p Catili
nā & cōiuratos resp. fuisset euersa, nullus remāsisset triumphādi
locus, ergo. i. vt ex ꝑdictis patet, fortitudines domesticæ. i. quibus
vtūtur in rebus domesticis gerēdis, sunt nō inferiores. i. nō mino
ris vtilitatis & dignitatis, militaribus sup. fortitudinibus. in qui-
bus. s. fortitudinibus domesticis ponēdū est. i. ponere oportet ĕt
plus operæ. i. exercitationis & laboris & studij. i. conatus & appli
cationis animi, quā in his. s. militaribus. Enim pro qa, illud hone
stū quod nos quærimus. i. reqrimus ex aio excelso, & magnifico
efficitur oino viribus animi nō corporis, tñ corpus est exercen-
dū. i. in exercitio, & labore tenēdum, & afficiendū. i. affectionibus
tractādum & subiugandū, ita vt possit obedire in cōsilio, & tōni
in negocijs exequēdis. & in labore tolerādo. Aūt pro sed, id hone-
stū, quod exquirimus. i. illa honesta actio, quā ab aio forti experi
mus, est posita in cura & cogitatione animi. In quo. s. honesto, hi
q existētes togati præsunt reip. afferūt non minorem vtilitatem
quā sup hi q gerunt bella. Itaq; & ideo bella sunt sæpe aut nō su-
scepta vbs. i. qñ aut periculosa visa sunt, aut cōfecta. i. absoluta &
ad finē deducta: aūt pro sed, illa nonnunq̄. i. qñque: qñ. s. iustum
& vtile visum est cōsilio eoꝝ, qui. s. in togis semp gubernant. Ve
bellum 3. Pun. i. Carthaginense sup. illatum est Carthaginēsibus
cōsilio M. Catonis, i quo. s. 3 bel Pun. auctoritas ipsius Catonis,
ĕt mortui. i. postq̄ mortuus erat (mortuus aūt anno post susce-
ptum bellum) valuit, qa non dimittebatur eius auctoritate su-
sceptum, donec Carthago deleta esset. Quare. i. qua de causa ra-
tio decernendi. i. deliberandi est quidē. i. certe magis expetenda,
quā fortitudo decertandi. i. belligerandi. Sed cauendū sup. est no
nos faciamus. i. decernamus de bello, magis fuga. i. causa fugæ,
quam rōne vtilitatis, hoc est ne decernentes de bello dehortare-
mur a bello, potius timore bellandi, quam rōne vtilitatis publi
cæ. Autem pro sed, vt bellū suscipiatur, ita vt nihil aliud videat
quæsitū nisi pax. In textu habetur quęsita per ζεῦγμα, seu p regulā
venustatis, quæ est quod verbū vel adiectiuum pulchre respiciat
ad vicinius suppositum, vel substantiuū, quia ergo ly pax imme-
diate præponitur, dicit pax quæsita &c. vero pro sed, est fortis &
cōstantis animi. i pertinet ad fortē & constantem aium non ꝑtur
bari rebus asperis. i. duris & aduersis, nec. i. & non, & ut dř. i. sicut
in prouerbio est homioem sup. non deijci tumultuantem. i. vacil
lantem & inconstantem, de gradu. i. de sede tranquillitatis suæ,
sed uti consilio animi præsentis. i. semper parati & fortis nec di-
scedere à rōne, q̄q̄ hæc. s. non deijci nec deturbari de tranquilli-
tate sua est magni animi, & illud. s. quod sequitur, est etiam. i. nō
solum magni animi, sed etiam magni ingenij. s. percipere cogita
tione. i. prouidentia ex consideratione futura. i. res futuras, & cō
stituere aliqñ in utrâque partem quid possit accidere, & quid sit
agendum, cum. i. postq̄ quid. i. aliquid euenerit, nec cōmittere ali
quid sup. tale, ut dicendum sit aliqñ. s. in futuro, ego nō putaram
. i. putaueram sup. sic euenturum, hæc. i. huiusmodi sunt opera ani
mi magni & excelsi & fidentis. i. freti prudentia & consilio. Autē
sed, versari temere. i. cum temeritate in acie. i. in exercitu ad prœ
liandum instructo, & confligere. i. contendere cum hoste manu. i.
opere manuali est. quiddā immane. i. efferum & crudele & simile
belluarum, sed decertandum est manu, qñ tempus & necessitas
postulat,

postulat, & mors est anteponenda.i.præferenda seruituti & turpitudini .s. quæ est in fuga, aut quā captus pateretur in corpore. hinc Iuuen. Summū crede nefas animam præferre pudori, Et pp vitam viuendi perdere causas, quæ sunt libere & honeste viuere.

DOCT. interpr. PArum enim sunt foris arma) Pa⁊ dixit pro nō satis sunt, siue non sufficiunt, In nonnullis, pro parum, scriptum erat parua. Vide num recte legatur, Parui. [Et hereditas huius gloriæ) Hereditas hominis dicitur, qui succedit, & rei dicitur hereditas, in cuius possessionem succeditur: Vt hereditas regni Dei [Hæc sunt opera magni animi.) Quod Græcis ἔργα, hic vertit opera. Non frequentius dicimus facta, quam opera.

DOCT. interp. SEd cum plerique) Disputatio est, qua ostēdit res vrbanas maiores esse bellicis, & togatorum consilia imperatoris laudi præponit. Locus cōis: Artes pacis, & virtutes togatæ, qbus domi resp. tenentur, ac reguntur, non sunt inferiores artibus belli, seu castrensibus virtutibus. Nam & vrbana negocia prudentiam, magnitudinem animi, & præsentiam animi non minorem requirunt, quàm bella. [Bellum autem ita suscipiatur) Notetur, bella pacis causa suscipienda.

ARGVMENTVM.

Alienam esse ab officio magnanimi crudelitatem, & item temeritatem.

DE euertendis autem, diripiendisq́. vrbibus valde illud considerandum est, ne quid temere, ne quid crudeliter fiat. idq́. est viri magnanimi, rebus agitatis punire sontes, multitudinem conseruare, in omni fortuna recta, atque honesta retinere.

PETR. MARS. DE euertendis autem,) Præcipit nunc Cic. qd agendum sit viro magnanimo, cū vrbes expugnātur, diripiūturq́.. & monet ne qd temere .i. nō cognita causa & veritate fiat in quēq;, & ne qd crudeliter agatur, quod est contra naturā viri magnanimi. [De euertēdis) Solo æquādis. & opes dnr euerti, cū destruuntur. & euertere signat semper ruinam rei alicuius magnæ. vt apud Virg. Priamiq́. euertere gentem Visum est superis, &, Inclemētia diuū Has euertit opes. [Diripiēdis) pdandis & spoliādis. nā diripere vrbē est bona militibus dare in pdam. [Valde) diligēter aduertendū. [Ne qd temere,) Inconsulte & incognita causa. [Idq́. est) Hoc ptinet ad illum q magnanimus hri vult. [Rebus agitatis) Examinatis & iudicio discussis, debemus igitur res iudicare, & postea nocētes punire, & ideo nihil est temere agendū, sed causa cognita in sontes animaduertendū est. [Sōtes,) Nocentes. Nā ille q punit nocentes re agitata, & diligēter cognita nō temere agit. [Multitudinē) Populum impotentē. & sic seruat ius humanæ societatis, & iustitia, cuius propriū est oēs quoad fieri pōt conseruare. Plato in 5. de rep. sic pcipit: Non ergo Græciā cū Græci sint, destruēt, neq; domos incendent, neq; putabūt in singulis ciuitatibus oēs sibi aduersos esse, & viros, & mulieres, & pueros, sed paucos admodū inimicos, eos duntaxat q fuerint discordiæ causa, quāobrem neq; domos subruēt, sed eatenus decertabūt, quatenus q discordiæ causam dederūt in sontibus pœnas soluāt. ponamus itaq; legē hāc custodibus, vt neq; dissipēt agros, neq; igni ædes absumāt. [In oī fortuna) Tam secunda quā aduersa. & hoc decet magnanimū moderate ferre fortunā, & nec pspera efferri, nec deprimi aduersa. Vnde interrogatus Bias, qdnā esset i vita difficile, Ferre, inqt, fortiter mutationē re⁊ in deterius. Et Periāder Corinthius dicebat, Inter secūdas res esto moderatus, inter aduersas prudēs. Seneca dicit: Esto firmus in aduersis, in psperis caut⁹ & humilis, occultator virtutū, sicut alij vitio⁊. [Recta, atq; hone.) qm nec psperitas nec aduersitas nos ad iniustitiā & turpitudinē cogere dnt, sed i oī fortuna id qd rectū & honestū est seq debemus, & poti⁹ mori quā à recto atq; honesto discedere.

FRAN. MAT. DE euertendis aūt, &c.) Dixit magnanimum præparare se, & eo aio atque consilio bellū gerere quo susceperit, semper aūt pacem seluti optimum finem spectare. Nunc de eiusdem officijs loquitur post victoriam, & qualia esse conueniat præscribit, dicens, eū, cum hostilem ciuitatem ceperit, sontes quorum causa bellū suscitatum est punire debere, reliq̃ vero multitudinē quę insons est conseruare. Sed magnanimi propriū est obliuisci inimicitias, & in victos clementia vti, qd' magnitudini eius tm̄ abest, vt derogat, vt ēt splendorem afferat & gloriam. Nā de Cæs. inqt Cic. aīum vincere, iracundiam cohibere, victoriā temperare, aduersariū nobilitare ingenio, virtute pstantem, non modo extollere iacentē, sed ēt amplificare eius pristinā dignitatem, hoc q facit, nō ego eum cum summis viris cōparo, sed simillimū deo iudico: punire quos oportet iustitiæ est, cōseruare innocentes & iustitiæ & magnanimitatis. Vtrūque ergo pstabit magnanimus, vt vere magnanimus hri possit. Sed magis erit clemens quā crudelis in illos q supplicio digni sunt penitus parcere nullo pacto debet, ne eo⁊ audacia impunitate crescat & alijs ad male faciēdum exēplo sint. [De euertēdis) Solo æquādis, sicut Carthaginē Rom. 3. Pun. bel. euerterūt, Numantiam, Corinthū. [Diripiēdis) Vt nō euertantur qdem, sed tm̄ militum direptioni subijciātur, qd' Syracusæ, Alba, multæq́. aliæ à Rom. passæ sunt. [Temere) Ne forte euertant, quæ euerti nō merent. Sicuti Corinthus mereri nō videbat, vnius Critolai culpa fuit, vt legati Rom. violarētur, prius prerea oppressi sunt Corinthij quā hostes designarent. Crudeliter, vt cū in paucos debeat animaduerti in oēs aiaduertat [Reb⁹ agitatis) Examinatis & diligēter inspectis, cognitis .s. erroribus aliquo⁊ & multorū innocentia. [In oī fortuna) Tā secūda quā aduersa, & vt in illa temperamēto vtatur, neq; nimiū efferatur, & in hac demissiore aio non sit, penitusq́. succumbat.

ASCEN. DE euertendis) Describit officium imperatoris in vrbibus euertēdis ac diripiendis. Ordo est. Aūt, pro sed, illud considerandū est valde, de vrbibus euertendis .i. funditus excidendis & diripiendis .i. depopulandis, ne qd fiat temere .i. sine rōne, & ne quid fiat crudeliter .i. impie & immaniter, q; pro & .i. viri magnanimi .i. pertinet ad virum magnaninium, rebus agitatis .i. postq̃ sunt agitatæ & discussæ, punire sontes .i. nocentes & culpabiles, & cōseruare .i. non interficere multitudinem .i. turbā imbellem & innocuam, & retinere in omni fortuna, tam prospera, quam aduersa, recta .i. æqtatem, atque honesta .i. honestatem.

DOCT. interpr. DE euertendis) Describitur officium imperatoris in bello, vrbeq́. euertenda, diripiendaq́..

ARGVMENTVM.

Pericula quatenus viro forti suscipienda.

VT enim sunt, quemadmodū supra dixi, q vrbanis rebus bellicas anteponūt: sic reperias multos, qbus periculosa, & callida cōsilia q̃etis cogitationibus splēdidiora, & maiora videantur. Nunq̃ oīno piculi fuga cōmittendum est, vt imbelles, timidiq́. videamur: sed fugiendum ēt illud, ne offeramus nos periculis, sine caussa. quo nihil pōt esse stultius. quapp in adeundis periculis consuetudo imitanda medicorum est, q leuiter ægrotantes leuiter curant; grauioribus aūt morbis periculosas curationes, & ancipites adhibere cogūtur. quare in tranqillo tempestatem aduersam optare, dementis est; subuenire aūt tempestati quauis rōne, sapientis, eoq́. magis, si plus adipiscare re explicata boni, q̃ addubitata mali. Periculosę aūt rerū actiones partim ijs sunt, q eas suscipiunt; partim reip. itemq́. alij de vita, alij de gloria, & beneuolētia ciuium in discrimen vocātur. Promptiores igitur debemus esse ad nostra pericula, q̃ ad cōia, dimicareq́. paratius de honore, & gloria, q̃ de ceteris cōmodis. inuenti aūt multi sunt, qui nō modo pecuniam, sed vitam ēt profundere pro patria parati essent; ijdē gloriæ iacturam ne minimam quidem facere vellēt, ne rep. quidem postulāte: vt Callicratidas, q cum Lacedæmoniorū dux fuisset Pelopōnensiaco bello, multaq́. fecisset egregie, vertit ad extremū oīa cum cōsilio nō paruit eorū, q classem ab Arginusis remouendam, nec cū Atheniēsibus dimicandum putabāt. quibus ille rn̄dit; Lacedæmonios classe illa amissa, aliā parare posse, se fugere sine suo dedecore non posse. atq; hęc q̃dē Lacedęmonijs plaga mediocris fuit, illa pestifera, qua, cū Cleōbrotus, in

uidiam timens, temere cum Epaminonda conflixisset, Lacedæmoniorum opes corruerunt. quanto Q. Maximus melius: de quo Ennius:

Vnus homo nobis cunctando restituit rem:
Non ponebat enim rumores ante salutem.
Ergo magisq́ magisq́. viri nunc gloria claret.

quod genus peccandi vitandum est etiam in rebus vrbanis. sunt enim, qui quod sentiunt, etiam si optimum sit, tamen inuidiæ metu non audent dicere.

PETR. MARS.

VT enim) Ideo inqt Cic hæc pcepta constituũtur à me de his quæ agẽda sunt in euertendis diripiẽdisq́. vrbibus, qm̃ aliqui aliter sentiũt, & putant licere vt in hostes oẽ genus crudelitatis exerceatur & hi sunt maxime q res bellicas vrbanis anteponũt, dicentes, versari in periculis, & callide cõsulere, & ea semp appetere, quę in se plurimũ negocij hñt & laboris, esse maioris glorię & amplitudinis, quã optare q̃eta & tranqlla. Vnde Cic. de his rebus determinat afferiq. opinionem suam & sniam, docens quo versandũ sit in periculis, vt decoꝝ seruet. [Reperies) Inuenies. Reperire est in aliqd non quæsitũ incidere. [Periculosa) Quæ in se multũ periculi hñt. & supra monuit nõ esse versandũ in acie temere. nec periculosa appetẽda sunt, nisi ratio tpis postulabit. [Callida con.) Plurimũ astutiæ in se hñda. [Consilia) Sententias. [Splẽdidiora) Maioris splẽdoris & famæ. [Maiora) Ampliora. [Nunq̃ oino) Determinat de tali hoium opinione, & dicit hoc esse ꝓprium magnanimi, nõ cedere pp periculũ aut timorẽ, immo cu in periculo versatur vitæ suæ non parcere. [Periculi fuga) Vt periculũ fugiamus & laborẽ. Cõmittendum. incidendũ in hoc, quod est cõtra fortitudinem & magnanimitatẽ. [Imbelles) Nõ bellicosi, & fortes, sed ignaui & timidi. at non debemus temere nos exponere periculis, verũ cum ratio poscit, & necessitas. [Qun) Offerre se periculis sine causa [Quapp) Cõcludendo pcipit exemplo medicoꝝ qd agendum sit in periculis adeũdis. nã pericula lenia lẽte adiri debent, qõi magnanimus nil nisi magnũ, arduum & plenũ laboris aggreditur. cum aũt grauissima sunt, omni conatu & totis viribus cõtendũ est, vt aut pericula superẽtur, aut vita cũ decoro amittat. sic faciũt medici, illos q leui ægrotatione tenẽtur, leuibus curant medelis, grauissimos aũt morbos & ancipites, medelis ẽt grauissimis, vt aut conualescãt, aut moriant desperata quodãmodo salute. Vnde hi q extrema necessitate laborãt, oĩa audent vltima desperatione adducti. Ideo dicit Sen. Acerrima virtus est, quã vltima necessitas extũdit [Cõsuetudo) Mos medẽdi. [In adeun.) cũ volumus adire picula & fortẽ aium magnumq́. ostẽtare. [Leuiter) .i. q leuibus ægrotationibus tenent, leuibus remedijs curãt. [Periculosas) Quæ aut curẽt, aut pdant grauiter & ad mortẽ ægrotantẽ. [Ancipites) Dubias an sanẽt, an interimãt. [Coguntur) Periculo .s. vrgẽte. [Quare) igitur. dat optimum pceptum trãslatione nautarum, q tranqllo mari si tẽpestatem appeterent demẽtes essent, sic forti viro & magno pericula nõ sunt optanda. si aũt acciderint, subeũda sunt, & tolerãda, & ipsis nullo modo cedẽdum, ẽt si vita amittẽda sit. [Quauis rõne) Quocũque modo pñt. qm̃ nautæ tempestate laborãtes, ne amittant vitã, sese explicant .i. abijciũt merces & oĩa, ne dubitãdo an esset faciũda iactura, vna cũ rebus vitæ discrimẽ subirent. re aũt explicata, & in vndis deiecta, plus adipiscit dñs nauis q̃ amittat, qm̃ adipiscitur vitã cunctis mercibus cariorẽ. si aũt dubitat, nec se vult explicare pp auaritiam, est in periculo uitæ. vnde Iuuen. laudat Catulum amicũ suum, q pressus tẽpestate se explicuit, & euasit. sic vir fortis si cũ est in periculo fugit, & dubitat amittere uitã, perdit fortitudinis laudẽ & decoꝝ. vnde potius moriendũ est quam subire dedecus, & nõ tanti debet esse uita, ut gloria honestatis & fama ueræ virtutis amittat. Ideo Hector, vt est apud Hom. & repetit. Arist. in moribus, minabat suis turpiter ex acie solẽtibus fugere, dicẽs, Quẽ procul à pugna trepidantẽ forte videbo, is canibus fiet fiet quoq; vulturis esca. [Re explicata) .i. deuoluta in mare, factaq́. iactura, qm̃ exonerata naui est aliqua spes vitæ. [Quã addubitata) .i. cum dubitatione retẽta pp auaritiam, qm̃ re non explicata nulla est spes vitæ, & plus mali seqtur qm̃ bona fortunæ contemnenda sunt pro vita conseruãda & honestate, q̃ ceteris rebus debet esse antiquior. vita spernenda est, ne laus & bonum nomen amittatur. [Periculosæ aũt) Postq̃ de periculis adeundis fecit mentionem, dicit per diuisionem qbus afferant periculum actiones, & ostendit, monetq́. nos debere promptiores esse ad nostra pericula .i. vt potius oẽ discrimen patiamur & mortem, q̃ permittere patriam aliquo periculo laborare. Nec debemus timere infamiã calumnia illatam ꝓ salute patriæ, cui oĩa debentur. vnde reprehendit illos, q ne gloriam propriã amitterent, in summum discrimen patriã adduxerunt, laudatq. Fabium Maximum, q nunq̃ rumores de se & infamiam posuit ante patriæ salutẽ, cum .s. cũctator pro dictatore appellaretur, tñ nunq̃ voluit manus cum hoste, q fortunæ incumbebat conserere, qm̃ patrię laboranti non cõducebat, sed opus erat cunctando Annibalẽ flatu secundo fortunæ vectum reprimere. [Reꝝ actiones) Res ipsæ gerendæ afferunt periculũ, & discrimen vitæ & nois. [Partim sunt) Distinguit pericula, quæ sunt in rebus agendis, & ad quos maxime pertineãt. [Qui eas suscipiunt) agũt geruntq́. vt sunt imperatores & duces exercitus, q in periculo interdum versantur. [Itemq́. alij) Facit aliam distinctionẽ, qua ostẽdit pluribus de causis vocari aliquos in discrimen. Inde docet ꝓ qua re potius dimicandũ sit. [De uita) .i. pro conseruatione vitę. [Promptiores igitur) Post distinctionem actionum, quæ sunt periculosæ his, q eas gerunt & partim reip. resumẽs priorem distinctionem precipit, ad quę pericula debeamus esse promptiores, vt .s. potius subeamus nostra pericula, q̃ sinamus remp. aliquo detrimento affici, qm̃ cõis salus & gloria propriæ saluti & gloriæ præferenda est, & vir fortis nõ debet timere pericula pro rep. immo vitam profundere, si reip. salus exposcit. [Quam ad cõia) Quam pati vt cõis patria laboret. vnde laudatur Curtius, qui se in foueam illam armatum & equitem præcipitem egit, quæ totam vrbem pestifera exhalatione inficiebat, & sic periculo suo oĩa pericula sustulit. Sic ẽt Menœceus Thebanus Creontis filius pro cẽte cõi salute e turri se præcipitauit. Infinita sunt exempla in historijs & exteris & nostris, eorum, q propriæ saluti non pepercerunt pro cõi vtilitate. [Dimicateq) Resumit nunc alteram distinctionem, & docet pro honore & gloria potius dimicandum, q̃ pro alijs fortunæ bonis. [Dimicare) Manu pugnare. [Paratus) Promptiore animo & magis parato ad dimicandum pro honore & gloria, quam pro alijs rebus & vtilitatibus, qm̃ auaritiæ indicium est pro bonis fortunæ dimicare, pro gloria aũt pugnandum est, vt oportet, & sine iniuria aliorum, qm̃ honor est præmiũ virtutis, & deo tribuitur, & victores in certaminibus Græciæ nõ auro aut argento donabantur, sed corona intexta ex folijs arborum, vt certamen esset pro gloria non pro auro. Vnde Tritãchines, vt est apud Herod. lib. 8. Artabani filius, dixit. Papæ Mardoni, in quos viros induxisti nos ad pugnandum, qui non pecuniarum certamẽ agitent, sed virtutis? & Alexander auctore Curtio lib. 4. Parmenoni dixit: Pecuniam q̃ gloriam mallem, si Parmenio essem, nunc Alexander de paupertate securus sum, & me non mercatorem memini esse, sed Regem. Nihil qdem habeo venale, sed fortunam meam vtique nunc vendo. captiuos si placet reddi, honestius dono dabimus, q̃ pcio remittemus. Victores in Olympico certamine coronabant oleastro, in Pythijs ludis, lauro, in Isthmiacis pinu, in Nemęis apio. [Cõmodis) vtilitatibus & bonis externis. qm̃ ipse magnanimus, q circa magna versatur, non curat bona fortunæ, sed nomen & gloriam, citra tñ ignominiam aliorum, qm̃ ad gloriam, honorem, & honestatem nati sumus, cum sint virtutum præmia. [Inueniri autem sunt) Nunc affert illos qui pro patria quidquid habuerunt, & etiam uitam, effundere voluissent, sed minimam partem propriæ gloriæ amittere noluissent, & nominis, etiã patria postulante, quod est contra officium. nam ratio reipu. habenda est, & illi aliqñ seruiendum, & pati, vt fama nostra diminuatur, si patriæ conducit, quæ nobis omnibus alijs rebus carior esse debet. non .n. tanti gloriam nostram facere debemus, vt patria iacturã ob id patiatur. & vera gloria est patriæ consulere. [Sed vitam) Quod est viri fortis non temere mortem pro patria. [Sed ijdem) q ita ad mortem parati erant. [Iacturam) Damnum. sed iactura proprie dr̃ in mari cum vrgente tempestate res è naui iaciuntur, vnde iactura dicta, & large accipitur pro quocunque damno. [Repub.) Vtilitate reip. ita exigente. [Vt Callicratides) Ponit exemplum Callicratidæ, qui ne suũ honorem amitteret, patriæ detrimento fuit suæ, & sic nõ fuit uere magnanimus, qm̃ affectabat honorem & gloriam cum calamitate patriæ, quod est contra officium. Pelopõnesus à Pelope filio Tantali dicta, q illic regnauit folio platani similis pp angulosos recessus, quos habet, sita est inter duo maria Ionium & Aegeum, circuitu quingentorum 63. millium passuum, locus angustus vnde procedit isthmus appellatur, duo maria tarñ hinc inde vocant. Sparta seu Lacedæmõ est in Peloponneso, & Lacedæmonij post bellum confectum contra Persas cum Atheniẽsibus per multos annos bellũ gesserunt, vnde hoc Peloponnesiacũ dictum est, huic bello Lysander de quo dixi & dicã loco suo, finem imposuit

posuit, quoniam summa felicitate Athenas cepit. Callicratides dux Lacedæmoniorum & classis post Lysandrum præfectus apud Arginusas insulas pugnaturus cum Atheniensibus, & Hermone gubernatore dicente, vt scr. Plut. quod bene est retro nauigare, cum triremes Atheniensium multo plures essent, risit, Ecquid hoc, ceterum fugere turpe est & detrimentosum Spartæ, sed si mansero aut moriar, aut vincam, quod optimum est. Cic. aliter ponit verba quæ Callicratides dixit ridens illis, qui fugam suadebant. Nauali pugna superatus, inquit Plut. in Arginusis deletus est. Callicratides, Mitylenē obsidebat, Athenienses subsidium parantes 120. nauibus Samon insulam adnauigarunt, & illic alijs coactis 150. nauibus ad hostem contenderunt. Callicratides cognito ipsorum aduentu Eteonico legato ad obsidionem relicto, cum 120. nauibus obuiam profectus est ad Arginusas, & pugnans deletus est, ac supra naues 70. Lacedæmonij amiserunt. [Egregie) Strenue & fortiter & multa cum laude, quoniam pro Spartana dignitate animos gerebat summa æquitate, fortitudine & magnanimitate excellentissimus, auct. Plut. [Vertit omnia) .i. in fine turbauit, & amisit partam gloriam, & nomen, quoniam fecerat multa egregie, & tandem nimis affectans propriam gloriam in discrimen patriam adduxit suam, quippe cum illius detrimento pugnauit, ne uideretur ignauus, cum melius esset cedere, & patriæ & temporis habere rōnem. [Consilio eorum) Plut. dicit fuisse Hermonem gubernatorem nauium. [Consilio) Sniæ. nam censebant tempori cedendum esse, nec expectādam classem Atheniensium. [Putabant) Arbitrabantur melius esse. Arginusæ sunt tres insulæ paruæ ante Asiam prope Mitylenē, & Lesbon continenti proximæ, ut auct. est Str. lib. 13. [Hæc plaga) Calamitas & vulnus quod acceperunt Lacedæmonij amissa classe, & deleto Callicratide in Arginusis. [Mediocris) Non multum detrimenti attulit. quoniam non amiserunt ob id imperium, immo superarunt tandem ipsos Athenienses post mortē Callicratidæ. Lysander dux creatus est, qui Athenas subegit. [Illa pestifera) .s. fuit plaga & calamitas, quæ Lacedæmonijs imperiū eripuit, & affert aliud exemplum Cleombroti Pausaniæ filij, qui timens inuidiam & infamiam ne .s. videretur cum hoste Epaminonda sentire differendo pugnam, temere manus conseruit, & se, & patriā in præceps dedit nam in hac pugna, quæ ad Leuctra oppidū Bœotiæ fuit, cum Epaminonda Thebanorum duce, Cleōbrotus rex Lacedæmoniorum vulneratus occubuit, & exercitus deletus est, & sic Lacedæmoniorum imperium corruit. ergo Cleombrotus ne gloriam suam amitteret, & ne detrimentū nominis pateretur, causa fuit, vt patria quæ prius imperabat, seruiret. Nam paullo post secūdo prœlio apud Mantineam idem Epaminondas ita Lacedæmonios attriuit vt imperium amiserint, in quo prœlio Epaminondas cecidit gaudens, quoniam relinquebat patriam suam imperantē, quæ prius seruiuerat. [Temere) Malo consilio & nulla spe victoriæ, sed vt infamiam declinaret & odium, quoniam prœlium differebat. vnde timuit inuidiam & temere pugnans victus est [Opes) Potentiæ & imperium, quoniam principatum Græciæ amiserunt. [Quanto melius Q. Maximus) Affert exemplum Q. Fabij Maximi, qui cum bello Pun. 2. dictator esset, Annibalem summa patientia & cūctatione fregit. Q. Fabium in inuidiam Romanorum adducere tentauit. Nam cum agros Campanos incenderet, agris Fabij pepercit. Fabius hanc inuidiam non timuit, nec temere pugnam iniuit, vt infamiam expugnaret, sed cunctando rem Romanam prope collapsam restituit, quamuis à multis damnaretur, & male audiret, quod bellum opera sua & cunctatione in Italia duceretur. Cui ob id imperium æquatum fuit cū Minutio, qui erat mag. equitū, hoc ēt magno animo æquoque tulit salutis patriæ studiosissimus, cui nunquam succensendum putauit, immo cum Minutius, à quo læsus in honore fuerat, cū Annibale pugnaret, & iamiam venturus esset in hostiles manus, Fabius e suis castris magno impetu erumpens, eū liberauit. Si igitur Fabius vere magnanimus inuidiā timuisset atque infamiam, quoniam pro dictatore cūctator ac segnis ab obtrectatoribus vocabatur, manusque conseruisset cum hoste tam fausti Martis, actū fuisset de Rom. imperio. Sic Camillus cū Ardeæ exularet, patriam captā à Gallis asseruit, & oēm ignominiā qua actus in exilium fuerat notatus magno aio pioque patriæ condonauit suæ. [Quanto melius) Fecit Fabius quā Callicr. & Cleōbr. duces Lacedæm. [Vnus hō nobis) Hi sunt versus Ennij, qui in hoc 2. bello Pun. militauit centurio in Sardinia sub Torquato, & suis annalib. bella Itala cecinit. Rudiæ vrbs Calabriæ pria Ennij fuit, de quo Sil. Miserunt Calabri, Rudiæ genuere vetustæ, Nunc Rudiæ solo memorabile nomen alūno. Ennius primū græcis literis operam dedit, & Africanū maiorē mirifice dilexit, obseruauitque, à quo multis muneribus donatus est, & nois æternitate, eiusque domum aliquando frequentauit. Cum Scipione Asiatico in Asiā profectus est, & cum Fuluio nobiliore in Ætoliam, qui poetas amauit. Primus Ennius apud latinos exametrum carmen fecit, quod longum appellare solebat. decessit post 70. annos, scripsit in oī poematū gn̄e. Sed annales magis probati fuere, quos per compita vrbis Q. Varganteius pronunciare solebat, cuius meminit Lucr. lib. j. Ennius vt noster cecinit, qui primus amœnam Detulit ex Helicone perenni flore coronam. Et Apollo apud Sil. lib. 12. sic Enn. laudat: Sacer hic & magna sororum Aonidum cura & dignus Apolline vates. Hic canet illustri primus bella Itala versu, Attolleique duces, cœlo resonare docebit: Hic latis Helicona modis, nec cedet honori Ascræo fama ue seni. Fuit & paullo post alius Ennius Tarentinus, qui primus de literis, syllabis, & metris libellum edidit. Ouid. ita cecinit, Ennius emeruit Calabris in montibus ortus, Vicinus poni Scipio magne tibi. [Vnus hō) Solus Fabius. [Cunctando) Differendo pugnam, quam Annibal fortuna tunc aspirante optabat. [Restituit rem) Imperium Rom. prope collapsum recuperauit. Nam attritæ erant opes Romanorum iam cladibus acceptis ad Ticinum, Threbiam, & Trasimenum, Lacū Perusinū, vbi Annibal Romanū exercitū profligauit, ceciditque temeritate Flaminij consulis, qui ēt illic occubuit. Sed Fabius a populo, quod nunquam ante eum diem factum fuerat, dictator creatus Annibalem tot victorijs elatum, & iuueniliter exultantem, cunctando fregit, & rem .i. imperium Romanorum restituit. [Non.n.) Ratio quare Fabius rem Romanam restituit. [Rumores) Obtrectationes eorum qui Fabium appellabant segnē, & cunctatorem pro dictatore, & quod cū Annibale sentiret. non ponebat Fabius hos rumores saluti reip. immo talem infamiam non curabat pro cōi salute, sciebat .n. solam cunctationem reip. tunc nutanti conducere. poterant .n. cōmodius & tutius Romani bellum producere, quā Annibal, qui in hostili solo properabat vt vinceret, & cūctatio Fabij satis suis currentibus obstitit, & Fabius rediens ad vrbē sacrorum causa monuit Minutiū ne manus cum hoste consereret dicens vt est apud Sil. Interea crede experto, nō fallimur, ægris Nil mouisse salus rebus. Videbat .n. vnā esse salutē tunc cū hoste tam fausti Martis, non pugnare. Et Paulus Æmilius proficiscens in castra monenti Fabio dixit: Nec me vnica fallit Cunctandi rō, qua te grassante senescens Annibal oppressum vidit cōlidere bellū. [An salutē) Reip. Rom. imo salus cōis erat illi carior & antiquior sua fama, & rumores falsos de se non curabat. Rumor est sermo dispersus in populo incerto auctore de aliqua recenti re, siue bona, siue mala, cui, vt inquit Fab. malignitas dedit initium, credulitas aūt incrementum. Fama est consensus ciuitatis velut publicū testimonium [Ergo) Idcirco, inquit, cum non posuerit rumores an salutem patriæ, & illos non curauerit, & talē infamiam neglexerit, vt vere magnanimum decebat, qui infamiam iniuria illatam non curat. Ergo post res ipsas à Fabio gestas. [Gloria viri) Fabij. [Magis claret) Splendidius est quā si pugnasset, & rumores posuisset an salutē, quoniam cunctādo rē Rom. restituit. Sil. in 7. sic canit de Fabio: Ac ni sacra seni vis impiissumque fuisset Sistere cūctando fortunā aduersa fouentem, Vltima Dardanij trāsisset nois ætas. [Quod genus peccādi) Quod .s. supra tetigimus, eorum qui sibi seruiētes & timētes inuidiā, ea cōmittunt, quæ patriæ detrimentū afferunt, quod ēt in rebus vrbanis. [Vitandū est) Nō .n. bono viro & ciui patriæ studioso timenda sunt odia, & inimicitiæ aliorum pro salute priæ, immo libere consulendū est, & id quod optimū est iudicādū, aliter magnanimitas non seruatur, quæ nihil timet præter turpitudinem. Vnde boni ciuis & magni est nihil tacere aut dissimulare ob timorem, quod patriæ conducit. Ideo laudatur Cic. qui in M. Antonium summæ tunc potentiæ virum in Senatu acerrime inuectus est, & ēt in Catilinā, nullū odium timens, modo reip. cōsuleret. [In rebus vrbanis) In his quæ in vrbe aguntur, vt in senatu dādisque suffragijs. [Optimum) Ipsi reip. & cōi utilitati. [Metu inui.) Odij, ne aliquem lædant, si id dixerint quod patriæ optimum est & magnanimus talem inuidiam non timet, nec curat, si ob id quod dixerit, perdit partē gratiæ, quoniam salutem patriæ omnibus alijs rebus præponit, & dūmodo cōe cōmodum augeatur, iacturam gratiæ suæ apud alios, quos verum dicendo lædit, non curat.

PEriculosa & callida consilia &c.) Videndū dicit ēt ne rem inconsulte faciamus, cum multi sint, qui sic periculosa & subito mentis impulsu oblata consilia quietis præferantur, vt res bellicas vrbanis anteponāt, cū consulendū tarde sit, vt ait Arist. agēdū vero celeriter, nihil .n. mature fit, nisi quod diu multumque ān faciendū cōstitueris. Calida aūt intellige incōsulta à caleo non calleo, vt Marc. exponit. Terent. in Eun. vide ne hoc sit nimis calidū. [Nunquam oinō &c.) Docet quo pacto circa pericula tum adeunda tum tolerāda se vir fortis hēre debeat. Et neque facile ac temere offerre se illis neque effugere debet. Timere pericula, quæ timenea

FRAN. MAT.

re non oportet, pusillanimi est, offerre se vltro periculis oibus, stulti. [Sed fugiendū &c.) Qđ non facile se periculis vere fortis exponat, hoc est, q nunq̄ periculum adit nisi magnifica & terribilia iudicet, vt salute patriæ, religionis defensio, iustitiæ conseruatio, sed cum hæc accidunt & periculo se vir fortis exposuerit, pse uerare eum conuenit, & ne propriæ quidē saluti parcere, maliq̄. mori q̄ à proposito discedere. [Quapp in adeundis &c.) Similitudinibus ostendit, q d circa pericula adeūda seruandū sit, & imitandos medicos dicit, qui leuibus morbis leues, grauibus periculosas curationes adhibent. Idē & vir fortis facere debet, vt q̄ terribilia videāntur & sint, ea magno & pñti aio aggrediatur, q̄ leuia & nō necessaria ea nō attingat & contēnat, ne se p modica vtilitate maximis periculis obijciat, qđ qui faciunt nō fortes & magnanimi, sed stulti hñr. [Periculosa) Quæ periculū uitæ afferant. [Ancipites) Quæ ita occidere possint naturali virtute nimiū perturbata, & debilitata, vt cōseruare. [Grauioribus) In qbus modica salutis spes sit, sæpe accidit, vt quē medicus secundis curare nō possit, eum contrarijs curet, qđ Celsus scr. eodē modo maxime periculoso tpe periculis obijcere nos debemus p vtilitate cōi, vt Horat. Cocles fecit, vt eodem tpe Mutius Scæuola, vt Curtius iuuenis, q se in illam patentē voraginē coniecit, vt Decij q se deuouerunt. [Quare in tranquillo &c.) Alia similitudo, vt tranquillo mari optare tēpestatem, ita cū ingens necessitas non cōpellit periculo se exponere dementis est, rursus vt resistere tempestati cū incubuerit sapientis est, sic occurrere periculo cū necesse est, pro parente aut patria, viri magnanimi iudicatur. [Periculosæ aūt rerū actiones) Dixit nō esse magnanimo adeūda pericula sine causa: hanc aūt, vt Ethici scribūt, magnā esse oportet, minimeq̄. vulgarē, vt digne eā suscepisse laudemur, sed aut ad ipsum magnanimū, aut ad rēp. periculū ex actione aliqua deuenio℞ est. si ad ipm, nihil p gloria recusandū est illi, q vult vitā p laude pacisci. & vt ta bñ credas emi quo tēdat honorē, magisq̄. dignitatis sine vtilitate, q̄ vtilitatis sine dignitate, rō est hōda, honor .n. vt ait Arist. maximū est externo℞ bono℞, & circa honores, ac infamiā magnanimus versatur, vt oportet, qđ si reip periculū imminet cautior circa illud esse debet, nā minus dānū vnius est q̄ totius reip. si qd aduersi accidat, quosdā rephendit Cic. q magis propriā laudem q̄ remp. conseruare voluerunt. [De vita) Propria. [Ad cōia) Ex quibus plus damni q̄ ea proprijs euenire pōt, minor iactura est vnius q̄ multo℞, aut reip. [Quā de ceteris cōmodis) Vt de diuitijs: immo potius dignitatis sine vtilitate quā vtilitatis sine dignitate rō hñda est, vt diximus, oia denique cōmoda quæcūque sint, dignitati sunt postponendæ. [Inuēti aūt multi &c.) Eos nūc reprehendit, qui gloriam & honorem proprium saluti & vtilitati patriæ anteferre voluerunt, cum tñ pro eadem non solū pecuniam, sed ēt vitam profundere parati essent. Patriæ caritati nō vita solū, sed quæ vita cariora sunt, honor & gloria posthabenda sunt. [Rep.) Postulante, sponte eos facere cōueniebat, sed ne postulante qdem rep. Fecerunt, ex quo maiore rephensione digni sunt. [Vt Callicratidas,) Hic Lacedæmonio℞ dux bello Pelopōnesiaco cōtra Athenienses multa, & pclara gessit, tandem cū ad Arginusas insulas se recepisset, & Alcibiades Atheniensium dux ad eū obsidendū classe sua tenderet, immineretq̄. amittendæ classis periculū, vt ppere inde discedere, Lacedæmonij scripserūt, sed perire maluit vna cū classe quā effugere, cū posset, dicens Lacedæmonios amissa classe reparare aliā posse, se vero amissam famā recuperare nō posse. Plutarc. aliter ac Cic. id tradit qppe q sit Hermone gubernatore suadente bonū esse retro nauigare, q multo plures Atheniensium triremes essent, Callicratidē dixisse, q hoc fugere turpe est, & dānosum Spartę, sed si mānsero aut moriar aut vincā, qđ pulcherrimū est. [Non paruit eo℞) Hermonē gubernatorē classis fuisse tradit Plut. [Egregie) Laudatur ab eodem auct. q aiut pro Spartana dignitate gereret, & esset summa æquitate, fortitudine, & magnanimitate. [Vertit) Cōmutauit, cum multa prius strenue, fortiter, & cū summa laude egisset. De hoc Callicratide multa Plut. multis in locis, & Thucydides. [Bello Pelopōnesiaco) Cuius initia & causas Thucydides scribit. [Ab Arginosis remouendā,) Ab Arginusa℞ portu. Arginusæ insulæ sunt tres, non sane magnæ, continēti proximæ & Canis Phrygiæ promontorio adiacentes, à Mitylene distant 120 stadijs, auct. Strab. [Mediocris fuit) Classem .n. reparārūt neque oino succubuerūt. [Plaga) Vulnus, dānum. [Illa pestifera,) Aliud exēplum Cleombroti, q & ipse pluris propriā fecit gloriam quā patriæ vtilitatē, eam aūt lōge grauiore dāno q̄ Callicratides effecit. [Cleōbrotus, inuidiā timens,) Pausaniæ filius, hic cū Epaminundas Thebanos dux auxiliātibus Atheniensibus Lacedæmonijs bellū intulisset, & iam Lysandrū superasset, multisq̄. cladibus illos affecisset,

Hor. Cocles. — Mut. Scæuola. — Callicratides. — Arginusa — Cleōbrotus — Epaminōdas

tametsi viribus inferiorem se videbat, tñ quia fore intelligebat, vt ciuiū in se odia excitaret, & ignominia notaretur, si pugnā cū Epaminōnda detractaret, temeritate & infeliciter pugnauit, fugiēte vsq; ad vrbis mœnia psecutus est Epaminondas, parūq̄. abfuit q n eā caperet. Cleōbrotus rex vulneratus occidit, & exercitus deletus est. Ad Leuctra Bœotiæ oppidū res pgit. Plut. Actū aūt de re Lacedęmonio℞ fuisset, nisi ab Ægypto Agesilaus q magnas res illic gerebat, reuocatus fuisset. auctor Thucydides. [Temere cū Epaminōda conflixisset) Paruis copijs aduersus ingentē exercitū, & loco inferiore ac mala male instructa acie. Sed necessitate cōpulsus est, aut .n. fugere illū oportebat, aut sic manū cōserere. [Corruerūt) Via .n. post illud tps resurgere potuerūt. [Quanto Q. Maximus) Hic q s bonus & vere magnanimus erat, ideo cōmoda reip. pprię gloriæ antepo suit, nō .n. popularis auræ & vulgi opinionis captator erat. De hoc multa Liu de 2. bello Pun. Nouā Fabius de Annibale victoriam cōmeatus est nō pugnare, hinc ei cognomē bono & reip. salutare cunctator, primo ab æmulis in dedecus impositū, deinde in gloriā versum. Per Samnium totū, p Falernos, Gauranosq. saltus sic macerauit Annibalem, vt quē frangi virtute nō poterat, mora cōminueretur. [Rumores) famā & vulgi opinionē ipse Paolo Æmilio apud Liuiū contēnendo inquit potius q̄ appetēdo gloriæ se modū excessisse. [Quod genus peccadi) Idē dicit in rebus qđ in re militari vitādū ne inuidię metu minus libere loquamur. [Inuidiæ metu) odij, id qđ pcedit pro eo ponitur, quod sequitur, inuidiā odium sequitur. [Sunt .n. &c.) Cōqueritur sępe Cic. in epistolis suis nullū esse ciuem q rectum sensum in rep deponere audeat. Et Iuuen. ait, Nec ciuis erat q libera posset verba animi proferre & vitā impendere vero. Cato senex, & itē Cato iunior, magna semper libertate vsi traduntur. Nec cuiusq̄ veriti inimicitias, modo reip. vtilitatem tuerentur. De iuniore inqt, Iustitiæ cultor rigidi seruator honesti, In cōe bonus.

Thucydides de Epaminonda — Q. Fab. Maxim.

ENim, pro quia, ut .i. veluti sunt, quemadmodū dixi supra, qui anteponunt rebus vrbanis .i. in vrbibus gerēdis bellicas sup. res .s. tu reperies multos, qbus periculosa consilia & callida .i. in pernicie alio℞ data videātur & splendidiora & maiora .i. maioris vtilitatis & pstantiæ cogitationibus .i. inuentionibus & procurationibus quietis .i. pacis & tranquillitatis, & hoc si sit genus ā nō quies, vel potius quietis .i. pacificis & tranqllis. Nunquam aūt cōmittendum .i. sustinendum est fuga .s. pp fugam periculi, ut nos videamur imbelles & timidi, ne .s. improbus & inimicis nostris, in nos animos auxerimus, sed illud ēt fugiendum est, ne offeramus .i. vltro & non prouocati obijciamus nos periculis sine causa, quo sop facto nihil potest esse stultius. Quapp cōsuetudo medico℞ est imitanda in periculis adeundis .i. aggrediēdis, qui .s. medici curant leuiter .i. facili medicamine, ægrotantes leuiter .i. facili modo, sed coguntur adhibere morbis grauioribus .i. difficilius curabilibus curationes periculosas, & ancipites .i. dubias an profuturæ sint, an nocituræ. Quare .i. quamobrem est dementis .i. pertinet ad dementem optare tempestatem aduersam .i. contrariam in tranquillo sup. mari. Autem, pro sed, est sapientis .i. pertinet ad sapientem subuenire quauis .i. quacunque rōne tempestati obortæ scilicet, q, pro &, eo .i. pro tanto est magis sup. sapientis subuenire tempestati, si tu adipiscare .i. adipiscaris & cōsequaris plus boni .i. cōmodi, re .i. mercede tua explicata .i. erecta pro certa salute, q̄ adipiscaris mali .i. incōmodi re addubitata .i. manere dubia in naui, hoc est si verisimile est, quod ea iactura p quam certa fit salus consequaris plus cōmodi, q̄ ea retentione cum dubio, tunc potius emenda est merces tua. Eodem modo t qm ex pace certa plus cōmodi est q̄ in bello ancipiti. Tunc potius seruanda est pax, sed si longe plus boni consequaris ex bello licet dubio, quam habeat in pace certa, amore illius posset bellū iustum moueri, sicut negociator quia spectat longe plus lucri ex nauigatione periculosa, quam ex quieta, tunc exurgit. Textus qdam hñt in fine mali, sed non cadit in animum quo snia stet, non .n. quis uelit adipisci malum ex re dubia, nec sensus est tunc occurrendum est periculo per iacturam qñ plus boni consequaris per iacturam, quam mali per conseruationem tuorum, sed quam boni per conseruationem sup. tuorum .i. rerum tua℞ &c. non tñ deposui. Periculosæ &c. Docet quæ actiones sint periculosæ, & quid in illis agendum. Ordo est: Autem pro sed, actiones periculosæ quæ cum periculo fiunt, sunt partim .i. pro parte his qui suscipiunt .i. operantur eas & partim .i. pro parte reip. Item eorum qui subeunt pericula, alij vocantur in discrimen .i. in periculum de vita, alij de gloria & beneuolentiæ ciuium. Igitur cum pericula .s. sunt subeunda, nos debemus esse promptiores .i. paratiores, & expeditiores ad nostra .i. propria pericula, q̄ ad cōmunia, & dimicare paratius .i. citius & expeditius de honore, & glo-
ria

ASCEN. Sētes ārī Ɛlore promendi, in fontes bo... tractandi sunt.

ria,q̃ de ceteris cõmodis. Autem, pro sed, multi sunt inuenti qui parati essent profundere.i.prodige exponere, non modo.i. nõ solum pecuniam, sed ẽt vitam pro patria.i.pro incolumitate & salute patriæ, & ijdem qui vellent vitam pro patria exponere, ne, pro ẽt non, non vellent facere ẽt minimam quidem iacturam.i. amissionem gloriæ, ne quidem hoc est non ẽs rep. postulante. Vt Callicratides qui cum fuisset dux Lacedæmoniorum in bello Peloponnesiaco, & fecisset multa egregie, vertit.i.peruertit, & destruxit, ac amisit omnia vsque ad extremum, cum non paruit consilio eorum, qui putabant classem remouendã esse ab Arginusis illis tribus paruis insulis, nec putabant dimicandum cum Atheniensibus, quibus sic putãtibus, ille.s.Callicr. rñdit Lacedæmonios posse illa classe amissa parare aliã, & se non posse fugere sine suo dedecore.i.vituperio. Atque hæc quidẽ fuit mediocris plaga Lacedæmonijs, q̃ susceperãt.s.ex superbia illius. Illa quæ sequitur fuit pestifera, qua cum Cleõb. dux Laced. timens inuidiam confixisset temere.i.inconsulte cum Epamin. imperatore Theb. opes.i. facultates, & diuitiæ Lacedæmoniorum corruerũt. quanto melius sup. fecit Q. Maximus, de quo Enn. sup. ait: Vnus hõ restituit nobis rem.s.publicam saluam, cunctando.i.moram trahendo. Enim pro quia, non ponebat rumores.i. susurros populi ante salutem, ergo gloria viri.s.Q. Maximi claret nunc & post magis. Quod genus peccandi iam.s. dictum est, vitandum ẽt in rebus vrbanis .i.in vrbibus gerendis. Sunt.n.qui non audent dicere metu.s. pp metum inuidiæ.i ne inuidiam incurrant, id quod sentiunt, etiam si sit optimum.i. præstantissimum.

DOCT. interpr. PEriculosa, & callida consilia) Vt & Græci, facinus audax θρασὺ ἔργον vocant. [Nunquam omnino periculi fuga cõmittendum) Cõmittere pro facere, sed in malam partem. [In discrimen vocantur) Qui veniunt in periculum. [De gloria vocatur in discrimen) Qui gloriæ causa periclitantur, quod vt noue dictum annotare visum est.

DOCT. interpr. PEriculosa & callida consilia) θρασὺ, sicut apud Aristoph. θρασὺ ἔργον, audax facinus. [Periculosas curationes) Vt in mimo, Nunquam periculum sine periculo vincitur. [Plus adipiscare boni.) Extat in eam sniam Augusti dictum, Aureo hamo piscari. [Promptiores igitur.) Quia publica salus priuatæ præponenda est. [Vt Callicratides.) De Callicratide Xenophon in Paralipom. lib. j. καλλικρατίδας δὲ εἶπεν, ὅτι ἡ σπάρτη οὐδὲν μὴ κάκιον οἰκεῖται αὐτοῦ ἀποθανόντος, φεύγειν δὲ αἰσχρὸν ἔφη, &c. [Cleombrotus inuidiam timens) Cur dixerit de Cleombroto, quod esset inuidiam timens, intelligi non potest, nisi ex historia, quæ extat in libro sexto, εἶδον δὲ τῷ κλεομβρότῳ οἱ μὲν φίλοι προσιόντες ἔλεγον. ὦ κλεόμβροτε, εἰ ἀφήσεις τοὺς θηβαίους ἄνευ μάχης, κινδυνεύσεις ὑπὸ τῆς πόλεως τὰ ἔσχατα παθεῖν. ἀναμνησθήσονται γάρ σου, καὶ ὅτε εἰς κυνὸς κεφαλὰς ἀφικόμενος, οὐδὲν τῆς χώρας τῶν θηβαίων ἐδῄωσας, καὶ ὅτε ὕστερον στρατεύων, ἀπεκρούσθης τῆς ἐμβολῆς, ἀγησιλάου ἀεὶ ἐμβάλλοντος διὰ τοῦ κιθαιρῶνος. εἴπερ οὖν ἢ σαυτοῦ κήδῃ, ἢ τῆς πατρίδος ἐπιθυμεῖς, ἰτέον ἐπὶ τοὺς ἄνδρας. οἱ μὲν φίλοι τοιαῦτα ἔλεγον. οἱ δ᾽ ἐναντίοι, νῦν δή, ἔφασαν, δηλώσει ὁ ἀνὴρ, εἰ τῷ ὄντι κήδεται τῶν θηβαίων, ὥσπερ λέγεται. .i.vbi Cleõbrotũ amici accedẽtes dicebãt: Si dimiseris Cleombrote Thebanos sine pugna, periculum est, ne à ciuibus extrema patiaris. Obijcient.n.quod neque hostium agrum vastaueris, cum in Cynos Cephalas ventum est, neq; postea data pugnandi copia, cum hoste conflixeris, cum Agesilaus iniquiore loco per Cithæronem toties adortus sit hostes. proinde si quam tui rõnem habes, aut patriam tueri cupis, dimicandũ est. Atque hæc amici dicebant. Aemuli vero, Nunc, dicebant, palam erit, an verum sit, eum cũ Thebanis colludere, sicut dicitur.

OMNINO, qui reip. præfuturi sunt, duo Platonis præcepta teneant; vnum, vt vtilitatem ciuium sic tueantur, vt, quidquid agunt, ad eam referant, obliti commodorum suorũ: alterum, vt totum corpus reip. curent; ne, dum partem aliquam tuentur, reliquas deserant. vt.n. tutela, sic procuratio reip. ad vtilitatem eorum, qui cõmissi sunt, non ad eorum quibus commissa, gerenda est. qui autem parti ciuium consulunt, partem negligunt, rem perniciosissimam in ciuitatem inducunt, seditionem, atque discordiã. Ex quo euenit, vt alij populares, alij studiosi optimi cuiusque videãtur, pauci vniuersorũ. hinc apud Athenienses magnæ discordiæ ortæ, in nostra rep. nõ solũ seditiones, sed pestifera ẽt bella ciuilia: quę grauis & fortis ciuis, in rep. dignus principatu, fugiet, atque oderit, tradetq́ se totum Reip. neque opes, aut potentiam consectabitur totamq́. eam sic tuebitur, vt omnibus consulat. nec vero criminibus falsis in odium aut inuidiam quenquam vocabit: omninoq́. ita iustitia, honestatiq́. adhærescet, vt, dũ eam conseruet, quamuis grauiter offendat, mortem, appetat potius, quàm deserat illa, quæ dixi.

PETR. MARS. OMNINO q reip.) Affert duo Platonis pręcepta posita ab eo in lib. de rep. q̃ tenere debẽt in primis & obseruare hi, q reip. pfuturi sunt, vt oĩa.s. referãtur ad cõem vtilitatẽ, & oẽs ita tractentur, vt pauperes & ignobiles nõ deserãtur, aliter.n. seditio in rep. oritur, & bellum ciuile. & p hoc notat quosdam Romanorum mores, q aut defensores optimatũ, vt Sylla & Pompeius, aut populares esse voluerũt, vt Gracchi, Marius, Cęsar, & sic de alijs. Vnde ea prudẽtia caruerunt, quã debet hẽre bonus ciuis, & vere politicus, vt ciuitati cõsulere possit, & id qđ magis e rep. est dispicere & iudicare, cũ factiones in rep. oriũtur, stare non põt. oriuntur aũt si vna pars curatur, altera negligit. Vnde in rep. Rom. exorta sunt bella ciuilia, seditiones intestinæ, & imperij tandẽ euersio. unde cauendũ est ipsis politicis, nec cõmittendum vt seditio possit oriri, sed oẽs ita tractandi sunt, vt ciuilis prudẽtia dictat, & vult. qm̃ prudẽtia, (vt inqt Arist in 3. de rep.) est ppria principis, & illius q reip gubernacula tenet. [Teneãt) Obseruent, faciant [Vnum) Hoc est primum pceptum. [Sic) Eo pacto, & aio. [Tueantur) Cõseruẽt ad vtilitatem totius reip. [Ad eã referant) Illius cõtatis causa oĩa faciant. ad vnum oĩa dñr referri, cum oĩa illius gratia fiunt, qm̃ ob id officiosi esse vulumus, ut felicitatẽ consequamur. [Obliti) Nõ curantes pprias utilitates, & nullam habentes rõnem priuati cõmodi, qm̃ magistratus est ad alium, non ad se, & satis debet esse honor, is aũt cui hic non sufficit, tyrannus dĩ. Plato præcipit hoc quod Cic. dicit in 1. de rep. dicens: Nullus princeps ea rõne qua est princeps imperat, quod sibi utile sit, sed qđ ei q paret, conducat, & quæcũque egerit aut dixerit, illius vtilitatem & honorẽ respicit, cui imperat, & ad illius cõmodum non ad suum oĩa refert. quemadmodum nullus medicus ea rõne qua medicus est, quærit quod utile sit medico, sed quod ipsi ægrotãti expediat. Hoc aũt non sit a nẽis principibus, qui oĩa ad suas utilitates, nihil ad cõe cõmodum referunt, rapiendo, extorquendo p fas & nefas, iustitiæ obliti & pceptorum, quæ diuini illi hoies & boni uiri posteris tenenda reliquerunt. unde tyranni iure appellantur, qui oĩa ad suum cõmodum referunt. [Alterum) hoc est alterum Plat. pceptum. [Totum corpus) Oẽs qui in rep. sunt cuiuscũque ordinis & conditionis. loquitur p translationem medicorum, q debent eo modo curare corpus, ut nullũ membrum deseratur, sic princeps oĩum cuiuscũque conditionis sit, rõnem hẽre debet, vt nemo queri possit cõmittendum nõ est, vt impotẽtes à potentioribus opprimãtur. [Curent) Vt faciunt medici, quorũ propria est curatio. [Aliquam partem) Aut optimates, aut plebẽ. [Vt.n. tutela) Probat id, quod dixit comparatione tutelæ, q non est ad vtilitatem tutoris, sed pupillorum sic administratio reip. non est ad suũ cõmodum, sed cõe. Tutela, vt loquit Iustin. est ius ac potestas in capite libero ad tuendum eum, qui pp ætatem se defendere nequit, iure ciuili data ac permissa. Tutores autem sunt, qui eam vim ac potestatem habent. Quibus testamento tutor non est datus, his ex lege 12. tabularum agnati sunt tutores, qui vocantur legitimi, agnati sunt per virilis sexus coniunctionẽ coniuncti. [Procuratio) Administratio. [Eorum) Pupillorum, qui cõmissi sunt tutelæ alicuius. [Qui autem) Nunc à cõtrario sensu præcepti superioris, ostendit qđ malum oriatur, si pars ciuium fouetur, pars negligitur. [Consulunt) Fauent quibusdam, & eorum commodis inseruiunt. [Perniciosissimum) Afferentem maximã perniciem. nam pernicies est maximum malum. [Seditionem) Seditio dr̃ a seorsum eundo, & tunc est cum populo secũ discordante res ad manũ vocatur. Discordia dicitur quasi cordium dissensio & dissimilitudo. Plato lib. 5 de rep. dicit seditionẽ esse cõtentionẽ inter finitimos, bellũ vero inter externos. [Ex quo) pp hoc quia parti ciuium consulitur, parti aũt non, ob id oritur seditio atq; discordia. [Populares) Populi amatores, vt fuerũt Gracchi, Marius, Cæsar. [Optimi cuiusq;) Optimatũ non studẽtes populo. [Studiosi) Amatores, & optimi cuiusq; cõmodis seruiẽtes. [Vniuersorum) Vt curent optimates & plebem, vt fieret in optima rep. plebs & populus differũt, quo genus à specie. Nã populi appella-

pellatione vniuersi ciues significantur, connumeratis et patricijs & senatoribus, plebis aũt appellatione sine patricijs & senatoribus ceteri ciues significant. [Hinc) Ex hoc qa erant aliq popolares, aliq optimatũ studiosi, & pauci vniuersorũ apud Atheniẽses. Nã Pericles popularis fuit, vt sibi potentiã cõtra Cymonẽ Miltiadis filium, q optimatibus studebat, cõpararet. vnde cum plebi habenas relaxasset, illius fauore remp. ad votum administrabat, quotidie aliqd' celebre spectaculũ exhibens & epulũ, & sic discordiæ erãt inter optimates, & plebẽ, ipsosq. populares. & sic alij nõ nulli fecerũt. [In nr̃a) Romana rep. ẽt non modo seditiones, discordiæ, sed ẽt ad arma ventũ est à ciuibus. Nam bellũ ciuile dr̃, cũ ciues inter se discordes arma sumũt, quo nihil põt esse dementius. Ideo Luc. dãnans bella ciuilia, & plus quã ciuilia exclamat: Quis furor, ò ciues, quæ tãta licentia ferri, Gẽtibus inuisis latiũ pbere cruorem? [Pestifera) Perniciosa reip. qm̃ tandem libertatẽ amisit. [Bella ciuilia) quæ fuerũt inter Syllã & Marium, Cæsarem & Põpeium. Cæsar fuit Marianus pp affinitatem. Nã Iulia Cæsaris amita, vxor fuerat Marij, vnde cũ Sylla Cæsarẽ adolescẽtem pdere decreuisset, ab amicis tandẽ exoratos pclamauit, Habeatis vobis Cæs. & sciatis eum futurum aliqñ exitium optimatibus, quos mecum defendistis cõtra Marianos, & Cæsari multos Marios inesse dixit. [Quæ bella ciuilia) Ille fugiet? q grauis & fortis hr̃i vult. [Grauis) In virtute pseuerans. [Principatu) Vt sic princeps in ciuitate, vitabit, & odio habebit tanq̃ rem cõi vtilitati & reip. pestiferã. [Tradet se totũ) Nihil aliud cogitabit, nisi cõmunẽ vtilitatem. [Neq; consectabitur) nõ sequetur aut optimates aut multitudinẽ, vt habeat summã in ciuitate potentiam, sed vniuersam rẽp. curabit, vt bonum virũ decet & principatu dignũ. qm̃ nullum detrimẽtum, vt inqt Socrates apud Plat. lib. 1. de rep. maius ciuitati accedere põt, quã à pessimo regi vito, cũ ipse principatũ recuset bonus, q necessitatẽ reip. expectare nõ debet, sed ad illã gerendam prõpto aio accedere, ne ruat, & ne virtus depressa iaceat. qm̃ vt inqt idem Plato lib. 8. de rep. Honoratis in vrbe diuitijs atq; diuitibus, boni atq; uirtus in primis negligunt, exercetur q. qd' in honore est, iacent ea, quæ apud quosque improbãtur. [Totam remp.) Eo modo sic defendit, ut oium ratio habeatur, nec trahet aliquẽ calumnijs in odiũ, aut optimatũ, aut multitudinis. [Nec uocabit) Nõ adducet in odiũ alicuius partis. [Inuidiã) Non debemus, inqt, aliquem calũnijs incessere, & illi odiũ & inuidiam facere, qm̃ est contra iustitiam. Iniustitia. n. causa est seditionis, odij, pugnæ. Socrates apud Platonem in 1. de rep. sic ait: Seditiones nãque ò Thrasimache iniustitia, inimicitias contentionesq. parit: iustitia vero concordiam atq; amicitiã. [Omnino) Certe, inquit, in ipsis actionibus iustitiæ adhærẽdũ est. [Eã iustitiã) Quæ iubet dari cuique qd' suũ est. [Quamuis grauiter offendat) Quamuis patiatur iacturã, aut in amicis lædendis pñ stitta aut minuẽda gr̃a, aut in rebus domesticis, nõ debemus talẽ iacturã curare p iustitia, & potius mortẽ oppetere debemus, quã à iustitia honestateq. discedere. Offendere in hac signatione est incurrere i aliqd, atq; incidere. [Illa q̃ dixi) Vt totũ corpus reip. curet, vt oibus cõsulat, ne oriantur seditiones, & discordiæ, & nequenq̃ in odiũ falsis criminibus adducat, & illa oia q̃ dicta sunt.

FRAN. MAT.

OMnino &c.) Quid in bello secuari à magnanimo conueniat admonuit, nunc qd in rep. ab eodẽ fieri debeat, ostendit. [Duo Platonis &c.) In libris de rep. Arist. quoque hoc idẽ pcipere vr̃. Vult. n. magnanimum promptiorem esse ad benefaciendum quam recipiendũ. Nã ut magni animi est dare, ita non magni recipere. oibus itaque benefacere studet, q magnanimus est. [Ciuium) Singulorũ. [Obliti pprioꝝ cõmodoꝝ) Quod est proprium magnanimi à proprijs auocati cõmodis: ut alijs prosit. [Sic tueantur) Defendant nihil oino veriti, qd' Cato faciebat. [Totum corpus) Ne nobilitate studiosi cõmoda plebis negligant, aut contra ut Gracchi fecerunt. Qui vtiles plebi perniciosas nobilitate leges tulerunt, vt Sylla q nobiliũ, Marius q plebeioꝝ vtilitati fauebat. [Vt. n. tutela) Similitudine ostendit quẽadmodũ se magnanimus hr̃e debeat. Sicut. n. tutor pupilloꝝ vtilitatis causa dari solet non sua, sic magistratus reip. præfici, vt nõ sibi, sed reip. prosit. Omniũ ergo sibi commissoꝝ gerere magnanimus parem curam debet. Tutela aũt, ut Seru. iuriscons. diffinit, ius est ac ptãs in capite libero ad tuendum eum, qui pp ętatẽ se defendere nequit iure ciuili data ac permissa. Tutores autem sunt qui eam vim ac ptãtem hñt, ex qua re ipsi nomen acceperũt. Itaque appellantur tutores quasi tuitores ac defensores. Sicuti æditui dnr̃ qui ædes tuentur. [Qui aũt) Mala ostendit quæ sequitur cum quispiam, qui curam habet reip. huic parti fauet, illam vero negligit. Nam neglecta plerunque factionem excitat, ex quo efficitur ut alij sint populares, sicut Mariani fuerũt, alij optimatum studiosi, sicuti Syllani. [Optimi cuiusque) Optimatum & senatoꝝ. [Pauci vniuersoꝝ) Vt Cato fuit, ambo Scipiones, Fabius Max. alijq. permulti. [Apud Athenienses) Cum alij populares essent, alij optimatum partibus fauerent, vt Alcibiades, q popularis erat, vt Cymõ & Milciades odio aduersarioꝝ. Quinquaginta talentis mulctatus. Cum soluere non posset, in vincula cõiectus est. Et Themist. testatur suffragijs è ciuitate eiectus Argos habitatum venit. Aristides quoque cognomento iustus, a Themistocle collabefactus, exilio decẽ annoꝝ dãnatus est. [In nr̃a rep.) Romæ ob huiõi causa bella ciuilia primo inter Mariũ & Syllã: deinde inter Cæs. & Põpeium orta sunt. [Quæ grauis &c.) Hortensius gloriari solebat, qd' bello ciuili nunq̃ interfuisset. [Nec vero criminibus &c.) Duo pcepit non esse quenq̃ in odium multitudinis & inuidiã à forti viro vocãdũ, & ita iustitię honestatiq. inseruiendũ, vt p his cõseruandis neminẽ offendere vereatur, potiusq. mori velit, q̃ eaꝝ defensionẽ deserere. [Falsis criminibus) Vt Q. Cepionẽ veterẽ M. Scauri inimicũ. Cũ Q. Vario trib. pl. egisse diximus, vt Italici belli concitati crimine M. Scaurũ adesse sibi iuberet, vt Furius Camill' à L. Apuleio trib. pl. accusatus est, q pdã Veientanã male diuisisset, vt P. Scipioni Afr. supiori, dies dicta est a Petilio Acteio trib. pl. vel vt alij malũt, Neuio, q prędã de Antiocho capta ærariũ fraudasset. [Criminib') Accusationib. [Odiũ) Latẽtes inimicitias. [Inuidiã) Aptã. [Ea) Iustitiã, & honestatẽ. [Offendat) Quicũque ille sit q offendit nõ vereat eius inimicitias subire, modo iusta & honesta ac reip. vtilia operetur.

OMnino qui remp. &c.) Docet officium eoꝝ qui remp. gerunt. Ordo est. Hi sup. qui præfuturi sunt. i. præesse uolũt reip. teneant oino duo præcepta oportet, vnũ ut tueãtur .i. ptegant & defendant sic vtilitatem ciuium, vt referãt. i. dirigãt & ordinent quidqd agunt ad eam. s. vtilitatem reip. exñtea obliti suoꝝ. i. ppꝛioꝝ cõmodoꝝ. Alteꝝ vt curent totũ corpus reip. i. totam cõitatem, ne. i. ut nõ, ut dum. i. qñ tuentur. i. defendũt aliq̃ partẽ non deserant reliquas sup. partes. Enim, pro quia, ut. i. quẽadmodum tutela. s. orphanoꝝ & pupilloꝝ est gerenda. i. debet geri ad vtilitatem eoꝝ, qui sunt cõmissi. s. pupilloꝝ, & non ad utilitatem eoꝝ qbus. s. tutela cõmissa est, hoc est tutoꝝ, sic pcuratio reip. gerẽda est ad utilitatem eorum, q cõmissi sunt videlicet oim ciuiũ & totius populi, & oia ad utilitatem eorum qbus sup. pcuratio cõmissa est, hoc est pcuratoꝝ, & gubernatoꝝ reip. Autẽ, pro sed, qui consulunt. i. prosunt, puidendo, consulendo, & fauendo parti ciuium, & sup. negligunt partẽ, inducunt in ciuitatẽ perniciosissimã rẽ, videlicet seditionem atque discordiam. Ex quo. i. ex qua re euenit ut alij. i. aliq ex gubernatoribus reip. videantur populares. i. populo & vulgo fauentes, & eius partes tuentes, alij videantur studiosi. i. fautores. Optimi cuiusque sup. viri. i. omnium bonoꝝ & pstantium viroꝝ & pauci sup. videãtur studiosi vniuersoꝝ. Hinc. i. ex hac re partialitate, magnæ discordiæ sunt orte apud Athenienses, & in nr̃a. s. Romana rep non solum seditiones sup. ortæ sunt, sed ẽt pestifera bella ciuilia. Quæ. s. bella ciuilia ciuis grauis, & fortis, & dignus principatu in rep. fugiet. i. vitabit, atque oderit, & tradet reip. totum se, neq; cõsectabitur. i. ex principatu suo impetrare conabitur opes, aut potentiã, & tuebitur. i. proteget eam s. rẽp sic ut cõsulat. i. psit, & vtilis sit oibus. Vero, p sed, nec p & nõ vocabit. i. puocabit quenq̃ in odium, aut in inuidiã criminis. i. criminationibus falsis. i. iniqs, & falso illatis, itaq; ipse adhærescet. i. adhærebit oino iustitiæ & honestati, vt dũ. i. dũmodo cõserues eã. s. rẽp. q̃uis offendat grauiter. i. offensos & iratos sibi multos cõstituat, tñ sup. oppetat. i. obeat, & sustineat potius mortẽ, quam deserat illa quæ dixi. s. iustitiam & honestatem.

ASCEN. *Duo præcepta publico administratori obseruanda.*

Mala pp fauorem subsecuta.

Magnanimi decus.

VNum vt vtilitatem) Græco more dixit, neque tamen non Latine, quanquam vsitatius est, alterum & alterum.

DOCT. *interpr.*

OMnino) Vtilissimum præceptum, ne totam remp. complectãtur ij, qui præfuturi sunt rebuspub. Nam & nostris tẽporibus dum soli plebi consulunt concionatores, euertunt respub.

DOCT. *interpr.*

A R G V M E N T V M.

De honoribus vehementer contendere, contra officium esse magnanimi.

MISERRIMA est oino ambitio, honorũq. cõtentio: de qua pclare apud eũdẽ est Platonẽ: similiter facere eos, q inter se contẽderent, vter potius rẽp. administraret, vt, si nautę certarẽt, qs eorũ potissimũ gubernaret. ideq̃ pcipit, vt eos aduersarios existi

metnus, qui arma contra ferant; non eos, qui suo iudicio tueri remp. velint: qualis fuit inter P. Africanum, & Q. Metellum sine acerbitate dissensio.

PETR. MARS.

MISERRIMA est omnino) Hactenus satis monuit, docuitq. quid agendum sit remp. capessentibus, & magnanimi esse illam administrare, & quærere honores dignitati suæ conuenientes, & ut oportet. Nunc ponit ambitionem, quæ est in vitio, & qui eam habet miser est, qm̃ seruit affectibus. honores .n. bonis viris sponte offeruntur, illos aūt ambitu aucupari & consectari turpissimum est, & qui id facit, non est sui iuris. Duæ mediocritates sunt, q̃ versantur circa pecunias, liberalitas, & magnificentia, sic duę sunt circa honores, magnanimitas, & mediocris appetitio honoris, & ut se habet liberalitas ad magnificentiam, sic mediocris appetitio honoris ad magnanimitatem. is q in honoꝝ appetitione exuperat ambitiosus vocatur; nã appetit plusq̃ oporteat, ille aūt deficit q nullos honores spernit, & dr̃ vacans honoris appetitione, vituperatur aūt, qm̃ honor præmium virtutis appetendus est, vt illi simus intenti, q̃ est res p̃clarissima & solum bonũ. ideo monet Plato in 5. de rep. bonos viros honoribus afficiendos, ut e a honore ad virtutem excitentur, vituperatur, vt dixi, vir talis, nõ cum refertur ad vulgus, sed ad ipsam rectam rõnem, cui parendum est. Ambitio est nimia honoris cupiditas, ambitus est ipse actus ambiendi. [Omnino) Certe & penitus. [Miserrima) Quæ affert miserias & seruitutẽ, qm̃ seruitur affectui, & ambitiosus est miser, & patriæ affert calamitates, dũ nimios honores ambiendo aucupatur. Phil. in lib. de prouidẽtia Dei scr. Qui mentẽ suam plurimoꝝ dñatui ac pessimoꝝ subiecit, cupidinis, timoris, doloris, stulticiæ, iniustitiæ, ambitionis, felix, atque beatus esse nullo modo poterit, ẽt si vulgo btũs appellatur. [Contentio) Contẽdere de honore assequendo. hæc contẽtio misera est, & a viro magnanimo penitus aliena, qm̃ honores non ambitu q̃rit, & oblatos interdũ spernit pro decoro seruando, & ambitiosus est in cõtinuis laboribus, & sub p̃sona Sisyphi detrudentis saxum ad montis cacumẽ, qđ statim ad ima reuoluitur. Lucr. volt ambitiosos intelligi, q petunt honores & repulsi ad ima relabuntur, & iteꝝ ad cacumẽ nituntur. i. ad honoris ambitionẽ contentionemq. assiduis laboribus torquentur, & miseria. Ideo misera est honoris ambitio. Hoc est (inqt Lucr.) aduerso nitantẽ trudere monte Saxũ, qđ tñ ẽ summo iam vertice rursum Voluitur, & plani raptim petit æquora cãpi. Qui gloriæ adeo cupidus est (inquit Phil.) vt vel à malis laudari cupiat, hunc improbum esse necesse est, q̃ppe vnũquodque suo simili gaudet. [De qua) Ambitione & contentione honoris. [Præclare) Egregie & bene. [Apud eundẽ est Platonẽ:) In 6. de rep. dicit hæc Plato. [Similiter facere) Eodẽ modo. [Vter potius) Quis eoꝝ in primis, potius dr̃ de duobus, potissimũ de pluribus, & sic vter de duobus, & q̃s de pluribus, vide elegantiam a Cic. seruatã. [Vt si) Veluti si nautæ certarent de gubernãda naui. Idẽ Plato p̃cipit & monuit, q sint hñdi hostes. Ex sñia igitur Plat. docet, q nã hostes æstimandi sint, p̃cipitq. ẽt inimicis nõ esse grauiter irascendũ. Dicit p̃terea nihil esse laudabilius placabilitate atque clemẽtia & excelsa facilitatẽ. Alex. Macedo affirmabat regiũ esse, vt à quibus male audias, in eos magis esse munificũ. [Æstimemus) Iudicemus. In Cat. ait, callidi reꝝ æstimatores, & in Legib. Sisenna oẽs adhuc scriptores, nisi q forte nondũ ediderunt, de q̃bus æstimare nõ possumus, facile superauit. [Suo iudicio) Vt ipsis vi, & putant esse melius quã sit nostrũ iudicium in aliqua re agenda in rep. nõ debemus arbitrari eos esse nobis inimicos, q aliter sentiunt, qm̃ esse põt illoꝝ sñia melior. [Qualis dissensio.) Qm̃ diuersa sentiebant in rep. Scipio & Metellus in senatu varias sñias dicẽtes, citra tñ odium Q. Metellus à deuicta Macedonia Macedonicus cognominatus est, de cuius felicitate Plin. sic scr. Quatuor filijs in rogũ est illatus, vno p̃tore, & tribus cõsularibus, & ex his duobus triũphalibus & vno cẽsorio, & q̃uis viuus cũ Africano dissenserit, tñ mortuũ ita laudauit, vt maior illi laus tribui minime potuerit, dixit .n. filijs suis vt irẽt, & funus Africani ornarẽt, dicẽs, nunq̃ videbitis funus maioris ciuis. vñ Val. in exẽplis loquẽs de moderatione ai, & de duobus Metellis Macedonico, & Numidico sic scr. Acerrime cũ Scipione Afr. Macedonicus dissenserat, eorumq. ab æmulatione virtutis p̃fecta cõtentio, ad graues testatasq. inimicitias p̃gressa fuerat. Sed cũ eũ interẽptum Scipionẽ cõclamari audiuisset, in publicũ se p̃ripuit, mœstoq. vultu & voce cõfusa, cõcurrite inqt ciues, mœnia nr̃æ vrbis euersa sunt. Scipionis .n. Africano intra sua mœnia quiescenti nefaria vis illata est. ò remp. pariter Africani morte miseram, & Macedonici tã humana tamq. ciuili moderatione felicem. eodẽ .n. tpe & quãcum amisisset principem, & qualem hr̃et recognouit. idem filios suos monuit, vt funebri eius lecto humeros subijcerẽt, atq; huic exequiaꝝ illum honorẽ vocis addiderit, non fore vt postea id officium ab illis maiori viro p̃stari posset, vbi illa tot in curia iurgia? vbi maximoꝝ ciuium & ducum togata p̃lia? nĩa nimiꝝ ista p̃cipua veneratione prosequenda deleuit moderatio Plin. inter infelicitates Metelli ẽt hanc recenset, qđ amicũ Africano nõ fuerit. Equidem, inquit, & Africani Æmilij inimicum fuisse Q. Metellum inter calamitate eius dixerim. Lælius apud eundẽ Cic. dicit, ab amicitia Q. Põpeij meo nomine se remouerat Scipio, p̃p dissensionem aũt q̃ erat in rep. alienatus est à collega nostro Metello, vtrunque tamen egit grauiter auctoritate & offensione animi non acerba. [Acerbitate) Asperitate & ira.

FRAN. MAT.

MIserrima est oĩo &c.) Hic p̃cipit qualẽ circa honores i rep. se magnanimus hr̃e debeat, & neque ambiẽdos, & neque p̃ illis cõtendendũ, & certandũ dicit. Et reuera magnanimi est honores delatos si mereatur accipere, si non mereatur respuere, nõ tñ humiliter ambiendo petere. Cũ eiusdem sit ẽt vt ait Arist. neminẽ p̃cari, aut certe vix, obseq vero prõpte. Decet ergo magnanimũ talẽ se gerere, vt honores mereatur, ẽt meliores quã p̃stari possint. Qđ si pessimo multitudinis iudicio sæpe auferantur & indignioribus tribuãtur, certare p̃pea nõ debet, sed ꝯscia virtutis suæ cõtentus esse debet. Quidqd aũt est qđ aio beneuolo retribuitur, ẽt si lõge minus sit, quam debeatur, eo cõtentus esse debet sicut Thrasibulus Atheniensis, expulsis 30. tyrãnis, & recuperata libertate, corona honoris, facta duabus virgulis oleaginis data à populo contẽtus fuit. Eam .n. amor ciuiũ nõ vis expressit nullamq. habuit inuidiã, & magnæ fuit gloriæ. Miserrimã itaque Cic. vocat ambitionem. Nam q honores nimiũ affectat, non põt nisi miser esse. Quippe q graui subiacet perturbationi, cum tranq̃llo, atque securo aio esse magnanimũ cõueniat, vt cũ grauitate & constãtia viuat, qđ supius præcepit. Concupiscentiæ subest ambitio, qua peccat, qui præter modum cupit, aut honores, aut laudẽ. Est aut in animo sicut in actu ambitus. Cum quispiam suam dilargitur pecuniam, aut populo muneribus ludisq. blanditur, aut ceteris artibus, q̃ legitimæ nõ sunt, ad publicos honores tendit. De quo Lucan. Lætalisq. ambitus vrbi Annua venali referẽs certamina cãpo. Mediocritas circa honores, vt ait Aris. sine noie est extrema. i. excessus & defectus sunt ambitio & remissio. Vitupamus .n. ambitiosum qđ plusq̃ oportet, aut vñ nõ oportet honorẽ appetit, vitupamus & remissum, q ne honeste qdẽ honores quærit, & interdũ ambitiosum ac quasi gloriæ cupidũ, cum. s. honores q̃rit quos meretur, & remissum quasi humanũ & modestũ laudamus, cũ respuit, qm̃ maiores sunt, quã ipse mereatur, laudamus. Affectãdi ergo sunt honores vt oportet, & magisq̃ vulgus affectet, & nõ magis quã oporteat. Cumq. mediũ ipsum careat noie, extrema magis. s. & minus affectare inter se certãt, ex quo facile intelligitur qualis circa honores magnanimus esse debeat. [Cõtentio) vt pro adipiscẽdis honoribus inter se cõtẽdant, quod Romæ quotãnis pene accidebat die comitiali. [Similiter facere) Non differre dicebat Plato in libris de rep. eos q de administrãda rep. contẽdunt, & eos q de naui gubernanda, cũ tẽpestas est, aut imminet, hac contẽtione sæpe efficiũtur, vt resp. in periculũ adducatur, sicuti nautaꝝ discordia nauis aliqñ periclitatur. Nihil .n. illic recte geri põt vbi præesse oẽs volũt, & nullus alteri cedere dignatur. Idemq. præcepit) In libris de rep. hæc p̃cepit Plato, & qm̃ dissentire inter se ciues solẽt de rep. Cum tñ singuli eius studiosi sint, & ad honestũ finẽ rectumq. consilia sua dirigãt, prodesseq. oĩo velint. Qui hmõi sunt aduersarij hñdi nõ sunt. Nã duplex est dissensio aioꝝ & opinionum. Qui aĩs dissentiũt hostes sunt, & plerunq; arma cõtra arma ferũt. Qui vero opinionibus, certãt aduersarij minime iudicãdi sunt. Cic. in epi. ad Cœl. nõ animi cõtẽtione, sed opinionũ dissensione ab Appio Pul. discrepare se dicit, illiq. amicum esse. Cato senior, & Scipio Nasica opinionibus dissentiebant, cũ alter delendã Carthinẽ, alter non delendã suaderet, vterq; cõsilij sui rõnes afferebat, & rẽp. iudicio suo tueri volebat. [Qualis fuit &c.) Exemplo duoꝝ potẽtissimorum, & præstantissimorum ciuium Plato sñiam comprobat Scipionis Aemiliani, & Q. Metelli Maced. qui semper in senatu opinionibus dissentiebant reip. causa. Quã vterque melius tueri conabantur. Nõ erant itaq; inimici, cum sine acerbitate, & armis disceptarẽt. Hoc, ipso teste Macedonico declaratũ est, qui mortuo Scipione, ite (inqt) filij celebrate exeqas, funebri lectulo humeros subijcit, nunq̃ ciuis maioris funus videbitis. Is est Metellus, q inter rara felicitatis humanæ exẽpla numeratur. Nã præ

Magnanimus circa honores qualis

Ambitione miserrimã esse

Comitiales dies.

ter honores amplissimos, cognomenq́. Macedoniæ à quatuor filijs illatus est rogo, vno prętore, tribus consularibus, duobus triũphalibus, vno censorio. Quæ singula quoque paucis contigere. Auc̃t. Val. Max. & Plin.

ASCEN. Miserrima &c.) Reprehendit summopere ambitionem. i. aditionem magistratuum per largitiones, aut p̃ces ab his, qui cupidi honorum non reip. sed sibi prodesse quærunt, dicitur aũt ambitio ab ambio, qđ est circũeo, stabant. n. populi in comitijs dũ magistratus innonsbantur fere in circuitu ad quos qui magistratum petebant in veste alba, vt candorẽ, & puritatem animi sui sig̃narent, accedebant supplicantes ut suffragia sibi darentur. Circunferebantur aũt tabulæ, in quibus singulorũ qui petebant noĩa erant inscripta, ad quæ qui vota sua dabant pũctum faciebant, vñ in Arte Poet. Flacc. punctum, pro suffragio ponit. Ordo est: ambitio. i. iniqua cupiditas & petitio dignitatũ & magistratuum: q; pro &, contentio. i. cõcertatio honorũ. i. de impetrãdis honoribus, est oĩno miserrima. i. vilissima. De qua. s. ambitione est p̃clare sup. scriptum apud eundem Platonem. Scriptũ aũt eo. Similiter facere q contenderent inter se vter. i. quis ipsorũ duorũ administraret potius remp. vt si nautæ certarẽt qs eorũ gubernaret potissimũ, que ꝓ &, idẽ sup. Plato p̃cepit vt æstimemus. i. iudicemus, vel estimemus. i. appreciemur, reputemus eos aduersarios. s. reip. q ferens arma contra sup. eam non eos qui velint tueri rẽp. suo iudicio. i. tuata sñiam & opinionẽ suam, qualis dissensio. i. cõtẽtio suit sine acerbitate inter P. Africanũ & Q. Met.

DOCT. interp. Honorumq́. contentionẽ) Noue dixit, cõtentionẽ honorũ, contẽtionem susceptã honorũ gratia. Nam honores vocat magr̃atus. [Similiter eos facere) Noue silr aduerbio subdidit, vt si nautæ inter se certarẽt, ꝓinde atq; vsitatius est.

DOCT. interp. Miserrima est omnino ambitio) Vt. n. iustitia, ita cũ vera fortitudine, ambitio pugnat. [P. Africanum, & Q. Metellum) Vide Valer. Max de moderatione animi. (Quæ placet Peripat.) Citat Arist. sñiam de mediocritate. Nam Arist. omnes virtutes ita definit, esse mediocritatem inter extrema vitiosa, vt inter timiditatem, & audaciam fortitudo.

ARGVMENTVM.

Ira moderari, proprium fortitudinis.

NEc vero audiendi sunt, qui grauiter irascendũ inimicis putant, idq́. magnanimi, & fortis viri esse censent. nihil n. laudabilius, nihil magno, & pręclaro viro dignius placabilitate, atque clementia. In liberis uero populis, & iuris ęquabilitate, exercenda etiam est facilitas, & altitudo animi q́ dicitur: ne, si irascamur aut intempestiue accedentibus, aut impudenter rogantibus, in morositatem inutilem, & odiosam incidamus. & tamen ita probanda est mansuetudo, atque clementia, vt adhibeatur reip. caussa, seueritas, sine qua administrari ciuitas non potest.

PETR. MARS. NEC vero) Vituperat illos, q dñt grauiter irascẽdũ esse inimicis. [Non sunt audiẽdi,) Nõ est tenendũ id qđ ipsi dñt. [id esse) Pertinere ad fortẽ virũ. [Nihil. n.) ꝓbat à natura ipsius magnanimi illos non esse audiẽdos, q sic cẽsent, qm̃ hæc à natura magnanimi oĩno aliena sunt, q iniuriæ nõ meminit, & ꝓnus est ad ignoscendum. Sunt tñ aliq, q irã ad fortitudinẽ referunt, vt Hom. q dicit, Vires iniecit ira, & aium ira cõcitauit. & Plato in 5. de rep. dicit, iracundiã inexpugnabilẽ oĩno esse & inuictã, qua p̃te aius ad oĩa inuictus, atque intrepidus moueri solet, sed fortis ob irã nõ laudatur, qm̃ affectu ducitur, de his paullo post dicetur. [Præclaro) Amplissimo & summa laude digno. (Placabilitate) Vacuitate iræ, & ꝙ sit placidus & clemẽs. [Clemẽtia) Est tẽperantia ai in p̃tãte vlciscendi, vel lenitas supioris aduersus inferiorẽ in cõstituendis pœnis, & crudelitas est atrocitas ai in exigenda pœna, vel inclinatio ai ad asperiora. [Iuris æqualitate) Vbi æquo iure viuitur, & non est aliqs tyrãnus, q iuris æquabilitatẽ violet, vt solus dñetur. (Facilitas) Comitas & lenitas. Etiam vltra placabilitatẽ, & clementiã debemus ẽt exercere facilitatẽ, & ai magnitudinem, q̃ non perturbatur, qm̃ magnus aius non curat iniurias, & libenter ignoscit. Ignoscere. n. est, quæ vides punienda nõ punire. Vnde Cæsare magnanimo, quãuis magnanimitatis laudem Cic. illi adimat, nihil erat clemẽtius. [Altitudo animi) Magnanimitas, q̃ aduersitate nõ frãgitur, nec irascatur nisi vt oportet. [Intẽpestiue) Tp̃e non apto & incõsiderate. [In mo.) . i. difficultatẽ morũ & asperitatem. morositas est difficultas in moribus. Morosus dr̃ à more, & sig̃nat eum, q nimis exacte nimisq́. ad vnguem fieri oĩa postulat, vt aliqñ ob id indignetur, & leuissima re offendatur. Vnde tranqllus dicit Cæsarẽ fuisse morosum circa curam corporis. [Et odiosam) Qm̃ morositas odio habetur, & ideo talis difficultas in moribus vitãda est, ne odio habeamur. [Inutilẽ) q̃ nullã affert vtilitatẽ, sed potius odiũ, & inuidiã; odiosa est morositas, qm̃ stomachũ alijs facit. [Et tñ ita pro.) . i. ita laudãda si cõiũcta fuerit seueritati, sine qua ciuitas nõ p̃ot regi. Tenendũ igitur est mediũ, & vt tp̃s ac rõ poscit mites & seueri esse debemus cum decoro. [Ita) Eo peccato & lege atq; cõditione, vt ẽt retineatur seueritas ꝓ dignitate reip. Nam seueritas est iustitia & castigatio vitiorũ, & magistra ordinis atque constantiæ. [Mansuetudo) Est mediocritas circa iram. Defectio est vacuitas iræ, & q nunq̃ irascitur reprehendendus est. Exuperatio dr̃ iracundia, & sic iracundus reprehenditur, qm̃ nimium irascitur. Is q pro qbus oportet, & cum oportet, & quãdiu oportet irascitur, laudatur, diciturq́, mansuetus q debet perturbatione vacare, nec affectu duci, sed ꝓ his & tanto in tp̃e irasci, vt ratio iubet, & non est vindex, sed potius clemens, & ad veniam quã ad iram propensior, irascitur tñ cum mediocritate, & nõ ducitur ira, quæ est affectus violentus, sed spectat rõnẽ, & vt ratio p̃scribit, irascitur. Is aũt q nunq̃ irascitur, in vitio est, q a nõ mouetur ad affectum, cũ oportet, vt si pater verberaretur, & ipse nõ curaret, & sic dr̃etur stolidus & insanus. Nã neque sentire aliqd, nec dolore tangi vr̃. Perferre aũt contumelias, & suos negligere inqt Arist. seruile est. Et q nõ irascitur, non vr̃ aptus ad propulsandam iniuriam & vlciscendum. Iracundus vero intolerabilis est, & fit per oĩa ipsa exuperatio, multa qppe sunt, quæ ipsam efficiunt. Et non facile inuenitur iracundus, q oĩa hæc mala in se habeat, & iracundi sunt illi, q illico ad iram prosiliunt, & magis, q̃ oportet, tñ non perseuerant qđ est in illis optimum. Alitet hẽtot in se maximum malum, si iram retinerẽt, & tales hoĩes habent summam bilem, desistunt ẽt sine vltione. Amari aũt cum difficultate placantur, & volunt vlcisci, à qbus valde cauendum est. Insensi dñr illi q nullo modo dimittunt iram, ẽt in morte, nisi vlti fuerint illos, a qbus se læsos putant, aut sciunt. [Non po. con.) Quousque & quo qs debeat irasci, sed prudentiæ oĩa subijciẽnda sunt, vt ponat modum affectibus. Prudentia. n. subit rõnem architectatricis. debemus igitur irasci, se oportet, & vt ipsa prudentia præscribit, quæ oĩum virtutũ regina est ac moderatrix. Hæc sunt ex sñia Peripateticorũ. Stoici aũt quos Cic. in his officijs imitatur, volunt mansuetum vacare ira, & ab ipso sapiente affectus remouent. vult. n. Arist. vt diat mansuetum esse illum, q irascitur vt oportet, & quandiu oportet.

FRAN. MAT. NEc vero aud. &c.) Merito hoc admonet Cic. decet. n. magnanimum non valde iniuriarum recordari, paruiq́. eas facere, non vero ea est ꝙ existimat dignitatem suam non posse cuiusq́ improbitate imminui. Nouit præterea nihil magno & præclaro hoĩe dignius q̃ clementem esse & in remittẽda iniuria leuissimum. Et Sen. inqt Iniuriarium remedium obliuionem esse. Idẽ magnarũ virũ dixit esse lædentem negligere. Sed q̃ritur an oĩno irascendũ sit forti viro. Et vulgus vt Arist. quidẽ ait, irã in fortitudinẽ refert, cũ fortes videãtur q per irã ceu bestiæ in ꝑcussores feruntur. Qm̃ & fortes iracũdi sunt, & ad pericula capessenda ai cõcitatio impetuosissima res est. Sed rñdetur ꝙ fortes honoris tm̃ gr̃a operantur, & qđ ira eos adiuuat. Sed ꝙ nõ est tunc vera fortitudo, cũ dolore, aut ira cõcitati in periculũ feruntur, nihil p̃uidentes eorũ, q̃ aggrediuntur. Sicut nec mœchi fortes hñdi sunt, q̃uis multa audeant pp libidinem. Non ergo sunt illi fortes dicẽdi qui p dolorẽ sue irã pericula adeunt, neque q quotũque modo per irã faciunt. Sed cũ p electionẽ, rõnemq́. an suscepertunt ꝓxime ad eã q̃ maxime ẽm naturam eum accedere vr̃ fortitudo, q̃ p irã fit, & hoĩes sane irascendo dolent, vlciscendo lætantur. Sed qui p hæc agunt pugnatores qdem sunt, non fortes. Non. n. cum decore, neque rõne, sed perturbatione animi id agunt. Et in hoc aliqd hñt simile fortibus. Est aũt circa iram mediocritas, mansuetudo, excessus vero iracundia. Quæ iram faciunt multa sunt, ac varia, Qui igitur ꝓ quibus oportet, & contra quos oportet irascitur, & vt oportet, & qñ, & quanto tp̃e oportet, laudatur. Et hic vtique mãsuetus est, q & qetus debet esse, & à ꝑturbatione non deferri, sed rõni inseruire, magisq́. in defectu peccare, q̃ in excessu, & nõ vindex esse, sed magis clemẽs, defectus, segnities p̃ot vocari, & rep̃hẽditur. Qui vero nõ irascũtur i qbus oportet, stupidi sunt,

Iniuriarũ remediũ esse obliuionẽ

sunt,cum neque sentire dolere,neque resistere videantur. Et cũ perferre contumelias & suos negligere seruile sit: & magis ad defectum quam ad excessum declinandũ,quia,vt ait Cic. nihil magno & pclaro hoie dignius placabilitate & clemẽtia. Et Sen ait: Flumẽ est vbi cũ prãte habitas, iracundia, & iracundiã q vincit, hostẽ sup at maximũ.[In liberis vero populis,] In quacunque dignitate & statu cõstituto,hoie magno & pclaro, pacabilitas,clemẽtia,& facilitas laudãtur.Sed in ijs pcipue exercẽdæ sunt,q in liberis populis vtũt, in qbus nõ est inter ciues principatus cũ oẽs æqualiter viuant, ijsdẽ legibus subiecti: Signãt aũt Democratiã .i.populi dñatum,vbi cõia oibus libertas est.Cum in Monarchia vnius,in Oligarchia paucoꝝ: In Aristocratia optimatũ tm̃ nutu, & volũtate oia gerantur.[Iuris æquabilitate,]Qm̃ eodẽ iure oẽs viuũt.Nec plus diuiti q̃ pauperi pmittitur.[Facilitas] Mansueta & qdam moꝝ dexteritas.[Altitudo animi]Magnitudo.n.animi maxime in remittendis iniurijs,& lenienda pœna,& ẽt exaggerẽda cognoscitur, & q placabiles sunt, eos alto aio esse vulgus dicit. Altus.n.aius semp humilia contẽnit,scitq. nihil minus crudelitate se dignum esse,ideoq. dum timet ne crudelis habeatur,plerũque ad effectũ declinat,clemẽsq. & plusq̃ oportet,efficitur. [Sed in liberis populis,] Præcipue facilẽ cũ in admittendo tũ in audiẽdo & decernẽdo esse conuenit. [Ne,si irascimur &c.] Rõ cur in liberis populis facilitate vtendũ sit. [Intẽpestiue accedentibus,] In hoc maxime morositas cognoscitur,q̃ facilitati opponitur,cũ aut irascimur ꝑter tps accedentibus,aut stulte rogãtibus. Morosus is dr̃ q nimis exacte,nimisq. ad vnguẽ fieri oia postulat,vt aliq̃ ob id indignetur,atque irascatur.Cic.de Sen. At sunt morosi, anxij,& iracundi,& difficiles senes,cui vocabulo Cic.impatientiã atque iracundiã adiungit.[Inutilẽ] Nobis.s.qm̃ in odiũ pillã incidimus.[Et tñ &c.] Diximus laudari,qui & qñ, & vbi,& in qbus oportet,irascitur. Idẽ nunc dicit Cic.ita vtendũ clementia esse,vt in rebus pub. seueritas aliqñ adhibeatur, q̃ opponitur lenitati,ne si nimiũ clemẽtes in eos q peccãt fuerimus, impunitate audaciores,& improbiores reddantur,imminuenda ergo pœna est pcantibus,sed nõ penitus remittenda,& ire leniter agendũ ne noceat lenitas. duabus .n. rebus ciuitas cõstat,pmio,& pœna,quibus sublatis,esse ciuitas nullo modo poterit, & certe sine seueritate regi ciuitas nõ potuit,aut.n.amore virtutis à pctõ abstinuẽt hoies,& ij probi sunt,aut timore pœnæ.Vñ ait Horat. Oderunt peccare boni virtutis amore. Et vnius pœna documentũ est alterius.Impunitas aũt,vt Sen.inqt,parit ausum,ausus excessum.

Placabilitas & clementia laudabilis.

Morosus quis sit.

Ciuitatem regi nõ posse sine seueritate.

ASCEN.

NEc vero sunt audiendi .i. approbandi,sup.ij q putabunt irascendũ esse grauiter inimicis,& cẽsebũt .i. iudicabũt id.s.grauiter irasci esse magnanimi,& fortis viri.Eñ, ꝑ qa nihil sup.est laudabilius,& nihil est dignius magno & pclaro viro.I.qđ magis deceat pclaꝝ viꝝ placabilitate.i. facilitate placãdi,hoc est q̃ cito irã depont,& clementia.i.mansuetudine animi vel.Quod ex verbis Saluatoris nr̃i cõprobare possum,q ad singularẽ imitationẽ sui,nos inuitãs dixit, Discite à me,qa mitis sum & humilis corde.Vero,ꝑ sed,facilitas.s.exorabilitas & lenitas,ac mititas est ẽt exercenda in populis liberis,& æqualitate iuris.s.q æquali iure æqualiter gaudẽt,& altitudo.i.pfunda tranqllitas ai, q̃ dr.i.vulgo sic appellatur,est exercenda &c.ne si irascamur.i.succenseamus accedentibus .i. ijs q accedant intempestiue.i. nõ suo tpe, aut rogantibus imprudenter, nos incidamus in morositatẽ .i.difficultatẽ morum,inutilem & odiosam.i.molestam omnibus. Et tamen mansuetudo & clementia est probanda.i. approbanda, ita ut seueritas pro causa .i. legitima adhibenda reip. sine qua.s. seueritate,ciuitas non potest administrari .i. gubernari.

ARGVMENTVM.

In animaduertendo maxime ab ira temperandum.

OMNIS aũt & aĩaduersio,& castigatio cõtumelia vacare debet, neque ad eius, qui punit aliquẽ,aut verbis castigat,sed ad reip.vtilitatẽ referri.Cauendũ est ẽt, ne maior pœna,q̃ culpa sit; &, ne ijsdẽ de causis alij plectantur,alij ne appellẽtur quidem. Prohibenda aũt maxime est ira in puniẽdo. nunq̃ .n. iratus q accedet ad pœnã, mediocritatẽ illã tenebit,q̃ est inter nimiũ,& parũ: q̃ placet Peripateticis: & recte placet,modo ne laudarẽt iracundiã,& dicerẽt,vtiliter à natura datã. illa vero oibus in rebus repudiãda est: optandumq., vt ij, qui psunt reip. legum similes sint: q̃ ad puniendum non iracundia, sed æquitate ducuntur.

PETR. MARS.

OMNIS aũt aĩaduersio,) Præcipit nũc qd agendũ sit,cũ qs punitur. nõ.n.debemus in aliquẽ aĩaduertere eo studio & aio,vt illũ contumelia afficiamus, sed vt vult iustitia,& ꝑ vtilitate reip.nõ ad nostram voluptatẽ,& cũ aliquẽ obiurgamus castigamus ue, non id agendũ est causa cõtumeliæ,sed studio corrigendi,& reducendi ad bonos mores, & offm̃,si ab eo discesserit. aĩaduersio est punitio vt lex pscribit,& est cũ qs punitur in pecunia,vel in psona,sed plerũque in psona,& dicimus aĩaduerto in te.i.punio,iure & legibus ita volentibus.[Castigatio]Fit verbis tñ.Obiurgatio est inter amicos & ppinquos,& plus est castigare q̃ obiurgare.[Cõtumelia]Iniuria,vt hr̃ lib 9.ff.ex eo dicta est,qđ non iure fiat. oẽ .n. qđ non iure fit,iniuria fieri dr̃,specialiter aũt iniuria dr̃ contumelia dicta à contẽnendo,vt est ẽt apud Sen. Est igitur cõtumelia species iniuriæ, q̃ fit cũ quis punitur quodã iudicis affectu,& magis studio notãdi infamiã,quã iuris exequendi,qm̃ iuris executio nõ habet iniuriam.Si qs de honoribus decernendis alicui passus non sit decerni, vtputa imaginẽ vel qd tale an iniuriaꝝ teneatur,q̃rit Vlp.& ait Labeo nõ teneri, q̃uis hoc cõtumeliæ causa faciat.Et sic patet contumeliã esse ad notã infamiæ. Ergo puniẽdus est aliqs nõ ad contumeliã,sed vt iura volũt citra aĩ affectũ,& hoc ad iudices ptinet,& illos q in alios aĩaduertẽdi ius hñt.Si.n.qs truncari meretur,non debet suspendi ad cõtumeliã. [Castigatio] Quæ fit verbis,nõ debet esse cõtumeliosa. [Qui punitur]Pro punit.Non.Marc.agẽs de cõtrarijs gñibus verboꝝ dicit: Punitur aliqñ ꝑ punit,vt Tullius j.Off.hæc ille.Punitio tgẽ ptinet ad aĩaduersionẽ,& sic optime docet monetq. qualiter nos gerere debemus in castigãdis erroribus, qm̃ nõ debemus aliquẽ punire,aut verbis castigare ad explendã aĩ nr̃i libidinẽ,sed ꝑ vtilitate cõi.Plat.in 8.de Leg agẽs de iudicijs sic ait: Quos insanabiles legis lator esse senserit,vltimo supplicio afficiet, nõ ignorãs melius fore his q sunt insanabiles mori,quã viuere.[Cauendum est ẽt) Aliud pceptũ quo monet puniri dẽre nocentẽ, vt meretur, & si pœna mediocri dignus est,non debet magna,& econtra. Et cũ sunt plures conscij.oẽs debent pari modo puniri,ne miseri & inopes plectãtur,potẽtes aũt & pecuniosi euadãt impune,qđ vtinã nõ vbique fieret. Latrũculi.n.suspenduntur. raptores publici, latrones potẽtes,& quadruplatores censentur & gaudent.[Plectantur]Puniantur.[Ne appellẽtur] Citentur,i.nõ modo nõ puniantur,sed ne vocentur qdẽ in ius. Appellare signãt debitũ reposcere,vñ dicimus appello te de tali noie .i. repeto tale,vel tale debitũ.[Prohibẽda aũt] Aliud pceptũ. Neminẽ.s.iratum dẽre ad pœnã mulctamq. irrogandã accedere, qm̃ mediocritatẽ retinere non poterit.Ira.n.est affectus vehementissimus, & breuis qdã furor. vñ sermo irati nõ põt continuare vnum sensum in loquẽdo,& ideo ipsius oro debet breuibus sentẽtijs,& crebris figuraꝝ mutationibus velut inter æstus iracundiæ fluctuare, & sic stylus Satyricus. Satyrus.n.motus ad affectũ discurrit,& mores notat. Vñ opꝰ est,vt eius oro fluctuet,q a est iratus,& mordet allatratq. vitia.[Nunq̃.n.]Rõ est.Ex quo inqt in 4.disp.Tusc. Illud laudat Architæ,q cũ villico factus esset iratior,quo te modo inqt accepissem,nisi iratus essem. Sen.ẽt dicit: Nihil minus quã irasci punientẽ decet.[Ad pœnã,] Ad aliquẽ puniendũ. [Inter nimiũ,& paꝝ:] Inter duo extrema de qbus dcm̃ est. Mediocritas autẽ est mãsuetudo,& mãsuetus debet irasci,vt oportet,aliter aut exuperabit,aut deficiet,qđ nõ fit sine vitio, sed potius debet se flectere ad paꝝ,q̃ ad nimiũ. [Peripateticis] Arist.& alijs quoꝝ ille princeps fuit,& voluit irã cadere in sapientẽ,vt dictat ipsa prudentia, & oẽs virtutes esse mediocritates inter nimium & paꝝ, qđ in 2. Moral. ꝑbat Arist.p inductionẽ,& inde finit uirtutem esse habitũ electiuum in mediocritate cõsistentẽ.[Modo ne laudarẽt iracundiã,]Pace Cic.dixerim Arist.Peripateticoꝝ princeps nõ laudat iracundiã,sed ꝑbat irã cũ mediocritate,vt non nimium recedat à naturæ constãtia.Immo uituperat iracundiã,q̃ fit p oẽs circumstantias,& dicit esse in exuperatione, & per paucos iracũdos inueniri,qm̃ est quasi impossibile aliquem esse,qui tot mala habeat.Multis.n.modis fit iracundia & latissime patet.Vnde id qđ est maius malum,magis opponitur mediocritati. Vñ cõcluditur Arist. nunquam laudasse iracundiam. In 3. tñ Moral. disputans de fortitudine dicit: Atqui iram etiam ad fortitudinem referũt. Fortes.n. & hi videntur,qui ira feruntur,perinde ac feræ in eos, qui ipsas vulnerarunt, quia & fortes concitantur ira, est .n. ira

res

res impetuosissima ad aggredienda pericula, quapp & Hom.di-
xit: Vires iniecit ira,& aium ira concitauit,& acuta p nares vis,
& efferbuit saoguis. Hæc.n.voiuersa iræ concitationē impetum
ue,signāre vñr. Arist.illic loquitur ſm opin.vulgarium, & imperi
toꝝ. ipse.n.sentit,& tenet non dīe aliquem dici fortem qui du-
ctus ira magnum aliquid aggreditur,qm̄,inquit,fortes aguni ob
hooestatem,sed irati minime, qm̄ si ob iram aliqui essent fortes,
bruta ēt fortitudinem hr̄e dicerentur,quod est absurdissimum. il
la.n. aliquem impetune vulnere, aut dolore perculsa & irritata,
fortes aūt hooestate ducti,non affectu. Ipsa ira subministrat bilē
fortitudini. Qui aōt pp hæc aguni,inquit Arist. pugnaces quidē
sunt,at non fortes: non.n.ob honestatem agunt, aut vt ratio p̄-
scribit,sed ob ipm̄ affectum .i. iram,aliqua tñ ea parte sunt simi-
les fortibus. Non igitur feræ sunt fortes,ppea q̄ dolore commo
tæ,ac ira ruunt io pericula,nihil prouidentes maloꝝ. nā & hoc
modo ipsi asini cum esuriunt,fortes essent. non.n.ā pabulo ver-
beribus amouentur. Et sic liquido apparet Arist.non modo non
laudare iracūdiam,sed ne iram quidem, nisi vt ipsa recta ratio p̄-
scribit. ita.n. dicit in 3.Eth. Maxime aūt ea fortitudo naturalis
esse vr̄,quæ est ob iram electione sumpta,sine qua & ipsi ēt hoies
cum irascuntur dolent,cum vlciscuntur capiunt voluptatē. Quo
distet ira ab iracūdia,inquit Sen. apparet,quo ebrius ab ebriolo.
Iratus pōt non esse iracundus. Iracundus non potest aliqñ ira-
tus non esse. In 4. Tusc. vbi est totus Stoicus Cic. Peripateticos
vehementer reprehendit dicens: An ne vero vir fortis nisi stoma
chari cœperit,non pōt vir fortis esse gladiatoꝝ id quidem,q̄q̄ in
eis ipsis videmus sæpe constantiam, colloquuntur, congrediun-
tur,q̄runtur,aliquid postulant,vt magis placati quam irati esse vi
deaotur. & paullo post dicit, Vbi sunt ergo illi,qui dn̄t iracundiā
esse vtilem,pōt vtilis esse insania,aut naturale quidq̄ esse, aut ſm
naturam,quod sit repugnante rōne. Sed hoc non est mirum in
Cic. qui vni disciplinæ addictus non erat, nec vnum dogma secta
batur,sed more Academicoꝝ aut pbabat opiniones, aut impro-
babat suffragante ad oia vbertate ingenij & eloquētia. Et io hoc
opere Stoicos potissimum sequitur, qui voluerūt sapientē ira va
care,sed mihi vr̄ truncū quendam, aut statuam marmoream nō
hoiem aiatum & varios affectus hn̄tem constituere. Sen. ēt Stoi-
cæ professionis dānat Peripateticoꝝ sniam dicens, Ira non acuit
aium ad res bellicas,nunq̄.n.virtus vitio adiuuanda est se conten
ta. Arist. dicit, Ira necessaria est,nec quidq̄ sine illa eapugnari po-
test,nisi illa impleat aium,& spm̄ accendat. Vtendum aūt est illa
nō vt duce,sed vt milite. & ira inqt est copiditas doloris reponē
di. Arist. in 2. Eth. probans oēm virtutem moꝝ circa voluptates
doloresq. versari dicit, Quapp & sunt qui diffinientes virtutes
affectuum inquiunt ipsas esse mediocritates tranquillitates ue
quasdam,sed non recte,quia simpliciter dn̄t & non addunt, vt o-
portet & cetera q̄ adduntur. [Illa) Iracundia. [Repudianda) Reij
cienda tanq̄ res noxia & minime placens, tractum ab vxore q̄ ā
viro repudiatur,qn̄ fit diuortium. Sed est dr̄ia,nam diuortium est
inter viꝝ & vxorem postq̄ coniuncti sunt,ab eo dcm̄,qđ in diuer
sas partes eunt,qui discedunt. Repudium vero spōsæ remittitur,
anteq̄ cōiungatur viro. inde dicimus repudiare,spernere,& reij-
cere. [Sint similes legibus) Qm̄ leges p æquitate puniunt,non p
iracundia. punit.n. lex sine pturbatione, & vir bonus & æquus
interdum legē emendat, & iudex est viua vox legis, & sic ptor q
reddit iura,dr̄ viua vox iuris ciuilis. Is igitur qui iustitiam admi-
nistrat,debet imitari leges,nec affectu duci,sed legibus niti,& oia
in æquiorē partē interpretari,vt bonū ptorē decet, Vñ arbiter ho
norarius dicitur is,qui omnia in æquiorem partem interptatur.

ADDI. ADeius) Qui punitur aliquem. Non. Marcellus agens de cō
trarijs generibus verborum dicit, Punitur aliquando pro
punit, ut Tullius j. Off.

FRAN. MAT. OMnis aūt &c.) Docet qualis seueritas esse debeat, & ad-
monet vt cōtumelia careat. Significat aūt contumelia aspe-
ritatem sermonis,quæ ea animi insolentia nascitur. Et
contumeliosum hoiem dicimus,q acerbe nimium,& superbe re
spondet. Terent. Quid est,si hæc contumelia non est? [Animad-
uersio) Punitio hæc pecuniariam & personalem pœnam spectat.
[Castigatio) In verbis est. Virg. Castigatq., auditq. dolos. [Con
tumelia) Nimia asperitate & acerbitate. [Neque ad eius &c.) Re
cte hoc ait. Nam si propriam respiceret vtilitatē is qui punit,mi
nus seuerus esset,q̄ oporteret,timeret .n. ne quenq̄ offenderet e
& aut inimicitias,aut laborem vitaret. Est aūt (vt ait Cic. in epist.
ad Q. fr.) non modo eius,q socijs & ciuibus,sed ēt eius,q seruis,
qui mutis pecudibus pſit, eoꝝ quibus præsit cōmodis vtilitatiq.
seruire. [Cauendū est ēt &c.) Alia cautio q̄ seruanda est in magi-
stratu,q in libera ciuitate geritur,ne maior pctō pęna sit,ne si me
reatur quispiam repetundaꝝ pœna damnari, peculatus dānetur,
aut si pecuniaria pœna,dānetur personali. In rebus.n. seruāda me
diocritas est,neque ad extrema (vt superius sæpe dcm̄ est) declinā
dum,& neque minus,neque plus quā oportet, puniendus quisq̄
aut castigandus est. [Et,ne ijsdem de caussis &c.) Vt si multi dep-
hendantur in furto,aut alio quouis scelere. Ex quibus q potētio
res sunt,aut ditiores ne citentur quidē in iudicium,minus poten
tes & pauperiores puniantur. Et illud ppea Lucani vsurpari me
rito à quopiam possit. Et tm̄ miseris irasci numina pn̄t. Aequa o-
mnibus q similiter peccarunt pœna inferri debet. Contra tñ vt

Lucan. de fortuna.

videmus plerunque fit corruptis hoium moribus, nec puniuntur
nisi q minus pn̄t,nec pecunijs abundant, qbus magratus & iudi
ces corrumpant. Quod q faciunt tm̄ abest vt puniantur, vt ne ci-
tentur quidē,& ad dicendam causam venire iubeantur,de eoꝝ.n.
pctō tacetur. Sæpe.n. iubet sicut ira & odio excedit in puniendo,
ita gratia mouetur in remittendo,hinc ait Cic. ad Q. F. Sit sum-
ma in iure dicendo seueritas,dū modo ea ne varietur gratia, sed
conseruetur æquabilis. [Plectantur) Puniantur. [Prohibēda aūt
maxime est ira in puniendo.) Ira ita aium sæpe obcæcat. ut nihil
rectum sinat intueri. Quare cum in oi quidem re & negocio ab-
esse ab ira conueniat,vt recte geratur, id pcipue in puniendo ca-
uendū est,ne opprimi nos ea sinamus. fertur Atenodorus Octa-
uij Aug pceptor monuisse illū,vt quoties ad irā cōmspirā impro-
bitate prouocaretur, priusq̄ qcq̄ faceret, aut diceret, alphabetū
recenseret. Iræ impetū cito euanescere significans. Ergo cum ab ira
ante occupetur aius,q̄ puidere rō possit, ne occupetur an̄ cōpara
re nos debemus quotidie meditari resistendū esse iracūdiæ,cūq.
ea maxime aium moueat,tū diligentissime linguam cōtinendā.
Quæ virtus Cic. nō minor vr̄,q̄ omo nō irasci. Nā illud oō est so
lū grauitatis,sed nōnonq̄ ēt latitudinis. Moderari uero aio cum
sis iratus,aut ēt tacere,& tenere in tua ptāte motum ai & dolorē,
& si non est pfectæ sapię,tñ est non mediocris ingenij,ut ait Cic.
in epist. ad Q. fr. [Mediocritatem) Virtutem. Etenim virtus vt
diffinit Arist. habitus electiuus in mediocritate consistēs, quo ad
nos rōne terminata,& ut sapiens terminaret. Mediocritas autē
duoꝝ vitioꝝ alterius ſm excessum,alterius ſm defectum, nimiū
& paꝝ vocat Cic. Circa iram mediocritas est (vt supra diximus)
mansuetudo,defectus ad quem declinat sine noīe est. Excessus ira

Virtus.

cundia dici potest. [Quæ) Mediocritas. [Placet Peripateticis) Vt

Mediocritas.

Arist. qui in libris Eth. laudandam in omnibus dicit esse medio-
critatem,& medium habitum amplectēdum,& quo pacto in sin-

Mediū in oī re seruandum.

gulis affectibus & actibus inueniri mediocritas possit, ostendit
Horat. eandē aut eā appellat & iure laudat. [Recte) Cū in ea vir-
tus consistat. Et Terent. ait id esse in uita apprime vtile, vt ne qd
nimis. Modo ne laudarent iracundiam. Quæ excessus cū sit iræ,
laudari non pōt,vitium.n. est,nemo aūt laudat uitium. Arist. lib.
4. Eth. disputans de iræ dispositioibus, Qui paꝝ,inquit,in iracū
da transgreditur,non vituperatur siue in magis siue in minus. In
terdum n. deficientes laudamus & mansuetos uocamus,& irascē
tes viriles quasi ad dn̄andum aptos. Sed quantū & qualiter,exce-
dens vituperādos sit, idē ait nō facile esse verbis ostendere, & in
singulis atq; i sensu huius rei iudiciū esse. Sed illud manifestū me
diū habitū laudabilē esse p quē irascimur, qbus oportet, & pro
qbus oportet,& vt oportet. Cum aūt dicat Arist. Mansuetudi-
nis excessum esse iracundiam, vult tñ etiam in ipso excessu me-
diocritatē esse circa,quā magis,& minus irascimur quā oportet,
excessum qdem esse acuitatem,atq; acutos,in qbus summa inest
bilis,& qui sunt ad oia,& in omni re iracundi. Amaros vero diffi

Acuti.

cile placari,& longum irasci tps qa iram occultant, eosdem esse

Amari.

plurimum molestos & sibi & amicissimis. Eos aūt acerbos dici,

Acerbi.

q pro qbus non oportet,& magis quam oportet, & longius tps

Taurus

iratensi sunt,nec placantur sine supplicio, vel pœna. Taurus quoq;

Peripateticus.

Peripateticus philosophus vt refert A. Gel. huius motus animi q
vlciscēdi causa sæuior ira dr̄, non priuationē esse vtilem censuit,
quā ἀοργησίαν græci dn̄t, sed mediocritatem quam græci μετριοπάθειαν
appellant. [Vtiliter à natura datam) Tanq̄ rem vtilem & pe-
ne necessariam vt irascamur qñ,& vbi,& quantum oportet, im-
mo iracundiā dicebant esse ingenitam homini ac persistere,& ira

Iracūdia pmanens

cundum hoiem vocari,q semper iram secum gerit,iratum,q pro

μηνιμα dicitur à Græcis.

parte excandescit. Vnde iracundia à græcis μηνιμα à permanen-
do appellatur. Stoici iram cotem fortitudinis dicebāt esse, nō tñ
iracundiam laudabant. Cicero in oibus repudiādam dicit esse tā
quā irrationalem ac præter naturam,animi motū. Idē in episto-
la ad Q. fratrem: Oēs.n.q istuc veniunt,ita de tua virtute, inte-
gritate cōmemorantur,vt in tuis summis laudibus excipiāt vnā
iracundiā;quod vitium cū in hac priuata quotidianaq. vita leuis
esse animi,atq; infirmi videatur;tū vero nihil est tam deforme,q̄
ad

ad summum imperium & acerbitatem naturæ adiungere.[Legũ similea) Quæ non ab iratis latæ sunt, sed à bonis & prudentibus viris, honestatis, & cõis vtilitatis grã, & totæ in æqtate fundatæ sunt, neq; errãt vnq̃, nec ppẽrã aut maligne aliqd statuũt, & eadẽ in oĩs, semp sunt, quas imitatur vir bonus & sapiẽs. Quidqd.n.facit semp ab oĩ ꝑturbatione ꝓcul esse studet. Cũq. duplex ira sit, altera q̃ est repẽtinus, & irrõnalis ai motus vlciscendi cã, in sapiẽtem nõ cadit, altera q̃ est p accñs, cũ peccãti irascimur, q in pctm̃ inciderit, & ꝓ ipsius vtilitate, vt fiat melior, ipm̃ punimus, atque vt aliis exẽplũ statuamus, ne peccẽt, bona est, quã ẽt in deũ cadere Lact.oñdit, in lib. quẽ edidit de ira Dei. Plut. seruo suo neq̃ hoi & cõtumaci, sed libris, disputationibusq̃. philosophiæ res imbutas hñti, tunicã detrahi ob delictũ, cædiq. loco iussit. Cumq. illic inter vapulandũ cõquereretur, diceretq. turpe esse philosopho irasci, neque ꝓcepta sua seruare, q librũ περὶ ἀοργησίας scripsisset. Tũ Plut. lẽte, & leniter: Quid aũt inqs verbero? nunc tibi irasci videor, ex vultu ne meo, an ea voce, an ex colore, an ẽt ex verbis ira correptũ intelligis? Mihi qdẽ neq; oculi opinor truces sunt, nec os turbidũ, neq; imaniter clamo, neq; in spumã ruborẽ ue ef feruesco, neq; pudẽda dico aut pœnitẽda, neq; oio trepido ira, & gestio, hæc.n.oia si ignoras, signa eẽ iraꝝ solẽt, & sic ad eũ q cædebat cõuersus: Interim, inqt, dũ ego atq; hic disputamus, hoc agito. Ex qbus verbis quales in puniẽdo vir sapiẽs esse debeat, itelli̊r.

Ira duplex.

Plutarchi dictũ contra eũ seruũ cũ esset iratus.

ASCEN. OMnis aũt &c.) Docet offm̃ eoꝝ q hñt aiaduersionẽ.i.ius puniendi in corpus alterius. Ordo est. Aũt, p sed, omnis aiaduersio .i. punitio in corpore, & castigatio .i. verboꝝ debent vacare cõtumelia.s.fieri sine contumelia.i. contẽptu opprobrioso. Neque sup. debet referri ad utilitatẽ eius, q punit aliquẽ, aut q castigat verbis, sed ad vtilitatẽ reip. Cauẽdũ est, & ne pœna sit maior quã culpa, & ne de iisdẽ causis, alij plectantur .i. luant in corpore, & alij ne qdem.i.non ẽt appellentur.i.citentur ab officio iudicis, sed derelinquantur oino impuniti, cũ alij grauiter puniantur. Aũt, pro sed, ira est maxime prohibenda.i.ꝓcul hñda in puniendo. Enim, pro quia, is q existens iratus accedit ad pœnam.i.ad punitionem, nunq̃ non vnq̃ non tenebit vnq̃ illam mediocritatem, quæ est inter nimium & paꝝ, q̃.s.mediocritas placet Peripateticis, & placet recte.i.debite, modo.i.dũmodo oe laudarent .i. si ita esset qđ non laudarent iracundiam, dicerent sup. eam datã esse, vtiliter.i.cum vtilitate nostra à natura. vero, p sed, illa.s. iracundia est repudianda in oĩbus rebus, q;, pro &, optandum est, vt ij qui præsunt reip. sint similes legum quæ leges ducuntur.i.inducuntur ad puniendum non iracundia, sed æquitate.

ARGVMENTVM.

Magnanimi est neque secundis rebus insolescere, neque deijci aduersis.

ATQVE etiam in rebus prosperis, & ad voluntatem nostram fluentibus, superbiam magnopere, fastidium, arrogantiamq́. fugiamus. nam vt aduersas res, sic secundas immoderate ferre, leuitatis est: præclaraq́. est æquabilitas in omni vita, & idem semper vultus, eademq́. frons: vt de Socrate, item de Caio quoque Lælio accepimus. Philippum quidem, Macedonum regem, rebus gestis, & gloria superatum à filio, facilitate vero, & humanitate video superiorem fuisse. itaque alter semper magnus, alter sæpe turpissimus fuit. vt recte præcipere videantur, qui monent, vt, quanto superiores sumus, tanto nos summissius geramus. Panætius quidem auditorem Africanum, & familiarem suum solitum ait dicere: vt equos, propter crebras contentiones prœliorum ferocitate exultantes, domitoribus tradere soleant, vt his facilioribus possint vti; sic homines, secundis rebus effrænatos, sibiq́. præfidentes, tanquã in gyrum rationis, & doctrinæ duci oportere, vt perspicerent rerum humanarum imbecillitatem, varietatemq́. fortunæ. Atque etiam in secũdissimis rebus maxime est vtendum consilio amicorum: hisq́. etiam maior, quam ante, tribuenda est auctoritas. iisdemq́. tpibus cauendum est, ne assentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos sinamus. in quo falli facile est. tales.n. nos esse putamus, vt iure laudemur: ex quo nascuntur innumerabilia peccata; cum homines, inflati opinionibus, turpiter irridentur, & in maximis versantur erroribus. Sed hæc quidem hactenus.

PETR. MARS. ATQVE etiam) Aliud præceptum. Neminem.s. debere efferri, & superbire secunda fortuna quod leuitatem quandam signat a natura magnanimi penitus alienam, qui oẽm fortunam fert moderate. [Ad nostram voluptatẽ) Vt nos optamus. [Fastidium) .i. nauseam, subsannationem, & odium alioꝝ huium, ac morositatem. [Arrogantiam) Nimiam insolentiam. [Nam vt) Ratio qua re supradicta ipsi magnanimo fugienda sunt, qm̃ sunt contra suam naturã, q̃ debet esse grauis, sedata efferri aũt aura fortunæ, & cum reflauerit deprimi, leuitatis est & inconstantiæ, atque hois ignari, qd fortuna possit. Vñ idem Cic. in orõne pro Sex. in laudẽ Cat. dicit. Atque ẽt eo negocio M. Catonis splendorem maculare voluerunt, ignari qd grauitas, qd integritas, qd magnitudo animi, qd denique virtus valeret, q̃ in tẽpestate sua quieta est, & lucet i tenebris, & pulsa loco manet tñ, atque hæret in patria, splendetq́. p sese semp, neque alienis vnq̃ sordibus obsolescit. [Leuitatis) Inconstantiæ, q̃ grauitati inimica est. & Magnanimus debet esse grauis, & moderate ferre fortunam, & totus ex se pendere, nec fluctuare inter æstus affectuũ, vt leues faciunt. [Præclara) Sũma laude digna. [Æquabilitas).i. cõstans & ꝑpetuus vitæ tenor vtrique fortunæ idoneus & decorus, vt qs nec efferatur, nec deprimatur, sed teneat æquabilitatẽ i oĩ vita. [Idem vultus) Qm̃ mutatio vultus indicat aium non esse sedatũ, & volũtatẽ ad diuersa rapi, à qua vultus fingitur, q est animi indiciũ. [Eadẽ frõs) Eadẽ hilaritas faciei, non vt nũc obducat̃ pp irã, nũ sit læta hæc oia signãt ai affectus. [De Socrate) Dictũ est. [Caio quoque Lælio) Qui habitus est sapiens. [Philippũ qdẽ) Affert exẽplũ Philippi regis Macedonũ, & Alexandri filij, dicitq. Alexãdrũ supasse patrẽ ꝑ̃stãtia bellica, & magnitudine reꝝ gestaꝝ, sed superatũ fuisse à pre facilitate atque humanitate. de quoꝝ vita & moribus sic scr. Trogus lib. 9. Alexãder filius Philippo successit & virtute & vitijs pre supior. Itaq; vincẽdi rõ vtriq; diuersa. Hic apte bella tractabat, deceptis ille gaudere hostib. hic palã fusis, prudẽtior ille cõsilio, hic aio magnificẽtior. Irã pr̃ dissimulare plerunque & uincere, hic vt exarsisset, nec dilatio vltionis, nec modus erat. vini vterq; nimis auidus, sed ebrietatis diuersa vitia, patri mos erat de cõuiuio in hostes ꝓcurrere, ꝑiculis temere se offerre: Alexãder nõ in hostẽ, sed in suos sæuiebat, q̃ubrẽ sæpe Philippũ vulneratũ ꝑ̃lia remisere, hic de amicoꝝ interfectoꝝ cõuiuio frequẽter excessit. Regnare ille cũ amicis volebat, hic in amicos regna exercebat, amari pr̃ malebat, hic metui. Literaꝝ cultus vtriq. similis, solertiæ pater maioris. patri parcẽdis victis pnicioſior aius, filio prõptior & honestior. frugalitati pater, luxuriæ filius magis deditus erat, qbus artibus orbis imperij fundamẽta pater iecit, opis totius gloriã filius cõsummauit. [Facilitate) Mãsuetudine. qm̃ facilis erat amicis sine aliqua morositate. Humanitate, benignitate sine aliqua arrogãtia. Humanitas.n. vetat supbũ esse aduersus socios, Humanitas auct. Plat. triplex est. Vna fit p salutationẽ, vt cũ nobis obuios salutamus, & manũ porrigimus. Altera, cũ qs opẽ affert calamitate laborãti. Tertia, cum hoies inter se ꝯuiuia celebrãt, & cõsuetudine gaudẽt. [Itaq; aliter) Philippus. [Semp magnus) Magna laude dignus pp felicitatẽ & humanitatẽ. [Magnus) Gñosus, humanus, laudabilis, & inclyti spiritus. [Alter sæpe turpissimus) Alexãder sæpe infamia sũma notatus pp insolẽtiã & crudelitatẽ in suos, cũ mero incaluisset. Interea, inqt Trogus, Alexãder non regio more, sed hostili odio in suos cœpit sæuire, maxime indignabat carpi se suoꝝ sermonibus, seq́. mores Philippi patris patriæ subuertisse, pp quæ crimina Parmenio quoq; dignitate regi ꝓximus, cũ Philota filio de vtroq; prius habitis qõnibus interficit. Et in cõuiuio post Alexãdriã cõditã & radicem Caucasi mõtis. s. q perpetuo iugo Asiã diuidit, orta inter ebrios reꝝ gestaꝝ à Philippo mẽtio esset, & nõnulli eũ laudibus ferrẽt, ipse cœpit se patri pferre & magnitudinẽ reꝝ suaꝝ extollere. Itaq; cum vnus è conuiuis Clytus noie ea se nea fiducia regiæ amicitiæ memoriã Philippi defenderet, laudaretq́. eius res gesta, adeo Alexãdrũ offendit, vt telo à quodã satellite rapto Clytũ in conuiuio trucidauerit, qua cæde exultãs mortuo patrociniũ Philippi laudemq́. paternæ militiæ obtrectabat. In

de pnia ductus, mortem sibi afferre voluit. Nã quatriduo inediã sustinuit, donec à toto exercitu exoratus est, ne tea vnius morte doleret, vt vniuersos perderet, quos in mediam barbariem adduaetat. Itaque Alex. sæpe fuit crudelissimus ẽt in suos pp potum aliqñ, quo nihil pôt esse turpius, & maxime in eo qui alios regit. Vñ dicit Plat. in 3. de rep. vrbis custodibus ebrietas, mollities, atque ignauia q̃ maxime hñr indecora. illis, inquit, qui rẽp. gubernant, ab ebrietate tẽperandum erit, nulli quippe minus conuenit quam custodi ebrio, nescire quo terraꝝ degat. Ridiculũ ꝑfecto est custodẽ est custode indigere. Carthaginensem, inqt, legẽ magisq̃ Lacedæmonioꝝ laudo, vt nunq̃ in castris quisq̃ vinum gustare audeat, sed toto militiæ tpe aquæ vsum comprobari. In ciuitate aũt seruis nunq̃ vini vsus cõcedendus est. Nec magr̃atus tpe quo remp. gubernant, uino vtantur, nec gubernatores, nec iudices, nec q deliberaturus in cõcilium vocatus est, nec ullo modo in die oĩi valetudinis gratia, facilius igitur debet esse is, q remp. gerit pro rõne tpis & personaꝝ. Vñ bñ illi præcipiunt, qui dñt hões tanto dr̃e esse submissiores, quanto sunt superiores. Tunc .n. magnitudo aĩ ostenditur. Plut. scribit Alexandrum adscripsisse hæc scelera furori Bacchio. pœnitebat .n. ipsum quod talia cõmisisset aliqñ, eũ quoque, inquit Thebanoꝝ sæpenumero calamitatis afflixisse dr̃. Clyti vero cædem inter vina factã, iremq. repudiatos in India Macedones, vt qui impfectam adhuc militiã detractarent, ipsiusq. gloriam abijcerent, ad liberi patris iras oĩno referre solebat. Polydamas, vt auct. est Curtius lib. 5. missus est ad occidendum Parmenionẽ ꝓditionis insimulatum, cuius latus primos Cleander hausit, inde iugulum, ceteri quoque exanimum confoderunt. Androcydes auct. Plin. lib. 14. sapia clarus ad Alex. Magnum scripsit intemperantiam illius cohibens, Vinum potaturus Rex memento te bibere sanguinem terræ. Sicuti venenum est hoĩ cicuta, ita cicutæ vinum. Quibus præceptis si ille obtemperasset, profecto amicos in temulentia non interemisset. Asclepiades super mensam dixit. prima cratera ad sitim ptinet, secunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad insaniã. [Sæpe turpissimus) Infamis. nã turpitudo in moribus dr̃. [Recte) Bene, vt sunt ipsi Stoici qui nihil admirantur pter virtutem. [Submissius) Humanius, humilius. [Superiores) In meliori fortuna, qm̃ vir magnanimus æquabiliter fert fortunam in vtráque partẽ. [Panætius quidẽ) Panætius pceptor fuit Africani minoris, Rhodius gñe qui scripsit de officijs, in qbus hæc de auditore suo Africanu Aemiliano disseruit. [Familiarẽ) Amicũ & auditorem. dicebat Africanus, hoies ꝓspera furtuna exultantes dr̃e regi cõsilio prudentum, vt eq effræni ab insessore. [Contẽtiones) Decertationes, & p̃lia strepitusq. tubaꝝ quibus affecti sunt ferociores. [Facilioribus) Magis obtemperantibus insessori. [Effrænatos) Superbientes & elatos secunda fortuna. [Præfidentes) Nimium fidentes sibi ipsis. [Tanq̃ in gyꝝ) Perstat in translatione equoꝝ, q si xno voluuntur in gyrõ, ut sint faciliores. Et ideo dicit tanq̃ in gyrum, vt .s. intelligant fortunam esse mutabilẽ, & illius temeritati non esse fidendu, sed parendũ rõni, & consilijs prudentũ, q lõga expientia edocti optime consulere pñt. [Rõnis) Intellectus Vt .s. pareant rõni, & ab illa non discedant ducti appetitu, ut faciunt eq, q voluuntur ab insessore in gyrum, ne nimiũ sint feroces. [imbecillitatẽ) Debilitatem, & mutationẽ. Vñ oportet in secundis rebus vti prudentia. In oĩ vita sic viuendum est, vt constantiam & magnanimitatẽ retineamus, & mediocritatẽ, qđ vt facilius assequamur, debemus amicoꝝ consilio uti & prudentum, cũ sumus in ꝓsperitate reꝝ, vt illoꝝ consilio ad id, qđ rectum est dirigamur, aliter appetitus voluptate corruptus & factus insolentior, minime parens rõni in vetitũ ruet. Hecuba apud Euripidem iam serua ex regina deplorans fortunæ mutationẽ dicit. hæc oĩa q̃ in mundo hñr bona nihil sunt, frustraq. rõnem humanaꝝ cõsilia, & linguæ iactantia, ille est felicissimus cui p tp̃s ætatis nihil mali contigit. [Secunda) Prosperis. qm̃ hoies in ꝓspera fortuna non sunt cõpotes sui, sed in manu fortunæ. Et ideo in secũdis rebus debemus esse moderati, dicebat Periander, & vti consilio amicoꝝ. Isocrates Demonicũ sic admonet. Fortuna indigni sunt q illa abutuntur. & Nicoclẽ sic instituit: Da libertatẽ bñ sentiẽtibus, vt habeas auctores & cõprobatores eoꝝ, de quibus ambiges, cõsidera illos q arte assentãtur & adulantur, necnõ illos qui bona mẽte obsequũtur. ne mali plus habeãt, quã boni. Idem sic hortatur Demonicũ. odio tibi sint adulatores tanq̃ deceptores. Ambo .n. iniuria illos afficiũt, q faciles aures patefaciũt. [Auctoritas) Dignitas, libertas monendi, & illoꝝ auctoritati credendũ & monitis. [Iisdem tpibus) Cum sumus in ꝓspera fortuna. [Ne assentatoribus) Pellenda est adulatio & assentatio, q̃ est vitiũ adiutrix, & non modo amico, sed ne libero quidẽ digna est. oẽs, n. adulatores sunt seruiles. Solõ dicebat, Caute singulos obserua, ne forte odiũ in corde regãt, dũ blanda & arridenti facie te alloquũtor, duplaq. illis lingua atra ex mẽte sonat. Et Cæs. Augustus pellendas esse indecoras adulationes dicebat. Assentatio, inquit Cic. alibi nemini nocere pôt, nisi ei q eã recipit, atque ea delectatur. Itaq; fit, ut is assentatoribus patefaciat aures suas maxime, q ipse sibi assentetur & se maxime ipse delectet. Multi gnathonum similes sunt, cõ sint loco, fortuna, famaq. supiores. hoꝝ est assentatio molesta, cũ ad vanitatẽ accessit auctoritas. Cato dicebat multa melius de qbusdã acerbos inimicos mereri, quã eos amicos q dulces uideãtur. illos veꝝ sæpe dicere, hos nunq̃. Adulator est is, q affert ea q̃ nõ fecit is, cui adulatur. Assentator est is, q extollit & auget ea, q̃ facta sunt. Et adulator semp loqtur emolumẽti sui eã, & ideo deterior est. Assentator .n. placere studet, adulator aũt lucrari, ut scr. Arist. lib. 4. Moral. Et q gerit morẽ ut decet, amicus est. Qui in oibus rebus aduersatur, dr̃ cõtẽtiosus. Qui magis quã debet gerit morẽ, adulator est. Amico igitur credẽdũ est, q recte monet, ab alijs aũt cauendũ. Vñ dicit Sen. Nihil tã æque delectauerit aĩum, quam amicitia fidelis. [Adulari) Passiue dixit more antiquo. nã adulo, as, quõdã dicebantur, nunc adulor est verbũ deponens. Valerius Max. lib. 2. exemploꝝ: Etiam tribunus militũ adulandus erat. & Lucr. Gannitu vocis adulant, in 2. Tusc. Pinnata cauda nostrũ adulat sanguinẽ. Plat. in 5. de leg. sic ait. Veritas ꝑfecto tum dijs, tum hoibus dux oĩum est bonoꝝ, cuius q felix beatusq. futurus est, statim ab initio particeps esse debet, vt in veritate plurimũ tpis vitam agat, fidus hic certe est, infidus aũt q spunte mentitur. [Adulatori) Quod adulemur ab alijs [In quo) In qua re .i. adulationibus facile decipimur. qm̃ inqt nobis nimiũ placemus, & arbitramur esse tales quales dicimur ab adulatoribus, vt de Domit. scr. Iuu. Quid aptius? & tñ illi Surgebãt cristæ. nihil est quod credere de se Non possit, cum laudatur dijs æqua potestas. Si cõtinẽs es, inqt Sen. adulationes euita, sitq. tibi tã triste laudari à turpibus, quã si lauderis ob turpia. lætior esto quoties displices malis, & maloꝝ de te æstimationes malas, verã laudationem tui scribe. [Ex quo) Ob hoc qa putamus non esse tales, vt iure laudemur, euenit vt hoies irrideantur, cũ se iactant, & nimiũ sibi placent pp talem de se persuasionẽ. [Inflati) elati tali ꝑsuasione. [Erroribus) .i. vanis de se opinionibus. qm̃ ea non hñt quæ hře se credunt. [Illud aũt) Postq̃ Cic. de fortis viri & magnanimi officio & eoꝝ q remp. gerunt disseruit afferens quasi per conclusionem superioris disputationis repetit ea quæ dixit, & ꝓperãs ad alia pcepta diuidit officia, quæ hoies in uita exercẽt, docetq. q sint hi, à qbus res maximæ geruntur. Inde ponit secũdos, postea tertios. Et tandem præcipit qũo res domestica forti viro augẽda sit. Dixit .n. supra fortem versari circa res ac duas, & ea q̃ pertinẽt ad vitam degendã. Hanc ergo partem ꝓpositionis nunc tractabit, cõcludens si hęc pcepta seruauerimus magnifice, grauiter, & amicabiliter vitæ humanæ nos posse uiuere.

FRAN. MAT.

Atque ẽt in rebus prosperis,) Dictum est, qũo circa honores gerere se debeat magnanimus. Sed qa non semp magistratus idẽ gerit, suntq. alia bona qbus virtus frui solet, qũo in his hře se debeat ostendit. Et admonet ne secundis nimium extollatur. Sed faciat qđ ait Horat. Sperat infestis metuit secundis. Alterã sortẽ bñ præparatũ pectus. Quia sic leuitati ascribitur ei, q secundis rebus nimium inflatur, ut ei q aduersis frangitur. Neutrũ magnanimus facere debet, ut oĩm suum tueatur: Et nulla oĩno pturbatione se occupari sinat, constansq. in oĩ negocio sit, & grauis. Supbia & arrogantia modestiæ opponũtur, & sopbia qdem alios contẽnimus superioresq. alijs esse uolumus, ẽt cũ mereamur. Arrogãtia nimiũ nobis tribuimus, & id arrogamus qđ minime adest. Supbia aũt & arrogãtia nihil intolerabilius. Quis .n. illũ ferat, q nihil se satis dignũ putat, q oibus anteire vult, q in nullũ bonus est, & vrbanus? [In oĩ) Siue in magistratu siue priuati simus, siue aduersæ res fluãt, siue ꝓsperæ. [Fastidiũ) Qm̃ oẽs fastidiũt, & contẽnunt. [Et idẽ vultus) Tã in ꝓsperis q̃ in aduersis rebus, vt neq; doleamus aduersis, neq; lætis gestiamus. Vultus est aĩ habitus & à volẽdo dr̃, quo vocabulo carẽt Græci, si Cic. credimus lib. de Leg. [Frons) Quæ, ut Cic. ait, est aĩ ianua. Vultus aũt & frons sigñant qualiter sumus affecti. Sapitus aũt nec vultũ mutat vnq̃, neque modo exporrigit frontẽ, modo corrugat, sed i eodẽ habitu semp est. [Vt de Socrate, itẽ de Cato quoq; Lælio) Socr. durissimat, ut Cic. ait, fuit pedibus, & sæpe ĩmotus ab ortu Solis, vsque ad occasum in eodẽ vestigio pmãsebat. quẽ vxor Xãtippe eodẽ quo egressus erat vultu redeũtẽ domũ semp vidisse dicebat. C. Lælius amicissimus fuit Scip. superioris, is est, q apud Cic. in lib. de Amic. introducitur. Multum in Senatu potuit, fuitq. illa tẽpestate constantissimus, & sapientissi.

Superbia

Arrogantia

Vultus.

Frons

[Phi-

Philip. et Alexander I quo differant

[Philippum) qđ inter patrem & filiũ interfuerit ea his Iustini in epitomate Trogi cognoscitur verbis. huic Alex. successit, & virtute & vitijs patre maior. Itaq; viuẽdi rõ vtrique diuersa, his aperta vi, ille artibus bella tractabat. deceptis ille gaudere hostibus, hic palã fusis, prudẽtior ille consilio, hic aio magnificẽtior: Irã pater dissimulare plerũq; & vincere, hic vbi exarsisset, nec dilatio vltionis nec modus erat, vini nimis vterq; auidus, sed ebrietatis diuersa vitia, patris mos erat de cõuiuio in hostẽ procurrere, manũ cõserere, periculis se temere offerre. Alexander non in hostẽ, sed in suos sæuiebat. ea qbus rebus verum esse cognoscitur, quod Cic. scri. facilitate & humanitate patrẽ superiorem, & alterũ semper magnũ. s. Philippum. [Alterum). s. Alexandrum sæpe turpissimũ, in conuiuio Parmenionẽ philotam: Amyntã cõsobrinum, nouercã fratresq. interfici iussit, aliosq. pmultos. [Vt recte) laudat philosophos, q sic nos admonet. Sunt q in Socratem referant. [Submissius) Humanius, & remissius. [Panætius &c.) Rhodius hic fuit quẽ in hoc opere Cic. imitatur eo pceptore Scipio Afr. superior vsus est. [Vt equos) Equi victoriam sæuiunt, & eam sæpe adepti insolentes fiunt. necesseq. est, vt domitoribus iterũ tradãtur, quo illis vti possimus. Idem in hoibus contingit. Qm̃, vt Sen. ait. Fortuna nimiũ quem fouet facit stultũ. Et ppea recte monebat Scipio in gyrum rõnis deducendos illos, q fortuna nimiũ secunda vterẽtur. Quo rerũ humanarũ prospicerent imbecillitatem. [In gyrum rõnis) Vocabulum est cõparationis. Nam in gyrum equi flectũtur, hic pro exercitatione accipiat. [Rationis & do.) Ratione & doctrina quæ est in exẽplis & doctis sapientũ posita, vt siqs admoneat quempiã non esse fidendum secũdis rebus, quæ mutari facile a fortuna possint, & Sen. ad hoc illa vtatur auctoritate: Nemo confidat nimiũ secundis. Nemo desperet meliora lapsis. Miscet hæc illis, phibetq. Clotho, stare fortunam rotat oẽ fatũ. Nemo tã diuos habuit fauentes Crastinũ vt possit sibi polliceri. Res deus nostras celeri citatas Turbine versat. [Atque ẽt in secũdissimis &c.) Magnanimũ dicit in oi fortuna modum seruare debere. Nunc id qua rõne fieri cõueniat, ostẽdit, hoc est si amicos bene suadẽtes audit non secundis tm̃ rebus sed secundissimis, & assentatores nõ admittit. Qui placẽdi studio laudent oia, & nihil aduersantur existimãtes minime se molestos quidq̃ esse, vt ait Arist. & ppea vitij causa sunt. Qui. n. ab eis laudantur cũ reprehẽsione digni sunt recte laudari se putãt perseuerantq. in vitio, qđ q a in eo laudantur virtutem esse opinãtur. [Maxime est vtendu) Tunc. n. eo pcipue indiget hoies ne insolentes fiant & accidente nimiõ fortuna sic cõfidant, vt illius mutabilitatis imemores penitus insolẽtes sint, & nihil existimẽt esse quod nocere ipsis possit. [Maior q̃ ante) Omni tpe tribuẽda est amicis auctoritas, sed illo pcipue in quo res psperæ sunt & ad nostrã voluntatẽ fluunt, intumescimus. n. sic plerunque vt nihilo oino cum rõne faciamus. Quare credendũ est amicis & illis tribuẽda auctoritas. Nã si boni sunt & veri errare nos nõ sinũt & in gyrũ rõnis deducere studẽt. [Adulari) Passiue dixit. Quæ nũc deponentia sunt verba oia apud vetustiores cõia fuerũt. Adulari compositũ est ea accedẽdo & alludẽdo vt Põpeio placet. Max. Tribunus inqt adulãdus erit.

ASCEN. *Arrogantia fugiẽda.*

A Tque, pro &, fugiamus in rebus, etiã prosperis, & fluẽtibus. i. peruenientibus per se ad nostram voluptatem, fugiamus dico summopere. i. toto conatu, superbiam, fastidiũ. i. contẽptum ex fastu, & supbia, & arrogantiã. i. attributionem indebiti honoris. Nam vt. i. sicut leuitatis est. i. ad leuitatem, & inconstantiam, ac infirmitatẽ animi ptinet ferre. i. vt dñt portare inmoderate. i. sine moderatione res aduersas, sic sup. est leuitatis ferre immoderate res sup. secundas. i. psperas, & æquabilitas. i. moderatio æqua ai est pclara in oi uita. i. gñe vitæ. Et idẽ semp vultus sup. est præclarus & eadem frons. i. iudicium ai, seu hilaris, seu tristis, qđ frons indicat sup. est pclara, vt nos accepimus. i. intelleximus de Socrate philosopho Atheniensi, & quoq; . i. ẽt de Caio quoque Lælio optimo & prudentiss. viro R. qdem. i. certe ego video Philippum regem Macedonum superatum. i. victum a filio. s. Alex. Magno rebus gestis, & gloria supp. eũ fuisse superiorem sup. filio suo facilitate & humanitate. Itaque alter. s. Philip. pater semp fuit, sup. magnus pp humanitatem, alter. s. Alexander eius filius fuit, sup. sæpe turpissimus cum. s. p ebrietatẽ sæuitiam suam, ẽt in amicos exerceret. Ita sup. vt ij videãtur recte pcipere, qui monent, vt quanto nos sumus superiores, tãto submissius. i. modestius, & vt dñt, humilius geramus noa. Panætius philosophus ille quẽ Cic. potissimum imitatur, quidem. i. certe ait Africanum s. Scip. suum auditorem & familiarem solitũ dicere, ot. i. quem admodum equites sup. Rom. soleant tradere domitoribus equos exultantes ferocitate pp crebras. i. frequenter cõtentiones præliorũ, vt possint vti his. i. equis tam domitis facilioribus. i. minus ferocibus & rebellibus, sic oportere hoies effrænatos. i. indomitos & quasi sine fræno ferocientes & præfidentes. i. omnino fidentes sibi. i. in se rebus secundis. i. prosperis, & hoc est pp res prosperas duci tanq̃ in gyrum. i. circuitum sicuti equi, qui domantur, rõnis & doctrinæ, vt perspicerent. i. perfecte inspicerent imbecillitatem. i. fragilitatem rerũ humanarũ & varietatem fortunæ. At utendum est ẽt maxime in rebus secuodissimis. i. prosperrimis, consilio amicorũ, & maior auctoritas est tribuenda his. s. amicis consulentibus in rebus lætis quam ante. Et cauendum est ijsdem temporibus. s. prosperis, ne patefaciamus. i. aperiamus aures assentatoribus. i. adulatoribus, nec sinamus nos adulari. i. adulationibus circũuenire. In quo. i. in qua re est facile falli. Nos. n. putamus nos esse tales, vt laudemur iure. i. merito ex quo. i. ex qua credulitate innumerabilia peccata nascuntur, cum hoies inflati opinionibus. i. falsis æstimationibus de se irridẽtur turpiter, à quibus se laudari putãt, & versantur in maximis erroribus. Sed hæc quidem sup. dicta sunt hactenus. i. hucusque.

DOCT. *interpr.*

A D voluotatem nostram fluentibus) *ἀφεῖναι*. Et hoc à Græcis sumpsit, sumpta metaphora ab æstu maris, aut fluminis ventisq. In nonnullis reperi scriptum ad uolupeatem, sed mendose, ni fallor, etiam si Græci dñt *πρὸς ἡδονήν*. [Nec adulari nos sinamus) Videtur passiue dixisse adulari, pro adulatione deleniri.

DOCT. *interpr.*

IN rebus prosperis) Virg. Nescia mens hominum fati, sortisq. futuræ, Et seruare modum rebus sublata secundis. Item Salust. Secundæ res etiam sapientum animos fatigant. [Quanto superiores) *μιμεῖν*. Bis vincit, q sese uincit in victoria. [Vt equos, &c.) Parabola insignis.

ARGVMENTVM.

Officia magnanimi in ocio honesto.

ILLVD. n. sic est iudicãdum, maximas geri res, & maximi animi ab ijs, qui rẽp. regant; quod eorũ administratio latissime pateat, ad plurimosq. pertineat: esse aũt magni animi, & fuisse multos, ẽt in vita ociosa, qui aut inuestigarent, aut conarentur magna quædam, seseq. suarum rerum finibus continerent; aut interiecti inter philosophos, & eos, qui rẽp. administrarent, delectarentur re sua familiari, non eã quidem oi rõne exaggerantes, neque excludentes ab eius vsu suos, potiusq. & amicis impartiẽtes, & reip. si qñ usus esset. q̃ primum bene parata sit, nulloq. turpi q̃stu, neque odioso: tum q̃ plurimis, modo dignis, se utilem pbeat: deinde, augeatur rõne, diligentia, parsimonia: nec libidini potius, luxuriæq., q̃ liberalitati, & beneficentiæ, pateat. hæc pscripta seruantẽ licet magnifice, grauiter, aioseq. uiuere, atque ẽt simpliciter, fideliter, vitæq. hoium amice.

PETR. MARS.

ILLVD) De quo supra disputatũ est. Nam dixit de tribus hoium gñibus, de his qui remp. gerunt, quorũ vitam dixit esse fructuosiorem hoium gñs, de his qui in ocio delectantur re sua familiari, & de philosophis qui in rerũ contẽplatione versantur & an res vrbanæ sint maiores bellicis. Affert igitur Cic. suam sniam & conclusionẽ supioris disputationis, & dicit illos esse locandos in primo gradu magnanimitatis, q rẽp. gerunt, & illorũ res maximas esse, qm̃ latissime patent officia q pp eorũ q reip. cõsulunt, nõ ad pprium cõmodum, sed ad cõe spectant, ideo maximã laudẽ merentur. [Latissime pateat) Ad cõem vtilitatẽ se extendat, qm̃ oibus prodest bona reip. administratio. [Esse aũt) Hi sunt secundi, q se ad philosophandũ contulerũt, & doctrina contẽti finibus rerũ suarũ, sed quia hoc non oibus pdest, sed sibi & paucis, ideo in secundo loco ponuntur, magnanimi tñ sunt, qm̃ spernũt ea q ceteri admirantur, & res contẽnunt humanas, & circa magna, cognitioneq. dignissima versantur, ut sunt res naturales, & diuinæ. Esse aũt magni ai, ẽt iudicandũ est fuisse multos magni ai & esse in uita ociosa, pter eos q uersati sunt in rep. [Inuestigarẽt) Inqrerẽt ingenio & inuenirent. [Magna q̃dã) Notitiã magnarũ rerũ, & causas earũ. [Finibus rerũ suarũ) Vt nil quærerent, nilq. appeterẽt pter res suas, philosophi. n. impo nẽtes modũ cupiditatibus, & aium diuitẽ nõ arcã hẽre cupiẽtes, intra fines

rerum suarum se continebant, bona fortunę minima ducentes. [Aut int.] hi sunt tertij, q delectantur re sua familiari nō capessentes rēp. nec philosophantes sed viuentes in agris, cū nō possent ferre principū mores. [Interiecti] Medij inter phos & rēp. gerētes. [Exaggerātes] non accumulantes rē domesticam per fas & nefas. [Oi ratione] Quocūq; modo, sed vnde oportet .i. è suis prędijs pecuniarijs & villatica pastione. Nam liberale est hr̄e diuitias, vnde oportet, vt liberalitate vti possit & magnificentia. nec debemus excludere nostros ab vsu rerum nostrarum qm̄ amicorum oia debent esse cōia, & si amicorum, multo magis propinquorum & gentiliū, & pro rep. si opus est debemus effundere pecunias sine aliqua parsimonia, hæc pcepta pertinent ad domesticam disciplinā. Quærendæ sunt diuitiæ rōne honesta, vt ex agris, nostris animalibus, citra tū iniuriā aliorum, & ex effusionibus metallorum .i. oium quæ sub terra inueniuntur. [Neque excludētes] Non remouētes ab vsu rei nostræ domesticæ. Vnde laudatur à Plut. Nicias Atheniēsis clarissimus Imperator, q cum argenti fodinam in agro suo hr̄et, & multos circa se petitores, neminē vacuum dimisit. Non minus .n. inquit Plut. his à qbus mala qspiam timeret, quā his q benemeriti sunt tribuere conuenit. Itaque pluribus hoibus Nicię facultates vtilitatem afferebāt. [Si qū vsus] .i. si necessitas exigeret. [Primum] ante oia sit comparata, vnde oportet, nō rapina furto ue aut vsuris ceterisq. modis illicitis. Plato monet nō esse cumulandas pecunias illi, q cupit esse diues, sed minuēdas cēset cupiditates, quare inqt ab inopia nunq̄ liber erit is, q nullum constituens cupiditati modū, semper diuitiarum exagitetur ardore. Et Cato Censorius dicebat. Nobis natura datā esse, vt erga hoies iustitia vtamur, in eos aūt qbus aut gratia, aut beneficio deuincti sumus ēt si rōnis vsu priuati sint, māsuetudo velut ex abundanti quodam fonte plerunq; defluat, pp quod satis monet ab vsu diuitiarum nostros minime excludendos. [Nullo] Neque turpi quæstu. Quidā vndiq; & quoduis capiētes exuperāt, vt sunt hi q actiones illiberales exercent. Lenones, fœneratores, & q magno precio parua vendūt, quorum quæstus odiosus est. Oibus his est turpis comparatio lucri, cuius gratia & qdem exigui interdū probra sustinēt. Aleatores, fures, latrones, illiberales sunt. turpi .n. versantur in q̄stu. Aleatores aūt interdum etiam cum amicis lucrantur, qbus iure humanæ societatis dare deberēt. Quæstus significat lucrum numariū ad differentiā, lucri, nā lucrū vocamus ēt in alijs rebus. [Turpi] Cū turpitudine, à qua est abhorrendū. [Odioso] Vt est vsura siue fœnus, dictū à fœtura quadā pecuniæ parientis atq; increscēis, & ideo vsura est odiosa, qm̄ est cōtra naturam. pecunia .n. nō debet parere pecuniam, natura .n. non patitur, vt res talia pariat, & pecunia vr̄ parere cum lucratur, & facit fœnus, à quo fœnerator dictus est. Vnde dicit Seneca: Quid .n. est fœnus & vsura, nisi humanæ cupiditatis extra naturam quæsita noia? Tpibus nostris (pro nefas) oēs pecuniæ pariunt, & à Christianis iam Iudæi superantur, & adeo iam fœcundus est numus, vt innumeras arcas & loculos amplos fœneratorum expleat. Naturæ parenti in omnia portenta ruentes violentiam facimus, ex re qualibet lucrum placet, nulla honestatis hr̄ ratio. Olida & marcida scorta censentur pp nūmos. Agricolæ & sancta rusticitas irridentur, boni viri paupertas Sardanapalū viuentibus ludibrio est, q̄ non debet esse indecora, nisi qbus inuitis accedit. Iusti viri ab iniqs & optimi à pessimis calcantur, & mali præter leges fasq. dn̄antur. legant igitur pditissimi hoies præcepta gentilium, postq̄ Xp̄i leges non curant, & illis legendis se iam ab oi humanitate alienos cognoscent audientq., modo cupiditatis & auaritiæ sordibus aures non obducant, diuinæ iustitiæ & humanæ uocem contra ipsorum rabiem & æstus cupiditatū inclamantis. [Modo dignis] Aliter esset contra iustitiam & liberalitatē, quæ dare debet quibus oportet. Nunc aūt cuique perditissimo & immeritissimo tribuitur. boni aūt viri, vt viuant indigni iudicantur, meretrices auro gēmisq. fulgent. [Rōne] .i. recto consilio, & arte honesta, vt excogitetur cum rōne, quo pacto augenda sit. Inde adhibeatur diligentia, vt qd̄ ratio suaserit fiat. [Parsimonia] Frugalitate q̄ est maximum vectigal. Parsimonia dr̄ ab eo quod est parum, inde parcus hō. Parsimonia, vt auct. est Gell. apud veteres R. & victus cœnarum tenuitas, non domestica solū obseruatione ac disciplina, sed publica quoque animaduersione legumq. complurium sanctionibus custodita est. [Nec pateat] Non potius seruiat libidini & intemperantiæ. [Et luxuriæ] .i. superfluitati, seu potius liberalitati, pro qua exercenda diuitiæ cōparari debent, vt benefici esse possimus in optimos quosque. [Hæc pscripta & seruantē] Cōcludit Cic. de fortitudine & magnanimitate & alijs, q̄ dicta sunt, pertinentia ad humanam vitā degendā. [Licet] inqt hoiem seruātem hæc præcepta viuere, vt decet magnificum, grauem, animosum, fortem, & sine fraude. [Simpliciter] Sine fraude. [Fideliter] Sine timore insidiarum, cum pp iustitiam oēs habeas amicos. [Et amice] Amicabiliter vitæ humanæ, & gratiose pp bonitatem & liberalitatem. aliter .n. ab omni humanitate alieni videbimur, nam, vt sæpe inculcaui, homo ab homine non debet esse alienus.

FRAN. MAT.

[Illud aūt] Postq̄ Cic. de fortis viri & magnanimi officijs & eorum qui remp. gerunt disseruit, asserens, quasi conclusionem superioris disputationis, repetit ea quæ dixit, & properans ad alia præcepta diuidit officia, q hoies in vita exercent, docetq. qui sint hi a quibus res maxime geruntur. Inde ponit secundos, postea tertios. Et tandem præcipit qūo res domestica forti viro augenda sit. Dixit .n. supra, fortem versari circa res arduas, & ea q̄ pertinent ad vitam degendam. Hanc ergo partem propositionis nunc tractabit, concludens si hæc præcepta seruauerimus magnifice grauiter & amicabiliter vitæ humanæ nos posse viuere. [Illud] De quo supra disputatum est. Nam dixit de tribus hominū gn̄ibus, de his qui remp. gerunt, quorum vitam dixit esse fructuosiorem hoium gn̄s, de his qui in ocio delectantur re sua familiari, & de philosophis q in rerum cōtemplatione versantur & an res vrbanæ sint maiores bellicis. Affert igitur Cic. suam sniam & cōclusionem superioris disputationis, & dicit illos esse locandos in primo gradu magnanimitatis, qui remp. gerunt, & illorum res maximas esse, qm̄ latissime patent officia, quippe eorum q reip. consulunt, non ad pprium cōmodum, sed ad cōe spectant, ideo maximam laudem merentur. [Latissime pateat] Ad cōem vtilitatem se extēdat qm̄ oibus prodest bona reip. administratio. [Esse aūt] hi sunt secundi, q se ad philosophandū contulerunt & doctrinā, contenti finibus rerum suarum. sed quia hoc non omnibus pdest, sed sibi & paucis, ideo in secūdo loco ponūtur, magnanimi tñ sunt, qm̄ spernunt ea quæ ceteri admirantur, & res contēnunt humanas, & circa magna cognitioneq. dignissima versantur. vt sunt res naturales & diuinæ. [Esse aūt magnanimi] Etiam iudicandū est fuisse multos magni ai & esse in vita ociosa, pter eos qui versati sunt in rep. [Inuestigarent] Inqrerent ingenio & inuenirēt. [Magna qdam] Notitiam magnarum rerum & causas earum. [Finibus rerum suarum] Vt nil quærerent, nilq. appeterent præter res suas philosophi .n. imponentes modum cupiditatibus, & animum diuitē non arcam hr̄e cupientes intra fines rerum suarum se continebāt, bona fortunæ, minima ducentes. [Aut interiecti] Hi sunt tertij, qui delectantur re sua familiari non capessentes remp. Nec philosophantes sed viuentes in agris, cum non possent ferre principum mores. [Interiecti] Medij inter philosophos & remp. gerentes. [Exaggerantes] Non accumulantes rē domesticā p fas & nefas. [Omni rōne] Quocūque modo sed vnde oportet .i. e suis pdijs pecuniarijs & villatica pastione. Nā liberalis est hr̄e diuitias, vn̄ oportet, vt liberalitate vti possit & magnificentia, nec debemus excludere nostros ab vsu rerum nostrarum, qm̄ amicorum oia debent esse cōia, & si amicorum multo magis propinquorum & gētilium, & p rep. si opus est debemus effundere pecunias sine aliqua parsimonia, hæc pcepta ptinent ad modestiā disciplinam Quærendæ sunt diuitiæ rōne honesta, vt ex agris nostris aialibus citra tñ iniuriā aliorum & ex effusionibus metallorum .i. oium quæ sub terra inueniūtur. [Neque exclud.] Non remouentes ab vsu rei nostræ domesticæ Vñ laudatur a Plut. Nicias Atheniensis clarissimus Imperator, q cum argenti fodinam in agro suo hr̄et, & multos circa se petitores, neminē vacuū dimisit. Non minus .n. inquit Plut. his à quibus mala qspiam timeret, q̄ his qui benemeriti sunt tribuere conuenit. Itaque plurimis hoibus Niciæ facultates vtilitatem afferebant. [In quo falsi sui est] Cum vera esse credimus, q̄ de nobis simulate loqtur assentator. [Ex quo nas. &c.] Accidit .n. quod Ter. ait, Ex stultis fiunt insani. [Turpiter irr.] Fiuntq. in eos quę scr. Pers. O Iane à tergo quem nulla Ciconia pinsit. Nec manus auriculas imitata est mobilis albas. Nec linguæ tm̄ sitat canis Appula quantum. [In max. er.] Nam etiam irrideri se videntes, inuidia id fieri existimant. Et sic plerunque pertinacius vitio hærent. [Illud quidem &c.] Quæ in rep. magnanimi officia sint hactenus locutus est. Nunc de officijs pcipit œconomice & monastice, quales & in re familiari & in solitudine esse debeamus. Vtraque aūt vita à magnanimo aliena penitus non est, dūmodo non soli sibi, sed cōi ēt vtilitati seruiat. [Illud qdē] Cōclusio est supius dictorum de fortitudine. illos aūt fortissimos appellandos dicit qui remp. gubernant, bonum .n. tanto melius quanto latius patet. [Esse autem &c.] Ostendit ēt illos magnanimos esse & fuisse q in solitudine positi, ēa scribūt & faciunt q̄ ad cōem oium vtilitatē spectāt, vt philosophi & q interiecti sunt inter philosophos, & rēp. gubernātes. Multos philosophos q solitudine delectātur. [Inuestigarēt] Inqrerēt. [Aut conarent] Hoc est ea tētarēt q̄ ēt supra ui

res

res essent. Horat. Neque grandia e onamur tenues. [Suarum rerum finibus) Cootenti suis rebus quas haberent, in veri inuestigatione versarentur, neque omnino perturbarentur, neque aliena appeterent. [Aut interiecti inter) Philosophos hus patresfamilias esse intelligimus qui re familiari sua delectantur, in qua amplificanda fortem animum habeant necesse est, si modo in magnanimorum numero esse volunt, & noo quauis ratione, sed honeste tm̄ & recte substantiã augeant. Bene aũt dixit inter philosophos interiectos & remp. administrantes. qm̄ propria cõmoda non penitus vt philosophi negligunt, neque rem omnino deserunt, licet .n. vt ceteri qui in ea versaotur oon atriogant. Nam ei si qñ vsus est, operam suam impartiuotur. (Omni ratione) Etiam per scelus & nefas. [Suos ppinqnos) Amicos. [Si qñ vsus) Si qñ opus est reip. eorum re familiari. [Nullo turpi quæstu) Vt sordida aliqua mercatura, non .o. honesta est mercatura, si sordida est: vt, fœneratione, furto delationibus falso: vnde lex de falsis quæ ẽt testamentaria vocatur, hæc pœnam irrogat ei qui testm̄, vel aliud instrm̄ falsum scripserit, signauerit, recitauerit, subiecerit, qui ue signum adulterinum fecerit, sculpserit, expresserit, sciens dolo malo. [Odioso) Vt delationibus aut falso. (Tum quam plurimis &c.) Vt dignis largiatur noo aũt indignis. [Ratione) Citra alterius damnum & honeste, neque supra modum vult & honeste aeqri, & honeste augeri. Multis aũt modis honeste res familiaris augetur, & qoi eam honeste augent laodari solent, ad quod consilio opus est. [Diligentia) Cura, diligeotia aũt, vt in prouerbio est: comparat diuitias. [Parsimonia) Vt quæsitis parce vtamur, vt nõ effundamus, parce uiuere laudis est. Vnde parsimonia frugalitas & modestia in victu. Parco autem cõseruo est, parcus vero ab eo dictus est, quod ei qui parcus est parum quid satis est, non ab eo quod parsit arcæ, vt Bassus inquit, aut potius quod pecunia consumi atque impẽdi arceat, vt quod partem arceat sibi .i. includat. Sed parsimonia dr̄ ẽt tpis eũ eo non abutimur nec effluere incassum sinimus. Plin. iunior in epist. magnam auunculo suo tpis parsimoniã fuisse scribit. [Nec libidini &c.) Vt voluptati satisfacias: & vbi opus non est effundas: nam libido hæc pro Venereo appetito, loxuria pro oi accipitur immoderato apparatu. [Hæc præcepta) Omnes hac clausula fortitudinis partes cõplectitur & magnanimitatis. [Magnifice) Magnanimi est magoas res aggredi. [Grauiter) Fortis est patiẽter ferre labores & in illis pseuerare. [Animose) Fidendo, nam fidentia fortitudinis pars est, per quam magnis & honestis in rebus multũ ipse aius in se fiduciæ cũ certa spe collocauit. [Simpliciter) Ne qd simulati habeat, & q̃ pmisit ea piter. & hoc i verbis. [Fideliter) In factis. [Amice) ne cui noceat.

Parsimonia. Parco Parcus

ASCEN.

Autem, pro sed, illud quod sequitur est iudicandum sr .s. res maximas & maximi animi .i. pertinentes ad maximum animum geri .i. publice fieri ab his qui regũt rẽp. quod .i. qñquidem, vel ad quod administratio eorum pateat latissime & pertineat ad plurimos. Autem, pro sed sup. iudicandum est multos esse & fuisse magni animi, ẽt in vita ociosa, qui aut inuestigarent .i. inquirerent, aut conarentur .i. molireotur quædã magna, & qui cootinerent se finibus .i. intra limites suarum rerum, aut q existentes interiecti inter philosophos, & eos qui administrarẽt remp. delectarentur sua re familiari, nõ exaggerantes .i. accumulantes, quidem .i. certe, eam .s. rem suam omni rõne .i. omni via & modo, neque excludẽtes suos .s. familiares propinquos, & necessarios ac amicos, ab vso sup. rerum suarum, impertientes .i. partẽ dantes potios .s. quam soli habeant & amicis & reip. si qñ .i. aliqñ esset vsus .i. vtilitas & opportunitas, quæ .s. res sit bene parta .i. acqsita primum, & nullo quæstu neque odioso, tum .i. insuper ipsa res sic acquisita præbeat se vtilem q̃ plurimis .i. valde multis, modo .i. dummodo dignis. deinde ipsa res augeatur rõne, diligentia, parsimonia, nec pareat .i. obtemperet & inseruiat potius libidini & luxuriæ, q̃ liberalitati & beneficentiæ, licet .i. licitum est fruentem .i. eum qui seruet hæc præscripta .i. has regulas viuendi, viuere magnifice, grauiter & animose, atque etiam simpliciter, fideliter, & amice .i. conuenienter & fauorabiliter uitæ hominum.

ARGVMENTVM.

Quartus officiorum fons, temperantia, quam Aristoteles moderationem esse putat cupiditatum, earum duntaxat, quæ circa gulæ, & inguinis voluptates versantur. Temperans, inquit, ea cupit, quæ oportet, & vt oportet, & quando portet. Huius est caput, vt cupiditas rationi pareant, sicut puer pædagogo. Indidem oritur illud decorum, quod quemadmodum à natura, ac ceteris circumstantiis ducatur, omneq; vitæ officium cohonestet, diuinitus tradit Cicero.

TEMPERANTIA.

SEQVITVR, vt de illa reliqua parte honestatis dicendum sit, in qua verecũdia, &, quasi quidam ornatus vitæ, temperantia, & modestia, omnisq. sedatio perturbationum animi, & rerũ modus cernitur. hoc loco continetur, id, quod dici Latinẽ decorum potest: Græce enim πρέπον dicitur. huius vis est ea, vt ab honesto non queat separari. nã &, quod decet. honestum est: &, quod honestum est, decet. Qualis autem differentia sit honesti, & decori, facilius intelligi, quam explanari potest. Quidquid enim est, quod deceat, id tum apparet, cum antegressa est honestas.

PETR. MARS.

ASCEN. ITaque).i.& ita quid deceat,appareat non solũ in hac parte honestatis de qua differendũ.i.disputandũ,& disquirendum est hoc loco,sed ẽt in tribus sup.partibus honestatis superioribus.i.de qbus supra determinatũ est.Nam &.i.simul vti prudenter rõne atque oratione, &.i.simul agere quod agas cõsiderate, & uidere & tueri in omni re qd sit ueri.i.veritatis, decet.i.decẽs & decorum,q; pro &,contra.i.contrario falli,errare,labi & decipi: dedecet,id est dedecens & indecorum est,tam.i.tantum, quã, id est quantum delirare,id est insanire & esse captum mente.i.futere & ratione priuari. Et omnia iusta sunt decora, & contra.i.contrario omnia iniusta,ut.i.quemadmodum sup.sunt turpia. si sup.sunt indecora. ratio fortitudinis.i.quæ est de fortitudine ad decoꝝ est similis.Enim pro quia, id sup.quod fit uiriliter & magno animo,id vr̃ dignum uiro,& decorum sup.esse, id quod contra.i.contratio sup.fit ut.i.quemadmodum sup.uidetur turpe sic indecorum,quare,id est quapropter,hoc quod dico decorum,ptinet quidem,id est certe ad omnem honestatem,& pertinet ita, id est taliter vt non cernatur quadam ratione re cõdita.i.abstrusa,& occulta,sed sit in promptu.i.manifestum Est enim quiddam .i.quædam res. & id intelligitur supple esse in omni re quod deceat,quod.i.quę res potest separari a virtute,magis ratione,idest quodam respectu,quam re,id est reali differẽtia. Enim pro q.a,vt id est quemadmodum,venustas.i.formositas & pulchritudo.i.pulchra membroꝝ cõmensuratio non põt secerni à valetudine, q.a non est sine bona valetudine,sic hoc illud totum de quo loqmur confusum sup. est qdem.i.certe cum virtute, q.a est in oi virtute, sed distinguitur à virtute mente & cogitatione.i.respectiue, & sub quadã consideratione diuersa.Est aũt &c.Describit ac diuidit ipsum decoꝝ. Ordo est: Aũt pro sed eius.s.decori descriptio est duplex. Nam nos intelligimus,&.i.ẽt quoddam gñale decorum quod versatur.i.consistit in oi honestate,& aliud supp. decorum subiectũ tanq̃ inferius,& minus cõe huic.s. decoro generaliter dicto,quod decorum speciale.s. pertinet ad singulas partes honestatis,atq; pro & illud sup.decorum superius.i.generale solet ferre.i.quasi semper & ab oibus diffiniri sic.s. decorum esse id quod sit consentaneum.i.conforme excellentiæ hois. In eo quod.i. p quod vel in quo eius.s.hominis natura differat à reliquis animãtibus.Autem pro sed sup.philosophi diffiniunt eam sup. partem, quæ pars est subiecta generi.i.generalitati,sic vt velint id esse decorum quod sit naturæ sup.hominis consentaneum.i.concors & congruum sic, vt moderatio & temperantia appareat in eo cum quadam speciei liberali.Nec possumus existimare.i.iudicare ita intelligi à philosophis ex eo decoro quod poetæ sequuntur, de quo solent dici plura alio loco,sed nos dicimus poetas seruare, cum.i.tunc illud quod deceat,cum.i.qñ id,quod dignum est quaque.i.qualibet persona.Et.i.simul fit & dr̃ apud poetas.s.vt si Aeacus,aut Minos quorum vterque dr̃ nunc iudex apud inferos,pp iustitiã quã exercuit apud Cretẽses diceret sicut Accius in Thyeste,oderint.i.concedo vel permitto,vt subditi me oderint, dũ.i. dummodo metuant. Aut parens ipse.i.pater.s.Thyestes est natis .i.filius ex se genitis sepulchro.i.in sepulchrum quia comederat eos. venustius autem dicitur sum tibi voluptati quam voluptas, domus est tibi hospitio quam hospitium, terra,cõsecrata est mihi sepulchro quam sepulchrum videretur indecorum.i.cõtra decorum personarum,eo quod accepimus.i. audiuimus eos fuisse iustos,tyrannorum aũt est metui velle cum odio, aut natos epulandos dare. At.i.sed plausus.i.acclamationes laudis plenæ excitantur. Atreo dicente.i. dum Atreus ea in Thyestem fratrem dicit,q inter se sæuissimi fuisse noscuntur,est.n. oratio digna persona.s.Atrei.Sed poetæ iudicabunt ex persona.i.ea qualitate personæ introductæ qd deceat quenque.i. vnumquenque, hoc est tunc bona dr̃ sententia,qñ personam loquentem decet, licet nõ simpliciter saltem secundum quod est affecta. Autẽ pro sed ipsa natura q.d.non poetæ,aut fictio aliqua,sed ipsa natura reꝝ parẽs imposuit nobis personam.i effigiem naturalem, & veram nõ fictitiã cum magna excellentia,& pstantia reliquorum animantiũ q.d. natura dedit oibus hominibus unam effigiem, quæ præ se fert excellentiam,& præstantiam inter omnia animantia,ita qđ ex sola facie iudicemur mites mansueti,iusti,tẽperati moderati, fortes,prudentesq. esse debere,ea aũt persona non variatur ad libitum poetaꝝ,in actibus.n.scenicis vni variæ personæ imponuntur,secũdum quod varias partes obtinet, est aũt persona effigies ficta,ga'lice vng faula visaige,repræsentãs,& similitudinem,& vocem eius,quem agit.à personando.n.dicta volunt,quod per medium eius sonet vox varia.Non licet ergo dicere.Non nobis autem,quia contrarius esset sensus,vult.n.dicere auctor, quod vnã effigiem virtutis significatiuã dedit nobis hoibus natura,& ita si decoꝝ humanum præcipere volumus iuxta personam à natura datã solum quod decens & honestum est pcipiemus,sed poetæ varias personas imponunt. Vnde subdit: Quocirca.i.quapp poetæ videbũt in magna varietate personarum, q.a singulis tam bonis quam malis personas attribuunt, qd conueniat etiam uitiosis, & quid deceat,vr̃ hoc loco deceat cum datiuo construi sicut etiã apud Terent.Nec purgaueris si dixeris, quod datiuus regitur à conueniat,q.a raro copulatur, quæ diuersos casus regũt, nisi exprimãtur casus ipsi.Aũt pro sed,cum partes.i.officia & munera, cõstantiæ,moderationis,tẽperantiæ,& verecundiæ sint data.i.cõcessa & assignata à natura cuiq;.i. cum supp.ita sit,q natura doceat nos negligere, quemadmodum geramus.i. poterimus nos aduersus.i.erga homines efficitur.i.fit vt appareat,quam.i. quantum facere.i. pariter,illud decorum, quod pertinet ad omnem honestatem.i.decorum generale,& id est pariter hoc supp.decorum speciale,quod spectatur in vnoquoque genere virtutis,sit fusum.i.diffusum & sparsum. Enim pro quia ut, id est quemadmodum pulchritudo corporis mouet.i.afficit & delectat oculos,apta compositione membrorum, hoc ipso.i. per hoc ipsum quod oẽs partes consentiunt.i.quadrant inter se cum quodam lepore, .i.cum quadam venustate,sic hoc decorum quod elucet,id est resplẽdet in vita,mouet,id est excitat approbationẽ (actiuam,scilicet

cet quā approbant)Eo℞ quibuſcūque.i.cum quibus viuitur ordine,cōſtantia,& moderatione oīum dictato℞ atq; facto℞. Igitur quædā reuerentia eſt adhibēda aduerſus.i.erga hoīes,reuerentiā dico,&.i.ſimul optimi cuiuſq;,&.i.ſimul reliquo℞.Nam negligere.i.nō animaduertere,nec curare q̄d de ſe quiſq; ſentiat nō eſt ſolū arrogantis.i.glorioſi putātis de ſe non poſſe aliud quā bonum dici,ſed ēt omnino diſſoluti.i.ad oēm voluptatem expoſiti, & nihil de honeſtate curantis.Aūt pro ſed, eſt.i.reperitur aliq̄d quod differat in omni rōne, conſideratione officio℞ habenda inter iuſtitiam,& verecūdiam. Nam,ſup.partes iuſtitiæ.i.officia iniuſtitiæ ſunt,nō violati.i.violēter inuadere hoīes,verecundiæ ſup.partes ſunt,nō offendere ſup.hoīes.i.ne leuiter quidem lędere,& offenſos nobis conſtituere.Igitur his ex poſitis.i.poſtq̄ hæc expoſita ſunt,ego puto intellectum ſup eſſe quale id quod decet,ſit.

DOCT. interp.

Etiam vitioſis quid conueniat) Vitioſos dicit improbos ſecus quam mancipium,equum,aut donum vitioſum dicimus. Ne hoc quidem admodum frequens.

ARGVMENTVM.

Decorum ſecundum naturam eſſe, & cum in omnibus partibus,tum in temperantia plurimum valere.

OFFICIVM aūt,quod ab eo ducitur, hanc primū habet viam,quæ deducit ad conuenientiam conſeruationemq́. naturæ: quā ſi ſequemur ducē, nunq̄ oberrabimus; ſequemurq́. & id,quod acutum & perſpicax natura eſt,& id,quod ad hoīum ſocietatem accōmodatum; & id, q̄d vehemens, atque forte. ſed maxima vis decori in hac ineſt parte,de qua diſputamus. neque.n ſolum corporis, q ad naturam apti ſunt,ſed multo etiam magis animi motus probandi,qui item ad naturam accommodati ſunt.

PETR. MARS.

OFFICIVM aūt,) Oſtēdit Cic.quam viā habeat officium q̄d oritur à decoro,& ad q̄d nos deducat,ad cōſeruationem.ſ.humanæ naturæ,quæ vult nos oīa facere vt decet, & eā ducem ſequi debemus, quæ ſi nō deprauaretur, varijs erroribus a teneris vnguiculis ad pfectionem nos duceret, dedit.n.virtutum oīum principia.Facere igitur id quod dedecet,contra naturā eſt, ergo ſeruare deco℞ eſt cōſeruare naturā, vtile igitur tali officio fungi. (Officiū) Actio quæ manat à decoro vniuerſali & poſtea particulari,nam gn̄ale deco℞ eſt illud quod decet.(Ad conuenientiam) Vt oīa faciamus quæ naturæ humanæ cōueniant, ea uero relinquamus quæ ſunt cōtra naturam. Ideo dixit ſupra gn̄ale deco℞ id eſſe,quod cōſentaneum ſit hoīs excellentiæ. (Quam)Naturam ſi ſequemur, nunq̄ à via rōnis & formula decori aberrabimus,natura.n.per ſe ab omni turpitudine abhorret,ergo conuenienter naturæ viuendū eſt,& ſic ab officio nō diſcedetur & via decori.(Sequemur).i.ſi ducē naturam ſequi voluerimus,ſequemur etiam prudentiam,iuſtitiam,& fortitudinē,& ſic apparet ab ipſa natura nos inſtitui ad virtutes.(Id quod acutū).i.prudentiā,quæ pſpicit veritatem in rebus agēdis,& eſt acuta & perſpicaa.hoc eſt deco℞ prudentis,vt acutus ſit & pſpicax, & verum in omni re uideat.(Natura) Naturaliter.(Et id quod ad hoīum conſociationē).i.iuſtitiam ipſam,quę eſt ad ſocietatē hominum tuendā,vt dictū eſt,& in hoc iuſti viri deco℞ elucet, ſi cuiq; tribuit quod ſuū eſt,& humanā conſociationem tuetur,& colit. Et ſic erit hoc decorū particulare. (Et id,quod vehemēs).i.ſequemur magnanimitatē & fortitudinem. (Vehemēs) Arduum & plenū difficultatis, quod ptinet ad magnanimū.offm̄ igitur quod à decoro manat, viā habet ad oēs virtutes duce natura.(Sed in hac parte)Temperātia & modo. (Maxima ſumma) q̄ in hoc magis reqritur modus & decorū cū ſit in factis & dictis,actio neq; decēti.(Diſputamus)Agimus & ſubtiliter inqrimus.(Neq;.n.) Ratio quare maxima vis decori eſt i hac parte, qm̄ inqt nō ſolū geſtus honeſti & decētes eſſe debēt,ſed ēt motus animi,q ad naturā accōmodent, q̄d efficit ipſa tēperantia,q̄ ſedat oēs perturbationes,& cōſeruat prudentiā. (Corporis motus) q debēt eſſe cū decoro,ne naturā odiſſe videamur,ſi alr̄ corpus moueret,quā debeat moueri ea naturę pſcripto.lib 5.de Fin.ait,Quēadmodum qs ambulet,ſedeat, q ductus oris,q vultus in quoq; ſit,nihil ne eſt his rebus, q̄d dignū eſſe dicamus, nō ne odio dignos multos putamus,q quodā motu aut ſtatu vīdēt naturę modū & legem cōtēpſiſſe.(Sed multo magis)Quā motus corporis naturæ cōgruētes, qm̄ aius pſtātior corpore.(Animi motus)vt amor,pietas,miſericordia,dolor,ira, & ſimilia. lib.2.de Finib.ait,Atq; vt mēbra nobis ita data ſunt vt ad quādā rōnē viuēdi data eſſe appareāt,ſic appetitio animi,quæ ὁρμὴ Græce vocat,nō ad quoduis genus vitæ, ſed quādā formā viuēdi vr̄ data.(Motus aīo℞) Appetitones q̄ debent parere rōni oe fiat intēperantia.(Item)Similiter apti ad naturam,qm̄ motus animi vehementiores ſunt contra naturam & rectam rationem.

FRAN. MAT.

Officium autem &c.)Oſtendit q̄d ſit deco℞. Nunc docet quo pacto educi ab eo officiū poſſit.Et primā eſſe decori viam dicit,quæ ad conuenientiā naturæ dicit,& cōuerſationē,quod vt intelligatur animaduertēdum eſt,Tēperantiā vt ſupradiximus mediū quoddam inter voluntatem atque dolorē eſſe,vt nec nimium delectemur,nec minimum triſtemur, oīs aūt delectatio & triſtitia,aut re℞ præſentium ſunt,aut futura℞,præſentiū vero quædā corporeæ,quædā animi & animi q̄dē honor, ſciētia,his.n.delectamur cū adepti ſumus,& cōtra non adepti triſtamur. ſed circa hæc,vt Ariſt. ait, Temperantia aut intēperantia nō apparet, non.n.intemperans eſt q parto honore modice lætatur,& q eo carēs modice triſtatur. At vero corporis delectatio & triſtitia in ſenſibus ſunt,vt viſu,auditu,olfactu,guſtu,tactu,in quibus tēperātes,aut intemperantes dicimur,ſi quantū debemus his delectamur & modū non excedimus guſtu preſertim,& tactu,vt Philoxenus q̄dam helluo, q ciconiæ guttur ſibi dari optabat, vt cum epula℞ & potus guſtu delectaretur,hoc.n. eſt belluarum nō hoīum. Nec circa prudentiam peccat q odoribus delectatur niſi quædam appetat,vt ſint irritamēta libidinis,vt precioſa & exotica vnguenta,quod noſtro tp̄e multi faciunt diximus de præſentibus rebus q̄ delectationis (ſi adſunt) triſtitiæ (ſi abſunt) cauſa eſſe ſolēt.Circa futura cōcupiſcentia eſt quā appetitū vocat Cic. Hæc duplex eſt cōis & propria. Cōis eōdem ſeq̄tur gn̄is vel ſpeciei,propria vero eſt quæ ſeq̄tur naturam indiuidui ad inuentionem eius. Et cōis q̄dem eſt cibi,& potus, hæc.n.oīa animalia cupiunt quoties indigentia adeſt ad ſpeciei ſubſtentationem.Et ppterea dixit Cic. officium decori hanc primum hēe viam,quę deducit ad cōueniētiā conſeruationemq́. naturæ,vt qn̄ ſumimus qūo,& quantum oportet,hoc eſt quantum naturali conuenit indigentiæ,naturamq́. conſeruat, quæ ſine nutrimento durare nō poſſet. In hac cōi concupiſcentia raro peccatur,quæ gn̄is ſui naturam ſeq̄tur,edere & bibere naturale eſt cuique quantum natura exigit, peccatur aūt edendo & bibendo pluſq̄ natura reqrit, & ſupra modum, γαστριμαργία à Græcis hoc vitium dr̄. Quamuis non de particulari decoro quod in temperantia, ſed de generali quod in oībus virtutibus,ſeruatur,loq̄tur Cic. nam naturam ducem ſequamur,q̄dq̄d acturi aut dicturi ſumus. Nam quod ſupra diximus Stoici hoīs finem eſſe voluerunt conſentanea ſecundū naturam viuere. Id aūt eſt ſecūdum virtutem viuere,q̄d ad eā natura nos ducit,rurſus ſecundū virtutē viuere idem eſt,q̄d ſecundū peritiam eo℞,quæ ſecundum naturam accidunt viuere. Partes.n. vniuerſæ naturæ noſtræ ſunt,ergo ſecundū naturam viuere eſt,ſecundū ſuam omniumq́. naturam, nihil eo℞ faciendo quæ a cōi lege prohibetur,quæ eſt recta ratio oēs permeans,quod vt exemplo pateat,decorum ſeruat vir fortis,cum pericula aggreditur cū rōne. Item liberalis cum dat pro facultatibus & reſpicit,vt ſibi ipſi non deſit,quod ſi & fortis temere ſe morti obijciat,& liberalis ſibiipſi non relinquat neuter naturam ſeq̄tur, neuter eam cōſeruat,à natura aūt tributum eſt oībus animantibus, vt ſe vitam corpuſq́. tueantur,homini ratio data eſt a qua oīs virtus manat, ex quo intelligitur naturam ſequendā in omni actione virtutis, quod ſi ſit deco℞ ſeruatur.ſed intemperantia ad conuenientiam naturæ nos deco℞ ducit, cū in edēdo & bibēdo non excedimus, ſed tm̄ ſumimus quantū natura poſtulat,vt pſeruetur. Idemq́. in reliqs ſenſibus intelligendū eſt. Et vt ad id reuertamur quod dicere de cōcupiſcentia inſtitueramus, ppria concupiſcentia,q̄ ſequitur naturā indiuidui,vel ad inuētionem noſtram,multis modis peccat,q̄ alius alia re delectatur,& multæ ſunt artes à cōditoribus cibo℞ inuētę,& vt varij ſunt ſapores ita gulę vitia ſunt diuerſa,& iccirco multipliciter in hoc peccat a multis. his breuiter diuerſis facilius intelligentur quę de temperantia à Cicerone pcipiunt.(Cōuenientiā)Vt tm̄ appetamus quantum naturæ cōueniat,q̄d facientes naturam conſeruabimus,bibere & edere quantū ſatis eſt cōuenit naturæ,& id cum ſic natura ipſa ſeruatur,quā veluti ducē honeſtum decorumq́. ſequitur in omni virtute & in oī honeſta actione. (Sequemurq́. & id.) Hoc eſt prudentes erimus.Nā prudentiam ineunt cum dixit,id quod acutum & pſpicax naturæ eſt.Nam natura rōne vtitur,& conſilio,ex quo nihil

Delectatio. Triſtitia.

Philoxenus.

Concupiſcētia duplex.

Guloſitas immenſa.

Naturale cuicumque alimentum datum.

temere

temere facit. [Et id quod ad hoīum iustitiam tangit) Nā si naturæ parebimus, nemini iniuriā faciemus. Natura.n.docet vt alijs non faciamus qđ nobis fieri volumus. [Et id quod vehemēs) Fortitudinē significat, quę si est cōsiderata periculorum aggressio, & consideratio rōnis est. Ratio aūt a natura manat, non pōt vir fortis aliqd considerate aggredi qn naturam ducem sequator. [Sed maxime vis &c.) Ostendit in oībus honesti partibus decorum esse, nunc præcipue in temperantia dicit esse, & recte. Nam tēperantia mediocritas est, vt attendimus circa voluptates & dolores. Ea corporis simul & animi motus oēs regit, latissime aūt cum pateat temperantia, latissime pateat decorum quod ei est annexū necesse est in dictis, in factis, in edēdo, bibendo, stādo, sedēdo, ambulando. Quanto aūt magis officia temperantiæ cernūtur quā aliaꝝ virtutum, tanto magis in ea quā in ceteris decoꝝ apparet. Iustitiæ, prudentiæ, fortitudinis, non tā crebro officia cernūtur. [Neq;.n.&c.) causam reddit quare maxima decori vis in tēperātia consistat, qm̄ non corporis tantum, sed etiam animi motus cōponat quos cum naturæ obedientes cernimus præcipue laudamus. [Ad naturā apti sunt) Hoc est naturā sequuntur, vt modoratus incessus, sermo rebus, & tpi, ac personis accōmodatus. gestus nō ineptus, & oīs corporis motus, q in sensibus est, ut uisu, auditu, gustu, olfactu, tactu. [Animi motus &c.) ne nimiū speremus aut metuamus, nimium lætamur, aut doleamus ne importune irascamur, sed rō sensibus semper imperet, & concupiscētiæ.

Fortitudo

ASCEN. OFficium aūt) Ostendit quæ sit via officij, quod de decoro manat, & quæ vtilitas. Ordo est: Aūt pro sed, officiū qđ ducitur ab eo .s. decoro, habeat primū hanc uiā, quæ deducit ad conuenientiā & conseruationē naturæ.i. ad faciendū oia quæ conueniūt naturæ, & conseruant eā, quā sup. naturā si sequemur.i. imitabimur ducē.i. ducentem nos nunq̄ aberrabimus, & nos sequemur imitando.s. naturam. Et.i. simul, id qđ acutū, & perspicax est natura.i. naturaliter, vel per naturā.i. prudentiā, &.i. simul, id qđ accōmodatum est ad consociationem hoīum.i. iustitiam, & .i. simul id quod supp. est vehemens & forte.i. fortitudinem. Sed maxima vis .i. potestas & copia decori inest in hac parte de qua disputamus.s. in tēperantia & moderatione. Neq; enim.i. qa nō solū motus corporis, q sunt apti ad naturam, sunt probandi, sed ēt & multo magis motus animi. Qui item.i. consimiliter sunt accommodati ad naturam sunt probandi ne.s. fiat intemperantia.

DOCT. interpr. OFficium autem) Sensus cōmunis iudicat, quid deceat in ijs actionibus, quæ non sunt contra naturam. Est autem modestiæ maxima uis in frænandis libidinibus.

ARGVMENTVM.

Fontem omnis esse modestiæ, vt appetitus pareat rationi: At hunc ipsum putat Ambrosius omnium officiorum primarium esse fontem.

DVPLEX est enim vis animorum, atq; naturę. Vna pars in appetitu posita est; quæ est ὁρμὴ Græce; quæ hoiem huc, & illuc rapit: altera in rōne; quæ docet, & explanat, qd faciendum, fugiendumq́. sit. ita fit, vt ratio præsit, appetitus vero obtemperet. Omnis aūt actio vacare debet temeritate, & negligētia; nec vero agere quidq̄, cuius non possit caussam probabilē reddere. hæc est.n. fere descriptio officij. Efficiendum aūt est, vt appetitus rōni obediant, eamq́. neque præcurrāt, nec p̄p pigritiam, aut ignauiam deserant; sintq́. tranqlli, atque omni perturbatione animi careāt. ex quo elucebit oīs constantia, omnisq́. moderatio. nam q appetitus longius euagantur, & tanq̄ exultantes siue cupiēdo, siue fugiendo non satis a rōne retinētur, hi sine dubio finem, & modū transeunt. relinquunt enim, & abijciunt obedientiam, nec rōni parent, cui sunt subiecti lege naturæ. à qbus non modo animi perturbātur, sed ēt corpora. Licet ora ipsa cernere iratorū, aut eorum q aut libidine aliqua, aut metu cōmoti sunt, aut voluptate nimia gestiunt: quorū oium vultus, voces, motus, statusq́. mutantur. Ex quibus illud intelligitur, (vt ad officij formā reuertamur) appetitus oēs contrahendos, sedādosq́., excitandamq́. esse animaduersionem & diligentiā, vt ne quid temere, ac fortuito, incōsiderate, negligenterq́. agamus. neque.n. ita gn̄ati à natura sumus, vt ad ludū, & iocum facti esse videamur, sed ad seueritatē potius, & ad quædā studia grauiora, atq; maiora. Ludo aūt, & ioco vti illis quidē licet, sed, sicut somno, & qetibus ceteris, tū cum grauibus, serijsq́. rebus satis fecerimus. ipsumq́. genus iocādi non profusum, nec immodestum, sed ingenuū, & facetum esse debet. vt.n. pueris non oēm licentiam ludēdi damus, sed eā, quæ ab honestatis actionibus nō sit aliena: sic in ipso ioco aliquod p̄bi ingenij lumē eluceat.

PETR. MARS. DVPLEX est enim) Probat diuidendo motus animoꝝ & vim, quare probandi sunt hi motus, q ad naturam accōmodantur, duæ sunt partes animæ, vna est expers rōnis, & dr̄ appetitus, paret tn̄ rationi.i. intellectui, nam ratio in homine est ipse intellectus. Hæc duo sunt in brutis, qm̄ non hnt rationem, nec parent rōni, quippe appetitus in homine debet obtemperare rōni, vt patri paret filius. prima ergo ratio est intellectus, & mens, altera appetitus q non est in ipsa rōne, sed est non sine rōne per obedientiam. vnde dicit Arist. lib. 4. Moral. cupiditates nō debere esse magnas, q a rōnem eijciunt. quamobrem, inquit, mediocres sint ipsæ, perpaucæ & rōni non aduersentur, oportet, atque id tale quod est obediēs, temperatum castigatumq. vocamus. Et vt viuere puerū sub pædagogi p̄ceptis oportet, sic & cupiēdi vim cupere debet, vt ratio iubet. Vnde tēperantiam cupiendi, cōcordem esse cum rōne oportet, qm̄ vtriusque propositum est honestas, atq; vir temperans oia cupit, vt oportet, & qn̄ oportet. hoc modo & ipsa ratio dictat, hæc oia Cic. erudite prosequitur, ὁρμὴ Græce. Latine dr̄ appetitio animi siue appetitus sensitiuus, & ineptus ad aliqd agendum. [Rapit) Vi trahit, appetitus n. ad diuersa nos rapit, sed debet rōne comprimi, vnde vult Arist. vt in principio dictū est, actiuosas virtutes cōsistere in appetitu, & maxime fortitudinē & temperantiam, nam cū appetitus fertur ad res venereas, & ratio eū disponit, fit continētia, & si fugimus labores aut dolores p̄p ignauiam, ratio comprimit appetitum, & ipsum dirigit ad ea quæ præstare debet cum decoro, fit fortitudo. Sunt motus inquit Ambr. in qbus est appetitus ille, q quasi quodam prorumpit impetu. [Huc & illuc) Ad varia quæ appetūtur. [In ratione) Quam Pla. posuit in cerebro tanq̄ in arce, & appetitum subter præcordia, qm̄ ratio moderatur appetitui, aliter raperetur p̄ceps. [Omnis aūt ratio) Præscribit qualis debeat esse ratio, quæ appetitū regere debet, nam si ratio est temeraria & negligēs, nec se, nec appetitum regere potest, nunc philosophus dicit in 6. Eth. prudentiam esse habitum agēdi circa humana bona vera cum rōne. [Temeritate).i. cæco impetu ne temere aliquid faciat, sed considerate & diligenter. [Hæc enim) Fere descriptio est officij, nam in principio ea Stoicoꝝ snīa ita habuit, officiū medium id esse, quod cur factum sit ratio probabilis reddi possit, ut sunt hæc officia, de quibus in hoc opere disputatur. [Fere) Quasi dixit, qm̄ hæc rōni adduntur, vt temeritate vacet, & negligentia, sed si recte volumus cōsiderare officium ipsum, temeritate ac negligentia vacare debet, aliter, nō dicemus officium. addit ēt fere, qm̄ non omne officium ita describitur, sed medium officium tm̄ siue cōe, de quo nunc agitur; perfectum aūt officium dr̄ rectum, & oēs numeros habet, vt necesse non sit de ipso, cur factum sit, rationem reddere. Ergo non ois officij eadem est descriptio, sunt enim quædā officia, quæ à circunstantia ducūtur. [Neque p̄currant) Et sic fit exuperatio. [Neq; deserāt) Et sic est defectio & parū, illud aūt nimium. Igitur medium tenēdum est, vt neqd nimis aut parū fiat. aliqui appetitus præcurrunt rōnem, & immoderata appetunt, aliqui deserunt, qm̄ ea fugiunt, quæ pro decoro seruando appetere deberent, vt sunt timidi. Ideo dicit p̄p pigritiā & ignauiam, & pigritia refertur ad corpus, ignauia uero ad animum. audaces rōnem p̄currunt, & sic de alijs quæ nimia sunt, & modum rōnis excedunt. Plato in 7. de rep. sic ait. Seditionē quādoq. horum trium appellare decet curiosamq., & variam alieni operis vsurpationē & insolentē partis cuiusdam p̄uaricationē, aduersus totam aiam rebellantis insurgentisq. ad imperandū rationi, cui seruire eā natura iubet. [Tranqlli) Sedati & moderati, vt rō iubet. [Omni perturbatione) Perturbatio tollit constātiā, inqt Ambr. Destitutio prodit ignauiam, accusat pigritiam, perturbata

turbata.n.mẽte latius se ac lõgius fundit appetitus,& tanq̃ effrænato impetu frenos rõnis noo suscipit,nec vlla sentit aurigæ moderamina,qbus possit reflecti. Vnde plerũq; noo solum aius exagitatur, & amittitur ratio sed ẽt inflãmatur vultus. [Ex quo).i. ex qua tranqllitate & vacuitate ꝑturbationis.[Elucebit)Apparebit. qm̃ in perturbatiooe animi nõ possumus retiocre constantiam & modũ,ideo cohibẽdus est appetitus,& ita afficieodus, ut rõni pareat,& sit tranqllus.[Nam qui)Probat à cõtrario.[Euagant)Longius efferuntur, & nullo moderationis retinaculo ꝯtinẽtur,qm̃ illi non parẽt.[Siue cupiẽdo,) Et sic erit nimiũ. [Siue fugiẽdo) Et sic erit parũ, & non poterũt appetitus à rõne dirigĩ ad mediocritatẽ, vt fiat moralis virtus, quæ in ipsa mediocritate cõsistit. [Relinquũt.n.) Ratio quare trãsẽunt modũ in omni re, atq; terminũ quem ponit ipsa recta ratio. [Lege naturæ) Qm̃ natura vult,vt appetitus rõni pareat.quam in cerebro quasi in arce posuit vt pcesset. Cupiditates aũt siue appetitiones subter præcordia,vt rõni parerent,irã in pectore collocauit. hæc fuit Platonis opinio,quẽ Virg.in principio suę Aeneidos imitãs finxit Aeolũ, q est ipsa ratio,sedere in celsa arce tenentẽ sceptrum & cõprimẽtẽ ventos,q subsunt.i.cupiditates quæ latius vagantur. Et vẽti si latius vagarentur,oia confunderent,ideo Aeolus eos cõprimit. philosophus in 3.Eth.agens de Temperantia sic ait. castigãdum est,& temperandum id oẽ,quod turpia concupiscit, & incrementũ suscipit magnum,atq; luxuriat. tale aũt est ipsa cupiditas maxime,atque puer,nã & pueri cupiditates hñt earum rerum, quæ voluptatẽ efficiunt.[A quibus) Appetitionibus quæ latius vagantur,nec parent rõni,sed ẽt corpora.qm̃ cum aius perturbatus est, in vultu ostẽditur,ideo videmus iratoꝝ vultus inflãmatos, timidoꝝ pallidos,& alacres,cũ voluptate aliqua gestit aius,hęc oia significant non adesse constantiam,sed aium esse cõmotum. Vnde Socrates vt dictum est,Vir grauis & constãs semper eodem vultu visus est. Ita se profert,inqt Seneca,& in faciem exit, quantoq. maior hæc est,efferoscit manifestius. Nullum est animal tã horrendũ tamq. perniciosum natura,vt nõ appareat in illo,si ira inuasit nouæ feritatis accessio. [Ora)Vultus eoꝝ qui ita concitantur. qm̃ apparet illa perturbatio. [Libidine) Vehementi appetitu alicuius rei. [Aut metu) Qm̃ pallẽt. Natura cum qd de extrinsecus cõtingentibus metuit, in altũ tota demergitur, & descendens trahit secum sanguinẽ,quo velut curru semper vchitur,hoc demerso,humor dilutior cuti remanet,& ipse pallescit. Ideo timẽtes tremunt, q̃a virtus animæ introrsum fugiẽs neruos relinquit,qbus fortitudo membrorũ tenebatur. [Gestiunt) Exultant & ꝓter decorum de aliqua voluptate lætitiam ostẽdunt. [Quorum) Hominum ita perturbatorom mutantur vultus,voces,status,& motus,in qbus decorum seruãdum est,ne in motu aut statu corporis ꝑp iram aliasq. perturbationes modum excedamus. [Ex qbus) Ex his quæ dicta sunt & hoium perturbatorum desormitate apparet cõprimendos esse appetitus,ne talis in vultu,voce,motu,statuq. corporis deformitas aio perturbato sequat.[Vt ad officij forma reuertamur)Parẽthesis est. Dixit supra,nec agere quidq̃,cuius nõ possit causam probabilem reddere,hęc.n.fere descriptio est officij, postea fecit digressionẽ, nunc reuertitur ad formã.i.proprietatem,regulã,atque conuenientiam.[Contrahẽdos)Reprimendos,à rõne sedandos, ad cõpositionem tranqllitatemq. reducẽdos.[Excitandũ) Quasi dormientem,nam cũ ratio vẽ sopita excitanda est,vt appetitui imperet, & disponat mediocritates affectui.[Animaduersiooẽ)Iudicium,& vt animaduertamus,ne qd temere,aut fortuito agai.[Temere)Incoosulte & sine rõnis præscripto.[Fortuito)Forte fortuna oullo adhibito iudicio,hæc oia sunt cõtra animaduersionem.i.iudiciũ ipsius rõnis & diligentiã. Cum.n.diligẽter animaduertimus, nihil fit temere aut fortuito.[Neque.n.)Ratio quare nihil est agendum temere & neglígẽter,qm̃ inqt ad maiora nati sumus quam imperitũ vulgus arbitretur.non.o.produxit nos parẽs natura ad ludũ, sed ad seueritatem atq; prudentiam. Vnde hi q voluptatibus tm̃ indulgẽt,& ludis iocisq;,finem humanũ noo consequuntur,& sic frustra nati sunt,quo ab hoie rõoe prædito & ad summum bonũ nato,oẽmq. perfectionẽ,nihil debet esse alienius.[Ad ludũ) Ludus est in factis,iocus in verbis. Fabius ait iocũ accipimus serio ꝯtrariũ.[Grauiora)Maioris põderis & digniora graui hoie, q in uirtute ꝑseuerat.[Maiora)Quã sit ipse ludus,q potius ad leues homines ptinet quam ad graues.[Ludo aũt,& ioco)Monet qñ ludendũ iocandumq. sit. [Vti illis quidẽ licet) Possumus uti citra reprehensionẽ & notã leuitatis animi relaxatione in uerbis & factis,tunc cũ rebus grauibus satisfecerimus,qm̃ id quod caret alterna rcqe,durabile noo est,vt canit Ouid.[Sicut somno)Eo modo debemus vti ludis,& iocis,quo vtimur somno. Nã tunc debemus somnũ capere,cũ natura defessa est,& alijs rebus satis fecerimus. Vnde bonus paterfamilias,vt ꝓcipit Arist. in eo libello, qui de re familiari tuẽda inscribitur,vltimus debet inire qetẽ, & mane primus surgere,& seruos ad illoꝝ munus excitare. Et ipse Aristo.cũ se ad qetẽ cõponeret, pilam Aeneam in manu habebat, cui suberat vas Æneũ, vt si pila ẽ manu excidisset, sonitu ad sua studia & cõtemplationes excitaretur. non.n. dormiens poterat exercere operationes studiosas, in qbus ipse summum bonũ ponebat. Hoies vero dediti voluptatibus & ventri somnoq., cum dormire non pñt, varijs illecebris somnos eliciunt,ignorãtes se tũc esse mortuos,& nihil agere posse quod hoie dignum sit. Vnde paꝝ vel nihil in vita viuut.qm̃ somnus est imago mortis,ideo viuẽtes pro mortuis habentur. Alexãder Magnus dicebat se duabus potissimũ rebus mortalitatem & imbecillitatem humanã intelligere,somno.s.& coitu, quas sola naturæ infirmitas pateret. Hoies igitur somno dediti & gulæ expergiscantur aliqñ vt se ꝑ tot annos saltẽ per aliquot horas vixisse testari possint,nec illam rẽ tanto studio consectentur & amẽt,qua vel maxime mortalitatis & fragilitatis humanæ admooemur. Excitẽtur inq̃,si ẽ natura viuere volũt,splendore nois & gloriæ,ad quam bene a natura institutus aspirare tota mẽte,oi officio & contentione debet.[Grauibus)Grauitate & virtute dignis.[Serijs)Carẽtibus ioco. nam seriũ est ioco contrariũ.[Non profu.)Non dissolutũ.[Ingenuũ) ingenuo hoie dignũ,vt nõ habeat apertã obscœnitatẽ. [Facetũ) gratia mouẽdi risum cũ decoro,vel elegans dicẽdi genus. Nam facetia est elegãs eruditio. Inde facetus q habet excultã quandam elegantiã. Fab.ait lib.6.facetũ quoque non tã circa ridicula opinior cõsistere,hanc magis excultæ cuiusdam elegantiæ appellationẽ puto.totũ id accipimus,quod est contrariũ serio. & effugere,& terrere,& ꝓmittere iocus est. Dicacitas sine dubio a dicẽdo quod est oi gñe cõe ducta.proprie tñ significat sermonẽ cum risu aliquos incessentẽ,ideo Demosthenẽ vrbanum fuisse dñt, dicacẽ negãt. Venustum est quod cum gratia quadã & Venere dicatur. Salsum in cõsuetudine pro ridiculo tm̃ accipimus.natura nõ vtique hoc est,q̃q̃ & ridicula esse oportet salsa. Nã & Cic. oẽ quod salem sumpsit,ait esse Atticoꝝ. q̃a sunt maxime ad risum compositi. Et Catullus cũ dicit,Nulla est in corpore mica salis,hoc dicit,nihil in corpore eius esse ridiculũ. Salsum igitur erit,qđ non erit insulsum,velut quoddã simplex orõnis condimentũ, qđ latẽte iudicio velut palato excitat,& à tædio defendit orõoem. Vrbanitatis dr̃ sermo præ se ferens in verbis,& arte,& vsu, proptiñ quendam gestum vrbis,& sumptam conuersatione doctoꝝ tacitã eruditionem,deniq; cui contraria sit rusticitas,& vrbanitas est virtus quędã in breue dictum,coacta & apta ad delectandos mouẽdosq. hoies in oẽm affectum, maxime idonea ad resistendum, vel ad lacessendũ,prout quęq; res aut persona desiderat,cui si breuitatis exceptionem detraxeris, oẽs virtutes orõois complexa, est. Vrbanus homo erit,cuius multa bñedicta respõsaq. erũt, & qđ in sermonibus,circulis,cõuiuijsq., itẽ in concionibus,oi deniq; loco ridicule cõmodeq. dicet,risus erunt. Meo qdem iudicio inqt,illa est vrbanitas,in qua nihil absonũ,nihil agreste,nihil incõditum,nihil peregrinũ,neq; sensu,neq; verbis,neq; ore, gestuq. possit reprehendi,vt non tam sit in singulis dictis,quã in toto colore dicẽdi. Ridiculum oẽ est,quod aperte fingitur. Cic.facetus fuit & vrbanus,de cuius faceto Tiro eius libertus siue Furius Bibaculus tres libros composuit,quos priscoꝝ incuria desideramus.[Vt.o.pueris)ꝓbat à simili,q̃a iocus nõ debet esse nisi ingenuus.[Licẽtiã)Libertas in loquendo est cũ q s non timide quod seruile est,sed ingenue ac libere,hoc est vt libeꝝ hoiem & ingenuum decet,loqtur. Licentia est in malum,qm̃ hac libertate abutitur vsq; ad temeritatẽ & procacitatem, significat aũt licentia quãdam impunitatẽ agendi qdqd velis. Ideo dicit Terent. Oẽs deteriores sumus licentia.[Lumen)Quoddã & signũ & specimẽ ꝓbi boniq. ingenij. Ludẽs igitur quandam ingenuitatem præ se ferre debet,& modestiã libero hoie dignam.[Eluceat) Appareat.

D Vplex est.n &c.)Et q̃a dixerat ꝓbari motus aiorum ad naturam accõmodatus, idcirco duplicem esse vim aioꝝ dicit,& alteram in rõne,alteram in appetitu positã esse. Stoici aĩam diuidebant in partes octo,quinque sensus,vocalem, particulam,& cogitabilem,quæ est ipsa mens,& uim generãdi, ex falsis vero asserebãt mentis accedere peruersionẽ. Et ex ea cõplures pululare perturbationes,atq; constantiæ causas. Est aũt secundũ Zenonem ipsa perturbatio irrationabilis, ac ꝓter naturã animi motus,siue appetitio abundans,quam ὁρμὴν græci uocãt. ὁρμάω.n.est impetum facio. [Huc atque illuc) Temperantia ea tantũmodo appetit,quæ indigẽtiæ sufficiunt, appetitus impetu quodã ad aliqd rapitur & vltra modũ cupit, hominẽq. statu suo dimouet.

FRAN. MAT.

Animæ diuisio.

Zeno.

dimouet,& modo huc modo illuc impellit vt ira,aut effrænata libido.[Quid faciendũ &c.)Hoc est ipsam ostẽdit virtutem,quę facienda & non facienda pscribit,& honesta quidem facienda, turpia vero fugiẽda. [Vt ratio psit) Quæ nobis ab ipsa natura insita est.Cũ appetitus vt dictum est,accedat ex falsis. [Ita fit) p animi motum rõnalem.[Omnis aũt actio.) Cum ratio pesse debeat dãda opera est,vt ois nostra actio,in quacũque virtute à rõne proficiscatur,& cõsulte suscipiatur . prudentia omni virtuti inest , ut supra diximus , sed pcipue modestiæ,quæ appetitum rõne coercet . Nam ratio & cõsilium prudentiæ sunt.[Temeritate)Ne temere aliqd suscipiamus. [Negligentia) Vt curã studiumq. adhibeamus ne tardi in delibe rãdo simus,aut deforme aliqd, & inuenustũ faciamus.[Nec vero &c.)Proprium sapientis hoc est nihil agere quod cur agat rõnem reddere,si non veram saltem pbabilem possit.[Hæc.n.est &c.) Medium offm Stoici id esse dicebant quod cur factum sit ratio probabilis reddi põt.[Efficiendum aũt est &c.)Cupiditatũ vt superius dictũ est,siue concupiscentias,appellare malis , alia cõis est quæ naturam seqtur gñis vel speciei , vt animalis & hois , alia propria quæ naturã seqtur indiuidui ẽt ad inuẽtionem nostram.Siue igitur cõis sit cupiditas, & modum excedat,siue ppria & turpis,rõni subijcienda est neqd stulte , & deformiter facere nos cõpellat.[Appetitus)qui multiplices sunt & cões qdem cibi,& potus.Item principatus. Nam hois excellẽtiæ tributum est,vt nemini parere velit aius bene informatus nisi vtilitatis causa imperãti.[Præcurrãt)Nimium concupiscendo præueniãt,vt non prius faciamus aliqd quam deliberemus. Cauere.n.debemus,ne appetitus ad se nos rapiat.[Nec pp &c.)Nimis metuẽdo & diffidendo,sensus rõnis ministri debent esse, qui cũ ab ea reguntur peccare non pñt, hoc præcipit ne pigritia q corporis est,aut ignauia quę est animi,aliqd ad quod ratio faciendũ impellit timore,vel negligẽtia amittamus , exẽpli grã potest vir fortis adipisci magistratũ bonis artibus, dat operã ut adipiscat , recte facit & laudãdus est quod siqs malis artibus , vt largitione asseqi tentaret perperã faceret, & vituperatione dignus esset . Qui vero virtute pditus est,& bonis artibus magistratum nãcisci posset,petere tñ non auderet, aut delatum nõ susciperet, hic pigritia,aut ignauia rõnem desereret,sicut illam pcurreret q indignus cũ esset,petere tñ auderet . [Tranqlli) Non sublati nimio gaudio aut spe vel metu solliciti . Tranqllitas animi æqualitas quædã est i omni fortuna moderati,cũ nihil sperat nihil metuit, aut si sperat aliqd,& id pro desiderio non accidat non tñ magnopere doleat.[Ex quo elucebit &c.) Si tranqlli erunt animi & oĩ carebũt perturbatione, cõstãtes erunt,& moderati,p constantiam aũt nec metuent nec sperabunt plusq̃ oportet , p moderationẽ uero neq; lætabunt supra modum neque dolebũt. [Euagãtur)Respicit ad id quod dixit pcurrunt. [Cupiendo) Hoc ad spẽ refert.[Fugiendo)Ad metũ.Quæ.n.metuimus ea fugimus. [Nõ satia.&c.)Ratio.n.dñari appetitibus non põt,cum eã,aut præcurrũt nimis,aut deferunt,ideoq. tranqlli debent esse animi, ut parere rõni possint. [Finem & modũ &c.) Finem dixit præcedẽdo q a præcurrunt,modũ dixit recedendo q a deferunt metu rõnem. [Abijciunt) Obedientiam faciũt . quod Virg.ait de eqs quos à feruẽti cursu retinere auriga non potest.Vt cũ carceribus sese effudere quadrigæ,Addũt se in spacia , & frustra retinacula tendẽs, Fertur eqs auriga nec audit currus habenas . [Cui sunt subiecti lege naturæ)Quæ est recta ratio imperãdi in oẽs permeans , eademq. in Ioue principe gñationis oium.Stoici dicebant lex naturæ vult,ut appetitus rõni pareat,& tm̃ appetatur quantũ natura postulat.Ea aũt paucis minimisq. cõtenta est.[A qbus non solũ animi perturbantur) Hic q̃stio exoritur, hæc oia lætari nimiũ aut tristari,metuere,aut sperare , à uiro forti & magnanimo fugiẽda sint ut in officijs fortitudinis dictũ est. Cur nunc in officijs modestiæ ponantur tñdetur. Ad oẽm honestam modestiam extẽdit in qua pcipue decoꝝ spectatur,quod cum oĩbus honesti partibus insitũ sit,in nulla põt reperiri in qua & modestia non sit, ex quo seqtur eadem uiria uitãda in modestia,quæ in fortitudine , quæ in iustitia.Omnis.n.uirtus est habitus animi in mediocritate consistens,ois appetitus qui non paret rõni est contrarius uirtuti,siue deficiat,siue excedat.Quidã non contentus suis appetit aliena.Quidã propter vtilitatis grã pericula aggreditur,uterque eadem perturbatione peccat,quæ est concupiscentia, nõ tñ utriusq; uitiũ unius uirtutis officijs euitari docet. Sed illud prius iustitiæ,hoc posterius fortitudinis.Potest & alr rũderi sperari metuere,lætari,dolere diuersa rõne considerari solere . Constantiæ uel incõstantiæ & uenustatis uel deformitatis.Si secundũ constãtiã animi uel incõstantiã ꝯsideramus,ad officia ptinebit fortitudinis,quã volũt,vt & in adeũdis & in tolerãdis piculis cõstantes simus, si secundũ venustatem vel deformitatem ne vel gestiamus lætitia vel irascamur,vt corpus ꝯtremiscãt,oculi faciesq. intumescant,ad officia spectabit modestiæ,in qua pcipue ratio decori habetur,& gestus motusq. non solum animi, sed ẽt corporis spectatur.Recte ergo in officijs modestię de perturbationibus pcipitur [Licet.n.corpora ipsa &c.)Quæ intumescũt,& deformia reddũtur. Vnde Ouid.lib.de arte amãdi puellas sic admonet : Pertinet ad faciem rabidos compescere mores . Candida pax hoĩes, trux decet ira feras.Ora tumẽt ira,nigrescũt sanguine venæ. Lumina gorgoneo sæuius igne micãt.I pcul hinc dixit,non est mihi tibia tãti. Vt vidit vultus pallas in amne suos.Vos quoq; si media speculũ spectetis in ira Cognoscet faciã vix satis vlla suam. [Libidine aliqua,ois immoderatus,& inhonestus appetitus libido vocatur,vt dominãdi & veneris exercẽdi,de quo inqt Horat. Nã simul ac veras inflarit tetra libido .[Aut metu) Quo pallescũt, & tremũt hoĩes,vt de Caco ait Virg. Tum primũ nostri Cacũ videre tremẽrẽ, Turbatumq. oculis.Et Ouid.de philomena . Atque pallentẽ trepidamq. & cũcta timentẽ.[Voluptate nimia gestiũt) vt de Thereo scri.Ouid. Vicinus exclamat mecũ mea vota feruntur.Exultatq. & vix aio sua gaudia differt Barbarus,& nunq̃ lumen,detorquet ab illa.Gestiunt aũt qui aut consecuti aliqd iam sunt,aut paulo post consecuturi sunt.[Vultus)Modo.n.læti sunt, modo tristes,modo pallidi,modo torui.[Voces)Iratoꝝ sunt,intẽsiores,timẽtiũ remissiores.[Motus)Iratoꝝ citiores,timẽtium tardiores,ẽt cum fugiunt,& pedibus timor addidit alas : vt Virg. ait. Dolentiũ & languentium sunt,cum eiulatu plerũq;.[Status) vt stare nõ possint,sicut irati,ꝯtra dolẽtes moueri loco nequeũt. [Ex qbus &c.)Concludit dicens eum ex perturbationibus non animi solũ vitia,sed corporis,quoq; nascatur deformitas,q̃ in iratis,& libidine aliqua exagitatis timentibusq. apparet. Vultus.n. vox motus,statusq. corporis mutantur,oẽs appetitus sedandi nobis sunt,vt decoꝝ seruemus,cui ois deformitas cõtraria est. [Cõtrahẽdos)Ne sinamus eos euagari & præcurrere,sed rõne sedemus,& consilio,qd est propriũ prudentiæ,quæ virtus oẽs dirigit virtutes.Sed tẽperantiam pcipue,quę est circa sensus,q rõne indigent ne peccẽt.[Ad officij formã) Ad conuenientiã & proprietatẽ officij,quod oia agit recte,& citra reprehensionẽ,& vt moderate fiant oia postulat.Cõtrahendo,per prudentiam,quæ oẽs virtutes dirigit,vt dignum est,& pcipue temperantiã.q̃ circa sensibilia versatur.Sensus aũt rõne gubernantur,cõtrahũtur,si euagari voluerint,& sedãtur concitati aliqua perturbatione eũ sint . [Animaduersionẽ)Considerationẽ & consultationẽ vt cõsilio & rõne pspiciamus,q dqd sit quod facturi sumus.[Diligentiã) Vt studiũ & idustriã adhibeamus.[Temere)Sine aiaduersione. [Fortuitu) absq; diligẽtia.[Incõsiderate)Negligẽterq . vtrũq; refertur.[Neque.n.&c.)Apte ad ioci & ludi pcepta transit Cic. Dixerat oia cũ rõne,& diligentia agẽda esse,rõnem subiecit, qm̃ natura non ad iocũ,& ludum nos genuit,sed ad seueritatẽ,& studia grauiora,& tñ licet ioco,& ludo vti . Sed ita vt modum decorumq. custodiamus.Iocus & ludus differũt,ille est in verbis,hic in facto,& iocũ qdẽ pro eo accipit dicit Quin. quod est cõtrariũ,serio . Ludus à lusu siue lusione sic distinguitur qđ ludus tum periculũ tum spẽ sibi propositam habet vt ludus arboꝝ.At vero lusus nihil præter merã voluptatem,q pila,q trocho,q tesseris ludũt,lusum potius quã ludũ exercent.Cõstat at auct. Arist.circa iocũ excessum esse, & defectũ medij,q.n.magis quã oportet risum mouent Scurrę videntur,& molesti sunt,nam risum secuti,magis cogitãt quõ illum mouere possint,quã vt honeste loquantur,ne quenq̃ offendant . Qui nec debet ipsi aliqd iucundum,nec dicere alios patiũtur,rudes & agrestes dũr.Qui vero cũ moderatione iocatur comis appellatur . Et inter scurrilitatem,atq; rusticitatẽ vrbanitas media est. Cõuenit itaq; vrbano talia dicere,atque audire,qualia modesto,& ingenuo congruũt.Sunt.n.quædã quæ dicere,& audire huiusmodi decet hoĩes,& ingenui iocus differt ab eo q est seruilis , & docti ab eo q est indocti , & q a non semp recte iocatur q dicet quæ decet ingenuum,qm̃ offendere põt audientem cũ alius alium oderit ametq. . Vrbanus ita se habebit,quasi ipsa lex in se ipso sit,& abstinebit à qbus oportebit . & qũ,& quantũ,& apud quos oportebit.[Ludo aũt & ioco)Ostendit ludo,& ioco qũ,& quatenus vtendum sit.Somno vtimur modico & ppea tm̃ vt naturæ satisfiat,nam q somno nimium indulget,sic ab Ouid.reprehenditur.Infelix tota quicunque quiescere nocte Sustinet, & sõnos præmia magna vocat. Stulte qd est somnus gelidæ nisi mortis imago?Longa quiescẽdi tpa fata dabunt. Eodẽ modo ioco & ludo ad necessitatẽ non voluptatẽ vtendum est,vt rebus seruis fatigati corpus aiumq. recreare possimus,et hilares integriq. ad laborem reuerti. Ideoq. ait Ouidius : Arcus & arma tuæ tibi sint imitandã

Ratio & cõsilium.

Appetitus multiplex.

Trãquillitas animi.

Virg. in Georg.

Cõstãtia Incõstantia venustas. Deformitas.

Libido

Gestio.

Iocus

Ludus

Lusus

Scurræ

Rudis, Agrestis, Comis

Sõnus, Ludus, ioc⁹.

imitanda Dianæ. Si nunq̃ cessas flectere mollis erit. Arist.quoq; inq̃t cessatio & iocus necessarij vñr in vita. Idem lib.Eth.vlt.studere & laborare ioci causa, stultum nimis, puerileq́. vr̃. Iocari (vero vt studeas secundũ Anacharsis sniam recte se habet. Nam cessatio quædam iocus vr̃, cumq́. fieri nequeat, vt qnis continuo laboret, cessatione opus est. [Non profusum) Ne sit scurrilitas. [Nec modestum) Vt deficiamus per nimiam rusticitatem. [Ingenuum) Qualis ingenuo cõuenit. [Vt enim pueris) Vt inq̃t non cõcedimus pueris vt omni ludo vtantur sic iocum volumus esse honestum, in quo non scurilitas aliqua, sed probi ingenij vis cognoscatur. [Oẽm licentiam) Non.n.omnis ludus liberalis est & ingenuus sicut aliaꝝ, tesseraꝝ, à quibus abstinere pueros volumus. [Sed eam quæ &c.) Vt pilæ. [Probi) Boni ingenij signũ est, cum quisq̃ facete respõdet, qua in re plurimum ipsa valuit Cic.

Omnia ludus.

ASCEN. DVplex &c.) Ostendit quare hmõi motus sunt probandi docẽs appetitum debere rõni parere. Ordo est dependẽs à superiore, ac si dicat dicit qđ motus tam animi quam corporis sunt ꝓbandi. Enim pro qa, duplex est vis aioꝝ atq; naturæ, vna pars posita est in appetitu quæ ὁρμὴ sup.dr̃ græce, ꝓfertur aũt græce ὁρμὴ, quæ.s.vis appetitus, rapit.i.violẽter trahit hominẽ huc & illuc.i.in varias partes. Altera sup.pars posita est in rõne, quæ docet & explanat qd faciendum, vt pro vel fugiendũ sit, ita vt ratio ꝑsit.i.dominet. Vero pro sed, appetitus obtẽperet .i.obediat, & annihiletur. Aũt pro sed, ois ratio debet vacare.i.vacua esse temeritate in contẽnendis periculis & ꝓuisis, negligentia in nõ prouidendis. Nec vero debet sup.agere quidq̃ cuius nõ possit reddere.i.assignare causam ꝓbabilem. Hæc.i.hmõi.n.est fere descriptio officij. Aũt pro sed, efficiẽdũ.i.oportet facere, vt appetitus obediant rõni, neq;.i.vt non ꝓcurrant eam.s.rõnem, nec deserãt.i.derelinquãt eam pp pigritia, aut ignauiam.i.inertiã, & carẽtiam industria, & vt ipsi appetitus sint tranq̃lli & careant oi ꝑturbatione animi. Ex quo ois constantia, & ois moderatio.i.tẽperãtia elucebit.i.apparebit, nã hi appetitus q euagant longius, & tanq̃ exultantes.i.extra solũ proprie tranq̃llitatis euntes, siue cupiẽdo plus.s.quã deceat, & ita peccent p abundantiam, siue fugiẽdo quod fugiendũ non est, & ita p defectum peccent, non tenẽtur satis rõne, transeunt.i.transgrediuntur, sine dubio finẽ & modũ, de qbus Horat.1.serm. Est modus in rebus, sunt certi denique fines, Quos vltra citraq́. neq̃t consistere rectũ. Enim pro qa ipsi sup.relinquũt & abijciunt obediẽtiam, nec parent.i.nõ obediunt rõni cui sup.ipsi appetitus sunt subiecti lege naturæ. A quibus.s.obediẽtibus appetitibus, non solũ animi perturbant, sed ẽt corpora. Licet.i.datur & ꝑmittit cernere.i.aspicere ipsa ora iratoꝝ, aut eoꝝ, q cõmoti sunt, aut aliqua libidine, aut metu aut q gestiũt.i.gestum pecudis ostentãt, nimia voluptate.i.pp nimiam voluptate, quoꝝ oium sic affectorum vultus, voces, motus, & status.i.dispositiones mutãtur. Ex qbus, vt reuertamur ad formã.i. ad narrationẽ de forma officij illud quod seq̃tur intelligitur, uidelicet oẽs appetitus esse contrahẽdos & sedãdos. Et animaduersionẽ.i.accuratione, & diligentiam esse excitandã, ne agamus qd .i.aliqd temere ac fortuitu, cõsiderate, & negligenter. Neq;.n.sumus generati ita à natura, vt videamur esse facti ad ludũ & ad iocũ, sed potius ad seueritatẽ, & ad quædam studia.i.exercitia grauiora atq; maiora. Aũt pro sed, licet quidẽ uti illis.s.ludo & ioco. sed sicut somno, & ceteris q̃etibus, tum.i.tũc: cum.i.qñ nos satis fecerimus rebus grauibus & serijs, ipsumq́. genus iucũdi non debet esse ꝓfusum.i.dissolutũ & immodicum, nec immodestũ, sed ingenuum.i.ingenuo hoie, hoc est nõ seruili dignum & facetũ.i. vrbanum & iucundum. Enim pro qa vt.i.quemadmodum non damus.i.concedimus & facimus pueris omnem licentiam ludendi, sed eam quæ non sit aliena ab actionibus honestatis sic aliquod lumen probi ingenij eluceat.i.appareat in ipso ioco.s.nostro.

DOCT. interpr. DVplex est enim vis) Duæ homini partes, ὁρμὴ appetitio, & λόγος iudicium de rebus.

A R G V M E N T V M.

De scurrilitate & facetia.

DVPLEX omnino est iocandi genus: Vnũ illiberale, petulans, flagitiosum, obscœnũ. alterum elegans, vrbanum, ingeniosum, facetum. quo genere non modo Plautus noster, & Atticorum antiqua comœdia, sed etiam philosophorum Socraticorum libri referti sunt: multaque multorum facete dicta; vt ea, quæ à sene Catone sunt collecta, quæ vocantur ἀποφθέγματα. Facilis igitur est distinctio ingenui, & illiberalis ioci. alter est, si tempore fit, ac remisso animo, libero dignus: alter ne libero quidem, si rerum turpitudini adhibetur verborum obscœnitas.

PETR. MARS. DVPLEX omnino est.) Diuidit genus iocandi in duas partes, vt appareat à quo debeat ingenuus cauere. philosophus in 4. Eth. sic ait. Cum aũt sit & req̃es in vita, atq; in hac ipsa ioco sese recreent hoies, vr̃ & hic esse quædam æquabilis congressio, & dicẽdo & audiendo ea quę oportet, & vt oportet, differt aũt dicendo inter tales, aut audiendo tales, atq; patet & in his nimiũ & paꝝ. [Illiberale) Non libero hoie dignum, sed seruili, & scurrili. [Petulãs) Lasciuũ & scurrile & quod ab honestate discodit. [Flagitiosum) Sceleratũ, & sine aliqua consideratione & ingenio. [Obscœnũ) Turpe, obscœnũ est in verbis. [Alteꝝ) genus iocãdi, quod probatur si fiat moderate & cũ decoro. [Elegans) Ornatũ quadam elegãtia & modo dignũ hoie libero & eleganti, & elegãs opponitur illiberali. [Vrbanũ) Vrbanitas auctore Aristotele est quædã mediocritas in iocis & facetijs, cum.s.homines mutuis salibus se recreant & facetijs, in qbus nõ oportet, neq; decet quęconq; audire & dicere, sed tenere mediũ, vt decoꝝ seruetur. Qui tenet medium, dr̃ Vrbanus. Exuperant scurræ, importuni, inepti, q oino negligunt decoꝝ, magis parati ad risum mouendũ, quam quod honeste loquãtur. Qui vero neq; dicerẽt qdq̃ ridiculi, nec alios dicere paterentur, rustici duriq́. appellantur, & in ipsis cõgressionibus deficiunt. Rusticus inq̃t Aristoteles ad tales cõuersationes inutilis est, qppe cum ipse ne quidq̃ afferat salis, & cum afferũt alij, ęgre molesteq́. fert. Requies aũt & iocus in vita necessarij esse vñr. Licet hoc inq̃t videre tam in antiquis, quã in nouis comœdijs. Quibusdã.n.verboꝝ obscęnitas, quibusdam ẽt subintellectio ridiculum erat. Et cũ oẽs facetię sint de numero cõuicioꝝ latores legum apud antiquos plura ꝯuicia vetuere & facetias, Vnde ipse vrbanus sese hẽc debet in ipsis iocis, vt regula quædã & lex sibi ipsi, vt est ipsa prudentia quæ statuit omnem mediocritatẽ & formula, & sic nõ dicet ea quæ dicẽda nõ sunt, & respiciet ad ꝑsonas, quaꝝ habenda ratio est, quod scurræ negligũt, & multũ interest, inter illum q audit facetias, & q dicit & magna honestas req̃ritur in dicendo, & hæc oia suscipiunt gradus secundũ qualitatem personaꝝ & dignitatẽ. Cato.n.aut Catoni similis audiret aliqñ aliquod ridiculum, at nunq̃ ipse diceret. Cyrus apud Xenophontẽ dicit, Qui risum ꝯuiuis moliunt, neq; pp ipsorum lucrum, neq; pp audientium detrimentũ, neque ut noceant cuiq̃ prorsus vrbani & faceti iure noiantur. [Ingeniosum) nobili & ꝑstanti ingenio dignũ, quod opponitur flagitioso. [Facetũ) habens exultã quandã elegantiam nulli displicẽs, amęnũ & plenũ vrbanitatis qđ opponitur obscœno. [Quo gñe) Honesto iocãdi & facetiaꝝ. [Plautus noster) Italus poeta comicus cuius comœdiæ iocosæ sunt & facetæ. Vnde ab alijs discernebantur ob id, si qñ ambigeret an aliqua comœdia Plautina esset. [Antiqua co.) Liberi hois iocus differt à ioco seruili, vt apparet io ipsis comœdijs, in qbus inueniunt aliq ioci sine deformitate, aliq cũ turpitudine. & ꝑfecto dicẽda sunt ridicula, q̇ aliena sint, non modo à turpitudine, sed ẽt à suspicione turpitudinis. [Antiqua co.) Atticoꝝ plena erat iocis & facetijs. Vnde ẽt Attici Sales dñr, & attica Venus, & qdqd salem recipiebat Atticoꝝ erat. Pręcipui poetę comici apud græcos fuerũt Eupolis, Cratinus, & Aristophanes. [Socraticoꝝ) Eoꝝ q Socratẽ imitati sunt, vt fuerũt Plato & Xenophõ Socratis discipuli & eloquij suauitate & elegãtia ꝓpe similes. [A Catone sene) q dictus est Cẽsorinus & dicta nõnulloꝝ collegit, & literis mãdauit. Hoc idẽ fecit postea Plut. cuius apophthegmata adhuc extant, quę dñt dicta acutiorẽ sensum aliquẽ facetioremq́. ꝯtinentia. [Ingenui) Digni hoie ingenuo. [Illiberalis) Seruilis, q est cõtra ingenuũ. [Alter) ingenuus iocus [Si tpe) Cum tps exposcit. [Remisso) Relaxato à curis & læto.i. in relaxationi animi postq̃ rebus grauibus satisfactum est. [Homine) q habet humanitatem. Nam humanitas significat dexteritatem quandam beneuolentiamq́. apud oẽs homines. Ergo q non vult in humanus videri, aliqñ ad animi relaxationem iocari debet. Humanitas ẽt dr̃ eruditio institutioq́. i bonas artes, quas q sincere cupiunt, appetuntq́. (inquit Gellius) hi sunt vel maxime humanissimi. huius enim cura & disciplina & vniuersis animanti

mantibus vni homini data eſt, & iccirco humanitas appellata. [Alter) Illiberalis iocus non eſt dignus libero homine, ſi rei turpi, de qua ſermo habetur, obſcœnitas etiam verboꝝ adiungitur.

FRAN. MAT. *Petulans*

DVplex eſt iocandi &c.) Oſtendit quē iocum ſequi, quem vitare debemus. [Illiberale ſeruile) Quo q vtuntur Scurræ vrñ, de qbus ſuperius eſt dictum. [Petulās) Is eſt petolans q nimium laſciuus eſt, libidinoſus, & ad faſtidium audientiū indignationemq́. loquax, q nec mordacibus verbis, nec turpib᷒ parcit. Cic. in Saluſt. deſine bonos petulātiſſima inſectari lingua. [Flagitioſum) Pœna dignū & animaduerſione. Nā (quod Doo. placet) Flagitium more militari dr̃ res flagitione hoc eſt increpatione digna. Terent. in Eun. ah flagitium facinus. [Obſcœnū) Impudēs in verbis ab oſcis dictum. Quibus frequētiſſimus vſus fuit ſporcaꝝ libidinum. Vnde & impudētia verba appellantur obſcœna. Titinnius Oſce & Volſce fabulantur. Nā latine neſciunt, auctor Pōpeius Feſtus. [Alterum elegans) Flagitioſo opponitur, eſt.n. elegans quod reprehēſione, & vitio caret. [Vrbanum) Opponitur obſcœno. Nam nihil habet turpitudinis & ab vrbe dr̃. Ciuiū enim liberalea ſunt ioci, & ingenui magis q̃ ruſticoꝝ Vnde Iunen. ait. Salibus intra pomeria natis. [Ingenioſum) Contrariū eſt illiberabili. [Facetū) Petulanti. Nam facetus cauet ſemper ne ſit ineptus, & tpis & loci perſonarum rōnem habet, & facetus quidem dici putatur qm̄ facit verbia quod vult. Terent. in Eun. Facete, laute, lepide, & dicta, & prouerbia adagionesq́. qd᷒ ad rem agāt vocatæ facetis hominibus aſcribuntur. [Quo in genere vrbano) Eleganti faceto. Ideo aūt Plautum & veteres comicos ac Socraticos cōmemorat philoſophus, vt exempla colligere poſſimus eiuſmodi probatæ vrbanitatis. [Plautus noſter) latinus poeta. De quo Macr. ēt primo animaduerto duos qoos eloquētiſſimos antiqua ætas tulit. Comicum Plautū & oratorem Tullium, eos ambos ēt ad iocoꝝ venuſtatem ceteris præſtitiſſe. Plautus quidem ea re clarus fuit vt poſt mortem eius comœdiæ quæ incertæ ferebantur: Plautinæ tñ de iocoꝝ copia naſcerent. Horat. At nr̃i proaui plautinos, & numeros, & laudauere ſales. [Atticoꝝ antiqua comœdia) Qua pro Satyra vſi ſunt græci: Nā choros introducētes malus mores rephendebant bonos extollebāt, eā ſcripſerūt, Eupolis, Cratinus, Ariſtophanes, & alij nōnulli. De qbus Horat. in ſer. Eupolis atq; Cratinus Ariſtophanesq́. poetæ. Atq; alij quoꝝ comœdia priſca viroꝝ eſt, ſiq̄s erat dignus deſcribi, & malus, & fur qd mœchus foret, aut ſicarius aut alioq famoſus multa cū libertate notabāt. Sed antiqua dr̃ comœdia ad drīam nouæ, quā ſublata mordacitate, & eiectis choris, Apollodorus, Menāder, Epicharmus alijq́. permulti ſcriptitauerūt. [Sed etiā philoſophurum) Qoi à Socrate fluxerūt Xenophon Grilli filius, Aeſchines, Ariſtippus, Plat. Socr. ipſe nihil oino ſcripſiſſe tradit. In Platonis & Xenophōtis libris multa inueniunt urbane & facete dicta. [A ſene Catone) Hic ex facete dictis, q̃ colligit librū cōpoſuit & *apophthegmata* græco nomine appellauit, eſt aūt *apophthegma* ſnia breuis. *apophthegma* vero paucis multa cōplector. Proprie aūt rñſiones ſignificantia potiore, & acutiore iocandi parte. Nā & quod Cic. ait in lib de orat. lōge melius dixiſſe credi tur, q rñdet, q̃ is qui prior incepit. potuit.n. pmeditate venire ad dicēdum, rñdenti vero nullum fuit cogitandi ſpatium, & vt Cic. ait in epiſt. ad Cornelium, oīa qui facete acriter & breuiter locuti eſſent, ea pprio nomine dicta appellari voluerunt. Neuius aūt & cōplures alij dicteria vocauerunt. Plut. apud græcos librū edidit *apophthegmatas* qui eſt in manibus latinus iam factus. [Diſtinctio) Diſcretio drīa. [Ingenui) Qui ingenuos decet, & cū modeſtatione eſt. [Illiberalis) In quo ſcurrilitas eſt. [Alter) Qui neminē offendit, & ſeruilis nō eſt. [Tempore) Opportune nam cum opera reip. dāda eſt, eiq́. conſulendum, aut cū bellum gerendum eſt, tunc iocandū nullo pacto eſt, exigit item nuptiarum tempus iocos, qbus ſi incuria vtamur qñ de rebus publicis diſceptatur, merito inepti habeamur. [Remiſſo aio) Quieto & perturbationibus vacuo. [Alter) .ſ. ſcurrilis. Ne libero quidē .ſ. hoīe dignus eſt nā ſeruilis eſt, ſi & res turpis eſt, & obſcœnis, ac turpibus affertur verbis, pōt.n. res maxime turpis ſic verbis inuolui, vt turpis adeo nō appareat. Turpe eſſet meretricē dicere hoc q te gerere vellet fœminam nominaret, quæ quotidianis nuptijs delectatur.

Flagitiū. *Obſcœnū.* *Oſce.* *Volſce.* *Vrbanū.* *Facetum.* *Comœdia* *Apophthegma breuis eſt ſententia.*

ASCEN. DVplex oino &c.) Ponit duplex iocādi genus declaratq́. vtrūq;. Ordo eſt Oino eſt duplex genus iocandi, vnū illiberale .i. nō decēs liberos, & petulās .i. laſciuū, flagitioſum & obſcœnū. Alterum ſup. genus eſt elegās .i. venuſtum & exqſitū urbanū ingenioſum, & facetū. Quo gñe non modo .i. non ſolum Plautus noſter .i. latinus ſup. refertus eſt, & antiqua comœdia Atticoꝝ ſup. referta eſt, ſed ēt libri philoſophoꝝ Socraticoꝝ .i. Socratis doctrinā ſectantiū referti .i. repleti ſunt. Et multa ſunt multoꝝ dicta facete, vt ea quæ ſunt collecta à Catone ſene .i. priore ex liberis alioꝝ quæ dicta vocat ſup. græce. Apophthegmata .i. dicteria falſa. Igit faciliua eſt diſtinctio ioci ingenui .i. ingenuos decētis & illiberalis quo illiberales vtunt. Alter, ſup. iocus .ſ. prior hoc eſt ingenuus ſi ſit tpe .i. tēpeſtiue ac aio remiſſo .i. relaxato à curis, vel nō nimis circa ipm attento eſt dignus hoies .ſ. congruit dignitati hois. Alter .ſ. illiberalis ſi obſcœnitas verboꝝ adhibeē turpitudini rerum, ne libero quidem ſup. homine dignus eſt.

APOPHTHEGMA) Breue dictum, Latini ſcitum dixere.

DOCT. *interpr.*

ARGVMENTVM.

Et honeſti luſus modum eſſe quendam.

LVDENDI etiam eſt quidam modus retinēdus, vt ne nimis omnia profundamus, elatiq́. voluptate in aliq̄ turpitudinem dilabamur. ſuppeditant aūt & campus noſter, & ſtudia venandi honeſta exempla ludendi.

PETR. MARS.

LVDENDI etiam) Poſtq̄ dixit de ioco q eſt in verbis, docet qūo ludendū ſit, qm̄ ludus in factis eſt, cū .ſ. aliqd facimus exercitationis grā & relaxationis aioꝝ. Plat. in 4. de rep. ſic ait, pueri ſtatim à primis annis in honeſtis ludis aſſuefaciendi ſunt. Nā ſi minus decentibus aſſueſcant, nunq̄ probi viri euadere poterunt. [Modus) Menſura quædam & mediocritas, nō ſolum in iocis ſed etiam in ludis. [Profundamus) Imprudenter emittamus, & excedamus modū adhibita nimia ludendi profuſione. [Elati) Geſtiētes & exultantes nimia ludendi alacritate. [Dilabamur) pp imprudētiam & negligentiam incidamus non cōſiderantes decoꝝ. [Suppeditāt aūt) Dicit Cic. campū Martium pbuiſſe iuuenibus Rom. honeſta ludēdi exempla, & ipſa ſtudia venandi hoc idem præſtitiſſe, qm̄ in campo Martio celebrantur equiria .i. ludi ex curſibus equorū in honorem Martis, & exercitationes bellicæ ab ipſis pueris & adoleſcentibus. Vnde Marius in ſenectute auct. Plut. vt adhuc bello Parthico idoneus videret̃, cum ipſis iuuenibus in armis cāpeſtribus ſe exercebat pter decorū & irridebat̃, arma aūt campeſtria dicebārut hi ludi, q ſiebant in cāpo Martio, in qbus equi agebantur in gyrū & ſibi inuicē occurrēdo ludentes ibant, & in his ludis pueri armorū prçludia facientes, ad verū certamen ſe prçparabant. Plin. ait. Nō vt in pauimentis puerorū ue ludicris cāpeſtribus videmus breui lacinia millia paſſuū pluta ambulationis cōtinentem, ſed crebris forib᷒ inditis ad fallēdos occurſus redeundūq. in errores eoſdē. Exercitationū cāpeſtrium meminit ēt Suet. atq; Horat. dicens. Ludere q neſcit cāpeſtribus, abſtinet armis. Maximā partem ornamentorū vrbis inqt Strab. habet cāpus Martius pter locorū natiuā amœnitatē artis & ſolertiæ exornationes admittēs, cāpi.n. admirabilis magnitudo & currules pariter curſus, & alia equeſtria certamina expedita ſuppeditat, nec minus tā multis, pilā, circulū, palæſtrā exercitatione tractātibus. Dicit igitur Cicero eſſe honeſtū pueros ſt ſe exercere in his ludis campeſtribus, & iuuenes ēt in venatione, qm̄ turpitudine vacāt p ſe, ſi modus adhibeatur, vt ne qd nimis. [Suppeditāt) Subminiſtrāt, pbent. [Studia venādi) Ipſæ venationes, qbus aliqñ Plin. iunior delectabatur, afferēs ſemper ſtyllum & pugillares, & vt ſi manus vacuas, ſaltē plenas ceras reportaret, ſemper.n. alid meditabatur, & adnotabat experiebaturq́., vt ipſe ſcripſit, nō minus Mineruā quam Dianā errare in mōtibus. Plat. in 7. de Leg. agēs de ludis pueroꝝ ſic pcipit: Pueri poſt ſextū ætatis annū ad ſcientiā ſe conuertāt, & ad magiſtros equoꝝ, arcuū, teloꝝ, & fundæ deducantur. Gymnaſioꝝ, doctrinarumq́., publica ædificia i media vrbe ponātur, loca inſuper ampla, vbi iuuētus ad arcū & teloꝝ iactum inſtruatur exerceaturq́. .& poſt paulo agēs de venatione ſic ait, Sola ergo quadrupedū uenatio illa reſtat omnium optima, q̃ eqs, canibus, corporisq́. viribus agitur, tā quibuſcunq; diuina curæ eſt fortitudo, hi quadrupedes oēs curſu, vulneribus, telisq́. manu ppria venādo vincere debēt. Venatio q̇ meliores aios iuuenū facit laudator, quæ aūt cōtra, vituperatur in primis, hæc Plat. Achilles apud Papiniū pludia armoꝝ & venatus recēſens ſic ait, Quid nūc tibi plia dicam Syluāꝝ, & ſæuo uacuoa iam murmure ſaltus? Nunq̄ ille imbelles Oſſæa per auia lynces ſectari. aut timidos paſſus me cuſpide damas ſternere, ſed triſtes turbare cubilibus urſas, Fulmineosq́., ſues, & ſicubi maxima tigris, Aut ſeducta iugis fœtæ ſpelūca leænæ. & de gymnaſis ſic ait. Iam procul Oebalios in nubila condere diſcos. Et liqdam nuda

re palen,& ſpargere caſtus Ludus erat requieſq. mihi, nec maior in iſtis ſudor Apollineo quam fila ſonantia plectro Cũ quaterem, priſcoſq. virum mirarer honores.

FRAN. MAT. LVdendi et &c.) Qm̃ vt dictum eſt, iocari in verbis eſt, ludere in factis, de iocandi gñe, & modo dictũ eſt, nunc de ludo ꝑcipitur in quo hoc ſeruandum eſt non modo ſeruiles, & gladiatorios ludos vitemus, ſed vt liberales, & honeſtos comprimamus, ne ſi in illis nimiũ detineamur, ad irã fortaſſe quod ſolet frequẽter accidere, & aliquod turpe certamẽ deſcendamus. [Suppeditãt &c.) ludos oſtẽdit liberales in qbus verſari honeſte poterant. [Cãpus noſter) Martius in quo diuerſo certãdi gñe tirones exercebant & milites. Auctores Liuius, Tranqllus. Horat. Imberbis iuuenis, & adhuc cuſtode remoto Gaudet eqs canibus & aprici gramine cãpi. [Studia uenãdi) qbus mirifice delectati ſunt veteres. Honeſta.n.ſunt & veluti quoddã ad verã pugnã & hoſtilem ꝓludium Perſarum filij. vt ſcr. Xenophon in Cyri pædia ad uenationem educebantur, & hoc erat illoꝝ primum & ꝓcipuum ſtudiũ. Apud Græcos de venationib. ab Ariſtide ſcripti ſunt libri.

Campus Martius.

ASCEN. LVdẽdi &c.) Oſtendit quõ ludendum eſt, & eſt ordo. Eſt ẽt quidam modis ludendi retinendus.i.quædam moderatio in ludẽdo ſeruanda, vt.i.ver.gra.ne profundamus.i.dilapidemus & ꝓdigamus oia, & ne nos elati voluptate dilabamur in aliq̃ turpitudinem. Aũt pro ſed, & campus noſter.i. Martius & ſtudia venandi ſuppeditant.i.abunde ſubminiſtrant honeſta exempla ludendi.

ARGVMENTVM.

Animi delectatio ab honeſtis ſtudijs petenda corporis voluptas quia pecorina ſit, aut plane reijcienda, aut quam parciſſime adhibenda.

SED pertinet ad oẽm officij q̃ſtionem, ſemper in prõptu hr̃e, quantum natura hoĩs pecudibus, reliqſq. beſtijs antecedat. illæ.n.nihil ſentiũt, niſi voluptatẽ, ad eamq. feruntur omni impetu: hoĩs aũt mens diſcẽdo alitur, & cogitando ſemꝑ aliqd aut inquirit, aut agit, vidẽdiq;, & audiendi delectatione ducitur. quinetiã, ſi qs eſt paulo ad voluptates ꝓpẽſior, modo ne ſit ex pecudum gñe, (ſunt.n.quidã hoies non re, ſed nomine) ſed ſi qs eſt paulo erectior, quamuis voluptate capiat, occultat, & diſsimulat appetitũ voluptatis, ꝑꝑ verecũdiam. ex quo intelligitur, corporis voluptatem nõ ſatis eſſe dignam hoĩs præſtantia, eamq. contẽni, & reijci oportere, ſin ſit quiſpiam, q aliquid tribuat voluptati, diligenter ei tenendũ eſſe modum eius fruendæ. itaque victus, cultuſq. corporis ad valetudinẽ referantur, & ad vires, nõ ad voluptatem. Atque ẽt, ſi conſiderare volemus, q̃ ſit in natura excellentia, & dignitas; intelligemus, q̃ ſit turpe diffluere luxuria, & delicate, ac molliter viuere; quamq. honeſtum, parce, cõtinenter, ſeuere, ſobrieq;.

PETR. MARS. SED pertinet ad oẽm officij q̃ſtionem) Poſtq̃ de ludis Cic. diſſeruit, dat præceptũ quod ſeruandũ eſt, ſi in his rebus quæ ad decoꝝ pertinet officium inuenire volumus. [Semper).ſ.ante oculos hr̃e quantum natura hoĩs beſtijs antecellat, & ſic vt ipſa ꝓſtantia reqrit ſeruare decoꝝ, & cauere à voluptate, ne beluis efficiamur ſimiles, quæ rõnem non habent, ſed voluptate ducuntur, & ſic dat cautiones, quas obſeruare debemus circa voluptates, ne ipſis capiamur. [Ad oẽm q̃ſtionem) Cum quoquo modo quærimus, officiũ. [In prõptu) In mente & ante oculos. [Quantũ antecelat) Præſtãtior ſit. [Voluptatem) Iucunditatem quandã in cibo & coitu, ad quã trahuntur ab appetitu, qm̃ non hñt rõnem quæ appetitum comprimat. [Toto impetu) Omni conatu, nulla rõne obſtante, quam non habent, ſed hoies rõne præditi non debent ferri ad voluptatem toto impetu, ſed parere rõni, & in tanta humanæ naturæ præſtantiã excellentiaq. ſeruare decoꝝ. Alibi dicit in paradoxis, Illud arcte tenent, accurateq. defendũt, voluptatem eſſe ſummum bonum, quæ quidem vox pecudum vr̃ eſſe non hominum. [Hominis aũt mens) Poſita beluaꝝ natura, affert naturam hoĩs, & ea qbus humana mens paſcitur. [Diſcẽdo) qm̃ quanto magis diſcit, tanto magis ſe perficit, & nunq̃ ſatiatur, niſi oium rerum quæ ab intellectu humano ſciri poſſunt habeat notitiã, nã cupiditas ſciendi oibus innata eſt, alit lectio ingeniũ, inqt Sen. & ſtudio ſatigatum non ſine ſtudio reficit. in mentibus noſtris, inqt in j. Tuſc. diſputatione, in ea inſatiabilis cupiditas veri inuentẽdi. Hæc .n. pulchritudo in terris patriam illam, vt ait Theophraſtus, & auitã philoſophiam cognitionis cupiditate incẽſam excitauit. Magnus Alexander quãuis bellica gloria teneretur, & bellicæ laudis & imperij per totũ orbem ardore flagraret, tñ legendi cupidus erat, & Iliada Homeri quã rei familiaris viaticũ appellabat, Ariſt. interprete perdidicit, & eam ſemper cũ pugione ſub puluino, vt ſcripſit Mneſicrates tenere ſolitus erat, & ad Ariſt. ex Aſia inter ipſos armoꝝ ſtrepitus in hæc verba ſcripſit. Alexander Ariſtoteli felicitatẽ. Haud alius te recte factũ eſt, ꝙ ſpeculatiuas diſciplinas edidiſti, qua.n.in re iam nos ipſi ceteris ꝓcellemus, ſi ea qbus eruditi ſumus ſtudio cœperint eſſe oibus cõia? mallem.n.ſingulari diſciplina q̃ potentia ꝓſtare. [Alitur) Nutritur ipſa ſciẽtia. [Inquirit) Inueſtigat, contẽplatur, & aliqd agit. [Ducitur) Tenetur cupiditate audiendi aliqd, & vidẽdi, vt ſciat. [Quinetiam) inqt Cic. tñ abeſt vt voluptas digna ſit hoĩs præſtãtia, vt ẽt illi q ſunt ad voluptatem ꝓpenſi, modo ne in ipſis ratio proſtrata penitus ſit erubeſcãt dicere ſe voluptate teneri. ob qđ intelligitur voluptatẽ non conuenire hoi ingenuo, ſed repudiandam eſſe, cum rõni, humanæq. naturæ inimica ſit, qm̃ de ipſa non põt aliqs gloriari, immo ꝑꝑ turpitudinem ſe eſſe voluptati addictum diſſimulat, nec det voluptatẽ profiteri ob dedecus. Quidquam ne bonum eſt, inqt in paradoxis, quod non eum q poſſidet meliorem facit? Vt.n.eſt quiſquis maxime boni particeps, ita & laudabilis maxime. Neque eſt vllum bonum de quo non is q id habeat non poſſit gloriari. quid aũt eſt horum in voluptate? meliorem ne efficit aut laudabiliorem virum? an quiſq̃ in potiundis voluptatibus gloriando ſe & prædicatione effert? [Paulo ꝓpenſior) Magis inclinatus quam velit natura hominis non penitus corrupta. [Modo ne ſit ex pecudum gñe,) Solum ne nino ſit re ipſa brutum animal, abiecta omnino rõne, & nomine tñ homo, vt ſunt illi qui ad voluptates ruunt more pecudum, quibus nihil poteſt eſſe turpius. Vnde Epictetus philoſophus dicere ſolebat, duo eſſe vitia multo oium grauiſſima ac teterrima, intolerantiam, & incontinentiam, cum aut iniurias quæ ſunt ferendæ non toleramus neque ferimus, aut à quibus voluptatibus nos tenere debemus, non tenemus. Nomine pecoris venit omne animal, pecudes aũt ſunt animalia minuriora, vt capræ, oues, porci, & cetera id genus, ſed hæc vocabula cõfunduntur apud ſcriptores. [Sunt.n.) Probat id quod dixit de gñe pecudum. [Non re,) Non factis & rõne, ſed nomine tñ, qm̃ in omnibus actionibus pecudes viuunt. [Sed ſi quis eſt paolo erectior,) Non ita propẽſus demerſuſq. in voluptatem, quemadmodum ſunt pecudes, quas pronas in ventrem natura finxit ad corporis voluptatem. ſed ſi quis eſt paulo erectior.i.habens aliquem pudorem & non eſt omnino corruptus à voluptate, ſed vtitur aliquantulum rõne, hic inquam, non audebit ꝑꝑ pudorem profiteri ſe voluptatẽ amare, & illa capi, duciq;. [Quamuis capiatur,) Delectet. [Diſſimulat) Celat & negat ſe hr̃e voluptatis appetitum ꝑꝑ dedecus qm̃ timet reprehendi, ſi laudaret voluptatem beſtijs concedendam. Plato in eo dialogo, qui Philebus de bono hominis inſcribitur, ſic ait. Si quem voluptates maximas perſequentem aduertimus, vel ꝙ ridiculæ, vel quod obſcœnæ ſunt ipſi quidem erubeſcimus atq; celamus noctis tenebris, talia concedentes quaſi ſine diuini luminis io digna conſpectu, primum locum voluptati boues darent, & equi, bruta denique vniuerſa ex eo quod eius illecebris irretita ſunt, quibus complurimi fidem adhibentes nõ aliter q̃ augures auibus voluptates ad bene viuendum aptiſſimas arbitrantur, ferarumq. amores locupletiores teſtes afferunt, q̃ amores eorum qui in philoſophica muſa ratione vaticinantur. [Ex quo) Cum ita ſit, & propter hoc quia nemo habens aliquẽ pudorem audet palam voluptatis partes tueri. [Corporis) Dicit quoniam animi voluptates in percipiendis diſciplinis laudantur, & contemplatio maximas habet animi voluptates. [Sin ſit quiſpiam) Si eſt inquit aliquis qui velit aliqua ex parte probare voluptatem, & nõ penitus reijcere quod melius eſſet, teneat modum.i.menſuram eius voluptatis fruendæ, ne ad vetitum dilabatur. [Qui aliquid tribuat) Dicat aliqua ex parte voluptatẽ amandam, & in aliquo numero habendam. [Modum) Adhibendã eſſe moderationem, cum ipſa voluptate frui voluerit. [Fruẽdæ) Vti eſt gratia alteri9 rei frui nullius. Vnde vtimur aliqua re ob aliud, non per ſe, fruimur autem propter ſe, nõ ob aliud, qui vtitur aliqua re, ad id tendit, vt fruatur.i.vt voluptatem inde capiat. Vnde

vtimur

vtimur domo, libris, studio, industria, vt postea sequatur aliquod emolumētum, quo tanꝗ fine fruamur. fruimur aūt bonis, gloria, & sic frui est qescere, & non tendere vlterius, ac si peruenisses ad metā. Et ideo Mahaerbal, vt est apud Liuium, reprehendit Annibalem, quod sciat vincere, sed victoria vti nesciat, qa nō vlterius ire perrexit post pugnā Cannensem, sed ea victoria frui voluit, ac si iam puenisset ad finem, cuius grā ipsas alpes transcenderat. fungos est offm munus ue ago, vt fungor pretura. inde dicimus fungor vita, & defunctus morte. [Itaque) Praecipit qd circa voluptatem agendū sit. [Victus) Cibus & potus. [Cultus) Ornatus & vestitus. [Referātur ad valetudinē) Gratia bonæ valetudinis adhibeātur nō voluptatis, & ornamēta ideo debēt adhiberi, vt valeamus, non vt voluptate afficiamur. Vnde Plato improbat hoiem bis in die saturū fieri, & nunꝗ noctu solum iacere. Is cū in Siciliam nauigasset, mēsas Syracusas voluptati cōparatas dānauit, & suis scripsit se vidisse portētum in Sicilia, hoies bis in die comedētes tāta erat tēperantiæ cura apud antiquos. In 3. de rep. dicit: Syracusanā mensam multiplicemq. ferculorū apparatum nō laudabis, neque Corinthiā puellam amicā esse viris, q corpore egregie valituri sint. Et Diogenes Cynicus clamat sæpius, hoium vitam facile à deo dari, veru occultari illam quærētibus mulsum, vnguenta & his similia. Et Anacharsis Scytha dicebat, vitē tres vuas ferre, primā voluptatis, secūdam ebrietatis, tertiā mœroris. Apud Priscos Rom. mulieres vinū non bibebant. Et Romulus, vt scripsit Piso in Annalib. vocatus ad cœnam nō multum bibit, qa postridie negocium hēet. Dixerunt alij, Si istuc Romule oēs hoies faciant, vinū vilius erit. Respōdit, immo carum, si quantum quisq; volet, bibat. nanque ego bibi quantum volui. Panē & aquam, inqt Sen. natura desiderat, nemo ad hæc pauper est. Intra quæ q̄sque desiderium suū claudit, cum ipso Ioue de felicitate contendit, & magnæ diuitiæ sunt lege naturæ cōposita paupertas, & parabile est, quod natura desiderat, & nihil est tā mortiferum ingenijs quā luxuria. Plato in 3. de rep. sic ait, malæ ac turpis disciplinæ ciuitatis nullam maiorē potes coniecturam capere, quā iudicib⁹ ac medicis indigere, nō modo abiectos hoies, verum & eos q liberali disciplina educatos se esse gloriantur hoies medicis plurimū indigent ad distillationes, & spiritus interioris intumescētis impetū ob mollitiem atq; delitiam, & quē in victu supra dānauimus luxum. & in 7. de legib. sic pcipit. Omni rōne conandū est, ne pueritia in cantibus & saltationibus, noua vnꝗ audeat imitari ne ue vllus ad nouitatē pueros voluptatum blandimentis alliciat. Deliciæ difficiles morosos, iracūdos leui ex causa excitabiles iuuenū mores efficiunt, cōtra vero nimia seruitus abiectos, illiberales, & humana perosos reddit. & in epist. ad Dion. sic scribit: Sæpius detrimentū & dolorem affert voluptas, hebetudinē in aio & obliuionem, insipientiam, & petulantiam pariēs. [Atq; etiam) inqt Cic. si volumus cōsiderare quanta sit hois excellētia, intelligemus quam sit turpe & à suæ naturæ præstantia alienum luxuria diffluere, & ad voluptatem incūbere citra decoꝝ. [Excellentia) Præstantia. qm homo pp rationem & orationem longo quasi interuallo bestijs antecellit. [Dignitas) Quam natura hominibus tribuit, vt omnibus, animantibus præstet, quæ sensu tm mouentur, & ad voluptatem serūtur toto impetu. [Turpe) Desorme & incōueniens. [Diffluere) Labi & se non continere frænorōnis. diffluere est in diuersas partes fluere. [Luxuria) Nimia superfluitate in omni re, & potissimū venerea. [Delicate) nimio apparatu & delicioso. Ideo dicebat Horat. Persicos odi pues apparatus. Plato vt dicebā, mensas nimis delicatas improbauit, & ad Dionis ppinquos in hanc sniam scripsit. Quo cum venissem illa beata vita, quæ ferebat plenam Italicarū Syracusiarumq. mēsarū nullo modo mihi placuit, bis in die saturū fieri & cetera q̄ comitātur hanc vitā, in qua sapiēs nemo efficietur vnꝗ, moderatus vero multo minus. Quæ.n. natura tā mutabiliter temperari pōt? quo igitur iucunda vita potest esse, a qua absit prudētia, absit moderatio. [Molliter) Effœminate. [Parce) Frugaliter & cum parsimonia, & hoc cōtra luxuriā. [Continent) Adhibita ꝯtinētia & moderatione, & est ꝯtra delicias. [Seuere) grauiter & seueritate adhibita, qđ est ꝯtra vitā mollē. [Sobrie) sine luxu & ebrietate.

FRAN. MAT.

SEd ptinet) Hactenus Cic. pcepta dedit ad appetitus, corporis & animi coercēdos, idq. pmiscue fecit. Nunc de officijs disputat, quæ ad corporea duntaxat voluptatem coercendā ptinent, sed eā potissimum, q̄ in tactu & gestu est. Qui sensus cū brutis animalibus nobis maxime cōes sunt, nam si nimis illis indulgemus similes bellujs sumus, quæ nihil sentiūt nisi voluptaté. Arist. Seruiles bestialesq. tactū gustūq. appellat, caueamus, itaq; ne Philoxeno similes habeamur, q cum gustu gauderet lōgius sibi quā ciconiæ guttur fieri optauit qđ philosophus fer. Cūq. homines à belluarum natura rōne segregētur, cuius vt alibi ait Cic. prima est hoi cum deo societas in oi officio spectare debemus qd nos deceat, qd hominis qd belluarum proprium. [Quæstionem, disputationem.) Antecedat, superior sit excellat. [Illæ, nihil sentiūt &c.) Bestia rōne carent qbus sensus dominantur ideoq. pcipites ad voluptatem feruntur quā coercere non possunt. Nā virtus ois animi propria est. Cuius partes duæ sunt rōnalis & irrationalis; hæc in vegetatiuā & sensitiuam diuiditur. Vegetatiua oino expers rōnis est. Sensitiua oium quidem affectoum appetens est, sed cū rōni paret. Nam & errans regitur & iacens erigitur. At vero rōnalis pars in prudentiam scinditur, Scientiam, Intelligētiam, Sapientiam. Prudentia, est de his rebus quæ aliter esse pñt, in qbus consilium & electio locum hñt, electio in hoibus tm est non in deo qm oia scit & nulla ambiguitate impeditur. In bellujs qa rōne carent. Est aūt electio cū multis propositis cōmodis maximū eligitur, & ex malis multis minus malum. In omni actione dominatur prudētia, & ad actiuam vitā spectat. Quicqd enim vel priuata vel publica to re agimus excellēter & cū omni laude ad oē a prudentia, & alijs virtutibus quę illi copulatæ sunt descēdit, differt à scientia, intelligētia & sapiētia quæ de his sunt quæ aliter esse nō possunt. Sciētia de principijs oō tractat. Sed his cogitatio discurrit, vt si cognitio iā esse summum bonū. Quid sit aut vbi sit inqratur. Intelligentia principioꝝ est circa quæ versantur vt si quæratur an sit summū bonum. Sapiētia vtrunque cōplectitur & de principijs, ac de his quæ e principijs manāt iudicat ac discurrit, & hæc tres ad cōpletiuam pertinent vitā. Hæc oia Cic. paucis attingit hoc loco. Hominis aūt &c. Tangit scientiā qua mens hois perficitur. [Cogitando) Innuitur intelligentia, q̄ circa principia versatur. [Agit) Per prudentiā vt cum quærit q̄spiā an sit aliqd, primum cogitat an sit; postq̄ cognouit esse inqrit qd sit; postq̄ & esse, & qd sit cognouit, aliqd secundum illod addit qđ cogitatur. [Vidēdi) Per se. [Audiēdi) Ab alio. [Quinetiā &c.) Non solū inqt probi & bene à natura instituti, in omni actione quantum natura hois e bellujs distat spectare debent, sed eos ēt q voluptati dediti sunt, cauere conuenit, ne ita illis sint dediti vt ex gñe censeantur brutoꝝ. quæ natura prona ac veluti obedientia finxit, vt Sallustius ait. Ex quo præscribere vi voluptosis hominibus, ne in voluptatem penitus sint effusi, vt nihil aliud agant & cogitēt. Nam vt inqt Iuuenalis, Voluptatis cōmendat rarior vsus. [Paulo) Supra modū & supra quam homo esse soleat. [Modo) tantūmodo. [Sunt.n. &c.) Dixerat caueat modo ne sit in gñe pecudum hoc est brutoꝝ. Et qa occurere potuisset quispiam. Si homo est, quo in gñe pecudum potest esse? ideo subiungit esse quosdam hoies non moribus sed numine, habent.n. hois nomen & figuram. Vita aūt, & operationibus parum distant à bellujs, quales legimus fuisse multos gulæ, desidiæ, & rebus venereis penitus deditos, vt Sardanapalū de quo Trogus ait, vir muliere corruptior. [Sed si qs) Vehemens probatio est hoiem à pecudibus distare. Nam quāuis homo aliqs sobrius non sit, sobrietatem tñ laudat. Quāuis impudicus continentiam tñ laudat. Quisqs denique vitio cuipiā est deditus illi vitio contrariam virtutē pbat. In quo vim suā natura patefacit, cum cogat ea homini laudare, q̄ ipse non seqtur. [Paulo erectior) Vt non oino sit voluptatibus deditus, ad id aūt respicit quod dixerat ex pecudum gñe quæ pronæ sunt, & in terram aspiciunt. Cum homo sublimi sit ore vt cœlestia nō terrena cogitet atq; intueat, vnde & ἄνθρωπος à Græcis dr ἀπὸ τοῦ ἀναθρεῖν. Et Ouid. ait: Sanctius his animal mētisq. capacius altæ, Natus homo est. Idem: Pronaq. cū spectent animalia cetera terrā: Os homini sublime dedit cœlumq. videre Iussit, & erectus ad sidera tollere vultus. [Occultat &c.) Quāuis continēs non sit, dat tñ operam vt continēs credatur esse, idq. facit timore ignominiæ. [Propter verecundiā) Quā αἰδῶ Græci vocāt. & [illegible] diffiniūt [illegible]. [Ex quo itelligit &c.) ꝯcludit ostendens voluptatem corporis dignam libero hoie nō esse, quam tñ vehementissime libro de finibus, & in Catone maiore insectatur. [Sin sit q̄spiam &c.) Quia dixerat si qs est q sit ad voluptatem propensior, caueat modo ne sit ex pecudum gñe, ideo præcepti illius asperitatem nunc lenit, & si qs, inqt, aliqd tribuit voluptati quam non oino reijciendam censes, is tñ in ea modū teneat, & qui tenendus modus sit statim subijcit. Temperans ut etiam philosophi concedunt uoluptate frui potest. Sed triplici conditione seruata; primum ne valetudini obsit, quod accidit p [illegible]. Deinde contra honestatem voluptas sit, & cōem vtilitatem, tertio ne facultatem excedit, ut cum luxuriose nimium viuimus. Caueat ergo qui uoluptatē penitus non respuit, primū ne sit gulosus: Secūdo ne impudicus, tertio ne delicatus nimiū & mollis. [Tenendum) .i. sciat. [Modum) Mensuram ne supra mo-

Margin notes: Tactus. Gustus. Irrationalis. Vegetatiua. Sensitiua. Rōnalis. Prudētia. Scientia. Intelligētia. Sapiētia. Homo à Græcis quomodo dicatur. Verecundia.

dam voloptatis,fit. (Victus) Quantũ ad potum & cibum ne fit πολυφάγος. (Cultus) Ne nimis eleganter,& sumptuose vestiat,ne scito nimis vtatur ornatu.(Ad valetudinẽ) Ad victũ respicit. Qui nisi moderatus fuerit varios morbos generat. Et vt Cornelius scribit,prodest sano homini nullum cibi genus fugere, quo populus vtatur. Semperq. cauendũ est ne in secunda valetudine aduersę pſidia consumantur. (Ad vires) Hoc ad cultũ refertur ne fit supra facultatẽ. (Atque ẽt si considerare volumus &c.) Nihil in natura est turpitudinis,nihil quod non maxime dignũ sit, hoc q spectat,turpe esse intelligit, & pter virtutẽ ad quam natura nos ducit,deffluere,hoc est dissolui eneruariq. luxuria (Parce) singula singulis opponunt,Parce ad delicate refert. (Cõtinere) ad molliter. (Seuere) ne excedam⁹ in voluptate (Sobrie) ne deficiamus.

Modus in natura.

ASCEN. SEd pertinet &c.) Ostendit quo officium,quod a decoro manat inuenitur. Ordo aũt est. Sed pertinet ad oẽm quõnem.i. inquisitionem officij hẽre semper in promptu, quãtum natura hois antecedat pecudibus & reliq̃ bestijs. Enim pro q̃a illæ.s.pecudes & reliquę bestię nihil sentiunt nisi uoluptatem, & ferũtur .i.impelluntur ad eam.s.voluptatem toto impetu. Autem pro sed,mens hois aliter discendo. Aut inquirit semper,aut aliquid cogitando,& ducitur delectatione videndi & audiendi. Quinetiam.i.insuper si quis est propensior.i.procliuior, & pronior siue inclinatior paulo.i.modico sup. quam decet ad voluptates eaueat modo,ne sit ex gñe pecudum.i.ne fiat similis pecudis,se totum voluptatibus dedendo. Quidam enim sunt homines nõ re, q̃a non vtuntur rõne, sed nomine. Sed si quis est erectior.i.elatior & magnificentior paulo.i.modico quam alij,quãuis talis capiatur.i.irrideatur & illaqueatur,voluptate tñ supp. occultat,& dissimulat appetitum voluptatis pp verecundiam. Ex quo.i.ex qua naturali verecundia intelligitur volupẽtatẽ corporis non esse satis dignam præstantia hoie, & eam oportere cõtemni & reijci. Sin.i.sed si sit aliquis q tribuat voluptati aliqd, talis sup. sciat, modum.i.moderationem & mensuram eius.s.voluptatis fruendæ esse tuendum ei diligenter. Itaque.i.& ita victus & cultus.i. vestitus corporis referantur.i.ordinentur ad ualetudinem supp. bonam.i sanitatem,& ad vires non ad uoluptatem. Atque etiã si nos uolumus considerare,quæ excellentis & dignitas sit in natura hois,nos intelligemus quam turpe sit diffluere luxuria, & uiuere delicate ac molliter,q; pro &. sup. intelligemus quã.i.quantum honestum sup. sit uiuere parce,continenter,seuere & sobrie.

A R G V M E N T V M.

Animaduerte lector ordinem: primum ostendit quid decorum: secundũ naturam cum pecoribus communem: deinde quid secundum hominum præstãtiam: deinceps quid deceat vniuscuiusque personam, vel à natura tributã, vel casu impositam, vel iudicio assumptam.

INTELLIGENDVM est ẽt, duabus quasi nos à natura indutos esse personis: quarum vna est cõis, ex eo quod oẽs participes sumus rõnis, pſtantiæq. eius, qua antecellimus bestijs, à qua oẽ honestum, decorumq. trahitur, & ex qua ratio inueniendi officij exquiritur: Altera aũt, quæ proprie singulis est attributa. vt enim in corporibus magnæ dissimilitudines sunt: (alios enim videmus velocitate ad cursum, alios viribus ad luctandũ valere; itemq. in formis,alijs dignitatẽ inesse, in alijs venustatem) sic & in animis existunt ẽt maiores varietates. erat in L. Crasso,& in L. Philippo multus lepos,maior etiã,magisq. de industria in C.Cæsare L.filio. at ijsdem tpibus in M.Scauro, & in Marco Druso adolescente singularis seueritas,in C. Lælio multa hilaritas, in eius familiari Scipione ambitio maior,vita tristior. De Græcis aũt,dulcem,& facetũ,festiuiq. sermonis,atque in omni oratione simulatorẽ, quem εἴρωνα Græci nominauerũt,Socratem accepimus, contra, Pythagorã,& Periclem summam auctoritatẽ consecutos sine vlla hilaritate.callidum Annibalem ex Pœnorum,ex nostris ducibus Q.Maximũ accepimus facile celare, tacere,dissimulare,insidiari,præripere hostiũ consilia. In quo gñe Græci Themistoclem Atheniensem,& Pheræũ Iasonem ceteris anteponunt. In primisq. versutum, & callidũ factum Solonis: q quo & tutior vita eius esset,& plus aliquãto reip. prodesset,furere se simulauit. Sunt his alij multũ dispares,simplices,& aperti,q nihil ex occulto, nihil ex insidijs agendum putant,veritatis cultores, fraudis inimici: itemq. alij,q quiduis perpetiantur, cuiuis deseruiant,dũ quod velint,consequantur: vt Syllã,& M.Crassum videbamus. quo in gñe versutissimum,& patientissimũ Lacedæmonium Lysandrum accepimus; contraq. Callicratidam, q præfectus classis proximus post Lysandrũ fuit. Itemq. in sermonibus alium quidẽ videmus, q̃uis pꝑotens sit, efficere vt vnus de multis esse videatur. quod in Catulo,& in patre,& in filio,itemq. & in Q.Mutio Mãcino vidimus. audiui & ex maioribus natu,hoc idẽ fuisse in P.Scipione Nasica; cõtraq. patrem eius illum,q Tib.Gracchi conatus pditos vindicauit, nullam comitatẽ habuisse sermonis; ne Xenocratem quidẽ seuerissimũ philosophorum, ob eamq. rẽ ipsam magnum, clarumq. fuisse. Innumerabiles aliæ dissimilitudines sunt naturæ, morumq;, minime tñ vituperandorum. Admodum aũt tuẽda sunt sua cuique nõ vitiosa,sed tñ propria, quò facilius decorũ illud,quod quærimus, retineatur. sic.n. est faciendum,vt contra naturã vniuersam nihil cõtendamus; ea tñ conseruata,propriam naturã sequamur; vt,ẽt si sint alia grauiora,atq; meliora,tñ nos studia nr̃a naturæ regula metiamur. neq; o. attinet naturæ repugnare,nec quicq̃ sequi,quod assequi nequeas. ex quo magis emergit, quale sit decorũ illud: ideo,q̃a nihil decet inuita (vt aiũt) Minerua.i.aduersante,& repugnante natura. oĩno,si quicq̃ est decorum,nihil est pfecto magis,quã æquabilitas vniuersæ vitæ,tũ singularum actionum: quam cõseruare nõ possis,si aliorum naturam imiteris,omittas tuã. vt enim sermone eo debemus vti,q notus est nobis,ne,vt quidam, græca verba inculcãtes iure optimo irrideamur: sic in actiones,oẽmq. vitam nullam discrepantiam cõferre debemus. atq; hæc dr̃ia naturarum tantam habet vim,vt nõnunq̃ mortem sibi ipsi consciscere debeat,alius in eadem caussa non debeat. num.n. alia in caussa M.Cato fuit,alia ceteri,qui se in Africa Cæsari tradiderunt. Atqui ceteris forsitan vitio datum esset,si se interemissent, ppea q eorum vita lenior,& mores fuerant faciliores: Catoni aũt, cum incredibilem tribuisset natura grauitatem; eamq. ipse perpetua constantia roborasset; semperq. in proposito,susceptoq. consilio permansisset; moriendum potius, q̃ tyranni vultus aspiciẽdus fuit. q̃ multa passus est Vlysses in illo errore diuturno, cum & mulieribus (si Circe, & Calypso mulieres appellandæ sunt) inseruiret, & in omni sermone omnibus affabilem se esse vellet: domi vero,& iam contumelia seruorum,ancillarumq. pertulit,ut ad id aliquando quod cupiebat,perueniret. at Aiax, quo animo traditur,millies oppetere mortem, q̃ illa perpeti, maluisset. quæ contemplantes expendere oportebit, qd quisque habeat sui; eaq. moderari, nec velle experiri, q̃ se aliena deceant. id enim maxime quenque decet, quod est cuiusque suum maxime. suum igitur quisque noscat ingenium, acremq. se & vitiorum, & bonorum suorum iudicem præbeat: ne scenici plus, q̃ nos, videantur hr̃e prudentiæ. illi enim non optimas,sed sibi accõmodatissimas

mas fabulas eligunt. qui voce freti sunt, Epigonos, Medeamq́., q gestu, Menalippam, Clytæmnestram: semp Rutilius, quē ego memini, Antiopam, non sępe Aesopus Aiacem. ergo histrio hoc videbit in scena, quod non videbit sapiēs in vita? Ad quas igitur res aptissimi erimus, in ijs potissimū elaborabimus. sin aliqñ necessitas non ad ea detruserit, q̄ nostri ingenij nō erunt: ois adhibēda erit cura, meditatio, diligētia, vt ea si non decore, at quāminimū indecore facere possimus: nec tā est enitendum, vt bona, quæ nobis data sunt, sequamur, q̄ vt vitia fugiamus.

PETR. MARS.

INTELLIGENDVM est) Vt magis cernatur & eluceat uis decori, ponit duas qualitates & cōditiones siue dispositiones, qbus à natura ꝓditi sumus, vt ostēdat in vtraq; seruandū esse decoꝝ, prima psona cōis est oibus hoibus. qua.s.oēs sumua hoies rōne & oṙone ornati. In hac persona illud generale decoꝝ seruari debet, nihilq́. agendum, quod huic psonæ non conueniat. i. hois præstantiæ & excellentiæ. Altera est particularis, qm̄ qsque suas habet dispositiones, & proprias qualitates in qbus particulare decoꝝ seruandū est, nihilq́. a statu suę naturæ & qualitate, cōditione ue discedendū. (Etiam) Præterea q̄ dicta sunt, scire ēt debemus nos hr̄e quasi duas psonas. (Quasi) dixit qm̄ non dī in hoc proprie persona, sed qualitas & dispositio. (Personis) Qualitatibus & dispositionibus. Persona est qualitas, quæ hoiem ab huic distinguit, dr̄ persona a personādo a qua personati deoominatur, q tali indumento tegunt faciem. Natura igitur induit nos quasi qbusdam personis. i. dissimilitudinibus & diuersis qualitatibus, qm̄ in ipsis hoībus magna est dissimilitudo qualitatū & morum. (Indutos) Adopertos. capitia ēt velamē indumentum dr̄. Vnde Bassus ait. Illud indumentū oris. i. persona qua caput & oa tegitur & induitur. Et qa hoc est per translationem, ideo dicit quasi indutos. natura. n. qbusdam quasi personis nos induit, cum diuersas qualitates imponit. (Quaꝝ) Personatum & conditionum. (Cōmunis est) Omnibus. i. hominibus (Ea eo) ꝓp id, quia oēs habemus rōnem, & illa oēs participamus. (Qua præstantia belluis antecellimus) Ratione .s. & oratione. (A qua) Præstantia. (Trahitur decorum) Ducitur id quod decet qm̄ nihil agendum, quod hois præstantiam dedeceat, & à qua exquiritur ratio officij. qm̄ oia officia huic præstantiæ accōmodari debent, vt generale illud decorum seruetur. (Ratio) Via & modua qm̄ inquirimus qd hois excellentiam deceat, & id facimus quod illi conuenit, & hoc est officium atque decoꝝ. (Altera) psona particularis & singulis attributa. qm̄ diuersæ sunt hoium qualitates. (Vt enim) Probat à dissimilitudine corpoꝝ, & formarū, animorum varietates. (Dignitatem) Pulchritudinem virilem. (Venustatem) Pulchritudinem muliebrem, & habentem gratiā. (Maiores) Quàm sint ipsoꝝ corporum. (Erat in L. Crasso) Affert exempla ipsaꝝ varietatum, in qbus si quisque decoꝝ suum seruat, laudem meretur. seruabit aūt, si id faciet, ad quod natura aptus est, contra cuius institutionem non debemus niti. qm̄ decorum seruari non potest. erat summa grauitas, inqt in Bruto, in L. Crasso erat cum grauitate iunctus facetiarum & vrbanitatis oratorius non scurrilis lepos, Latine loquendi accurata, & sine molestia diligēs elegantia in L. Philippo summa libertas, in oṙone multæ facetiæ, satis creber in repertiēdis, solutus in explicandis sentētijs. (Lepos) Iucunditas & suauitas in oṙone cū gratia. (Magis de industria) Dedita opera affectatus. (In C. Cæsare,) hic est Cæsar orator, de quo alibi. C. Cæsar Lucij filius & superioribus & æqualibus suis oibus ꝓstitit, oratorq́. fuit minime qdē vehemēs, sed nemo vnq̄ vrbanitate, nemo lepore, nemo suauitate cōditior. (At) Sed. (Iisdem tpibus) qbus supradicti claruerūt. (In M. Scauro) Ecce dissimilitudines aioꝝ, & morum, erat inqt alibi, in Scauri oṙone sapientis hoia & recti grauitas summa, & naturalis quædam inerat auctoritas, non vt causas, sed vt testimonium dicere putares. De seueritate Scauri sic scribit Valerius M. Scaurus lumen ac decus patriæ, cū apud Athesim fluuiū impetu Cimbroꝝ Romani equites pulsi, deserto consule Catulo pauidi vrbem repeterent filio suo illius cōsternationis & fugæ participi misit, q diceret, se libentius in acie eius interfecti ossibus occursuꝝ, quam ipsum tā deformis fugæ reum visuꝝ. itaq; monebat, vt siquid verecundiæ hr̄et, conspectum patria à quo degenerauerat, vitaret, quo nūcio accepto iuuenis dolore potius mortē sibi cōsciuit. (Singularis) ꝑcipua grauitas & seueritas. M. Drusus, inquit alibi, C. filius, q in Tribunatu, C. Gracchum collegam iteꝝ tribunū interfecit, vir & oṙone grauis & auctoritate, eiq. ꝓxime adiūctus, C. Drusus frater fuit. (In C. Lælio) Alia moꝝ dissimilitudo, hilaritas est quędā significatio lætitiæ, contraria seueritati atq; tristitiæ. (Scipione) Æmiliano, q fuit Lælij amicus. (Ambitio) honoris cupiditas. (Tristior) Sine hilaritate, vt videi seuerus & plenus auctoritatis in honoribus petēdis & vitijs coercendis, fuit. n. optimus senator. (De græcis aūt) Postq̄ de Romanis exēpla posuit, trāsit ad græcos, & affert Socr. q fuit dulcis & facetus & in oi oṙone simulator. (Dulcem) Suauē in oṙone. (Facetum) habentē facetias & excultam quandā vrbanitatem & elegantiā in loquēdo. (Festiui) Iucūdi & vrbani, quem εἴρωνα. i. dissimulatorē appellabāt. Fictio est vti genus, & diuiditur in duas species, simulationē, & dissimulationē. Veritas est quædā mediocritas pertinēs ad eum, q de se vera loqtur, & q eam habet, dr̄ verus hō, seu veridicus, seu grauis, q ea sibi inesse dicit, quæ insunt, & neq; maiora neq; minora, & potius se flectere debet ad dissimulationē, si est à veritate discedendū, quam ad ostētationem, qm̄ extenuationes modestissimæ sunt, & maxime apud multitudinē. Arrogans siue ostētator ea quæ nō insunt sibi fingit, aut maiora quā insint, & sic statim est mēdax, & mendaciū est res ꝑniciosissima. Et Cic. dicit nihil esse turpius vanitate. Ostētator, inqt Cyrus apud Xenophontē, nomen mihi vr̄ esse ꝓp eos positum, q simulant se esse ditiores quā sint, & fortiores, & q pollicentur ea se facturos, quę nequeūt presertim cum manifestū sit ab his fieri accipiēdi aliqd ac lucrādi gratia. Mētitur ille q scit se dicere mendaciū, & dicit, vt noceat, Mendaciū dicimus, cū decipimus, & alios & nos ipsos, putātes dicere veꝝ, vt si diceremus mare desiccatū esse, credentes forte ex relatu alicuius ita esse. & ideo prudētis est nō dicere mēdaciū, boni aūt viri est non mentiri, & mendacium dicimus aliqñ ad vtilitatem alterius, vt faciunt medici curantes ægrotos, adhibentes. n. potiones insuaues sed salubres, vt ægrotus hauriat, suaues esse dīc & haustu faciles. Vnde dicit Plato in 3. de Rep. Mendaciū concedendū esse medicis, alijs vero minime. Vanus ille est, q mendacium dicit, siue mentitur delectationis gratia, nō vt noceat, inqt Arist. Gel. dicit, Vani dīr mendaces inidi, & leuia inaniaq. pro grauibus & veris astutissime cōponētes. Dissimulator est arrogāti siue ostētatori contrarius, qa aut negat quæ sibi insunt, aut minora facit. Arrogans si gloriæ causa aliqd sibi arrogat, nō multum vituperandus est, sed gratia lucri, qa rem vilē appetit, & dissimulator rei manifestæ ac paruæ, vilis est malitiosus. Dissimulator rei ꝑclaræ ipso malitioso laudabilior est. Ad dissimulatorea inqt Arist. dissimulātes sua, elegātiores esse vīr. nō. n. lucri causa id agunt, sed vt fugiant timiditatē & iactantiam, maxime aūt hi negant ea quæ sunt præclara, vt Socr. faciebat. Socrates. n. sectabatur opinionē de ideis, ut opinatus fuerat Pythagoras; quā opinionē Plato postea dilatauit, & Arist. labefactare conatus est, & ipse Socr. erat fons philosophiæ, quā primus inter homines collocauit de bonis malisq́. disputans, tñ dicebat se vnū duntaxat scire, q nihil sciret, & sese opposuit sophistis, q omnia se scire ꝓfitebant, & sua dissimulatione alios eludebat, & εἰρωνεία qua utebatur nil aliud erat, nisi illusio. Fab. ait lib. 9. Socr. dictus est εἴρων. i. agens imperitum, & admirator aliorum tanq̄ sapientem. Socr. apud Plat. in Theæt. sic ait. Nullam ea istis beatis & pulchris disciplinis profiteor. velim tñ mihi alias adesse, veꝝ semper nihil scire me dico, præter exiguam quandam amandi disciplinam. Trasymachus apud eundem in 1. de Rep. sic rñdet Socrati. Hæc illa solita est Socratis εἰρωνεία, verum hæc ego cognoui atque prædixi, quod tu rñdere qdem nolles, sed εἰρωνεία potius vteris, & denique oia faceres potius, quam interroganti cuiq̄ responderes. cui Socrates, quō rñdere is possit q neque sciat, neq; scire se prædicet? (Contra) Ea alia. (Periclem) Pericles Xantippi filius inqt Cic. alibi, primus adhibuit doctrinam, quæ q̄q̄ tunc nulla erat, tñ ab Anaxagora physico eruditus exercitationem mentis à reconditis abstrusisq́. rebus ad causas forenses, populares q́. facile traduxerat, huius suauitate in primis exhilaratę sunt Athenæ, huius vbertatem & copiam admiratæ eiusdem vim dicēdi terroremq́. timuerunt, de quo Eupolis scripsit, cum delectatione aculeos ēt relinquebat in animis eorum, à quibus esset auditus, de quo alter comicus ait. Tonabat fulgurabat, perturbabat oia denique. Comici, inqt Plut. dixerunt Periclem cum concionaretur, coruscationes effundere, ciere tonitrua, horrendū in lingua fulmen gerere. Agarissa mater Periclis Pisistrati filios &! tyrannidem generoso aīo expulit, leges ēt tulit, optimeq́. remp. tēperauit. visa est per quietem parere leonem, & paucis post diebus Periclem peperit, specie qdem corporis haud indecora, capite vero oblōgo, nec ceteris partibus respondēti, ex quo oēs fere

eius statuæ velabunt casside. [Callidum Annibalē) Tunc de im-
peratoribus exercituū varia ponit exempla. Annibal callidissi-
mus fuit & solertissimus in re militari, crudelis & pfidus. [Ex no
stris) Romanis. [Q. Fabiū Max.) hic est Q. Fabius Max. de quo su
pra. q Annibalē cunctando fregit, & eius dolos magna prudētia
diluluit. Vnde vidēs Annibal astus suos a Fabio deprehēdi, dixit,
& Romani suū Annibalem hñt. [Facile celare) Hę sunt partes cal
liditatis. callidi dñr astuti, & quorū mens vsu cōcalluit. Cyrus di-
cit apud Xenophontē, exercitus imperatorē oportet esse insidia
torē, dissimulatorē, dolosum, deceptorē, furem, raptorē, & omni
in re hostibus pualere. [Dissimulare) Nō ostendere qd agere uel
lēt. [Præripere cōsilia) Prouidere qd hostes consulrent, facturiq.
sint, & sic eorū consilijs obuiā ire, & nō permittere ut id exequā
tur, qd' cogitāt. Fabius cū esset dictator, præripiebat cōsilia Anni
balis, & ipm impediebat. [In quo gñe) Calliditatis. s. Themisto-
cles Atheniēsis q Neocli filius fuit, callide Persas vicit ad Salami
nē, vt dictum est, celeriter, inqt Probus Aemilius, quæ opus erāt,
reperiebat. [Themistocles) Neq; minus in rebus gerēdis prom-
ptus, quā excogitādis erat, & de instātibus, ut ait Thucydides, ve
rissime iudicabat, & de futuris clarissime cōijciebat, quo factum
est, vt breui tpe illustraretur. Et Xerses inter angustias Salaminij
freti victus est, magis cōsilio Themistoclis, quā armis græciæ qm̄
naues barbarorū pp multitudinem nō poterāt explicari. Pheræ
oppidū Thessaliæ possessum à tyrānis, quorū è numero fuit hic
Iason vir callidissimus, cuius filia fuit Thebe vxor Alexādri Phe
ręi, vt auctor est Plut. in Pelopida. Strabo agēs de Thessalia dicit,
Pheras in sublimi q̄ꝗ fastigio collocatas tyranni funditus extin
xerūt. [Versutum) Callidū & astutum, nam versuti dñr illi, quo-
rū mens celeriter vertitur. [Factū Solonis) Laertius in vita Solo
nis ita scribit. Est ipsius Solonis factū celeberrimum, cū de Sala-
mine inter Athenienses & Megarenses capitaliter dimicaretur,
multisq. cladibus acceptis capitale apud Atheniēses esse cœpisset
siqs legem de vindicandi insula ferre auderet, solicitus Solon ne
vel tacēdo parum reip. cōsuleret, vel consulēdo sibi noceret, subi
tā dementiam simulat, cuius venia nō dicturus modo prohibita,
sed facturus erat. deformis habitu, more vecordi in publicū euo-
lat, factoq. cōcursu hominum, quo magis consilū dissimularet, inso
litis sibi versibus p præconem suadere populo cœpit, quod vete-
batur, oiumq. ita aios cepit, vt aduersus Megarenses bellum ex-
tēplo decernerent, insulaq. Atheniēsium deuictis hostibus fieret.
[Quo) Vt. [Tutior) Securior. qm̄ capitale erat de eo bello geren
do verbū facere cum Megarēsibus pro insula Salamine. [Prodes-
set reip.) Atheniensium, quā ipse legibus formauerat, & pspicie-
bat Atheniēses fore huius belli victores. [Furere) Insanire, vt sua
dere posset bellū Atheniēsibus sine capitis discrimine, qd' callido
eius cōsilio effecit. ἐπιτάφιον Solonis tale fuit, Mors mea ne careat
lacrymis, linquamus amicis Mœrorē, vt celebrēt funera cū gemi
tu. [Sūt his) Supradictis q celabant cōsilia, dissimulabāt, insidia-
bant & affert dissimilitudines eoꝝ, q simplices, & apti fuerūt sine
aliqua dissimulatiōe. [Dispares) Dissimiles. [Simplices) sine frau
de, & simulatione. [Cultores) Amatores. [Itēq. alij) Alias affert
dissimilitudines eorū, q oia patiebantur, oibus inseruiebant, oēs
prensabāt, & affectabant pter decorum, ut id qd' cupiebant asse-
querent, vt fuerūt Sylla, & Crassus ex nr̄is, & Lysander Lacedæ-
monius ex græcis. Plut. de natura & moribus Syllæ sic scribit. Syl
lā in exercendis salibus natura studiosum fuisse dñt, vt ab ineūte
ætate plurima cū ignominia sodalitia cum mimis atq; ridiculis
petulanter habuerit, postea vero q̄ in reꝶ oium dominatu cōsti-
tutus est, e scena spectaculisq. impudētissimos cogens inter po-
tandū quotidianis dicacitatibus certabat. [Et M Crassum) Accu
satus fuit Crassus, auctore Plut. qd' cum Licinia Vestali incestū
cōmisisset, quæ facile iudicio liberata est. Erat huic mulieri subur
banū egregie ornatum, qd' cum exiguo pcio ad se trahere Cras
sus cptaret, humilius colere mulierē, eiq. quoad poterat, gratifi-
cari cœpit, q nō antea ceptum erga Liciniam coleum omisit, quā
te ꝯcupita potitus esset. [Lysandrum) Lysander, Callicratidi cō
paratus, inqt Plut. versutus iudicabat & callidus, q res bellicas
varijs tractans modis ipsam quoq; iustitiam utilitate amplifica-
bat, alioqui cōmodis, vt honestate vtens, & vera mendacis nō na
tura pstantiora existimans, vtriusq; precium atq; honorē necessi
tate definiebat, quiq; Herculis progeniē sine fallacijs bellum ge-
rere iudicabāt, irriderī iubebat, quo. n. leonis pellis nō attinge-
ret, insuēdam esse volpinā dicebat. [Cōtraq. Callicratidē) Calli-
cratides pfectus classis Lacedęmonioꝶ post Lysandrum, cum pe
cuniam non hrēt, ut fecerat prius Lysander, ire ad Cyrum Persa
rum regem coactus est, ad qd' ipse ineptissimus erat, q generoso
animo præditus oēm ex græcis in græcos cladem honestiorem
existimabat, quam barbaris adolari, & eoꝶ fores adire, q præter
magnā vim auri nullum bonum habebāt. Lysander prius in con
uiuio apud Cyrū adulationibus pecuniā impetrauerat, quam ad
bellū nauale optabat, sed Callicra. pro Spartana dignitate aios
gerebat. Vnde auditus à rege semel, cū iteꝶ rogasset admitti &
repulsam habuisset, discessit malēs seruata dignitate Spartana ca
rere pecunijs, quā pter decoꝶ animi sui inuicti & excelsi barbaro
regi adulari. [Itemq. in sermonibus) Affert nūc dissimilitudines,
q̄ sunt in hoium sermonibus, qbus quotidie vtimur. [Præpotēs)
Valde potēs & princeps ciuitatis. [Vnus de multis) Ex plebe, ut
fuerūt Catuli pater & filius, qui sic in cōgressionibus & sermoni
bus versabātur, vt plebeij viderērur, q̄uis potuissent vti fasto, uti
vt fuit Q. Mutius Numātinus, & Scipio Nasica, cuius pater adeo
seuerus fuerat, vt nullā comitatē sermonis habuerit, & sic appa-
ret dissimilitudo maxima iter patrē & filiū Catulus pater, vt scri
bit in oratore, summa quadā vitæ comitate, & facili natura, & in
correpta quadā integritate pditus latini sermonis fuit, filius ēt
comitatē sermonis habuit, sed inter oratores minime adnumera
tus. Catul. inqt enucleate & polite dixit. [Hoc idē) Hāc sermo-
nis comitatē. [Cōtra patrē eius) Scipio. Nasicā. s. quo auctore Ty
berius gracchus interfectus est, cū cōsul Mutius Scæuola cessare
videretur, cēsebāt. n. patres cōscripti conuocari in ædem Fidei, vt
ꝯsul rēp. armis tueret ꝑpe oppressam à Graccho trib. pl rā ꝑfu-
sis largitionibus & spe ꝓposita populo corrupto, vt palā dictaret,
interēpto senatu oia per plebem agi oportere. Scæuola ꝯsul ne-
gauit se qdq̄ vi acturū. Tunc Scipio Nasica, qm̄, inqt, consul dū iu
ris ordinē seqtur, id agit, vt cum oibus legibus Rom imperiū coe
ruat, egomet priuatus volūtati vestræ me offero ducem, & sic op
pressus est Gracchus, ob qd' Nasica magna populi inuidiā in se cō
citauit & odiū, quod vt declinaret, in Asiā a senatu oblegatus est,
& ibi vita functus. huius seueri hois & rigidi filius comis fuit in
sermonibus & vita facili. [Vindicauit) Vltus est. [Conatus perdi
tos) Audaciā detestabilē & perditione dignā, qm̄ aura populi eue
ctus rēp. cogitabat opprimere. Nullā eo affabilitatē adeo seuerus
erat & grauis. [Necnō Xenocratem) Xenocrates Agathonis fi-
lius, & Plato. auditor fuit, cui in Siciliā nauigāti comitem se præ
buit, crassioris fuit ingenij & hebetioris, quē cū Plato Arist. con
ferret, calcaribus egere dicebat, Arist. fręno, pp ingenij celeritatē
grauitate summa fuit Xenocrat. ab ipsa natura pditus. semp. n. vul
tu seuero & habitu serio pdurabat. Xenocratē adolescentē Chal
cedonium, inqt Plu. adhuc sup. Plato. philosophiæ instituta capes
sentē, cū reliqua vita nimis austeꝶ tum tristē semper in vultu gra
uitatē præ se ferentē sæpe Plato monere solebat vt gratijs sacrifi
caret, illud significās, vt quantū naturæ defectus & acerbitas de-
meret, tm̄ industria, diligētia, & gratia, comitatis elegātia cōcilia
ret. Cū Xenocrates rigidus & seuerus qddā amœnum ꝓtulisset,
ridētibus cōdiscipulis & mirātibus Plato dixit, qd miramini nō-
ne inter carduos & vrticas lilia plerūq; & rosas nasci cernitis? cū
Dionysius tyrānus diceret Platoni, caput tibi aliqs auferet, Xe-
nocrat. suū ostēdēs, nullus, inqt id prius quā illud abscindere po-
terit. paratus. n. erat ad mortē pro suo pceptore. gloriæ & famæ
cōtēptor fuit. [Ob eā rem) Grauitatem & seueritatē. [Magnū)
magnæ auctoritatis semel cum Laide meretrice dormiuit, à qua
nullis illecebris potuit corrōpi. vnde illa dixit, se nō cū hoie, sed
marmorea statua iacuisse. [Claꝶ) Alti nois & famę. [Minime vi-
tuperādoꝶ) Qm̄ ita est ipsoꝶ natura, quā seq debemus. [Admodū
aūt) inqt Cic. vt magis decoꝶ seruetur, qsq; debet amplecti suam
naturā, modo ne vitiosa sit, tūc. n. emēdanda esset. [Admodū) Val
de. [Toēda) Defendēda. [Sua) ꝓpria. i. ꝓprij mores, & id ad qd na
tura ꝓpēsa, modo vacet vitio. Nā si à natura inclinationē habe-
mus ad furta, rapinas, homicidia, nō debemus in hoc seq naturā,
sed prauitatē rōne corrigere. [Sed tm̄) solū ꝓpria & nō imitari na
turā alioꝶ sine decoro. [Quo) Vt. [Naturā vniuersam) Cōem o-
mnibus, qua. s. habemus rōnem & orōnem, & hæc est cōis natu-
ra, est ēt & propria, vt de personis dictum est. [Nihil contenda-
mus) Nil conemur efficere, quod ab hois præstantia sit alienum.
[Ea natura) Vniuersa & cōi. [Propria) Vt. s. id agamus idq. prosi
ceamur, ad quod ꝓpria natura nos inclinat, quamuis alia maio-
ra sint & pstantiora, ad quæ forte non sumus apti repugnante na
tura, vt siqs vellet philosophari, & à tali pfessione natura eius es
set aliena, debet se in his potius ad quæ aptus est exercere, quā in
philosophia, in qua decoꝶ seruare non poterit suum repugnāte
natura. [Grauiora) Maioris dignitatis & pōderis. [Meliora) Me
lioris fructus & virtutis. [Metiamur) cōsideremus, & prudēter in
dicemus, ad qd propria natura nos impellat, & sic contineamus
nos intra fines, quos ꝓpria natura pscribit. [Studia) Inclinatio-
nes, voluntates, ac dispositiones. [Neq;. n.) naturæ in j. Tuscula-
na. dispu-

na.diſputationũ dicit.Bene.n.illo Græcoꝝ prouerbio pcipitur,
Quã qſq; norit artem,in hac ſe exerceat.Et alibi dicit: Nil aliud
eſt more gigantũ pugnare cum dijs,niſi repugnare naturæ.Vnde
Hora.pcipit:Tu nihil inuita dices facies ue Minerua.&Sen.dicit
Male reſpõdent coacta ingenia,reluctãte natura irritus eſt labor.
Plat.in 4.de rep.ſic ait:Quenque ciuẽ ad vnũ id opus duntaxat
ad qđ natura eſt aptus ducere decet.& in 7.Nulla vero animæ
violenta ſtabilis eſt diſciplina, pueros non tanq̃ coactos ſeq, ſed
quaſi ludẽtes in diſciplinis enutrias,vt magis ad qđ quiſq; natu-
ra ſit aptus poſſis agnoſcere.[Neque atti.)Neq; cõuenit.[Neq;
qdq̃)i.aliqd ſequi quod non potes conſequi repugnãte natura.
[Ex quo) Ob hoc quod dictũ eſt,vt nihil fiat reluctante natura.
[Emergit)Apparet quod ſit illud decoꝝ,de quo loqmur.[Nihil
de.)Nihil põt fieri cum decoro & laude.[Et aiunt)Vt eſt in pro-
uerbio,vt nihil tentetur cõtra naturam.Adagium eſt de acri iudi
cio Mineruæ ſuffragium,& illi oppoſitum ſuccẽſuit & decreuit.
[Omnino ſi quidq̃ eſt deco.)Certe inqt ſi aliqd hoiem decet,ni
hil eſt quod eũ magis deceat quã vacuitas perturbationum,qđ
pſtat ipſa temperãtia,de qua nunc agitur;cõſeruat.n.prudẽtiã &
mẽtem,vt dictũ eſt.[Aequabilitas)Cõſentientes & minime inter
ſe diſcrepãtes actiones.æquabilitas eſt idẽ quod æqualitas,& ſic
æqualis & æquabilis.Æquabilitas vitæ dr̃,in qua nulla eſt ptur-
bationum uarietas & diſcrepãtia in tota vita,ſed ẽt in ſingulis a-
ctionibus ſeruãda eſt,vt nihil in ipſis diſcrepet,ſed oĩa fiant docẽ
te rõne.ſi volumus alienã imitari naturam,nõ poterimus æqua-
bilitatem tenere,qm̃ actiones inter ſe nõ bene cõuenient.[Quam
æquabilitatẽ non poteris ſeruare,inqt,ſi volueris a tuo ingenio,
& natura diſcedere,& imitari naturã alioꝝ & mores,& probat
hoc a ſimili.[Vt qdam)ſ.faciunt in ſermone quotidiano,q vo-
lunt Græca verba inculcare,& male pronunciant,dimittentes
proprium ſermonẽ,quo poſſumus vti oẽs cum decoro,& ita lo-
qui vt nõ irrideamur.hoc idẽ notauit poſtea Iuue.dicẽs,Cum ſit
turpe magis noſtris neſcire Latine,& oĩa Græce,& cõcumbunt
Græce,& hoc ſermone pauẽt,hoc irã effundunt,hoc gaudia.[In
actiones)Singulas.ſ.[Oẽmq.vitam)Vniuerſam vitam,nihil de-
bemus facere qđ diſcrepet.Et inqt Cic.hanc diſſimilitudinẽ na-
turaꝝ tantam hẽre vim,vt aliqñ quis mortem ſibi afferre debeat,
ne aliqd alienũ a natura ſua patiatur,& affert exemplũ M.Cato.
q ſe apud Vticã interemit,ne tyrannidẽ Cæſaris pateretur,& il-
lius nullus aſpiceret. Cic.ſecutus dogma Stoicoꝝ laudat mor-
tem Catonis ſeueri,grauis,atq; pfecti Stoici.Nã Stoici rigida di
ſciplina formati mortẽ paratam habebãt,& ea tanq̃ telo expedi-
tiſſimo aduerſus hoſtes vtebãtur.Sed ex ſñia Peripateticoꝝ vitu
perãdus eſt,timidusq.potius appellandus quã fortis,cũ ſibi mor
tẽ conſciuerit,vt aliqd incõmodum vitaret.attulit.n.damnũ pa-
triæ interficiendo ciuẽ optimum,q patriæ auxilio eſſe potuiſſet,
& illã tyranno ſeruientẽ aſſerere.Ariſt.ait mortẽ ſibi afferre ob
fugiendã paupertatem,aut amorem,aut aliqd moleſti,nõ fortis
eſt hoīs ſed potius timidi.eſt.n.hoīs mollis & ignaui laborioſa fu
gere,atq; non qa res eſt honeſta appetit mortẽ,ſed qa malum fu-
git.Vnde Martia.ẽt dicit amico ſuo:Quod magni Thraſeæ con-
ſummatiq.Catonis Dogmata ſic ſequeris,ſaluus vt eſſe velis,Pe
ctore nec nudo ſtrictos incurris in enſes,Quod feciſſe velim te
Deciane,facis.Nolo viꝝ facili redimit q ſanguine famã,Hũc vo
lo laudari q ſine morte põt.Et diuus Auguſtinus hãc mortẽ vitu
perat,& Lucretiã.[Tantã habet vim)Tm̃ põt ad decoꝝ præſtan
dum.[Nõnunq̃)Aliqñ,vrgente aliquo caſu,ſed hoc,vt dixit,non
laudatur.Cato.n.fecit iniuriã patriæ,& fuit iniuſtus.qa viꝝ opti
mũ interemit.[Nõ enim)Alia in cauſa,non plus peccauerat M.
Cato pmanens in Africa,quã ceteri Romani,ſed oẽs erant in ea
dẽ cauſa & Cæſaris hoſtes.Cato poſt victoriã Cæſaris in Theſſa
lia & fugã Põpeij,in Africam cum Scipione Põpeij ſocero naui-
gauit,vt vires attritas repararet,ſed cũ poſt mortem Põpeij,Cęſa
rẽ in Africa victorẽ cognouit,ne in illius poteſtatẽ veniret.aut
ne illius vultũ aſpiceret,apud Vticam 48.ſuæ ætatis anno conſtã
ti pectore,vt perfectũ Stoicum decebat,mortẽ ſibi conſciuit.qua
audita Cæſar vicem ſuam,& illius doluit,quod tm̃ virum amiſiſ
ſet.voluiſſet.n.Cęſar pro ſua clemẽtia Romæ ſeruare Catonem.
Vnde dixit,Inuidio morti Catonis,qm̃ ipſe gloriæ inuidit meæ.
[Atqui)Certe fuiſſent iure reprehenſi alij Romani,q illic erant,
ſi ſe interfeciſſent,qm̃ non ſeruaſſent decoꝝ,cum vita eoꝝ eſſet
facilior ſeueritate Catonis & grauitate.[Ceteris) Qui nõ habe
bant tantã grauitatem.Vnde poterant cũ decoro tradere ſe Cæ-
ſari.M.Cato nõ poterat,vt concedamus hoc Cic.ꝓpenſo in lau
dẽ Catonis magni,in primis & pclari ciuis,& in Stoicoꝝ diſcipli
na perfectiſſimi.Seneca ẽt Stoicę profeſſionis & ipſe laudat mor
tẽ Catonis dicens.Catoni ſuam felicitatem cõtigiſſe conſenſus
hoium fatebitur.Et alibi,Ille vir magnus eſt q mortem ſibi non
tm̃ imperauit,ſed inuenit.[Lenior) Non ita grauis,vt erat uita
Catonis,& mores nõ erant ita ſeueri,ſed faciliores,& cõtra de-
coꝝ feciſſent,ſi ſe interemiſſent.Lenis.n.natura & facilis id non
patitur,nec cũ decoro pręſtare poteſt.Catoni,q dictus eſt poſtea
Vticẽſis,& hic eſt Cato iunior ad drĩam Catonis ſenioris,q ſcri
pſit origenes,& vtriuſque vitã literis mandauit Plutarchus.Ca-
to ſenior Tuſculanus fuit.Romani auctore Plutarcho cum in
quo multarũ rerum vſus ac experientia eſſet,Catonem nomina
bant.Cato ſenior moriens hoc diſticho notatus eſt.Porcius hic
mordax,glaucis ſubrufus ocellis,Interiẽs Erebo ſedes nõ cõpe-
rit vllas.Ab hoc Catone iunior Cato,de quo hic agit,originẽ ha
bebat,cuius ſeriẽ literis mãdauit Gellius in noctib.Atticis.Cato
em̃ ſenior,auct.Plut.Saloniũ reliqt nepotem ſuũ,ex filio Cato-
ne defuncto.Salonius cũ eſſet impator mortẽ obiuit,eius filius
Marcus cõſularem dignitatẽ adminiſtrauit,& Catonis Vticẽſis
auus fuit.[Cõſtantis) Perſeuerãtia in ipſa virtute.In orõne pro
L.Muræna ſic Catonẽ alloqtur.Finxit ẽt te ipſa natura ad hone
ſtatẽ,grauitatem,tẽperantiam,magnitudinẽ animi,iuſtitiam,ad
omneis deniq; virtutes magnũ hoiem,& excelſum.[Quam mul
ta paſſus eſt Vlyſſes)Affert exẽplũ de externis,in qbus fuit ſum-
ma morũ diſſimilitudo.Nã Vlyſſes diſſimulãdo multa paſſus eſt,
vt id qđ cogitabat,perficeret,quod nõ feciſſet Aiax Telamonius
vir animi concitati & magni ſine aliqua ſimulatione,aut diſſimu-
latione.[Quàm multa) Plurimas calamitates ptulit forti aio.
[Diuturno errore)Qm̃ errauit p 10.an.poſt euerſum Iliũ,& mu
lieribus aliqñ ſeruiuit.[Si Circe & Calypſo) q.d.ſunt potius ap
pellandæ deæ quam mulieres,qm̃ filiæ numinis dicebãtur.Circe
fuit filia Solis,Calypſo Atlantis,q̃ inſulam Ogygiam tenuit,ad
quam diuertit Vlyſſes.Sed has pſonas Homerus finxit in laudẽ
Vlyſſis,quẽ pro ſapienti viro accepit,q q̃uis incidat in voluptatẽ
tñ ſapiẽtia ſæpius euadit,vt de Aenea & Didone finxit Virg. Vo
luit Homerus oſtẽdere qd pręſtare poſſet vir ſapiẽtiſſimus,qualẽ
ipſe appellat Vlyſſem,quẽ naufragũ in alga maris demerſum fo-
uet Nauſicaa filia Alcinoi regis Phæacũ.qm̃ ſapientia in ipſis ca
lamitatibus vnicũ eſt pſidium,& non patitur ſapientiã perire.Vñ
Ariſt.dicebat,Eruditionẽ inter pſpera eſſe ornamentũ,inter ad-
uerſa refugiũ.Et Bias filio in Ægyptũ pficiſcẽti,rogãtiq.patrẽ,
qdnã agendo maxime ſibi gratũ faceret,ſi viaticũ,inqt,ad ſene-
ctutẽ cõpares;virtutẽ nimirum intelligẽs.[Domi vero)Poſtq̃ re
uerſus eſt domũ diſſimulato habitu,nõ.n.agnoſcebatur,cũ eſſet
in habitu mẽdici.Vnde paſſus eſt cõtumelias ab ancillis & ſeruis,
eũ nõ agnoſcẽtibus,qđ nõ feciſſet Aiax.[Vt ad id qđ cupiebat)
interficere pcos Penelopes vxoris ſuæ pudiciſſimæ.Venerũt (vt
canit Homerus in Odyſſea)Ithacã Samij,Zacynthij,Dulichij no
biles viri petentes vxorẽ Pelopopen;dicentes mortuum eſſe iã
Vlyſſem,inter quos erant nonnulli Ithacenſes.procoꝝ noĩa fue
rũt,Demoptolemus,Antinous,Amphinomus,Agelaus,Elatus,
Euriades Piſandrus,Dexippus,Polybus,Damaſtorides,Theno-
rides,Eurymachus filius Polybi,Amphimedus,Eurydamas,Vlyſ
ſes domũ reuerſus oẽs pcos perdidit,auxilio Telemachi & Eu-
mæi ſubulci,& alios ſagittis,alios enſe ꝯfecit.[Quo aio) Quam
forti & excelſo ſine aliqua diſſimulatione,ita.n.illius ferebat na
tura.[Millies oppetere)Millies voluiſſet mori,quã illa pati quę
paſſus eſt Vlyſſes.[Quæ) Diuerſas naturas & diſſimilia ingenia
pſiderãtes [Expẽdere)Aio põderare,& intueri diligẽtius.Iuue-
nalis:Expẽde Annibalem.[Quid habet ſui)q̃ ſit ſua natura,& ad
qd aptus ſit,vt in eo ſeruet decoꝝ.[Eaq; moderari) Cum modo
menſuraq.tractare,ne modũ excedentes pdamus decoꝝ.Vnde
nõ modo illa quæ naturę noſtræ apta nõ ſunt,moderatione adhi
bita tractare debemus,ſed ẽt quæ noſtra ſunt,vt neqd nimis.Vt
ſiqs eſſet optimus muſicus & ad id natura aptiſſimus,tñ eſſet ni-
mius & pfuſus in cantu,modumq.excederet,profecto decoꝝ
non ſeruaret.[Aliena) accõmodata naturis alioꝝ.[Id.n.decet)
id põt cum decoro præſtare,quod naturæ ſuæ conuenit.[Quod
eſt ſuũ)Propriũ.i.tunc quiſq; ſeruat decoꝝ cum ea facit,ad quæ
natura eſt aptus.[Suũ igitur)Cũ hoc ita ſit,vt id maxime deceat
qđ eſt cuiuſq; ſuum proprium,quiſq; ingenium cognoſcat ſuum
& naturã,qua duce poſtea operetur,ſi vult ſeruare decoꝝ.Vnde
delphicũ illud epigramma monebat,vt ſe qſq; cognoſceret.So-
crates apud Plato.in eo dialogo,q primus Alcibiades de vita ho
minis inſcribit,ſic ait,ſeipſum cognoſcere prudẽtiã eſſe concedi
mus,ſi aũt nec nos ipſi cognoſceremus,nec prudẽtes eſſemus,poſ
ſumus ne noſtra ſiue bona,ſiue mala cognoſcere?& ſi noſtra igno-
rauimus,nec ea quæ noſtroꝝ ſunt intelligemus.[Acrẽ) Subtilẽ,
acutũ,atq; diligẽtẽ.[Bonorum)Quæ natura ſibi tributa ſunt,&
cognoſcat ẽt ſua vitia,& bonis quæ inſunt vtatur,reijciatq.cõtra

tia.[Ne scenici)Histriones & mimi,q versantur in scena,& agūt
fabulas subeuntes aliorum personas in decoro, q tñ sunt vilissi-
mi hoies. Plato in 7. de Leg. loqnens de histrionibus sic pcipit
Huius gratia cognoscenda sunt,ne pp ignorantiā ridiculum ali-
quod agatur,aut dicatur,cū minime oporteat.Seruis igitur & pe-
regrinis precio cōducti talia imitentur,studiū vero nullum adhi-
beatur,nec adeo liber sit ciuis, seu vir, seu mulier, q discere ipsa
cernat,sed noua semp de his appareat imitatio,atq; ad risum spe-
ctantes ludi,q comœdiæ vocabulo appellantur, rōne ac lege di-
spositi sint.& de tragœdis sic ait.Nolite credere facile,a nobis ad
mitti vt scenas in foro cōstituatis,& clamosos cōducatis histrio-
nes,q altius quā nos exclamēt,atq; ita ad liberos nostros,ad vxo
res,ad turbā oēm,de eisdē rebus,eademq. nos , sed cōtraria sæpe
cōcione mimi.insaniremus.n.& nos oino & ciuitas ois, si anteq̃
magistratus viderint,quæ composuistis , & dicenda ad populum
iudicauerint admitteremini . Nunc igitur ò viri molliū musarū
alūni,istos cātus vestros,cū nostris apud principes cōparabimus,
si quæ dñt,eadem aut meliora nostris videbūtur , chorum vobis
dabimus.[Illi.n.)Ratio quare scenici sunt prudētes vt seruent de
corum.qm eligūt fabulas non optimas,sed accōmodatas ad ipso
rum naturam.[Epigonos) Tragœdiā.Epigoni.n.tragœdia est Eu
ripidis de Thebaꝝ expugnatione,direptioneq. ,& expulsione ci
uiū,in qua re solet esse tumultus & clamor, ita inscripta pp epi-
gonos populus,q vt Strabo testatur,eiecerūt Thebanos in Til-
phossam,q est in ora Bœotiæ coegerūt fugere,& Thebæ captæ ac
direptæ sunt. Talis igitur tragœdia bona latera & magnā vocem
reqrebat,vt clamores hostium Thebanorumq. , & trepidatio in
ipsa vrbis captiuitate & direptione repræsentarētur . Tragœdiā
ēt de Medea scripsit Euripides.[Qui gestu)Freti sunt.qm in Me
nalippa & Clytēnestra tragœdijs reqrebantur gestus, vt vtraque
mulier bene referri posset . Menalippa.n.pgnans ad Metabū de-
portata est,& in vinculis peperit Bœotū filium . Vnde opus erat
hoc gestu effingere.Accius poeta Menalippā tragœdiam scripsit,
cuius est hic versiculus . Bœotū speciosa Menalippa in Dij tegia
peperit. Nā aliqui putāt delatam fuisse ad Diū.Euripides scripsit
de Clytæmnestra tragœdiā vxore Agamēnonis, quam interfecit
Orestes filius in vltionē patris,& ipsa Clytemnestra arrepta secu
ri,Agamēnonem inter epulas interfecit,qđ gestu decoro effingā
dū erat,& id pstat,is solum q gestu valet.[Rutilius)Scenicus fuit
ætate Cic.& Æsopus.[Antiopā) Tragœdiā de Antiopa filia Ny-
ctei & vxore Lyci regis Thebanoꝝ,a quo repudiata in maximis
fuit calamitatibus.Vnde Persius,Sunt quos verrucosa moret An
tiopa,ærūnis cor luctificabile fulta . Inde cū erraret p syluas , à
Ioue in satyꝝ verso,cōpressa est,& peperit Zetū & Amphionē ,
q cū adoleuissent,Lycū in matris vltionē interfecerūt,& Dircen
tauro indomito distrahendā alligarūt. Vnde demutata est in fon
tē sui nois.Dirce.n.fons est in agro Thebano . Papinius in The-
baide:Cū fluxit in subitos regina lacus.[Aiacē) Tragœdiā de Aia
ce furēte.nā superatus in iudicio & petitione armoꝝ ab Vlysse,
in furorē versus est,& acceptis loris,discurrebat p syluas, mina-
baturq. iudicibus,q arma Achillis,Vlyssi adiudicassent, & verbe
rās arbores,& aīalia iudices verberare arbitrabatur,& semp hor
rēda voce clamabat.Sed cū resciisset ea quæ p insaniā fecerat,pu-
dore affectus gladio incubuit,opus erat igitur magno clamore ,
vt furētis Aiacis clamores referri possent , qđ cō Æsopus tragi-
cus histrio,cuius luxuriosam patinā,& filiq epotas Margaritas vo
ratasq. dānauit antiquitas,nō multū voce lateribusq. valēs pstā
re nō poterat,& ideo nō sæpe Aiacē egit.[Hoc) Eligere id ad qđ
est aptus.[Histrio)q est homo vilissimus, nititur tñ seruare deco
rū, quāto magis debet niti sapiēs in tota vita cū Romani ludos
scenicos primū celebrare vellēt,auctore Liuio.ludiones ex Etru
ria euocauerint,& qa hister tusco verbo ludio vocabatur, nomen
histrionibus inditū est.Pōpeius ait histriones dictos , qm primū
ex histria venerint.[Nō videbit) q.d.multo magis videre debet,
vt id eligat,ad qđ est aptus & nil agat,qđ nō deceat.[Potissimū
maxime,qm possumus ēt elaborare in alijs.[Elaborabimus) dili
gēter labores nostros cōferemus in his rebus exercēdis, ad quas
erimus aptissimi,sed si aliqn necessitas nos ad ea impulerit, q nō
sunt nobis apta,curādū erit,quoad eius fieri poterit, vt q̃ mini-
me indecore fiāt.[Detruserit,)Vt cōpulerit ad ea,ad quæ nō eri-
mus apti.[Bona)q̃ insunt nobis natura .i.bonas dispositiones &
aptitudines ad res aliquas agēdas.[Vitia)q̃ ēt insunt naturaliter,
male.s.inclinationes,quas vitare debem⁹.& cōtra ipsas niti duce
rōne,q̃ oia emēdat cū sana est.Philosophus in 2.Eth.sic ait,Cōsi-
derare oportet & ad q̃ nos sumus ppēsiores.Nā alij ad alia sum⁹
nā faciles & pclines,atq; nosipsos ad cōtraria oportet retrahere.
lōga nāq; delinquēdo secedētes,ad ipsum tādē mediū accedemus.

INtelligendum &c.) De officijs pcepit hucusq; prudētiæ,quę
cōia oibus sunt,in quibus gñale inest decoꝝ,nunc de officijs
pcipit, quæ sua sunt cuiusq; psonæ propria, in qbus speciale
decoꝝ situ esse intelligimus , ad quod ptinet in omni actione, &
sermone deligere,quod suæ cuiusq; naturæ cōueniat,vt tñ hois;
& pprietate seruata,hoc est ne à rōne discedat,nō debet.n.a sua
specie induiduū dissentire. Et pprium hois est cum rōne agere,
& hoc gñaliter oēs decet. Sed agere rursus cum rōne sm cuiusq;
naturā particulariter singulos decet . Cū ergo consideramus qd
homini cōueniat,gñale est,cum qd huic homini,speciale est. Id-
eoq. ait duabus nos psonis indutos esse, qm considerari in hoie
debet persona speciei , hoc est qd oēs hoies generaliter deceat ,
& psona induidui,hoc est qd singulis secūdum eoꝝ naturam cō
ueniat . Nec qoidq̃ obstat quod superios cum decorū diffiniret
sic ait: Eius descriptio duplex est.Nam & gñale quoddā intelligi
mus quod in omni honestate versat , & alteꝝ huic gñi subiectū,
tūc.n.locutus est de decoro vt inest honesto vniuersali,& partib⁹
eius singulis, nūc de eodem loqtur, vt inest gñaliter hominis, &
particulariter singulis hoībus. [Duabus psonis)Duabus condi-
tionibus,& pprietatibus,altera oibus conuenit hoibus,vt ratio;
oēs.n.sunt participes rōnis , & hac re excellūt bestijs , quæ sunt
rōnis expertes. Altera propria est singuloꝝ,vt facilitas moꝝ,aut
asperitas,vrbanitas,vel rusticitas,seueritas,vel lenitas. [Præstan-
tur)Qua pstamus belluis.Virtutem aūt significat,quę ois à rōne
manat.[Ex qua ratio inueniēdi &c.)Ex rōne hois naturaliter in
genita ratio nascitur.Qua exqrimus qd honestū sit in vnaquaq;
re,aut qd deceat.Primū per intelligētiam , quæ principia inqrit
rerū,quid sit honestum,& qd sit offm,quod vbi intellectum est es
se qd sit,& vbi sit,p scientiam intelligitur,& sapiētiam,quæ sciē-
na est oium diuinaꝝ,humanarumq. reꝝ. Prudentia quoq; à na-
turali rōne manat,cui insunt electio, & cōsilium, & hoc totū ad
gñalem personam spectat,quæ in oibus consideratur hoibus ha-
bita rōne gñalis honesti & decori. [Vt enim &c.) Ostendit p si-
militudinē quæ nam sit persona specialis.Et quēadmodum inqt,
variæ sunt corpoꝝ dēiæ, pauci.n.per oia reperiūtur imagine simi
les,ita variæ sunt aioꝝ dissimilitudines. Vnde ait Ouid.Pectori-
bus mores tot sunt quot in orbe figuræ.Et Terent.Quot capita
tot sñiæ . Ex quo apparet cōem illam naturam quasi genus esse ,
particularē vero cuiusque naturā,quasi speciem.[Velocitate)ad
cursum, vt Ladam q ita sup canum pulnerē cursitauit, vt in are-
nis pēdentibus nulla indicia relinqueret vestigioꝝ . [Ad luctan-
dū)Vt Milonem Crotoniatē.[Dignitatē)Quę est virilis pulchri-
tudo magisq. ad grauitatē inclinat q̃ ab ea declinet . quales Ro-
manoꝝ multos legimus fuisse. [Venustatē) Quæ est pulchritu-
do,& elegātia oris,& corporis magis fœminis, quā viris conue-
niēs.[Erat in L.Crasso) Hic est q vna cū filio Mariana clade tru-
cidatus est orator insignis,q in libris de oratore introducit .[L.
Philippo)Hic causam senatus suscepit cōtra M.Liuiū Drusum .
Cū is perniciosa spe largitionis plebē cōcitasset,& pmissa ciuita
te socios in vrbē conuocasset,vt illis adiuuātibus agrarias frumē
tariasq. leges ferret,die vero pmulgandi,Phidippū consulem,q
ausus est cōtraire, apprehēdit faucibus Liuius , nec dimisit priua
q̃ sanguis in ora,& oculos redūdaret.[C.Cæs.)Hic est C.Cæs.iu
nior ad quē directæ fuerūt Cic.epistolæ nūc.n.non extāt, fuit fi-
lius L.Cæsaris q bello sociali feliciter contra Sānites pugnauit ,
ob cuius victoriā Romæ saga posita sunt . Perijt clade Mariana,
in penetralibus domus suæ trucidatus . [M.Scauro & M.Druso)
De vtroq; sopius vt dictū est.M.Drusus auunculus fuit Catonis
cuius domi educatus est.[C.Lælio)Is amicus fuit Scipionis supe
rioris,& libro de amicitia introducit.[Hilaritas) Hanc libro de
optimo gñe dicēdi Cic.tristitiæ opponit hia verbis : Nā vt ima
go est animi vultus,sic indices oculi,quoꝝ hilaritatis,& vicissim
tristitiæ modū res ipsæ de qbus agei temperabūt.[Ambitio)Ho
noris cupiditas,& appetitio.[Vita tristior) Seuerior,& grauior,
& ad laudē hic sumet tristis,nō ad amaritudinē . Cic.alibi index
tristis integerq;. Terēt.in And. Tristis seueritas in vultu,atq; in
verbis fides est,& tristis q dolet.Scipionē aūt superiorē Africanū
intelligit.[De Græcis Socr.) Nihil scripsit,sed in oēbus Platonis
dialogis ferme introducit facetissimus.Et qm q iocātur ad aliud
alludūt quam dicere videātur,quod est ironiæ propriū,ideo εἴρω-
να eū Græci vocauerūt.εἰρωνεία.n.dissimilitudo est, & cauilla
toria deceptio.[Cōtra &c.)Pythagoras Sami⁹ fuit philosophus,
floruit Olympiade 60.admodū seuerus: Pericles Anaxagoræ au
ditor fuit,philosophia,& eloquētia insignis, dux itē Atheniēsiū,
quoꝝ remp.annos 40.administrauit.[Callidum Annibalē) Cu-
ius virtutes ingētia vitia æquasse dicit Liuius. Nam in eo pfidia
plusq̃ Punica,nullū iusiurādū,nulla religio,nullus Deû met⁹ erat.
[Q.Maxi-

FRAN.
MAT.

Facilitas

Vrbanitas.

Lenitas.

Pruditia
origo.

Dignitas

Venustas

Hilaritas.

Tristis.

[Q. Maximum) De quo supra dictum est. [Themistoclem) Hic
Atheniensis,& Neocli filius fuit, Iasonem Pheræum. Pheræ ciui
tas Thessaliæ emporium habuerunt Pagasas, eas in sublimi quo
dam fastigio collocatas tyranni funditus exinanierunt, quorum hic
fuit Iason, quē optimū subitarum rerum cognitorem, & rerum futurarum
coniectorē fuisse scribit Thucyd. [In primisq. versutum & calli-
dum &c.) Cum de proprietate Salaminæ Solonis patriæ, inter
Athenienses, & Megarenses ferme vsque ad interitū carnis eimi
catū esset, multisq. cladibus acceptis, capitale apud Athenienses
esse cœpisset, si qs legē de vindicanda insula ferre auderet, demen
tiā simulauit, & deformis habitu vecordium more in publicum
euolauit,& insolitis sibi versibus suadere populo cœpit qđ verte
batur, oiumq. aios, ita cepit, vt bellum aduersus Megarēses exiē-
plo decerneretur, insulaq. deuictis hostibus Atheniensiū fieret.
[Quo tutior vita eius esset,) Furiosi.n. pœnę subiecti nō vīr. Qm̄
vt iurecōsulti dīt, satis suo furore vexātur. [Sūt alij) Dixit quos
dā esse versutos,& callidos, nūc de ijs loqtur, q cōtrarijs sunt mo
ribus. Qm̄ sunt simplices & apti. [Simplices,) Versuto opponitur
simplex, aptus callido. [Nihil ex occulto,) Vt faciūt versuti. [Ni
hil ex insidijs) Vt callidi. [Veritatis cultores,) Qui simplices sunt
& apti, ijdē veri. [Fraudis) q̄ est cōtraria veritati. [Itē alij) Aliquos
esse inqt, q uia æquo aio pati pñt, & cuius ēr indigno se subijce-
re uō faciat qđ volūt, ut Sylla, q cū esset nobilissimus, & Romu
q̄stor tñ Marij Arpinatis, & noui hois fieri sustinuit. Idē cū prturā
petisset & repulsam passus esset, nō dubitauit populo se subijcere
& largitione vti, donec sequenti die habitis rursus comitijs con
secutus est qđ optabat. Idē occiso Pōp. filio atque ipsius gño i eo
tumultu quē P. Sulp. cōcitaueras, supplex se subiecit exercitui, vt
cōmiseratione cōmotū contra Mariū cōcitaret. Fuit aūt inæqua
lis,& sibijpsi dissentiēs, vt Plut. scr. M. quoq; Crassus oia pperie-
batur, oibus inseruiebat, vt faceret qđ vellet. Cæs. se subiecit, vt
Cic. vlcisceretur inimicū, à quo se noiatū inter cōiuratores crede-
bat. [Quo i gūe) Eiusmodi Lysander fuit, hic magnas agebat cū
Agesilao inimicitias, quas diu ita dissimulauit, vt odisse qdē illū
videretur, post vero id egit, vt cōcitatis i Agesilaū Lacedæmonijs
in exiliū ille mitteretur. [Cōtra) Qm̄ simplex erat, & minime cal
lidus. [Itemq. in sermonibus) Nō solū ceteris in rebus, vt Sylla,
sed inuēti sunt multi, q q̄uis in dicēdo nimiū possent, ad humilē
tñ, & nimis remissum sermonē descenderēt, & veluti in ordinē se
cogerēt, vt Catuli ambo, pē filius. [Pře) Qui collega Marij bello
Cimbrico fuit, & clade Mariana ignis haustu ludibriu hostiū se
exemit. [Filio) Qui Lepido occurrit exercitū ad vrbē ducēti Syl
la defuncto, & fugere in Sardiniā cōpulit. [Vnus de multis) Vnus
ex plebe de vtroq; multa Cic. lib. de Cl. Orat. [Q. Mutio Mãci-
no) De hoc Cic. lib. de Cl. Or. Sed Q. Mutius enucleate ille qdē,
& polite, ut solebat, nequaq̄ aūt ea vi, atq; copia quā genus illud
iudicij, & magnitudo causæ postulabat. Numātinus a rebus feli-
citer apud Numātiā gestis cognominatus est. [Hoc idē) Vt q̄uis
in dicēdo ppotēs esset, tñ efficeret, vt vnus ex multis esse videret.
[P. Scipione) Illius filio q Serapiō est cognominatus, & optimus
a senatu iudicatus. de quo superius dctm est. [Comitatē) Suauita
tē & leuitatē [Xenocratē) Fuit Agathenoris filius Chalcedonius
Plat. auditor. adeo seuero ac serio habitu, & ore semp erat ut sæ
pe illi diceret Plat. Xenoc. gratijs sacra fac. Tantā illius uerbis fi
des habebatur, vt cū iniuriati nullius admitteretur testimoniū,
huic soli Athenieses remiserint iusiurandū. hic a Phirne nobili
scorto flecti cū illa iacēs nō potuit, & pcunctātibus dixisse mulie
rē ferūt, se nō à viro, sed à statua exire. [Admodū &c.) In oi actio
ne, & sermone diligēdū est qđ suæ cuiusque naturæ conueniat ui
hois, & pprietate imitationis seruata, ppriū aūt hois est cū rōne
agere, & viuere. hoc est vt à rōne uō discedat, p quā à ceteris ani
malib⁹ separatur. est.n. hois excellētia sm quā gñaliter oēs hoies
viuere decet. Sed decet ēt singulos sm naturā pprīā cū rōne viue
re, siue seuerus, siue vrbanus, siue hilaris, siue tristis sit. cū rōue di
xi, qm̄ nō pōt nec debet indiuiduū à sua specie dissentire. Nō.n. si
seuerus agere aliqd vrbane vellet, decorum seruaret. Nā cōtra natu
rā pprīā faceret, a qua q discedit ineptus est, & hoc est qđ hic p-
cipit tenēda esse q̄ ppria sunt cuique, vt decorum seruetur, ita tñ ne
cōtra vniuersam naturā fiat, hoc est illata in cōem psonā de qua
supra dixit, q̄ est ratio, & pstātia humanæ naturæ, vt cum rōne ois
humana actio fit. [Grauiora,) Seueritas grauior est q̄ vrbanitas,
& tñ si vrbana esset natura nr̄a, non debemus seq oibus in rebus
seueritatem, & seuera studia, vt philosophiæ, sed magis poetarum,
aut oratorē. [Meliora studia) Siquis natura est hilaris, & poeticis
studijs deditus, nō debet philosophorum, aut iuris ciuilia studijs hæ
rere, quæ tetrica sunt & aspera. [Regula metiamur &c.) Sumpta
est à Fabro translatio. Nā fabri regula vtuntur in faciendo ope,

Numantino (margin, beside "ex plebe de vtroq; … Mãcino")

Hois excellentia. (margin, beside "viuere decet. Sed decet ēt singulos")

quæ & amussis uocatur. [Naturæ repugnare &c.) Metiri naturā
nostrā debemus, & q̄uis vtiliora sint studia multa ea tñ amplecti
qbus idonei sumus. Vñ ait Horat. in Arte Poet. Sumite materiā
vestris, q scribitis æquā Viribus, & versate diu, qd ferre recusent,
Quid valeant humeri. [Inuita (vt aiunt) Minerua. i. aduersante,
& repugnāte natura.) Pro natura Minerua accipitur. Horat. Tu
nihil inuita dices facies ue Minerua. Qui natura grauis erit æ-
quabilitatē, hoc est cōstantiā seruabit, si ita pget viuere, vt cœpit,
& à grauitate nō discedet. Qđ si idē victus cupiditate, res sequat
amatorias sibijpsi inæqualis erit ac dissentiēs. [Oino, sic qdq̄ est
decorum, &c.) Constantiam quandam in oī vita seruandā pcipit, vt
quemadmodū semel sm naturam nostrā viuere cœpimus, ita vi
uamus. Ille aūt æqualitatē seruat, qui institutā semel cū rōne vi-
tā seruat. Verbi causa, Qui vrbanus, & comis fuerit vrbanitatē,
atque comitatem semp seruet, q seuerus seueritatē. [Æquabili-
tas &c.) Tenor vitæ, & cōstantia in oi vita, atque actione, vt iusti
fuerimus. Qui grauis esse cœperit, & multis in rebus grauē se p-
stiterit, non debet esse in aliqua re pagenda leuis. [Aliorum naturā
imiteris, &c.) Vt si seuerus natura sis, morē imiteris vrbani. [Vt
enī sermone eo debemus vti, q notus est nobis, ne, ut &c.) Per si-
militudinē ostēdit seruandā in oī vita æquabilitatē & pprijs mo
ribus vtendū, ita, inqt, natura ppria & moribus, vt sermone no-
bis noto uti debemus nō peregrino, qđ multi faciūt q græca ver
ba, q̄uō recte tenēt, inculcāt. [Inculcantes iure optimo &c.) Ma
le puuētantes. Iuuen. Oia græce, cū sit turpe magis nostris nesci
re latine. [In actiones) Tria sunt actionū gña, ciuile, domesticū,
priuatū. [In oī vita) Siue actiua, siue contēplatiua, operā dare de
bemus, ne ab añ acta victa discrepemus, in qua si graues fuimus,
ad extremū vsque vitæ grauitatē seruare debemus. [Atque hæc
dña &c.) Quantā vim habeat morum dña, illic comprehendi posse
dicit, q nōnulli mortē sibi potius consciscere debent, q̄ à natura
sua dissentiant, idq. exēplo probat Catonis, q cū in oī vita acer-
rimus fuisset libertatis defensor, & tyrānos maxime exosus es-
set, leuis habitus fuisset, si amissa libertate, & occupata à Cæsare
rep. superesse voluisset, vt rectissime fecisse iudicetur, q se occide
rit, ne ab instituto suo discederet, & qm̄ occurri poterat, Nō ne,
& alij fuere, qui libertatē cōtra Cæs. defendere voluerūt? & pari
causa arma sumpserunt? fuerūt inqt, sed longe moribus facilio-
res Catone, qbus, si se interemissent, vitio datū fuisset. Catoni lau
di tributū est, pp maximā ab ineunte ætate seruatā seueritatem.
[Ceteri, q se in Africa &c.) Reliquię Pōpeianæ ducibus Catone,
& Scip. ad Iubā cōfugerūt. Victæ deinde sese Cæsari dederūt. Cu
to bello nō interfuit, psuasit filio, & oibus, q secū erant Vticæ, vt
se Cæsari dederent, ipse seipm interfecit. [Incredibilē grauitatē)
Quā semp in oi vita ad exitū vsque seruauit. Vñ ait Lucan. de eo:
Nullosq. Catonis in actūs irrepsit, partemq. tulit sibi nata volu
ptas. [Tyrāni) Cæs. [Quā multa passus est Vlysses &c.) Cato po
tius mori voluit, & debuit, quā tyrāni vultus aspicere, vt à mori-
bus suis nō dissentiret. Cōtra Vlysses cum dolis pstaret, & nullu
seueritate vteretur, & dū erraret & postq̄ sub medici habitu do-
mū redijt, oia pati sustinuit vt qđ optabat assequeretur, hoc est vt
iniurias procorum vlcisceretur. q boua eius oia dissipauerāt, pudici
tiam vxori auferre tētauerāt, & filiū Telemachū occidere uolue
rāt. Domi cū esset, & à nullo cognosceretur, varias procorum, & an-
cillarum cōtumelias ptulit donec vltus est oēs, qđ scr. Hom. in Od.
[Diuturno) Decē annorum tot.n. errauit. [Si Circe, & Calypso mu
lieres appellandæ) Qm̄ deæ fuerūt. Altera Solis filia & Persidis,
altera Atlātis, & vnius ex Nereidibus, vel qm̄ potius mōstra erāt
q̄ mulieres, cū essent veneficæ & incātatrices, vt nō ad laudē hoc
addiderit, sed ad vituperationē. [Affabilem) Vnde, & facundus dr
à poetis. Ouid. Non formosus erat, sed erat facundus Vlysses.
[Seruorum, ancillarumq.) Qui cum procis sentiebant, & vna cū
illis Vlyssem irridebant. [Id aliqñ qđ cupiebāt,) Vt procos vlcisce
ret. [Aiax) Hic Telamonis fuit fili⁹ lōge dissimili natura, q moe
tē poti⁹ millies subire voluisset, q̄ ea ppeti q̄ Vlysses est ppessus.
[Quæ contēplantes &c.) Hāc naturarum varietatē cōtēplari opor-
tere dicit. & ita vnūquenq; qđ habeat à natura, ppriū cōsidera-
re, vt ad illud se accomodet, & sic decorum seruet, qđ minime serua
retur siqs aliena seq vellet, & sua relinquere. [Expēdere) Examī-
nare. [Quid qsq; habeat sui). i. qd cuiq; naturale sit. [Ea) q̄ secun
dū cuiusq. naturā fuerint. [Nec velle experiri) Qđ q facit ine-
ptus apparet. [Suū) Hoc est naturæ suæ ppriū. [Bonorum & malo-
rū) Bonorum vt ea sequatur, malorum vt ea fugiat. [Cū.n. naturæ suæ
bona, & vitia cognoscet, illa sectabit hæc fugiet. [Ne scenici plus
quā nos) Argm̄ est à minori ad maius. Si inqt mimi, & histriōes
eas suscipiāt comœdias, & tragœdias recitādas qbus ipsi idonei
sunt, q̄to magis nos in rōne uiuēdi ea sumere debemus studia, &
eas

Circe. (margin, beside "[Si Circe, & Calypso")

Calypso. (margin, beside "lieres appellandæ")

Facūdus. (margin, beside "à poetis. Ouid.")

Expēdere (margin, beside "[Expēdere) Examīnare")

eas res quas sustinere possimus? quod faciemus si nostra ingenia diligenter expendemus, & iurea nostras examinabimus, ut mimi faciũt. [Qui voce freti sunt &c.) Qui magna sunt voce ex bonis lateribus. [Epigonos) Tragœdia Euripidis. in Epigoni, in qua Thebarum expugnatio & direptio continetur, & qm expulsio describitur ciuium, & occisio, in qua re clamor, & tumultus esse solet, iccirco ait eam fabulam ab ijs eligi qui uoce freti sunt. Epigoni vero, ut Strabo auct. est populi fuere. qui victos Thebanos in Tilphossam, q̃ est in ora Bœotiæ, coëgerũt fugere, Thebis captis, & direptis. recitanda ergo erat magna voce, & bonis lateribus, vt hostilis clamor, & victorum Thebanorum lamentatio repræsentaretur. [Medeam) Et hæc Euripidis fabula fuit quæ extat. [Menalippam) In hac & Clytemnestra opus erat gestu, vt vtraque mulier apte posset repõtari. Menalippa Antiopes Amazonũ reginæ soror grauida ad Metabum deportata est, & Beotum in vinculis peperit. Accius poeta, Menalippam tragœdiam scripsit. eius fuit hic uersus, Menalippa in Dij regia peperit, ad hunc Dium fuisse delatum alij tradidere. [Clytemnestram) Rutilius Histrio tpib' Cic. Clytemnestram agebat, quæ virum Agamẽnonem occidit, quare ipsa postea à filio occisa est de Clytemnestra tragœdiam scripsit Euripides, Aesopus. Duos legimus insignes Histriones, quibus Cic. (vt scr. Macr.) tã familiariter est visus, vt tes, rõneq. eorum solertia sua mereior, Roscium & Æsopum. Roscius quidem L. Syllæ dictatori adeo carus fuit, ut ab illo annulo aureo donaretur. Idem tanta gratia exitit, vt mercedem diuinam ex publico mille denarios furaretur. Æsopus vero ea pari arte ducentes sextertium filio reliquit. [Antiopam) Quam in taurum connexam Iupiter cõpressit. Quocirca vir Lycus eam repudiauit, & Dircẽ superinduxit, nota fabula est. [Aiacẽ) Qui furens ob Achillis arma Vlyssi concessa seipm occidit, qua de re, Soph. Tragœdiam scripsit quam appellauit αἴαντα μαστιγοφόρον. Nam furens armẽtum cædebat, existimans se exercitũ & milites Agamẽnonis cædere, Suẽ quoque ingentẽ suspendit, Vlyssem esse eredens. Cum deinde intellexisset, q̃ per furorem egerat, gladio incubuit. [Sin aliqñ necessitas) Si casus inqt tulerit, vt ea interdũ suscipiamus, q̃ ingenij nostri non sunt diligentiã adhibere debemus vt si non decore faciamus saltem non penitus indecore fecisse videamur. [Nostri ingenij) Verbi gratia sit ineptus ad saltandum quispiã cogit necessitas eũ, vt saltet die celebri, vt in cõuiuio, operã dare debet, vt si minus decore id faciat, nõ iõ oino indecore fecisse videatur. Et si apparere artificiom non possit, nõ magna tñ ineptitudo appareat. [Nec iõ &c.) Non tñ, inquit, conandum est, vt bona sequamur, qbus caremus. [Quã vt vitia fugiamus) Quæ in nobis sunt.

ASCEN. INtelligendũ &c. Declarat varietatem aiorum & qualitates eorum. Ordo est, Intelligendum est ẽt. i. oportet intelligere nos induros esse à natura quasi duabus psonis, quarum .s. personarum vna est cõis ex eo .i. ppea qd' nos oẽs sumus participes rõnis, & eius pstantiæ, qua nos antecellimus bestijs. A qua .s. rõne oẽ honestum & decorum trahitur, & ex qua rõ officij inueniendi exqritur. Altera aũt persona .s. est quæ sit tributa ppriẽ .i. peculiariter singulis sup. hoibus. Enim. i. quia, ut. i. quemadmodũ magnæ dissimilitudines sunt i corporibus. Videmus .n. alios .i. aliquos valere ad cursum, velocitate .i. p velocitatẽ & agilitatẽ suam alios ualere ad luctãdum viribus .i. p vires suas. Item .i. consimiliter in formis uidemus dignitatẽ .i. pulchritudinem virilem inesse alijs .i. aliqbus, & venustatem .i. formositatẽ muliebrem inesse alijs, & sic varietates existunt in ais ẽt maiores. Lepos multus .i. venustas & suauitas dicendi erat in L. Crasso, & in L. Philippo maior sup. lepos, & ẽt magis de industria erat sup. i C. Cæsare oratore Lucij filio. At. i. sed singularis seueritas erat sup. ijsdem tpibus quibus superiores vixerunt in M. Scauro, & in M. Druso adolescente. Multa hilaritas erat in C. Lælio, & ambitio .i. cupiditas honorum, & uita tristior .i. seuerior erat in Scipione familiari eius. Hñt .n. inter pacia amicorum, apud R. Aũt, pro sed, nos accepimus de græcis Socratẽ fuisse sup. dulcẽ & facetũ, q; pro &, festiui .i. culti & lepidi sermonis & simulatorẽ quem græci noiarunt εἴρωνα (scribitur aũt εἴρωνα) .i. simulatorẽ in oi orone. Cõtra .i. ecõtrario accepim' sup. Pythagorã & Periclẽ philosophos illos consecutos .i. obtinuisse summã auctoritatẽ sine vlla hilaritate. Nos accepimus Annibalẽ callidũ .i. vafrũ & asturõ ex gente pœnorum .i. Carthaginensium. Et Q. M. ex nostris .i. Ro. ducibus facile celare, tacere, dissimulare, insidiari, prripere consilia hostium, in quo gñe calliditatis .s. græci anteponunt ceteris Themistoclẽ Atheniensem & Iasonẽ Pheræũ .i. Thessalũ & principẽ Argonautarum, q; p &, factũ Solonis est sup. in primis versutũ & callidũ, q .s. Solõ quo .i. ideo, vt vita eius esset tutior & pdesset aliquanto plus reip. simulauit se furere. alij sunt multum dispares .i. dissimiles his .s. callidis iam dictis existentes simplices & apti .i. nõ palliati nec recti, & inimici .i. aduersarij & psecutores fraudis. Itemq. sup. sunt alij qui seruant, cuius .i. cuicunqoe, q dqd ppetiantur .i. ad extremum vsque patiantur, dũ .i. dũmodo consequantur .i. obtineant id, qd' velint, ut .i. quales videbamus Syllã & M. Cras. Romanos, q ciuilia bella gesserunt. In quo gñe nos accepimus .i. intelleximus, Lysan. Lacedæmonium, fuisse sup. versutissimũ .i. astutissimum & patientissimũ. q; pro &, nos accepimus Callicratidẽ imperatorẽ illum exercitus Lacedæmoniorum, q fuit psectus classis pximus post Lysandrũ fuisse sup. contra .i. contrariũ in moribus. Itemq. &c. ponit diuersitatem in sermonibus. Ordo est; q; pro &, nos sup. videmus alium .i. quẽuis vnũ efficere quidẽ in sermonibus q̃uis sit ppotens, ut videatur esse vnus de multis .i. plebeius q a ut plebeius loqtur. Quod .i. quã cõitatẽ & affabilitatẽ sermonis nos vidimus, in Cat. & .i. pariter in pre & filio, q; pro &, idẽ sup. vidimus, & .i. ẽt in Q. M. Nu. Audiui & .i. ẽt ex maioribus natu .i. senioribus hoc idẽ fuisse in P. Sc. Nas. q; pro &, contra .i. econtrario patrem eius videlicet nobilẽ & pstantem virum, q vindicauit .i. vltus est pdicto conatus T. Grac. nullam .i. non vllã non habuisse vllam comitatẽ .i. affabilitatẽ & suauitatẽ sermonis. Necnõ .i. ẽt audiui sup. Xenocratẽ, quidem .i. certe seuerissimũ philosophorum nullam sup. habuisse comitatem sermonis, & ob eã ipsam rem, fuisse magnũ & clarum. Innumerabiles aliæ dissimilitudines naturæ sunt & morum minime tñ vituperãdorum. Aũt, pro sed, cuique sunt sua .i. ppria instituta, seu ingenia, seu gña morum tuenda .i. protegenda admodũ .i. valde si sint nõ vitiosa, sed tm propria, quo .i. ideo ut illud decorum qd' qrimus retineatur facilius. Faciendũ .n. est sic ut non contendamus cõtra naturã vniuersam, & tñ consequamur .i. obtineamus pprtam naturam, ea .s. natura vniuersali seruata, ita sup. vt ẽt si .i. q̃uis sint alia studia grauiora, atque meliora, tñ nos metiamur .i. cõsideremus studia nostræ naturæ, neque .o. attinet sup. ad decorum, repugnare naturæ, nec seq quidq̃ .i. aliqd qd' nequeas asseq, ex quo .i. ex qua emergit .i. apparet magis quale illud decorum sit. Ideo quia vt aiunt, nihil decet .i. decẽs est inuita Minerua, q Dea naturalis prudentiæ est, obstante .i. natura aduersante, & repugnante. Omnino si qdq̃ est decorum, psecto nihil est magis sup. decorum, quam æquabilitas .i. vniformitas vniuersæ vitæ, tum .i. pariter singularũ actionũ quã sup. æquabilitatẽ tu nõ possis seruare, si imiteris naturã aliorũ & omittas tuã. Em, p qa, vt .i. qẽadmodũ nos debemus vti eo sermone, q est notus nobis, ne nos inculcantes .i. inepte inferẽtes vt qdã sup. faciunt verba græca irrideamur optime iure, sic .i. cõsimiliter nullam .i. nõ debemus cõferre vllã discrepãtiam in actiones & oẽm uitam nostrã. Atque, pro &, hæc drĩa naturarũ habet tantã uim, vt aliqd debeat, (p .s. naturæ suæ conformitate seruanda sm Cic. qdem, sed fides catholica nos melius docuit) ipse .i. ppria manu, cõsciret .i. pcuraret sibi nõnunq̃ mortẽ, em, pro q a M. Cato Vticẽsis .s. nõ fuit in alia causa & ceteri q tradiderunt se in Africa Cæsari fuerũt sup. in alia causa, sed in eadẽ, atque .i. sed certe esset forsitã datũ vitio ceteris .s. Rom. si interemissent se, ppea qd' vita eorũ fuerat sup. lenior q̃ Catonis, & mores eorũ fuerãt faciliores. Aũt, pro sed, cũ natura tribuisset Catoni grauitatẽ incredibilẽ, & ipse Cato roborasset .i. stabiliuisset & cõfirmasset eã .s. grauitatẽ ppetuã .i. non interrupta cõstantia, & pmansisset semper in pposito & cõsilio suscepto moriundũ fuit sup. ei potius q̃ vultus tyrãni .s. Cæs. aspiciendus, q̃ .i. quantũ multa, q. d. plurima passus est Vlysses in illo diuturno, quia decẽnali errore quo per maria, ac terras destructionẽ Troiæ errabat, cũ inseruiret .i. morẽ gereret, & .i. ẽt mulieribus (si Circe & Calypso, q̃ desingũtur, sunt appellandæ mulieres) & vellet se esse affabilẽ oibus in omni sermone. Vero, pro sed, ptulit .i. ad finẽ usque sustinuit domi, & .i. ẽt contumelias seruorum & ancillarum, ut perueniret aliqñ ad id, quod cupiebat .s. interficere pcos Penelopes coniugis suæ .i. eius matrimonij est stupri peritores, at .i. sed quo .i. quali, q. d. fortissimo aio traditur Aiax maluisse .i. magis voluisse millies oppetere mortẽ q̃ ppeti illa q̃ Vlysses passus est ab alio, sive .i. quas res contẽplantes oportebit expendere .i. aio ponderare qd qsque habeat sui .i. suæ naturæ inclinationis propriæ, & moderari .i. eũ moderatione cõseruare ea .i. ppria & naturalia, nec velle experiri q̃ .i. quantõ aliena dedeceãt se. Enim, p qa id decet quẽque maxime quod est cuiusque suũ .i. proprium maxime. Igitur qsq; noscat suũ ingeniũ, & pbeat se acrẽ .i. solertẽ iudicem, & .i. simul vitiorum & bonorum suorum .s. uirtutum suarum, ne scenici .i. q in scenis agunt comœdias, aut tragœdias, videantur hr̃e plus prudentiæ quã nos. Enim, pro quia .s. scenici eligunt sibi non optimas fabulas, sed cõmodissimas sibi .i. gestibus suis, aut facundiæ naturali. Em, p q a, ij sup. q freti .i. præditi sunt voce .i. suauitate vocis & uolubilitate linguæ eligũt sup. sibi epigonos tragœdiã illã Euripidis ab Epigonis

uias)Aliter dicit Xenophō quē hac in re sequtur Cic.scrib.n.duas mulieres sedēti in solitudine Herculi obseruatas esse, quarū altera formosa sed lasciua,& mollis erat. Altera anus horrida & seuera. Illa qdē voluptates,hic vero labores spopōdit,sed post labores,& pericula gloriā immortalem, & hāc qdē Hercules secutus est.[Plerūq; aūt)vt plurimū inqt instituta parentū moresq. sequimur & p oē vitæ tps seruamus. [Multitudinis iud.) Ij ambitiosi sunt,& id tantōmodo facere curāt in vita, quod placitum multitudini sit,vel qđ vulgus maxime sequr,& laudat. Maiori parti vi delicet quæ à maiore parte ꝓbantur,ea faciūt,sicuti Perusię multi iuri ciuili & pōtificio operā dant,qm̄ eas artes vulgus,probat,& ad cōparādas diuitias aptissimas putat,id ē parentū faciūt imitatione,q & ipsi legum studijs incubuere. [Felicitate) Vt tporū, qbus artes liberales & viguerūt sæpe,& ad nihilū redactæ fuerūt, sed eloquentia in primis quæ multos iacuit annos, & tpibus nostris excitata aliquantulū est benignitate principū & sæculi. Vñ ait Virg. Nati melioribus annis. [Bonitate natu.) ingenij vt Hom. Demosthenes Plato Arist.& apud nos Virg. Cic.alijq. ꝑmulti,q bonitate naturæ moti studijs suis operā dederūt,& illustres euaserūt,rari aūt sunt q bonitate naturæ ducātur ad artē aliq̄ liberalē. Nam vt Cic. ait,quartus est gradus altissimus eorū q natura boni insapientesq. gignuntur qbus à principio inest dicta rō constantiæ,quæ supra hoiem putanda deoq. tribuenda est. [Parētū disciplina)nō est eius quod supra dixit repetitio, nā de illis locutus est q parētes post mortē imitantur,nunc de ijs dicit q disciplina parētum viam aliq̄ & rōnem vitæ aggrediūtur eorū .s. q disciplinam hoc est rōnē vitæ à parētibus propositam susceptiūt vt Ascanius apud Virg. ab Aenea patre instituitur sic. Disce puer virtutē ex me verumq. laborē.[Illud rarissimū)Illud genus rarissimū esse dicit eorū,qui ineunte adolescētia,adeo excellēti ingenio,& doctrina fuerūt,vt iam tūc mature deligere potuerint,qđ vitę genus sequi vellēt.[Spacium)Nam cū excellenti essent ingenio, & doctrina diu multumq. in tenera ætate cōsiderare potuerūt,qđ institutū sequerentur.[In qua deli.&c.) Hæc præceptū gñale est. vt quorumcunq; viuendi rōnem hoies deligūt id semp respiciāt. Quid potissimū naturæ suæ cōueniat,q aliter fecerit,is nunq̄ decorū seruabit.[Nā cum in oībus &c.) Argumētatur à minori ad maius,si inqt in singulis rebus gerēdis vnusquisque naturā suam sequtur, quāto magis in vniuerso gñe vitæ deligendo hoc facere debet,q.d.multo magis ac diligētius.[Quo q sq; na.est) Ita.n.decorū seruat. Si qđ facimus,aut dicimus ad naturā accōmodamus semp. [Supradictū est) Id.s.maxime quenq; decet,qđ est cuiusq; suū maxime Tū,multo magis.[In to.ui.)Nō in qbusdā actionibus tm̄.[Cōstare,cōuenire ꝯsentire.[Claudicare)Errare. Qui sequitur naturā optimā ducem,is errare nunq̄ pōt. [Ad hāc &c.) dixit qd qsq; pro arbitrio suo facere soleat. Nūc de fortuna loquitur,hoc est de eo qđ nō spōte nostra facimus,& hoc p cōparationē ad naturā. Vtriusq; naturæ,& fortunæ vim magnā dicit esse, sed naturæ maiorē. Quāuis fortuna illi se obijciat plerūq;, instabilis.n.est,& mutat facile. Ex quo fit,vt viuēdi rō ad naturā potius referēda sit,& qdqd secundū eā delegerimus,in eo ꝑstam⁹. Nisi forte diligēdo errauerimus. Tūc.n.mutāda snia est,neq; .n. naturæ nostrę obsequēdū est,vbi vitiosa fuerit. Quinetiā vires naturæ metiri nos ꝯuenire ait,vt si eos adęquare nō possum⁹ quos imitamur,id certe efficiamus qđ possumus. In primis aūt cauēdū ꝑcipit oe à parētū virtute,& gloria degeneremus. Qua nulla hereditas,pōt esse ꝑclarior. Adolescētū quoq; & senū,sicut diuersa est natura,ita & officia dicit esse diuersa. Postremo de officijs disserit,q̄ fortunā respiciūt,sicut ab initio ꝓposuit. Nam fortuna quoq; ad naturā redigēda est,quatenus fieri pōt, cū naturæ repugnet. qđ si natura supior extiterit,ei obsequēdū,& i eo qđ semel elegeris ꝑsistēdū. Si vero natura fortunæ succubuerit,cedēdū est fortunæ,nec plus suscipiendū quā naturæ fortuna pmittat. Hæc sunt q̄ nūc Cic.ꝑcipere itēdit. [Ad hāc rōne)deligēdæ vitæ.[Mul to.n.firmior est &c.)Vtriusq; rō hñda est,sed naturæ magis. Quia cōstātior est,fortuna.n.facile mutat. Hoc verū est,& late patet. videmus.n.nullo impetu fortunę,nullo aduerso casu posse quosdā ab ea arte amoueri ad quā eos amplectendam natura deduxit,vt mercator q sæpe naufragiū fecit, ad mercaturā tñ exercendam redit,& iterū se mari cōmittit. Miles sæpe victus & vulneratus discedere à militia vllo pacto neqt. Et sic natura mortalis, cū illud relinquere nequeat qđ semel suscepit,vtra immortalis,& cū fortuna pugnat. Quā immortalē & deam finxerunt hoies. Cum tñ potius mortalis putanda sit,qm̄ a natura vincitur. [Ipsa mort.) fortuna quę cū sit immortalis,naturā suā mutat,& mortalis efficitur,qm̄ a natura superatur mortali.[Immortali na.)q hoc ipso immortalis videtur,qm̄ cum fortuna nonnunq̄ pugnat,& vincit, cum à naturali proposito aliquē dimouere fortuna non potest. Alij sic legūt. Nōnunq̄ tñ ipsa immortalis.s.fortuna,de qua Iun. ait. Nullū numē abest si sit prudentia,sed te, Nos facimus fortuna deā,cœloq. locamus. Cū mortali natura pugnare vr̄.[Qui igitur &c.) Qm̄ inquit ostendimus naturæ vim maiorem esse quam fortunæ, si fortuna superior non fuerit, & quispiam vitæ genus naturæ suæ accōmodatum delegerit, in eo perseueret & cōstans sit,nisi forte in deligendo errauerit. [Id.n.constantiam tenere.) Nisi forte se errasse intellexerit in deligendo gñe vitæ. Nā licet ad naturā nostram referre oīa debeamus in deligendo vitæ gñe si vitiosa ea fuerit,nō ei parendū est. Exempli grã si quis rē militarē amplectatur,idq. vitio naturæ q̄ cupida est, inductus faciat. Cū postea intelligit cur fecerit, debet relicta militia alijs studijs hærere q̄ vitiū ai tollāt potius quā augeāt.[Pōtāt accidere) Tps .n. ineūtis adolescētiæ nō est aptū deliberationi, cū ætas in voluptates ꝓna maxime sit, & ꝑspicere q̄ optima sunt,nequeat. [Facienda,morū institutorumq. mutatio est)Quantū ad modū viuēdi,& quantū ad ꝓpositū.[Eā igitur mutationem si tpa adiuuabūt facilius cōmodiusq. faciemus) Cōmodius fiet mutatio instituti gñis,vitæ.[Si eam tpa adiuuabunt)Vt si ad studia literarū se conferunt. Cū incipiunt in ꝑcio literæ esse magis ac magis,si rē militarē sequantur bellorū tpe. Quibus & gloriā cōparare possent, & vtilitatē,ac minime leuitatis rephendi,qm̄ bellorū tpe institutū vitæ mutāt,qđ aūt mutari soleāt mores,& fortuna, licet apud Val.Max.discere,apud quē titulus est de mutatione morū,& fortunæ. [Sensim erit pedetentimq. facienda) Paulatim ne leuitate moti videamur si id da repēte,& quasi vno impetu faciamus. [Vt amicitias q̄ minus delectent) Exēplo ostendit quō hæc mutatio facienda sit. Nam ipsa in Lęlio ꝑcipit amicitias,q̄ non placent,dissuendas esse,non frangēdas,ne si cito ab amico discedamus,errasse in deligendo videamur. [Sensim dissuere) Quam repente ꝑcidere,paulatim,vt vix sentiatur.[Pedetētim)Gradatim.[Bono cōsilio fecisse videamur) Nō leuitate ducti.[Sed qm̄ paullo aū dctū est,imitādos esse maiores: primō illud exceptū sit,ne vitia sint imitāda:)dixit sequendū esse naturā q̄ vim habet stabiliorē, si ea fortunā supauerit. Nūc dicit qd facere nos cōueniat, si fortuna superauerit naturā. Et primū minime imitandos maiores dicit, si fuerint vitiosi. Deinde cedendū esse fortunæ,si ea non fert vt maiores nros imitemur.[Vt supioris filius Africani)Qui hunc Paullo natum adoptauit pp infirmitatē valetudinis non tā potuit patri similis esse,quā ille fuerat sui. Is filium genuit valetudinariū, & adeo imbecillo corpore,vt vtilis esse gerendæ & administrādę reip.nō posset. Nō tētauit igitur qđ asseq nō poterat. Sed Pauli Aem.filiū adoptauit q eū deleuit vrbē quā tributariā anus P.R. fecerat.[Patri)Scipioni supiori.[Sui) Cnei Scip. [Si igitur &c.) Si hæc facere pp imbecillitatē non poterit,faciet saltē q̄ poterit. [In ipsius ptāte,)Quæ nulla vis fortunę adimere possit. Nā bona ai auferre hoi fortuna non pōt,q̄ sunt hæc,iustitia,fortitudo,tēperantia,modestia.[Quominus &c.)Qui.n.facit qđ pōt nō impellitur ad ea q̄ nō pōt,nemo.n.agit q̄ supra eius vires sunt. [Optima aūt &c.) ꝑcipit ne a virtute parentū nostrorū degñemus, qa nulla hereditas hac est ꝑstātior,ex quo seqtur vt eā amplecti, & imitari debeamus. [Optima hereditas) Imitādi ergo sunt parētes si quā virtutē habuerint,qm̄ est optima hrditas. [Cui dedecori esse)Illi parentū gloriæ dedecori sunt q ab ea degñant. [Et qm̄ &c.)Nūc de officijs ætatū ꝑcipit singulatim.[Distinctione) Diuersitate,dña. Vt.n.diuersæ sunt ætates ita earū diuersa officia.

ASCEN.

IN primis &c. Pulchre monet constituendū esse vnicuique genus vitæ suæ,ad qđ.s.peruenisse uelit, qđ sane difficile iudicat. Ordo est. Aūt,pro sed,constituendū est.i.oportet nos cōstituere in primis .i. ante oīa,quos & quales velimus nos esse,& in quo gñe vitæ,q̄ deliberatio est difficillima oīum. Eñ,pro qa; adolescētia ineūte.i.incipiēte, hoc est,dū hō ingreditur ex pueritia adolescētiā,cui .s. adolescētiæ maxima ibecillitas cōsilij inest; tūc q sq; cōstituit sibi id genus ætatis degēdę.i.pagēdę,qđ adamauit maxime,itaq; .i. & ita implicat aliquo certo gñe,& vsu viuēdi anteq̄ potuit iudicare qđ esset optimū. Nāq; ꝓ qa, Prodicus rhetor optimus,& Euripidis ꝑceptor dicit(vt.i.sicut est apud Xenophontē,Socr. discipulū, q pp eloquentiā musa Attica dictus est) Herculē cū.i.qm̄ pubesceret primū.i.inciperet se hēre puberē. Qđ tps.i.primæ pubertatis datū est à natura,ad deligendū.i. discernendū,quā viā viuēdi q sque ingressurus,exisse in solitudinē.i. locum desertū à populo. Atque sup.dicit ipm sedentē ibi.i.in solitudine; & dubitasse secū diu, & multū cū .i. qñquidem cerneret.i.aspiceret duas vias,vnā voluptatis,alterā virtutis. Verā.i.sic dicā quā illarū duarū melius esset ingredi,hoc.i.sic secū disqrere,potuit fortasse cōtingere Herculi edito.i.exorto, & i lucē ꝓducto satu.i.ex

semine

Marginalia: Parētū disciplina. — Adolescētia

ſemine Iouis. Nõ idem ſupp. põt contingere nobis, q imitamur ſup. eos quos cuiq; ſup. nultũ uiſum eſt, ſup. bonum eſſe imitari, & impellimur ad ſtudia & inſtituta. i. mores eoꝝ. Aũt ꝓ ſed, nos imbuti pleruncq; ꝓceptis parentum, deducimur ad conſuetudinẽ & morẽ eoꝝ. Alij ferũtur. i. trahũtur iudicio multitudinis. i. ad id qđ multis placere vr̃. q; pro &, exoptãt ea maxime, quæ vñt maiori parte pulcherrima. nõnulli. i. aliqui tñ ſiue quadã felicitate, ſiue quadã bonitate naturæ, ſiue diſciplina. i. eruditione parẽtũ ſi cuti ſunt rectã viam vitæ. Aũt pro ſed, illud genus eoꝝ, q ornatu aut magnitudine ingenij excellẽti, aut ꝓclara eruditione, atq; doctrina, aut vtraq; re. i. & ingenio & doctrina habuerũt ſpatiũ deliberãdi, quẽ curſum vitæ vellent potiſſimũ ſequi, eſt maxime raꝝ, in qua deliberatione oẽ cõſiliũ eſt reuocandũ ad naturã cuiuſq; ſuam. i. ꝓpriã. Nã cũ ſup. ita ſit, q in oibus quæ agũt nos exqrim' qđ deceat (vt dictũ eſt) ea eo modo quo qſq; eſt natus. Tũ. i. tũc euidẽtius multo maior cura rei eſt adhibẽda in tota vita cõſtituẽda. i. in cõſtitutione totius vitæ, vt poſſimus cõſtare. i. cõſtantes & cõformes eſſe nobiſmetipſis in ꝑpetuitate. i. cõtinuatione vitæ, nec ſup. poſſimus claudicare ab ipſo. Aũt pro ſed qm̃ natura hẽt maximã vim ad hãc rõnem, & fortunã proximã in magnitudine. ſ. ratio. i. cõſideratio vtriuſq; ſ. & naturæ & fortunæ eſt habenda oĩno in gñe vitæ deligendo. i. cũ delectu cõſtituẽdo, ſed magis naturæ ſup. q̃ fortunæ. Enim ꝓ q a ſup. natura eſt multo firmior & cõſtãtior q̃ fortuna, ita ſup. vt fortuna ipſa videatur nõnunq̃. i. aliqñ mortalis. i. tanq̃ mortalis, ꝓpugnare cũ natura immortali. Igiť q contulerit oẽ conſilium vitæ ad genus naturæ ſuæ nõ vitioſæ, is teneat conſtãtiã. i. ꝑſeueret in eo. Enim ꝓ q a, id decet maxime niſi intellexerit forte ſe erraſſe in gñe vitæ deligendo. i. diſquirẽdo, quod. ſ. erraſſe ſi acciderit (põt aũt accidere) tunc ſup. mutatio moꝝ & inſtitutoꝝ eſt facienda. Igitur nos faciemus eã cõmutationẽ facilius, & cõmodius, ſi tp a. i. opportunitates tꝑum adiuuabũt, ſin minus. i. ſed ſi nõ ſup. adiuuabunt ipſa cõmutatio erit faciẽda ſenſim. i. paulatim, ita qđ ſentiri põt, & pedetentim. i. quaſi per ſingulos paſſus pedẽ tenẽdo. Vt. i. quemadmodũ ſapiẽtes cẽſent. i. iudicãt decere magis diſſuere. i. diſſoluere ſenſim. i. paulatim quaſi ſingula fila diſſugendu, q̃ præcidere repente amicitias, quæ magis delectãt & minus ꝓbentur. i. approbentur. Aũt pro ſed, gñe vitæ cõmutato. i. poſtq̃ genus vitæ cõmutatũ eſt, curandum eſt oi rõne, vt videamur feciſſe id bono conſilio. Sed qm̃ dictũ eſt paulo ante maiores eſſe imitãdus, illud ſit primum exceptum ab illa generalitate, ne uitia. ſ. parentum ſint imitãda. Deinde ſi natura non ſeret. i. patietur, vt quædam poſſint imitari, vt. i. quẽadmodũ filius ſuꝑioris. i. maioris & prioris Africani, q. ſ. maior Africanus adoptauit. i. iure adoptionis ſibi filiũ cõſtituit, hũc. ſ. Africanũ minorẽ natũ. i. ꝓcreatũ Paullo. ſ. Aemilio, ſã. i. tñ nõ potuit eſſe ſimilis pr̃i pp infirmitatem valetudinis, q a raro ſanus erat, quã. i. quantũ ille. ſ. Africanus, maior eſſet ſimilis ſui ſup. patris. Si igitur nõ poterit, vt patet, ſup. ſiue defenſitare. i. aſſidue in iudicio defendere cauſas, ſiue tenere populũ cõcionibus. i. ꝑ conciones, ſiue gerere bella, debebit tñ ꝓſtara illa, q̃ erũt in ꝑtãte ipſius. ſ. iuſtitiã fidẽ, liberalitatẽ, modeſtiam, tẽperantiã, quominus. i. ne id qđ deſit reqratur ab eo. Aũt, ꝓ ſed, optima hereditas, traditur liberis à patribus, & ꝓſtantior oi patrimonio. ſ. gloria uirtutis, & reꝝ geſtaꝝ, cui. ſ. gloriæ eſſe dedecori. i. uituperio iudicandũ eſt nefas & uitium. Et qm̃ non eadem. i. diſparia officia tribuũtur ætatibus diſparibus, q; pro &, alia ſup. officia ſunt iuuenum, alia ſeniorum, dicendum eſt etiam aliquid de hac diſtinctione.

DOCT. *interpr.*

ET in quo genere uitæ) Præcepit de quarto gradu. [Herculem Prodicium. [Prodicus rhetor finxit Herculi uoluptatem, ac uirtutem apparuiſſe. Sil. in Scipione lib. 15. imitatus eſt. [Senſim diſſuere) Sic præcepit & in lib. de Amicitia.

ARGVMENTVM.

Adoleſcentiam quæ proprie deceant.

EST igitur adoleſcẽtis, maiores natu vereri, ex hiſq́. deligere optimos, & ꝓbatiſſimos, quorũ cõſilio, atque auctoritate nitatur. ineũtis. n. ętatis inſcitia, ſenũ cõſtituenda & regẽda prudẽtia eſt. maxime aũt hæc ætas à libidinibus arcẽda eſt, exercẽdaq́. in labore, patiẽtiaq́. & aĩ, & corporis, vt eorũ & in bellicis, & ciuilibus officijs vigeat induſtria. atq; etiã cũ relaxare aĩos, & dare ſe iucunditati volent, caueãt intẽperantiam, meminerint verecundiæ: qđ erit facilius, ſi eiuſmodi quoque rebus maiores natu intereſſe velint.

PETR. MARS.

EST igitur adoleſcentis,) Deſcribit nunc adoleſcentis officia. [Vereri,) Timere cũ pudore ac reuerentia. Ariſt. lib. 2. de re familiari tuẽda ſic ꝓcipit. Duplex eſt timoris ſpẽs, vna qdẽ eſt cũ pudore ac verecũdia, qua vtũtur ad parẽtes ſobrij filij, & cõpoſiti ciues ad benignos rectores. Altera vero eſt cũ inimicitia & odio, vt ſerui ad dños, & ciuiũ ad tyrãnos. Plat. in 3. de Leg. ſic ait: Metuimus ſæpenumero exiſtimationẽ, cũ formidamus, ne dicẽdo, aut faciendo aliqd minus honeſtũ mali videamus, quẽ timorẽ nos immo oẽs vt arbitror, pudorẽ appellamus. Igitur & legiſlator, & quiuis alius q ꝓdeſſe hoĩbus quoquo poſſit, hunc timorẽ maximo honore colat, noceiq́. pudorẽ, cõfidentiã vero huius contrariã, noiet impudentiã, & maximum priuatim & publice malũ hoĩbus arbitretur. [Maiores natu) Seniores, hoc in primis obſeruauerunt Lacedæmonij ex Lycurgi inſtitutis & legibus. Vñ ſcribit in Cat. maiore Lyſandrũ Laced. dicere ſolitũ, Lacedæmonẽ eſſe honeſtiſſimũ domiciliũ ſenectutis, nuſq̃. n. tm̃ tribuitur ætati, nuſq̃ eſt ſenectus honoratior. Et apud Rom. in ꝓcio erat ſenectus, & multũ erat ꝓcedere. 4. annis, vt Satyrus ſcr. Plat. in 8. de Leg. ſic pręcipit, Decet aũt iuuenẽ verberatũ a ſeniore, id ob ſenectutis reuerẽtiã patiẽter ferre ſic itaque ſanciamus. Quilibet ſeniorẽ & re & verbo colat, ac ſi 20. annis maior eſt, quaſi patrẽ, ſi vir fuerit, aut matrẽ, ſi mulier reuereatur, atque adeo oibus ſemꝑ abſtineat, q̃ in ea ætate ſunt, qua ꝓcreare, parereq́. ipm̃ potuerit, natales deos veritus. [Optimos,) Quantũ in ſeipſos. i. virtute ꝑditos. [Probatiſſimos,) Ad famã, & ſic auctoritatis plenos. [Cõſilio,) Hoc refertur ad optimos qm̃ optimi viri bene cõſulunt, cum ſint iuſtiſſimi. [Auctoritate) Hoc refertur ad ꝓbatiſſimos. qm̃ apud oẽs iam hñt magnã auctoritatem, q rebus geſtis & iuſtitia clari ſunt & ꝓbati. [Nitatur.) Firmet ſe. qm̃ adoleſcẽtia lubrica eſt & plena affectuũ, ideo facile labitur. Vñ firmãda eſt cõſilio ſenũ, in qbus ipſi affectus ſedati ſunt & cõpoſiti, & ineſt recta ratio. Nulla res, inqt Sen. magis aĩos honeſtate induit, dubioſq́. & in prauũ ꝓclines reuocat ad rectum, quã bonoꝝ viroꝝ cõuerſatio. [Ineuntis) Incipientis. [Inſcitia) Imprudentia. prudentiã qppe hr̃e nõ põt, cũ non habeat experiẽtiam reꝝ, doctrinã hr̃e poterit, q̃ in ingenio conſiſtit, ſed prudentia vſum reꝝ reqrit, & ideo adoleſcens non põt eſſe prudens, doctus aũt eſſe põt. [Conſtituẽda) Diſponẽda & formãda ad uirtutẽ. [Maxime aũt) Dat aliud ꝓceptum. Iuuen. ẽt dicit, Maxima debetur puero reuerẽtia. [Hæc ætas) Adoleſcentia, q̃ libidinibus ęſtuat. Et Diog. videns adoleſcentẽ effœminari, nõ pudet dixit, deterius quam naturã ipſam de te ipſo ſtatuere, illa. n. te viꝝ fecit, tu te cogis mulierẽ fieri. Fit ẽt, inquit Ariſt. 7. lib. de hiſt. aĩal. loquens de pubertate, ut ꝑ id tp̃s puellæ cuſtodiri pręcipue debeãt maxime. n. ad vſum rei Venereæ incitantur, cũ hæc incipiunt, & quemadmodum puellæ concũbunt libidinoſiores adoleſcunt, & mares ſiue altera parte, ſiue utraque minus cauerint, ꝓpenſiores eodẽ efficiuntur. meatus. n. laxantur, redduntq́. ad id corpus lubricũ & diſpoſitũ, & ſimul voluptatis ꝓteritæ memores, deſiderio mouentur præteritæ contrectationis. Poſt annum ter. 7. eſt mulieꝝ ꝓcreatio, ante concipiunt quidẽ, ſed impſecta & exigua pariunt. Plato in 7. de rep. ſic ait. Iuuenibus conueniunt multi maximiq́. labores. Xenophõ in 2. cõment. ſic ait, ſtudiũ & patientia bonaꝝ & honeſtaꝝ reꝝ cauſa ſunt. Epicharmus dixit, Dij oia nobis uendũt laboribus. Nihil eoꝝ q̃ bona & honeſta ſunt dij hoibus ſine labore ac ſtudio ꝓſtant. Si uelis corpore ẽt fortis eſſe, ſubijciendum eſt aio corpus, & exercendum in laboribus atque ſudoribus. [In labore,) Qđ faciebant in primis Lacedæmonij, vt labor obduceret callũ dolori. [In bellicis,) Quãtũ ad labores corporis. [Ciuilibus) Officijs ad labores aĩ. [Induſtria) Studioſus labor. [Atque ẽt) Dat præceptũ, qđ ipſis adoleſcentibus faciũdum ſit, cum laboribus defatigati animũ relaxare voluerint, & iocari, ſiue ludere. [Verecundiæ:) Pudoris q malis conatibus obſtat. Cũ Diog. vidiſſet adoleſcentulum rubore perfuſum pp pudorem dixit. Confide fili, hmõi eſt virtutis color. [Caueant intemperantiam,) Quæ omnium maloꝝ cauſa eſt, & corrumpit prudẽtiam, ſine qua non põt intelligi vlla virtus. [Eiuſmodi quoque) Quemadmodum in rebus ſerijs. [Eiuſmodi rebus) Iocis ad animi relaxationem cõparatis. Omnino, inqt Plat. in Leg. inducendi ſunt ſeniores, vt ſeſe aliqñ vino exhilarent, qm̃ exhilarati ſine moleſtia intererunt ludis iuuenum, & præſentia ſua coercebunt eoꝝ laſciuiam.

nere,seruare leges,iura describere,ea fidei suę cõmissa meminisse.Priuatũ aũt oportet æquo,& pari cũ ciuibus iure viuere,neque submissum & abiectũ,nec se efferentem : tũ in rep.ea velle,q̃ tranqlla,& honesta sint. Talẽ.n.& sentire,& bonũ ciuẽ dicere solemus.Peregrini aũt,& incolę officium est,nihil ꝑter suũ negocium agere, nihil de alio inquirere,minimeq. in aliena esse rep.curiosum. Ita fere officia reperientur,cũ q̃retur,qd deceat. & qd aptũ sit ꝑsonis,tꝑibus,ætatibus . nihil est aũt,qđ tam deceat, q̃ in oĩ re gerenda , consilioq́. capiendo seruare constantiam.

PETRVS MARS.

AC ne illud quidẽ) Nũc ꝑcipit qd agẽdum his sit, q sunt in aliquo magistratu,qd priuatis,qd ciuibus,qd peregrinis.[Magistratuũ) Eoꝝ q sunt in magistratu.[Priuatoꝝ) Sine magistratu . Magistrare,inqt Pomp.est moderari . vñ magrĩ nõ solum doctores artium,sed ẽt pagoꝝ,societatũ, vicoꝝ,collegioꝝ,& eqtum dñr. qa oẽs hi magis ceteris pñt . vñ & magistratus,q ꝑ imperia potẽtiores sunt,quã priuati. q voa duabus signationibus notatur.Nã ant ꝑsonã ipsam demrat ut cũ dicimus,Magistratus iussit,aut honorẽ,vt cum dr, Titio magratus datus est.[Est igitur) Incipit assignare officia his q sunt in magistratu.[Magistratus) Illius,q publico munere fungitur,& refert ꝑsonam totius ciuitatis.Vñ opus est seruare decoꝝ,& ita viuere, vt ciuitatis dignitas retineatur,nihilq́. facere qđ illã imminuat.[Intelligere,)Animaduertere se esse ꝑsonã publicã. [Eius ciuitatis dignitatẽ,& decus sustinere,)Cõseruare & tueri,nec mutare leges.sed illas seruare,& iura si qua sunt ciuitati necessaria describere,& hr̃e ante oculos hæc esse cõmissa eius integritati fideiq. t qm̃ magistratus est custos legum ac iustitiæ . Ad alium est,inquit Arist.in 5.Eth.& in societate iam ipse magratus cõsistit. Plato in 5.de Leg.agens de electione magistratuũ sic ꝑcipit, Oportet eos q recte magistratũ accepturi sunt,ab adolescentia ꝓbatos fuisse, tã ipsos,qua suus vsque ad ipsam electionẽ.Custos aũt legũ is eligatur,q non pauciores quã 50.annos natus sit. Sacerdos aũt ille est cõprobandus , q integer sit atque legitimus , deinde ã domo q̃maxime munda,eapers quoque cędis oiumq́. hmõi,q̃ aduersus rẽ diuinã cõmittuntur , cuius & pater materq. similiter uixerit . Quæ ad sacerdotũ creationẽ attinẽt deo cõmittenda sunt vt quõ admodũ illi placet,ita diuina fortuna cui tributũ id sortes ferãt . [Priuatũ aũt)Nunc de offõ priuati hoies.[Æquo) Iusto.[Pari) Aequali nã debet se alijs ꝑferre,nec aliqd assumere ꝑter æqtatẽ . [Neque submissum)Debet ita se gerere inter ciues,inqt,vt eius dignitas postit,teneteq. mediũ,nec se nimium efferre,ne videat insolens,nec se submittere,vt videatur contẽnendus,nec aliquos in rep.tumultus excitare, sed velle oia tranqlla,vt decet bonũ ciuem.[Abiectũ)Negligentẽ suã dignitatẽ.[Talem.n.)Qui ita cũ suis ciuibus viuit,& i rep.bonus ciuis appellatur.[Peregrini aũt,) Nunc de offõ peregrini,q in sua ciuitate non est.Hospes dr̃ amicus externus,& q est in aliena ciuitate.Incola dr̃,q in alterius regione habitat,& in aliena ciuitate atque rep.Accola dr̃,q ad locum habitat : vt,accola Fucini,accola Padi. Inquilinus dr̃,qui in aliena domo conducta habitat.[Minime curiosum).i.vitiose diligentẽ,& negociosum.Curiosus dr̃,q ea inqrit & curat,q̇ ad se nõ ptinent.Officiosus dr̃ is,q est plenus officio. Vñ vinosus,mulierosus,morosus sigñant copiã quandã incõmodicam rei super qua dr̃. Omnia n.noia sic declinata nimium ac ꝑter modũ significant,vt vinosus,famosus,& similia,sed ingeniosus,officiosus, speciosus laudantur,qm̃ declinantur ab illis in qbus non est ille modus adhibendus . quippe ingenium,offm̃,disciplina,cõsiliũ, victoria,facundia,& similia,sicut ipsæ virtutũ amplitudines nullis finibus cohibentur,sed quanto maiores,tãto laudabiliores sunt, sic illa amplitudine sua magis laudantur.Illa vero sunt in vitio,quę ab illis formantur,in qbus oportet cõtinere mediũ, qđ si trãsgreditur qs,vitium est,vt vinosus .i. nimium vino deditus,qđ est contra temperantiã,& de similibus.auct.est Gel.[Ita) Modis supradictis . [Fere) Dixit,ut vitaret arrogantiã.i.cũ qd conueniat ꝑsonis,& qd vnũquenque deceat,tunc reperitur offm̃, qđ est actio cum virtute . debemus igitur q̇rere quid cuique cõsentaneũ sit,& sic offm̃ poterit assignari.Curiosus,inqt Plaut. nemo est q nõ sit maleuolus.[Tꝑis)Qm̃ non cuique tꝑi oia conueniunt, & hæc tꝑis circunstantia consideranda est,& ẽt aliæ quæ ad offm̃ inueniendũ maxime cõducunt.sunt.n.vt dcm̃ est,q̇dam officia a circunstantijs . Vñ opus est cõsiderare ꝑsonas & ætates, si volumus inuenire offm̃. [Nihil est aũt) Dat gñale ꝑceptũ de ipso decoro. Nihil est, inqt, qđ magis hoiem deceat, quam in oi vita seruare constãtiam .i. animi stabilitatem.hanc constantiã hr̃e nõ pñt hi, qui affectibus seruiunt. [Constantiã) Non mutare ꝓpositũ vitæ & institutum,& non agere dissimilia, q̇ inconstantiã indicant .

FRAN. MAT.

AC ne illud qdẽ &c.) In his oĩbus de qbus dicturus est,fortuna consideratur.Nã priuatũ esse,&magratum ꝯdõnes sunt, q̇ spectant ad fortunã , ꝑcipit aũt prius qualis esse magratus debeat.[Personã ciuitatis) Nã magratus publica est ꝑsona,& rẽp. repñtat cuius ipse princeps est.Et q magistratũ lędit,reus est lęsæ maiestatis.[Leges)Nõ sinere eas tolli,aut violari.[Iura describere,)Legẽ aliq̃ ferre ꝓ vtilitate reip.si opus fuerit,& necessitas postularit.[Priuatũ aũt &c.)Ad priuati transit officia.Is aũt est priuatus,q nullum gerit magratũ.[Aequo)ne plus cõmodi accipiat quã ceteri ciues,nec plus incõmodi.[Pari) Vt nec excedat ceteros,nec illis cõcedat.[Submissũ aio)Habitu,vt ad oia vilia repellatur.[Peregrini)De officio ꝑcipit peregrini,q in alienã cõmeat ciuitatẽ sui negocij gratia.[Incolæ)q aliũde,venit ad habitãdũ , & incolẽdã ciuitatẽ.[Suũ)ꝓpriũ.[Ita fere &c.) Concludit Cic. dicẽs,si qs hoc modo officia seruabit,qd sit decoꝝ intelliget . Et qd cuiq; ꝑsonæ,tꝑi,& ætati cõueniat.[Personis,) Priuatis,peregrinis,ciuibus.[Tꝑibus,)Pacis,belli,noctis,diei,ludoꝝ, cõuiuij. [Ætatibus.)Senibus,adolescẽtib. [Nihil est aũt &c.) Vere inqt officia reperiẽtur,qa nihil est qđ tã deceat, q̃ seruare in oi re cõstãtiã,hoc est q̃ nõ discedere ab eo qđ fieri debet sm̃ decoꝝ ꝑsonæ,ętatũ tꝑis.Nã cõstãtiã hic accipit ꝓ stabilitate quadã,& obseruatione in reb⁹ eũ eas sic agimus,vt agi eas cõuenit,& nõ discedimus ab officio nostro,sed illud tuemur,ꝓ ꝑsona quã sustinemus.

Quid deceat potissimum

ASCEN.

AC ne illud quidem) Describit diuersitaꝝ personaꝝ.i.qualitatum,ꝯdõnumq́. officia,magistratuum .s. & priuatoꝝ ciuiũ, & peregrinoꝝ . Ordo est . At,pro &,ne illud quidẽ qđ dicturus sum,est alienum.i.impertinens ad præsens opus.s. dicere de officijs magistratuum.i.magistratuũ gerentium, quos vulgo officiarios vocant,de officijs ciuium priuataꝝ,de officijs peregrinoꝝ.i. externoꝝ.Igitur primũ munus.i.offm̃, seu opus faciendũ, magistratus.i.eius qui magistrati gerit,intelligere se gerere ꝑsonã ciuitatis,& se dr̃e sustinere.i.conseruare dignitatẽ, & decus eius .s. ciuitatis,seruare.i.cõseruare leges,describere iura, & meminisse .i.memorẽ esse & cõsiderare ea .s. leges, iura & cetera iam dicta, esse cõmissa suæ fidei.Aũt,ꝓ sed,oportet priuatũ sup. ciuẽ.i.sine magratu viuentẽ viuere æquo.i.æquali & pari iure,cũ ciuibus .i. cõciuibus suis,eañtem neque submissum .i. suppeditatũ & abiectũ,nec afferentẽ.i.extollẽtẽ sese,tũ.i. insup velle eã in rep. q̇ sint tranqlla & honesta.Enĩ,ꝓ qa nos solemus sentire, & dicere talẽ esse bonũ ciuẽ.Aũt,pro sed,offm̃ peregrini.i.inquilini, & incolæ .i.inhabitantis ciuitatẽ non suam,est nihil agere ꝑter suum negocium,& nihil inqrere de alieno sup. negocio, & esse minime curiosum in aliena rep.Itaque.i.& ita officia reperientur vere,cũ.i. qñ q̇retur qd deceat, & qd aptũ sit ꝑsonis,tꝑibus,& ętatibus.Aũt pro sed,nihil est quod tam.i.tm̃ deceat,quam.i.quantum seruare constantiam,in omni re gerenda,& in omni consilio capiendo .

ARGVMENTVM.

Decorum à cultu motuq; corporis.

SED qm̃ decorum illud in omnibus factis,&dictis,in corporis denique motu, & statu cernitur, idq́. positũ est ĩ tribus rebus,formositate,ordine, ornatu ad actionem apto ; (difficilius ad eloquendum , sed satis erit intelligi) in his autẽ tribus continetur cura ẽt illa,vt probemur ab ijs, cũ quibus,& apud quos viuam⁹: his quoq; de reb⁹ pauca dicant.

PETR. MARS.

SED qm̃ decoꝝ illud) Dixit hactenus de decoro qđ in factis positum est , iam dicet de decoro,qđ in dictis motuq́. corporis consistit.[Idq́.) Decoꝝ. [Formositate,)Pulchritudine de qua præcipiet,& ẽt ordine. [Ornatu ad actionem apto ;) Qm̃ non oẽs actiones eundem ornatum requirunt. quippe in concionibus eo ornatu debemus vti,quem locus poscit,aliter eũ in cubiculo studemus,cũ sacris operamur.Igitur ipse ornatus debet accõmodari ad actionẽ, & qa quodãmodo impossibile est

perscribere quo ornatu in singulis actionibus vti debeamus, cũ hoc sit prudentiæ relinquendũ, quaq; re & qd deceat cognosci. ideo dicit difficilius ad eloquẽdũ, sed satis erit intelligi. oia.n. agẽda sunt secundũ'n tpis conditionem. [Difficilius ad eloquendũ) .i. pbentibus difficultatem exprimẽdi singula quæ his tribus continentur, & finẽ non habent, pariq. aptãtur loco, & personis. difficile est inqt hoc decoꝝ positũ in his tribus rebus explicare oratione, & dijudicare qñ est, & præscribere, quale in singulis rebus esse debeat, sed satis erit, qd intelligatur in his tribus positũ esse, de qbus præcepta dabit. Arist. in 2. Eth. sic ait: Actiones & ea quę prosunt, nullam hñt stabilitatẽ quemadmodũ neq; salubria ipsa atq; cũ talis sit sermo vniuersalis, multo minus is sermo certitudinis hẽt, q de singulis est, nam neq; sub artem, neq; sub pceptionẽ vllam cadunt, sed oportet ipsos agentes ea semper cõsiderare, quæ ad tpa accõmodantur. [In his tribus) Formositate, ordine, ornatu. (Vt pbemur) Laudemur. qm nihil est agendum qđ eos offendat, qbus cũ viuimus, vt ostẽdere pudẽda, & eas partes quas natura occultauit, & sic Cic. describit cõpositionẽ corporis humani, vt ostendat hoiem debere esse verecondũ volente natura, quæ partes corporis ita disposuit. [His quoq;) Quẽadmodum dictum est, & dicenda erunt de qbusdam, dicamus inqt ẽt aliqua de his, quæ ptinent ad verecundiam, & qbus hoies mouentur, vt aliquẽ laudẽt, aut vituperẽt, & his absolutis de pulchritudine disputabit.

FRAN. MAT. SEd qm decoꝝ &c.) Dixit de decoro gñali, & particulari, ẽm naturã & aium. Nunc de corporis decoro pcipue incipit, & in tribus rebus positũ esse dicit, formositate, ordine, ornatu. [Decoꝝ illud &c.) Qđ gñale est, & latissime patet. [Motu) Gestu incessu in qbus nõ minima pars decori cõsistit, si gestus, & incessus ois motus corporis fuerint moderati. [Statu cernitur) Stare est nõ moueri corpore, siue sedeas, siue rectus cõsistas. Differt aũt quo sedeas, aut stes. Semp aũt cauendũ est ne inepte qppiã à nobis fiat. [Idq. positũ est &c.) Motus. s. status corporis [Formositate) Pulchritudine, quã in oi actione seruem⁹. (Ordine) Vt qdqd faciamus, ordine vtamur. [Ornatu ad actionem apto; (difficilius ad eloquendũ, sed satis erit intelligi) Ad actionem, quis suus cuiusque actionis ordo est, & ornatus. Nã aliũ ordinẽ, atq; ornatũ, cõuiuiũ exigit, aliũ curia, aliũ foꝝ, aliũ priuata actio. Secundũ actionẽ igr, vel lętã, vel tristẽ, vel publicã, vel priuatã adhiberi à nobis ordo, & ornatus debẽt. Quæ si qs ex primi vellet, qualia oino esse debeãt, nõ facile esset, intelligere aũt hoc facile p se qsque poterit. [In his aũt &c.) Cũ alia vti debemus diligẽtia, in his tribus, tũ pcipue hac, vt nos laudẽt ij, cũ qbus, & apud quos viuim⁹, aliter domi, aliter i rep. aliter foris, & militiæ viuẽdũ est, aliter cũ amicis, aliter cũ alienis. [Cũ qbus) .i. assidue viuimus, vt cũ domesticis, ac familiarib. [Apud quos) Vt apud ciues, collegas, pricipẽ. cũ qbus nobis qdẽ vsus est, non tñ assiduus. Aliud aũt alijs placet.

ASCEN. SEd qm) Describit decoꝝ qđ cõsistit in dictis & motu corporis. Ordo est. Sed qm illud decoꝝ cernitur. i. cõspicitur in oibus factis & dictis, denique i motu & statu corpis, q; p &, qm id positũ est in tribus rebus, in formositate, ordine, & ornatu apto ad actionẽ, ipm sup. decoꝝ erit difficilius ad eloquendũ. i. vt eloquẽter exprimatur, sed erit satis facile intelligi. i. vt intelligatur. aũt, p sed, cura ẽt illa vt pbemur ab his, cũ qbus & apud quos viuamus, cõtinet in his trib⁹, pauca dicãtur, quoq; .i. ẽt de his reb⁹.

ARGVMENTVM.

Quasdam corporu partes indecore ostendi, res item quasdam inhonesta vel fieri palam, vel aperte nominari.

PRINCIPIO, corporis nostri magnã natura ipsa vr̃ habuisse rõnem: quę formam nostram, reliquamq. figurã, in qua esset species honesta, eam posuit in prõptu; quæ autem partes corporis, ad naturæ necessitatem datę, aspectum essent deformem habituræ, atque turpem, eas cõtexit, atque abdidit. hanc naturæ tam diligentem fabricam imitata est hominum verecundia. quæ .n. natura occultauit, eadem oẽs, qui sana mente sunt, remouent ab oculis, ipsiq. necessitati, dant operam, vt quamocculrissime pareant: quarumq. partium corporis vsus sunt necessarij, eas neque partes, neque earum vsus suis noĩbus appellant: quodq. facere non turpe est, modo occulte, id dicere obscœnum est: itaque nec actio rerum illarum aperta, petulantia vacat, nec oratio obscœnitate. Nec vero audiendi sunt Cynici, aut si qui fuerunt Stoici pene Cynici, qui reprehendunt, & irrident, ꝙ ea, quæ turpia re non sunt, verbis flagitiosa dicamus; illa autem, quæ turpia sunt, nominibus appellemus suis. latrocinari, fraudare, adulterari, re turpe est, sed dicitur non obscœne: liberis dare operam, re honestum est, nomine obscœnum: pluraq. in eam sñiam ab eisdem contra verecundiam disputantur. nos aũt naturã sequamur, & ab omni, quod abhorret ab ipsa oculorum, auriumq. comprobatione, fugiamus. status, incessus, sessio, accubatio, vultus, oculi, manuum motus teneant illud decorum. Quibus in rebus duo sunt maxime fugienda, ne quid effœminatũ, aut molle; aut nequid durũ, aut rusticũ sit. nec vero histrionibus, oratoribusq. concedendũ est, vt ijs hæc apta sint, nobis dissoluta. Scenicorũ quidem mos tantã habet vetere disciplina verecundiã, vt in scena sine subligaculo pdeat nemo. verẽtur enim, ne, si quo casu euenerit, vt corporis partes qdã apiantur, aspiciantur nõ decore. nostro quidẽ more cũ parentibus puberes filij cũ soceris gdẽ gñi non lauãtur. retinẽda est igitur huius generis verecũdia, pſertim natura ipsa magistra, & duce.

PETR. MARS. PRINCIPIO,) Ponit humani corporis cõpositionẽ, vt ostẽdat hñdã esse curã pudoris duce natura, & oẽm actionẽ naturę accõmodari oportere. aliter.n. decoꝝ nõ seruatur. [Principio,) Primũ oim habuisse rõnẽ, considerationẽ, & respectũ cõpositionis fabricæq. normã q pudori consuleret. qm ars ois naturã ipsam quoad põt imitator. formã, inqt Non. integritatẽ speciei esse voluit Cic. figurã. i. qualitatẽ ipsius formæ q signat cuiusque rei faciẽ. [In prõptu) In apto, vt ab oibus cernerentur. [Honesta) Sine turpitudine aliqua, q posset spectari ad necessitatẽ. qm partes illas obscœnas mentulã, anũ, vuluã, opus est seruire necessitatibus naturalibus. [Abdidit) Occultauit, abdere est in intimis occultare. [Deformẽ) Turpẽ & inhonestũ. [Hanc fabricã) Diligẽtẽ compõnẽ, qm ipsa natura subit rõnẽ architecturæ [Verecundia) Pudor, vt vitet & tegat, qđ turpe est duce natura. [Quæ.n.) pbat quo verecundia imitata est fabricã naturæ. [Qui sana mẽte) Qui nõ sunt furiosi. sanitas ai dicit cũ eius iudicia, opinionesq. cõcordãt, atq; ai virtus est, quã tẽperãtiã dñt esse, alij obtẽperantẽ tẽperãtiæ pceptis. Insania dr̃ morbus ai Sapia vero est sanitas mentis. Eos, inqt alibi, sanos intelligi necesse est quoꝝ mẽs moto quasi morbo pturbata nullo sit, q cõtra affecti sunt, insanos appellare necesse est. [Remouẽt ab oculis) Nõ patiũtur ab alijs cerni, cu habeãt turpẽ aspectũ. [Dãtq. operã) Vt pareãt. Studẽt parere necessitari ipsius naturæ occulte, vt meiere, onus egerere vẽtris nõ propalã, sed occulte p verecũdiã. Plin. agẽs de vrina, dicit. Hesiod. iuxta obstãtia reddi suadet, ne deũ aliquẽ nudatio offendat. [Quarũq. partiũ) .i. illi q sunt sanæ mẽtis, nõ appellãt pprijs noib⁹ illas ptes, quaꝝ vsus naturæ sunt necessarij. [Neq; vsus) Qm pudor est dicere, futui, & similia. [Suis noib⁹) Aptis sine aliquo pudore, qđ nõ fit ab illis, q ẽ natura viuũt. ptextatis, inqt Põp. nefas erat obscęno verbo vti, ideo q. ptextatũ appellabãt sermonẽ, q nihil obscęnitatis hẽet. [Obscœnũ) Turpe & cõtra hois dignitatẽ & pudorẽ. [Id) Qđ cũ occulte fit, nõ est turpe, necessitas.n naturæ hoc requirit. sed si in apto fieret turpissimũ esset. [Itaq;) Cõcludit hãc prędicẽs aptã actionẽ dignã esse rephẽsione, & ẽ verboꝝ obscœnitatẽ. petolãs dr̃ inuerecũdus, lasciuos, libidinosus, & q licẽtius oia facit. Vñ Paris apud Ouid. Quoq; magis possem verbis petulãtibus vti, Nõ semel ebrietas est simulata mihi petulãtia, inqt Non. dicta est à petẽdo. Cic. 4. de rep. Itaq; à petẽdo petulãtia, à pcãdo, vel poscẽdo pcacitas noiata est [Obscœnitas) turpitudo, si aliqs pfiteat & pdicet se turpia cõmisisse. vñ virtus apud Xenoph. sic voluptatẽ taxat: Cũ imortalis sis, à dijs qdẽ piecta es, à bonis vero hoibus ignominia affecta. Nunq̃ qđ auditu dulcissimũ est, tuam audisti laudẽ, nec qđ suauissimũ visu, tuũ opus vidisti Plato in 4. de rep. sic ait, Apparet itaq; ò Adimãte quale cuiusq; fuerit pueri lis educationis initiũ, talia fore ẽt q sequtur. [Nec vero) reprobat opinionẽ Cynicoꝝ & sñiam, q oio verecũdiæ inimica ẽ. Cynica

secta

secta dicta est auct. Laertio in vita Antisthenis à gymnasio, quod
Cynosarges appellabatur. Diogenes sinopensis fuit priceps Cy-
nicorum, sed Antisthenes vr̃ fuisse princeps Stoicæ virilis sectæ. Cy
nicus dr̃ caninus, qm̃ Cynici erant mordaces ut canes & allatra
tores vitiorum. Diogenes Cynicus dicebat vxores cões esse opor-
tere, nil esse iniquum docẽs exemplo quippiam accipere, aut ali-
quod gustare animal, ne iniustum quidem esse humanis vesci car
nibus, idq. ex aliarum gentium consuetudinibus liquere, atq, hæc
recta rõne in oĩbus & p omnia esse dicens. & rogatus quidnam
faciens canis vocaretur, rñdit, Quia dantibus aliqd blandior, in
eos vero q non dant adlatro, malos aũt mordeo. Prandenti Dio
geni in platea circunstantes dicebant, Canis, canis. At ille, Vos,
inquit, canes estis, qui prandentẽ circunsteteristis. Lactant. lib. 3. sic
scr. Nam quid loquar de Cynicis, quibus in ppatulo coire cum
coniugibus mos fuit? qd mirum si a canibus, quorum naturam imita
bantur, vocabulum nomenq. traxerunt? (Stoici pene Cynici)
Qm̃ erant rigidi contẽnentes oia veteres Stoici, & à Cynicis ni-
hil fere differebant. (Reprehendunt) Alios philosophos, qui hñt
curã honestatis in ipsis actionibus. (Flagitiosa) Obscœna & tur-
pia, qñ dñr cum quadã obscœnitate verborum. (Latrocinari) Obsi-
dere vias & obsidentes opprimere. (Fraudare) Fraude decipere,
ac cõmittere adulteriũ. Adulterium, ait Pap. 48. digestorum, in nu-
ptã cõmittitur, pp partum ex altero conceptum noie composi-
to. Stuprum vero in virginẽ, atque viduã. (Dr̃ nõ obscœne) Ne-
mo reprehendit hæc verba tanq̃ turpia, dicebant Cynici, cũ rem
turpem detestabilemq. significent. (Liberis dare operam) Inire
vxorem liberorum procreandorum causa. (Re ipsa) Actu. (Noĩe) Cõ
dr̃. (Nos aũt) Dat optimũ præceptũ ostendens qd circa talia sit
agendum, vt. s. oia fugiamus, q̇ cum vñr ab alijs non laudantur, &
cum audiuntur, turpitudinem hñt i. cauere debemus ne turpia fa
cere videamur, nec, ta loq debem⁹ q̇ aures aliorum offendãt. (Nos)
Qui spernimus sectã Cynicã, & Stoicos ueteres pene Cynicos.
(Naturam) Quæ nobis imposuit verecũdiam, & corpus ita dis-
posuit, vt summam honestatis rõnẽ videatur habuisse. (Oculorum)
Quantũ ad factum ipsum qd᷑ vr̃. (Aurium) Ad verba obscœna. s.
vitare debemus ea q aut visu, aut auditu pñt vituperari, vt dũ sta
mus, sedemus, ingredimur, accubamus, seruetur decorum. sunt. n.
motus corporis naturæ congruentes. sunt ẽt contra naturam, à
quibus cauendũ est, ne munus naturæ odisse videamur. (Teneãt
illud decorum) Ne. s. aliquid faciant, quod oculos aliorum offendat.
Tpibus nostris hoc solum perdidit homines, & impuri ea Cyni
corum dogmate, imitantur, vt nullam habeant verecundię rõnẽ,
& pudenda ostendunt, & in malis gloriantur. Vnum superest, vt
palam scortentur, & ritu ferarum quo viuunt, in foro turpiter cõ
misceantur, quod profecto erit, vt videre videor adeo impuden-
tiæ habenas monstrosi concubitus artifices remiserunt. Vir, inqt
philosophus, vxorem actu venereo cognoscat plurima cum mo-
destia & pudore. Quibus in rebus ponit ea quæ vitanda sunt, in
his rebus quas dixit. (Effœminatum) Muliebre. (Aut molle) Pa-
rum virile, mollis cum refertur ad animum vituperatur, cum ve
ro ad res inanimatas, laudatur, vt molle opus. i. elegans & bene
elaboratum cum summa laude opificis. Virg. in 6. Excudent alij
spirantia mollius æra. i. perfectius & elegantius Mollis homo dr̃
parum virilis. Effœminatum igitur erit quantum ad actionem,
molle ad animum. (Durum) Asperum, ineptum. (Rusticum) Parum
elegans, & minime expolitum. (Nec vero histrionibus) Inquit
Cic. ẽt histrionibus & oratoribus non conceduntur gestus inde
cori. quod cum ita sit, multo minus conceduntur alijs, vt hæc q̃
pertinent ad motum corporis. (Sint apta) Accõmodentur & il-
lis conueniant, hoc inquit Cic. concedendum non est, qm̃ quem
admodum nobis gestus decori non conueniunt, & impudentes,
sic ẽt ipsis histrionibus & oratoribus. (Nobis) Qui non sumus
actores & scenici. (Dissoluta) Lasciua, inepta, minimeq. conue-
nientia. (Scenicorum quidem mos) Probat quare impudentia &
gestus indecori ẽt scenici non conceduntur, vt nobis multo mi-
nus concedi ostendat, affert ergo morem prodeundi in scenam
apud antiquos, quo maxima verecundiæ cura ostenditur. (Sceni
corum) Eorum qui versantur in scenis, & theatris, vt pugiles, & histrio
nes, mimi, palæstritæ, athletæ. (Subligaculo) Subligaculũ erat in-
dumentũ ab vmbilico vsque ad genua, quo pudenda tegebãtur.
dr̃ ẽt subligar. Iouen. Et subligar Acc. ab Olympicis laudis origi-
nem habuit, auct. Thuc. qm̃ athletæ & pugiles illic certantes pri
mũ subligaculo vsi sunt. (Veteris disciplinæ) Antiquæ institutio-
nis & prisci ritus. (Non decore) Cum turpitudine, ut offendant
oculos spectatorum, & sic explodãtur. (Nostro more) Rom. qm̃ nu
dare corpora Rom. a græcis acceperũt, qui in gymnasijs pueros
exercebãt, ut essent ad bellicos labores & tumultus promptiores.
(Gymnasia) Vt auct. est Plato lib. 5. de rep. in quibus nudi exerce
rentur, principio à Cretensibus, deinde à Lacedæmonijs cœpta
sunt fieri. Thucid. lib. 1. sic scr. Primi Lacedæmonij corpora nuda-
uerunt certaturi ppalam se exuentes, oleoq. vnxerũt, cum olim
ẽt in Olympico certamine athletæ subligacula circũ uerenda ha
bentes pugnarent. Romani aũt instituerunt, vt filij non lauaren-
tur in pubertate cũ parẽtibus, nec gñi cum soceris. Enn. dicebat,
flagitij principium esse nudare inter ciues corpora, q vt sint sicut
fieri posse uideo, pudici, soliciti tñ & anxij sunt, & eo magis qd᷑
se ipsi cõtineant & coerceant. Plut. in vita Cat. senioris dicit: Gños
cum soceris balneum ingredi vitio dabant, qm̃ membrorum nuda-
tionem inspectantibus illis cum decoro fieri non posse iudica-
rent. Postea cum à græcis Rom. nudare corpora didicissent, ipsi
græcos, vt id cũ vxoribus vsurparent in balneis docuerunt. Apud
Laced. maximam pudoris curam habebant viri & vxores, nõ. n.
cõmiscebantur nisi noctu amoto lumine, ut auct. est Plut. In hac
nostra tpum confusione (proh pudor) non solum teste lucerna,
sed ẽt admotis arbitris miscentur, & filij qui nascuntur, nil aliud
sapiunt quam impudentiam. Cato senior pñte filio non aliter
verborum turpitudine abstinuit, quam si virgo Vestalis affuisset, &
cum eo nunq̃ lauit, & ideo optimus adoleuit tam sancta discipli
na institutus, ante patrẽ mortuus est, cuius mortẽ deplorat apud
Cic. quo inqt, nemo melior natus est, gener fuit Paulli Aemilij,
filiam qppe illius noie Tertiã, duxit vxorem. Plato in 6. de Leg.
dicit corpora esse nudanda qtũ honestus patitur pudor, duo in-
quit idem in 1. de Leg. uictoriam parant, aduersus hostes quidem
animositas, aduersus aũt amicos turpis infamię timor, quapp in
quit, & maxime debemus confidere, & maxime timere. Plin. vol.
36. sic ait: Pudor Rom. nois sæpe res pditas seruauit in pl̃ijs. Fi-
lij puberes post 14. annum, impuberes aũt lauabantur, qm̃ nõ co
gnoscebant quid esset turpitudo. debemus igitur retinere vere-
cundiam in his rebus, nec imitandi sunt Cynici verecundiæ ini-
mici, maxime cum ipsa natura ita uelit, cui omnia officia coniuo
cta esse debent. nihil. n. decet, qd᷑ est contra naturam. Vnde dicit
Sen. Virtus fm naturam est. Vitia inimica & infesta sunt. pube-
res igitur. i. adulti, & malitiæ iam capaces.

PRincipio corporis nostri &c.) De decoro præcepturus in **FRAN. MAT.**
tribus partibus, seruando quas pposuit, naturæ exemplum
adducit & quẽadmodum, inqt, natura ipsa, sic corpora nr̃a
formauit, vt ordinem hñt, atque ordinatum. Ita nos in dictis,
& factis, atque oi actione nr̃a in motu, & statu corporis conari
debemus, ut formositatẽ, ordinem, & ornatũ seruemus. (Princi-
pio) Ab initio dum humanũ corpus natura condidit. (Formam
nostrã) Oris, oculorum, narium, aurium in qbus qnque sunt sensus
rerum interpretes, ac nuncij in arce mirifice facti, & locati, vt alibi
ait Cic. (In prõptu) In apto. (Quæ partes) Videlicet pudendæ.
(Ad necessitatẽ) Ad eijcienda supflua. (Aspectus) A qbus, hoies
aspiciendis abhorrerent. (Hãc naturæ &c.) Qd᷑ natura admonet
id secuti hoies sunt. Quæ obscœna sunt, natura occultauit eadẽ,
& q sana mente sunt occultant, & si noiare oportet, proprijs no
minibus abstinent, & circũ loquũtur. (Fabricam) Opificium, idẽ
lib. 2. de Nat. Deorum: Illa potius explicetur, inqt, incredibilis fa-
brica naturæ. (Qui sana sunt mente) Insani. n. vt verecundia ca-
rent, sic q̇ naturæ occultauit facile aperiũt. (Ipsiq. necessitati) Vt
ineundi, & egerẽdi qd᷑ vt fiat necesse est. (Quarumq. partiũ &c.)
Ad ea verecudi sunt, qui sanę mẽtis sunt, ut partes corporis, qua-
rum necessarij vsus sunt, ne suis appellent noib⁹. (Nec vero &c.)
Cõtra Cynicos, & Stoicos pene Cynicos inuehitur. Antisthenes
Athen. prior Stoicam sectã inchoauit. Dicti aũt sunt Cynici vel
à Gymnasio qd᷑ Cynosarges appellabatur, vbi Antistheoes disse
rebat vel ἀπὸ τοῦ κυνὸς, hoc est a cane, seu qa mordaces erant Cy-
nici, seu qa oia in propatulo faciebant. Nam Diogenes Cynicus
q Antistheoẽ secutus est oia ante oim oculos facere solebat, ede
bat, coibat, excernebat in apto atque hmõi se tuebatur conclu-
siunculis. Si prãdere nihil mali est neque in foro prãdere malum
est. Non est aũt malũ prãdere. Nec in foro qdẽ prandere malũ
est. Cumq. añ ora oium iugiter operaretur, ut liceret, aiebat pfri
cato ventre a fame cõquiescere. (Stoici pene Cynici) Vt Aristip
pus q fuit assertor voluptatis, & Zeno oẽsq. pene Stoici, quibus
placuit suo quamq. rẽ noie appellare. Sic. n. differebãt nihil esse
obscœnũ nihil turpe dcm̃. Nã si qd᷑ est in obscęnitate flagitiũ, id
aut in re esse aut in verbo, nihil esse tertium. In re nõ esse, multo
minus in verbis. Si. n. qd᷑ verbo signãt, id turpe non est, verbũ qd᷑
signat turpe esse nõ põt, auct. Cic. lib. Ep. 9. epist. ad Pætũ, vbi hæc
aptius intelligũtur à Stoicis, disputata. (Re) Operatione, vt egere
re, metere, rẽ hr̃e cõ vxore, re. n. turpia non sunt. (Illa aũt q sunt
turpia re) Vt latrocinari &c. q̇ sequũtur. Turpia. n. factu sunt. (Li

Natura occulta, aut q̃ obscœna sunt

Nihil esse obscœnũ aut turpe dictũ sm Stoicos.

beris dare operā) Exemplū est eo℞ q̄ re turpia non sunt, & noie obscœna putantur, vt futuere, qd' nomē, qm̄ obscœnū iudicamus nō vsurpamus, sed ꝓ eo liberis operā dare dicimus.i.gignere filios. [Abhorret) Abominatur. [Aurium) Audiendo. [Oculo℞) Videndo. [Status &c.) De statu, & motu corporis & pcipit, & omni eius habitu, & qd in his seruandū sit, videlicet ne qd effœminatū, aut molle, rursus ne qd du℞, aut rusticū, siue in statu, siue in motu faciamus, hæ aūt partes nēs sunt vel status, vel motus. [Stat⁹) Cū stamus pedibus innixi. [Incessus) Modo velox cū opus nō sit vti. [Sessio) Qui ita sedent, vt mentre genua contingant, aut nimiū apertis, & diuaricatis sunt cruribus, deformiter, sedent. [Accubatio) Cū mensæ accubimus. maxima aūt rō hñda est ne deformiter accubemus ne cubito, aut vtraq; manu mēsæ inhereamus qd' rustici faciūt. [Vultus) Tpi accōmodatus, ne simus vultu tristi in lætitia, & cōtra læto in mœrore, aut ne os torqueamus, aut frōtē corrugemus, aut cōtractis simus supcilijs. [Oculi) Mouere oculos nimia celeritate incōstantiā signat. [Manuum motus) Quas importune qdā iactant in eū cum quo loquūtur relucunt ad faciē suā in quo leuitas cognoscitur. [Effœminatū) Vt incedendo fœminis similes nō simus. Quæ (vt Plaut. ait) gradu ambulāt testudineo. [Molle) Quantū ad cultū corporis. [Du℞) Ne passu lōgiore incedant. [Nec vero histrionibus, oratoribusq́. conc. est) Argm̄ est à minori ad maius, si in motu corporis, vt se exerceant minus, & oratoribus cōceditur, idē facere q honeste volunt viuere, & debēt, ꝓhiberi nō debent. histriones aūt, & oratores maxime qdem circa gestū corporis se exercent, ne inepti sint in agendo, & oratores, qdē multa de actione corporis pcipiunt, vt Cic. & Quint. Hæc q̄ ptinēt ad motū & statū corporis. [Dissoluta) Nullo adhibito modo, nulla honesta rōne seruata. [Scenico℞ quidē) Rursus arguit à minori ad maius, Scenici, inqt, actores tātā hñt rōnē honestatis, vt sine subligaculo in scenā nō ꝓdeāt, nedum se iactāt huc atq; illuc pudēda forte videātur. Subligaculū vt Marc. ait, est quo pudēdæ partes corporis tegūtur, dcm̄ qd̄ subtus ligēt. Idē vocatur & subligar. Iuu. & subligar Acci. [Nr̄o qdem more) Rom. dicit morē fuisse, vt in thermis pubescentes filij cū prībus, & gn̄i cū soceris, non lauarentur, ne partes pudēdas aperirent ꝑsonæ, quas inter se præcipue habere rōnem honestatis cōuenit.

Vult⁹ tpi accōmodatur.

Subligaculum. Subligar

TALIS igitur ordo) Præcipit nunc qualem ordinē tenere debeamus in ſingulis actionibus, de quo ita diſputat vt locū, perſonam, aliaſq́. circunſtātias includat, quæ in omni re, vt ſeruetur decoꝝ, conſiderādæ ſunt. Obſeruatio.n. circunſtātiarum eſt illa, q̄ cōſtituit offm, qm̄ poteſt reddi ratio quare factum ſit. (Cōſtanti) Perſeuerāti in optimo ordine & nihil ab arte diſcrepāti. hæc eſt laus oratoris, vt oia in oratione bene cōueniant, & quadrent. ſic laudat ordo, cum oēs actiones inter ſe cōueniunt, & ſuo tpe ſiūt. [In vita) In actionibus vitę. (Apta) Vt apta ſint, qm̄ ordo eſt compoſitio reꝝ in aptis locis. apta igr̄.i. accomodata & conuenientia. (Turpe eſt.n.) Probat ab affectu quare adhibēdus ordo ſit, qm̄ dedeceat, ſi nō hr̄ ratio loci, tpis, & pſonæ. ſic à re cōtraria ſumens argm̄, oſtēdit id laudari, qđ tpe apto ſit. [Seuera) Graui. (Delicatū) Delicijs aptum, & molle. [Bene Pericles) q collegā ſuū reprehendit Sophoclem, qm̄ ille non habuerat rōnem loci, tpis, atque perſonæ, quā ſuſtinebat erat.n. prætor. Sophocles tragicus poeta fuit. Tragœdiā (auct. Fabio) primus Æſchylus in lucē protulit, ſublimis & grauis, & grādiloquus ſæpe vſq; ad vitiū. Sed lōge clarius illuſtrauerunt hoc opus Sophocles, atq; Euripides, quoꝝ in diſpari dicēdi via vter quidē ſit poeta melior inter plurimos quęritur. [In prætura) Qm̄ erant prætores q reddebant iura. Collega dr̄ ſocius in magiſtratu. [De cōi officio).i. pro & gr̄a obeundi cōe munus. [Cōueniſſent) Simul eſſent, vt de cōi officio loquerētur, & iura redderēt. Hoc narrat ēt Plut. in vita Periclis. Et Val. dicit. Pericles cum in ptura Sophoclem collegam hr̄et, ac in publico officio vna diſtrictus pueri ingenui ptereuntis formam impēſioribus verbis laudaſſet, intemperātiam eius increpitās dixit, prætoris nō ſolum manus à pecuniæ lucro, ſed ēt oculos à libidinoſo aſpectu cōtinentes eſſe debere. Locus ipſe igitur datus pio ri, & magiſtratus nō ſeruabat decoꝝ laudādo formoſum puerū. At hoc idē, ecce qd facit locus, & pſona. nam ſi alibi illud dixiſſet, iuſta reprehēſione caruiſſet. [Athletarū) Eorum q in gymnaſijs ſe exercent ἀθλεῖν græce, latine ſignificat certo & contendo. Inde Athletæ dr̄r in gñe certatores, in ſpecie aūt erunt pugiles, palæſtritæ curſores, & ſimiles. & ἄθλον dr̄ prœlium certaminis, quo verbo vtitur Theocritus. [Approbatiōne) Vbi approbātur Athletę pulchri, lacertoſi, & hñtes membra apta ad certamē atq; victoriā. [Tanta vis eſt loci) Tantum pōt locus, & aliæ circunſtātiæ ad approbationē alicuius rei, vituperationemq;. [Cauſam acturus) Oraturus cauſam alicuius aut ſuā. [Meditetur) Intra ſe cogitet. [Ad hoc idē) Meditari & attentius cogitare. [Inhumanus) Ab humanitate alienus ac ruſticus qm̄ ignorat qd poſtulet locus, & tēpus. [Sed ea quæ) Nō opus, inqt Cic. de his pcipere & monere, quæ manifeſta delicta ſunt, & ab oibus facile cognoſcūtur, ſed de his quæ parua vñr, & cum ignoſci ab oibus nequeant, facile trahunt hoies in errorem ſpecie quadam recti. vnde diligēter ſingula cōſideranda ſunt & id vitādum quod in alijs turpe eſt ac indecoꝝ, & doctos conſulere debemus, quoꝝ conſilio ad virtutem ac decoꝝ dirigamur. [Diſcrepāt) Aliena ſunt. [Ab humanitate) Ab his moribus, quos hō bene inſtitutos hr̄e debet: ab humanitate igitur à diſciplina viuēdi, hominum data eſt. [Cātet in foro) Quod dedecet, & ab eruditione, boniſq́. moribus alienū eſt. [Magna puerſitas) Prauitas in moribus, q̄ ſua magnitudine oibus ſe oſtēdit. [Nec magnopere) Non multū eſt opus monere, qm̄ patet talia declināda eſſe pp apertam turpitudinē. [Neque à multis) Ab imperita multitudine. Et affert exēplum muſices. Nā cum in fidibus & tibijs aliqua diſcrepantia eſt, non cognoſcitur, niſi ab eo q muſicen callet, ſic actiones aliqd in ſe prauitatis habētes, non cognoſcuntur, niſi à prudentibus, quoꝝ conſilio vita adoleſcentū formanda eſt & regēda. [Paululū diſcrepēt) Diſcordent. nā diſcrepare proprie eſt diuerſo modo crepare.i. ſonare, & crepitū facere inde ad multa trāſfertur. A ſciēte, perito in muſicis. [Animaduerti) Obſeruari, cognoſci, diſcerni, notari. in 4. act. in C. Ver. dicit intellectū eſt, animaduerſum, qđ enarrās Aſconius Pędianus dicit. Intelligitur aliqd argumētis. Animaduertitur ſenſibus, pſertim aio vtentibus. ego plus eſt animaduerſum quā intellectum. [Sic viuēdū) Itaq; inqt viuendum eſt, vt vita non diſcrepet, ſed oia inuicem cōgruant, & ordo ſeruetur ac modus, vt fiat ille actionū cōcentus, q eſt maxime è natura, & vita cōſtās in officio pſeueret. [Sic) Vt ſit in numeris muſicis, & motibus inter ſe nō diſcrepātibus. [Vel multo magis) Quā in fidibus & tibijs maior cura adhibēda eſt in actionibus vitæ, quā in ipſis numeris. [Quo) quāto maior eſt contētus actionum.i. conuenientia, vt nullo modo à rōne diſcrepēt, ſed loco, tpi, & perſonæ, conueniāt. [Maior) quantū ad ſe. [Melior) Ad noſtrum cōmodum & dedecus. [Concentus) Cōuenientia. perſtat in trāſlatione ſonoꝝ, melior inqt eſt, & præſtātior conuenientia ipſaꝝ actionum, quam ſonorū & ideo maior cura eſt adhibēda, vt nulla in ipſis diſcrepātia ſit. [Vel minima) Etiam minimas diſcrepantias qm̄ callent artem. Vel ēt minimos errores. [Acres) Acuti, vehemētes, attenti. [Vitioꝝ) Eorū quæ ſiunt cum vitio & præter decorum. [Magna ex par.) Ex paruo ſigno magna cognoſcimus. vultus.n. obtutus oculoꝝ, & alia ſigna indicat eſſe moribus nōnulla, quæ latent & incognita ſunt, in qbus ſignis & geſtibus aliqd ſit, qđ dedecet. Vnde in ſingulis cauēdū eſt, & multo magis ne aios peccet, q p ſigna extrinſeca ſe aperit. Obtutu, aſpectu in aliquē defixo. [Remiſſione) Dilatatione, aut cū cōtrahūtur ſupercilia, aut deprimūtur, aut attollunt & hoc eſt ꝯtrahere & remittere. [Hilaritate) lætitia. [Cōtētione) Eleuatione.i. cū vocē attollimus. Cū oia inqt ſupradicta viderimus cognoſcemus, ſi experientiā habebimus qd apte fiat & cū decoro. [Quid a natura) .i. à rōne naturæ diſſentiat. nam

reſpicere,

respicere,ridere & similia eo mõ facere oportet, vt à natura nõ
recedat.Risus nõ semp vituperat. Risus,inqt Cic.alibi, sedẽ hẽt
in aliqua deformitate ac turpitudine,q cũ in alijs demõstrant, ve
banitas,cũ in ipm dicẽtẽ recidũt,stultitia uocatur.[Quo in gñe)
eoꝝ.i.q vituperant,cũ oõ apte fiũt,à naturaq. recedũt.[Nõ est in
cõmodũ)Immo utile est iudicare in alijs quale sit unũquodq; su
pradictoꝝ,ut nos cauere possim⁹,si aliqd pter decoꝝ fieri cogno
scimus. Nã magis deprehẽdimus errores alioꝝ,quã nostros.Vñ
magistri eũ discipulos reprehẽdere uolũt,eos imitant,ut discipu
li uidẽdo cognoscat,quã dedeceat id,ĩ quo reprehẽdũtur.Quapp
Anacharsis Scytha iterrogatus,quo pacto q. Sabstemius fieret,rñ
dit; si ebriosoꝝ motus sibi añ oculos ponat.Et Plato ebrijs & ira
tis pcipere,ↄsulereq. solebat,vti in speculo vultus ĩspicerẽt suos,
vt visa deformitate,vitia fugerẽt.Et Lacedæmonij seruũ ebriũ in
cõspectũ filioꝝ adducebãt,vt in ipso turpitudioẽ ebrietatis inspi
cerẽt & ea abstinerẽt.[In alijs)Qm̃ vnusqsq; sibi placet,ideo suos
errores nõ facile iudicat.Pauci.n.in seipsos descẽdũt,diligẽtius in
spiciẽtes aliena peccata quã sua. Vñ dicit Seneca, Aliena vitia in
oculis habemus,à tergo nr̃a sunt.[In discẽdo)Dũ discitur.[Quo
rũ).i.discipuli quoꝝ vitia magistri repsentãt causa emẽdãdi, visa
deformitate vitij qđ illi imitãtur,ad irrisionẽ facillime corrigun
tur,cũ vitia plane discernãt.[Emẽdãdi causa)vt discipuli emẽdẽt.
[Nec vero alienũ est)Mouet cõsulẽdos esse,viros vsu peritos, ne
locus pœnitẽtiæ relinquat. Nã si ↄsilio prudẽtũ voluerimus vti,
nunq̃ errabim⁹,& mediocritas ipsa retinebit,quã ipse prudẽs dif
finit & statuit.Philosophus in 4.Eth.sic ait,atq; cũ magnis de reb.
deliberare volumus,sumimus alios ad ↄsiliũ,diffidẽtes nobisipsis
tanq̃ nõ sufficiẽtib⁹ ad discernẽdũ.[Nõ est alienũ) Immo ↄducit,
vt singula & minima errata cognoscãtur.[Quę afferũt dubitatio
nẽ)De qb⁹ dubitat,an ĩ offõ sint.[Doctos)Doctrina pstãtes.[Vel
vsu)Experiẽtia reꝝ.[Exqrere)Diligẽter pcõtari qd illis videat a-
gẽdũ,& qd fugiẽdũ tanq̃ turpe.[De vnoquoq; gñe officij)Oibus
actionibus,q officiosæ debẽt esse & cũ virtute ac modo.[Maior.n.
pars)Rõ quare debem⁹ vti ↄsilio prudẽtũ.qm̃ maior pars boĩum
seqtur inclinationes naturales. Vñ opus est vt prudẽtiores ↄsula
mus,ne sequẽtes aliqñ id,ad qđ nã inclinamur,erremus. aliq tñ
sunt,q naturæ inclinationes nõ sequunt. ideo dixit maior pars.
pauci.n.hñt talẽ prudẽtiã,& mẽtis robur,vt naturã emẽdent. Vir
prudẽs nõ defert aliqñ ad id,ad qđ à natura deducitur, q interdũ
vitiosa est & corrupta,quã si sequeremur, discederemus ab offõ,
qđ forte nõ cognosceꝰ,cũ ad id,iclinationes naturales habeam⁹,
& nihil põt esse offm̃,qđ à bona natura discrepat. Vñ Diogenes
sinẽ statuebat rõni rite obtẽperare in eis eligẽdis, q̃ sm̃ naturam
sunt.Chrysippus itelligit cõem & ppriã humanitatis naturã cui
cõgruere oporteat. Cleanthes cõem tm̃ naturã suscipit, quã seq
oporteat,cũ ppria interdũ vitiosa sit & corrupta.Cõsulere igr̃ de
bemus doctos viros,& vsu peritos,ne erremus.[In qbus) Rebus
dubijs de qbus doctos ↄsulimus.[Quid sentiat)qd habeat in aĩo.
multi.n.dñt aliqd esse sic agẽdũ,tñ aĩo nõ ita sentiũt. Ideo cõside
rãdũ est qd qsq; nõ modo loquatur,sed ẽt sentiat,ne adulationi-
bus & assentationibus ad prauas actiones deducant.[De qua cau
sa)Qm̃ si de astrologia vult tibi iurisperitus consulere,errabis cũ
eo,qppe astrologiã is nõ callet,& sic de similibus. Vnde oportet
de aliqua re illos cõsulere,q iudicare pñt,& sciunt,& pbat cõpa
ratione artificiũ nos debere alioꝝ iudicio multa facere,& male-
facta emendare.Apud græcos dicebatur,Quã qsq; norit artem in
hac se exerceat.Et ẽt in illos puerbiũ erat qui qđ ignorarent.in
dicabant: Supra crepidã iudicare nolito.[Vti qui signa fabricãt)
Vt sculptores,statuarij. signa dñr opera expressa & sculpta,vt sta
tuæ,vasa ἀνάγλυφα,& alia signa q extãt,tabulæ solũ pictæ sunt si-
ne aliqua expressione formaꝝ,à signo dr̃ sigillum per diminutio
nem. Idẽ in 3.de orat.ipsa necessitas fabricata est. & Nonius af
fert hunc Ciceronis locũ,vt hi qui signa fabricãt.[Veri poe.)Qui
poeticã ipsam optime callent.[A vulgo)Vt faciebat Apelles,au-
ctore Plin.qui tabulas pictas transeũtibus pponebat,ipse post ta
bulas latens intelligebat,q vitia reprehenderentur à singulis, ut
postea emendaret.Sutor accedens opus notauit,qđ crepida pau-
ciores ansas hr̃et.quod vitiũ Apelles emendauit. Et Silius Itali-
cus poëta insignis iudicia auditoꝝ sæpenumero recitationibus
expertus est. [Secum) Intra se & loquendo cũ alijs,sic in ipsis a-
ctionibus agendũ est, ut alioꝝ iudicio vitia corrigantur. [Quæ
uero more agũtur)De his non est præcipiendũ inquit Cic. quæ
in ipsis ciuitatibus instituta sunt. qm̃ patet oĩbus obseruanda es
se,nec aliquis contra publicum morem ciuitatis audere debet,
& in hoc non debemus uiros claros imitari,qui diuina quadam
scientia hoc cõsequebantur,ut cõtra morem ciuitatis loqui pos-
sent.Instituta.n.urbiũ obseruari debent. Vnde dicit Seneca: Nõ
cõturbabit sapiens publicos mores,nec pplm in se nouitate vitę
cõuertet.[More)cõsuetudine.[Ciuilibus)Alicuius ciuitatis.[Il
la ipsa)Instituta & mores sunt quædã pcepta q ab oĩbus obserua
ri debẽt,ergo de his nõ opus est pcipe. Accusauit Melitus Socratẽ
Sophronisci filiũ,qđ iura violaret dicẽs,Quos ex maioꝝ institu
to suscepit ciuitas deos esse nõ existimãs,alia noua dæmonia in-
ducẽs,ↄtra ius lẽ & fas iuuenes corrũpit.Dãnatus igr̃ fuit Socr.
qđ nouã religionẽ induceret cõtra vetus ciuitatis Athenaꝝ insti-
tutũ.Cato cẽsorius,auct.Plut.Socratẽ loquacẽ & violẽtũ hoĩem
appellabat,q cũ in patria sua plus posse affectaret,q̃ leges paterẽ
tur,priscos mores & veteres ↄsuetudines antiquare,ciuesq. suos
ad cõtrarias priscis institutis opiniones traducere molitus est.Sed
crimina Socrati obiecta à duobus eius discipulis Plat. in apolo-
gia,& Xenophõte quatuor illis voluminib.de dictis & factis So-
cratis memoratu dignis penitus diluũtur. Aristippus Socratis di
scipulus Cyrenaicus primus Socraticoꝝ mercedẽ doctrinæ ex-
egit,& q̃stu philosophatus est & voluptati patronũ se pfitetur ↄtra
morẽ veterẽ.posuit.n.summũ bonũ in voluptate, q maxime sen-
sum moueret,& à suo pceptore Socr.desciuit,q i virtute summũ
bonũ statuerat.Cũ obijceret ĩ Aristippo,qđ Laidẽ meretricẽ hr̃et,
rñdit,hoc melius est,q̃ vt illa me habeat.[Cõtra morẽ) Cõsuetu
dinẽ.qm̃ Socrates nouã religionẽ introducebat contra mores &
instituta ciuitatis,& Aristippus voluptati oĩa tribuebat,& q̃stui,
philosophiã hr̃e cœpit,& eius domũ meretrices frequentabant.
[Diuinis bonis)Sũma doctrina quæ est diuinũ quoddã bonũ. In
terrogatus Aristippus qd interesset inter doctũ & indoctũ,rñdit.
Mitte vtrũque ad loca ignota & cognosces.[Cynicoꝝ ratio) re
fellit rõnem Cynicoꝝ & vitæ institutũ,q volebãt,vt oĩa fierẽt ad
libidinẽ.i.secundum appetitũ,& nullam verecũdiæ habebãt rõ-
nem,qua neglecta & remota nil quod hoĩs præstantiã deceat fie
ri põt,nec põt aliqd esse honestum,qđ vacet pudore.Apollodo-
rus tñ in moralib.dicit Cynicã sectã esse validã,& celerẽ ad virtu
tẽ viam,hãc sectam Stoici volũt sapiẽtes amplecti à qbus Cic.dis
sentit,agẽs verecundiæ partes,sine qua nihil cũ laude virtutis &
honestatis fieri poterit.Quid loquar inqt Lactãtius,de Cynicis,
qbus in ppatulo coire cũ coniugibus mos fuit? qd mirũ si a ca-
nibus,quo cũ vitam imitãtur, ẽt vocabulũ nomenq. traxerunt.
[Eos aũt)Supradicta inqt sine cõsultatione obseruare debemus
& illos colere q pbatissimi sunt,& sic pcipit qb⁹ adhęrere debea
mus ipsoꝝ cõsilio niti.[Perspecta)Cognita pp res gestas cũ vir-
tute.[Magnis)quas ipsi gesserũt vt magnanimi.[Bene sentiẽtes)
Bonã hñtes mentẽ ergarem p.nõ affectãtes tyrannidẽ & seditio
nes,ab illis fugere debemus,q nõ lędẽt cõi libertati & vtilitati.
Ac benemeritos,q pro rep.multa fecerũt,imperiũ auxere,& be-
nemeriti sunt.[Aut merẽtes)In pñtia aliqd pro rep.faciẽtes.[A-
liquo hon.)Magistratu.Aut aliquo alio insigni. [Aut impio)Vt
illi q præsunt exercitui,militiæ & vrbibus. Obseruare est quadã
admiratione aliquẽ virtute pditũ venerari,Colere est plusq̃ ob-
seruare,hoc.n.est tm̃ ad hoies,colere ẽt ad deos,ergo obseruam⁹
vt hoiem,colimus vt deũ siue diuũ hoiem,vt Lacones dicere cõ-
sueuerũt cum aliquẽ summis laudibus celebrare volebãt. [Mul-
tũ tribuere) Magnã hr̃e rõnem senectutis.i.ipsos senes valde ob
seruare debemus,& venerari. Habere delectũ,facere dr̃iam inter
ciuẽ & peregrinum,& vnicuiq; quod illi debetur tribuere.[In ip
so quoq; per.) Debemus.s.hr̃e delectum, priuatim ne causa sua
an publica venerit.[An pub.)an noie principũ & alicuius rei.mis
sus sit,vt sunt oratores,q publicam psonam referũt.Vnde maior
illis debet honor,q̃ his peregrinis q sua causa venerũt, & in alie
na ciuitate peregrinãtur.[Ad summã)Cõcludit Cic.nos debere
cõem humani gñis consociationẽ colere & tueri,& sic apparebit
iustitia,quæ est ad cõseruationem gñis humani.[Ad summã) De
nique, tãdem, ne de singulis disputẽ qm̃ nimis pduceretur oro.
[Ne agã) Ne disputẽ.[Cõsociationem)Vt hoies inter se ineant
societates duce natura curãdum est. qm̃ hõ est animal sociabile,
& societas in mutuis officijs colenda est, vt vltro citroq. collatis
bñficijs humana societas cõseruet.[Colere)Amare.[Tueri) De
fendere & ↄseruare,si iusti esse volum⁹ & de humana nã bñmeriti.

Talis est igr̃ &c.)Vt in orone ordo seruat,& id custodit ne
simus ppposteri,ita fieri in vita debet, qdqd agimus semper
dãda opera est,vt ordo seruet.[Constãti)Quæ nõ puertit
ordinẽ,sed vt pposuit ita exqritur. [Turpe.n.)Exẽplo ostendit,
quo contra hãc scientiam sæpe peccat,res aũt per se patet. Peri-
cles optimus fuit & philosophus & orator,summus ẽt Athenien
siũ dux,quoꝝ rẽp.annos 40.gubernauit.auctor Trogus.Sopho-
cles poeta fuit Atheniensis diuinus,vt Cic. scribit lib. de Diuin.
[In ptura) Prætores erant,& castra aduersus Lacedæmonios po
suerant.[Athletarũ)Viroꝝ certatoꝝ ad quos spectandos cũ cer-

FRAN.
MAT.
Athleta.

tant stadio multi adolescentes confluunt, athleta græcum est, latine dici pōt certator, pugil. [Tanta est vis loci) Erant.n.tunc in castris, & bellū gerebant. [Vt siqs &c.) Qui ambulans cogitabundus secum loqtur solet reprehendi, sed causam acturus nō reprehenditur, idē si in ɔuiuio qs facit maxima reprehēsione nō caret. [Sed ea quæ multū) alia inqt vitia, & peccata, q̄ cōtra ordinē, locū, & tpis opportunitatē cōmittuntur, manifesta sunt, quoꝝ exēplū subijciat, quāuis nihil de ipsis p̄cipiendum dicat. Alia peccata sunt, de qbus diligēter inuestigandum censet. Manifesta.n.facile vitari pñt, obscura nō ita, & sæpe accidit, vt parua videātur, q̄ magna sunt. [Ab humanitate) A rōne, quæ ꝓpria est hoīa, vt decoꝝ seruet in eo, qđ est cōsentaneū naturæ nostræ. [Vt siqs &c.) hoc p se manifestum est, nō seruare decoꝝ, eos q in foro cantant, aut mingūt, qđ Cynici faciebāt. [Et p̄cepta &c.) quia nota p se sunt [Diligētius) qm̄ parua sunt, & nō facile multitudine discernuntur. [Vt.n.in fidibus &c.) Quēadmodum in paruis delictis, q̄ non facile discernūtur adhibenda diligētia sit. Similitudine ostēdit, vt inquit Citharœdus, cū carmen cœperit, si nō nihil manus oberrauerit facile à peritis auribus vitiū percipitur. Ita nostrū vitiū facile à doctis cōprehēditur, si à decoro aliqd discesserimus. [In fidibus) Citharæ genus fides est, dicta q tm̄ inter se chordæ eius

Fides. *Fidicula.* *Tibia.*

quātū inter hoīes fides cōcordent, cuius diminutiuū fidicula est. auctor Pōpeius. [Tibijs) Quaꝝ (auctore Varrone) multæ fuerūt apud veteres species, serranæ, Phrygiæ, pares, impares. [Paullū discrepēt) oberrēt, & dissonēt. [A sciēte) a peritissimo artis, nō aūt a quouis. [Multo ēt magis &c.) Argm̄ est a minori ad maius, si in fidib. diligētē operā damus ne vel minimū erremus, multo id diligētius in vita facere debemus. [Quo) Quāto. [Itaq; vt &c.) Similitudo est ab eodem sumpta artificio, vt inqt, diligētes aures, vel minimos errores in fidibus cōprehendūt, sic nos, si diligēter animaduertere voluerimus, & parua vitia cōprehēdemus, & ex paruis magna colligemus. [Ex oculoꝝ obtutu) Declarat quō vitia magna esse intelligemus, q̄ tñ parua vñr. [Obtutu) Est obtutus, cū fi

Obtutus.

xis & immotis oculis aliqd spectamus. hoc paruū vitiū vr. s. aliqd fixis nos oculis intueri, sed tñ magnum intelligitur. Nā ex eo obtutu magnū aliqd, & grāde facinus cogitare intelligimur. Cogitabūdi, & irati hoc facere solēt. Nā Virg. ait, Diua solo fixos oculos auersa tenebāt. Idē: Hæret obtutu defixus in vno. [Superciliorū) Irā supercilia cōtrahūtur, lenitate, & aīqete remittūtur. [Remissione) Cū sumus tranqlli. [Cōtractione) cū sumus ꝑturbati, & ea remissione ergo placabilitatē & lenitatē, ex cōtractione itē colligimus, vel superbiā. Supercilia infra frōtē posita sunt, sic di-

Supercilia.

cta q sint superciliū, qđ est extremū genæ superioris, ut scribit Plin. lib. 2. his anouimus, & negamus. ꝓ fastu, & superbia posuit Iuuen. Si cum magnis virtutibus afferς grāde supcilium. [Mœstitia) q̄ nimij doloris signum est. Nā à mœrore dr̄, q est ægritudo

Mœstitia. *Mœrore.*

p̄mēs. [Hilaritate) q̄ est signum nimij, & immoderati gaudij, cum gestimus [Ex risu) q est stultitiæ signum. Nā ut Catulus ait, Risu inepto nihil ineptius. [Locutione) Loquacitate, quæ audacē nimiū, & petulātē signat. Et nimium qdē loq stultitiæ ascribitur ut nimium reticere timiditati aut rusticitati. semp seruāda est mediocritas. Qui sunt, & futiles, & importuni locutores, quiq́. nullo reꝝ pōdere mixti uerbis humidis, & lapsantibus defluunt, eoꝝ orōnē bene existimatum est, ut ait Gellius, in ore nasci, nō in pectore, in qđ vitium multis in iocis inuectus est Cic. qđ effugere q uolet, Gellium legat. q lib. 1. Noctium Atticaꝝ in uanos hoīes & loquaces multa dicit. [Reticētia) Cic. indisertā dicit se malle prudētiā, q̄ stultā loquacitatē. Si alter utrum eligēdum sit, reticētia āt nimia timiditatē uel imperitiā signat. [Cōtētione) qua iracundia cōprehēdit. [Submissione) Ex qua lenitas māsuetudo, aut humilitas colligitur. [Ex ceteris) Gestibus. [A nā) humana rōne. [Nō est icōmodum &c.) hæc Cic. ait diligēter in alijs aduertēda esse, ut q̄ in alijs nō ꝓbamus, ea nō faciamus & ɔtra, qm̄ ita à natura cōparatū est, ut facilius, q̄ in alijs uitia sunt cernamus, q̄ q̄ in nobis. Vñ ait Persius, Vt nemo i sese tētat descēdere nemo Sed p̄cedēti spectaī māntica tergo. Et Catulus: Suus cuiq; attribut⁹ est error, sed nō videmus mānticā, q̄ ī tergo est. [Itaq. &c.) cū magister vitiū qđ est discipulo est, corrigere vult, illud ī alio esse fingit vt vitiū suū ī alio vidēs discipul⁹ erubescat & ab illo abstineat. Lacedæmonij temulētos seruos ī filioꝝ ɔspectū ꝓducebāt, vt vidētes q̄ p ebrietatē turpia fierēt, eā euitarēt. [Nec vero alienū &c.) Nūc admonet si q̄ sūt de qb. dubitem⁹ vt doctos viros vsu pitos iterrogare debeam⁹, & qđ illi suaserint, facere, hoc si egerim⁹ nunq̄ errabimus, exēpli grā, dubitam⁹ non deceat ne matronā saltare ī ɔuiuio, & nuptijs, Salust. ɔsulim⁹, q Sēpronā dicit saltasse elegāti⁹ q̄ deceret ꝓbā, ex quo ītelligim⁹ licere matronę saltare ī ɔuiuio & nuptijs, sed nō nimis elegāter, & artificiose. [Doctos) p se q sciūt, & multaꝝ reꝝ cognitionē hñt, quā lectione sunt assecuti, ēt si nō exercuerūt. Nā vsu periti nō solum sciūt, sed ēt exercuerunt rē. [Maior.n.pars eoꝝ &c.) rō est cur facere id debeam⁹, vt doctos, & vsupitos ɔsulamus, quoties aliqd id accidit, de quo dubitem⁹, qm̄ maior pars hoīum eo deferri solet quo naturalis īstinctus deducit, ergo periculū est ne in errorē incidamus, si orō appetitui satis fecerimus, & ppea cōsulere doctos, & vsupitos nō conuenit. [A natura ipsa) Quā debemus seq, si vitiosa nō sit vt supra est dictū, nec accipias naturā illā gñalem in qua gñale decoꝝ spectaī, sed particularē, in quā speciale decoꝝ cernitur, illā.n.priorē tanquā ducem seq semp debem⁹, qm̄ ad virtutē ducit, hæc posterior plerūq; corrigēda est, qm̄ vitiosa est. [In qbus &c.) Admonet ne ab ijs, quos cōsulimus, decipi nos sinamus, multi.n.aliud loquuntur, aliud sentiūt, & sępe ea dñt, q̄ placitura arbitrātur. exēpli grā, aliqs ita delectaī venatione, vt rei familiaris obliuiscatur, cōsulit aliquē recte ne faciat, q venationē sequatur, & nemini oino faciat iniuriā, q cōsulitur hoc, aut ꝓbat, aut improbat, q cōsiliū petit nō debet cōtentus esse, sed cur hoc, vel illud sentiat quærere. [Quid qsq; loquatur) Multi.n.qđ verū nō est, sed qđ placiturū putāt loquuntur, & ij perniciosi assentatores sunt. [Quid sentiāt) i aio. [Vt.n.&c.) Similitudo est optima qua ostēdit plurima nos non

Similitudo.

nrō sed alioꝝ iudicio facere debere. [Ij q signa fabricātur) Pictores, sculptores, statuarij. [Veri poetę) Non aūt mali & inepti. Qui dū iudicia oium formidāt, ponere poemata sua pēsitanda in ꝓpatulo nō audēt. [Ijq́. pictores) Sculptores, poetæ. [Quæ vero more &c.) Dixit de his q docti, & piti hoīs sunt agēda iudicio. Nūc de his dicit q̄ more ciuili, & institutis agēda sunt, de qbus nihil esse p̄cipiendū dixit, qm̄ mores, & instituta ciuilia ipsa p̄cepta sunt, de p̄ceptis aūt p̄cepta dare supfluū est. [Nec quenq̄) Occurrit obiectioni, diceret.n.qspiā dicis agendū, vt ciuilis mos, & instituta p̄cipiunt in his q̄ ad ciuilitatem spectāt. Quid dices, si philosophi aliqd cōtra senserint, & aliṫ egerint, vt Socrates, & Aristippus, alia inqt ratio est philosophoꝝ, q sunt summi viri, alia ciuiū. Socrates accusat⁹ est ab Anyto Lycone & Melito, q deos nō existimaret, quos ex īstituto ciuitas Atheniēsis suscepisset, & noua dæmonia induceret, cōtra ius, & fas iuuenes corrūperet, iura violaret. Aristippus auditor Socr. gñe Cyrenaic⁹ assertor voluptatis fuit. [More & institutis) His duobus ɔstat gubernatio reip. Vnde est ad Heren. Quę res ad vsum ciuilē moribus, & legib⁹ ɔstitutę sūt. [Magnis) Rō est cur liceret Socrati, & Aristippo facere aliqđ cōtra morē & īstituta ciuilia, qm̄ hoc eoꝝ eximiæ virtuti tribuebatur. Socrates subiecta cruribus arūdine cū pueris aliqū ludebat. [Cynicoꝝ) Multis in rebus philosophoꝝ p̄cepta seq debemus. Sed Cynicoꝝ rōnes de qbus supra diximus, penitus reijcere. Sūt eñ verecūdiæ hostes cū oia apte dicere, & facere in publico suaderēt. [Eos aūt) Ad ordinē hoc spectat vt primo qdē benemeritorū, vel benemerentiū, deinde senectutis, & magr̄atus, postremo ciuis & magr̄atus rōnem habeamus, vt suū cuiq; tribuam⁹. Sic aūt supioribus cōnectitur, dixerat.n.sic agēdū, vt ab ijs ꝓbaremur cū qbus viuimus. Viuimus aūt cū benemerētibus de rep. senib⁹, magistratibus, ciuilibus, pegrinis. [Perspecta) cognita, & reprobata. [Benemeritos) q iuuarunt remp. [Benemerētes) q iuuant. [Aliquo honore &c.) Aliquo magr̄atu, aut exercitus p̄fectura. [Obseruare) venerari, colere, aut frequētare, aut amare. [Tribuere ēt &c.) Hoc veteres Rom. factitasse certū est. Nam quod Val. Max. scrib. senectuti iuuētus ita cumulatū, & circūspectum honorem reddebat, tanq̄ maiores natu adolescētum cōes partes essent. Et senatus iuuenē aliquē ex patrib. ɔscriptis, aut ꝓpinquū aut patriū amicū ad curiā dedocebāt, affixiq́. valuis expectabāt, donec reducendi ēt officio fungerētur. [Habere delectū &c.) Aliud.n.officiū ciui aliud peregrinos tribuiī, & peregrino ciuis anteferēdus est. Quod aūt ad peregrinum pertinet, illud animaduertendū est priuatim ne an publice venerit, qm̄ si publice venit etiam ciui est anteponendus. [Ad summam) Vt summatim & bṙ dicam, & post

Ad summam.

speciem genus ponit. [Cōciliationem) Societatem, & cōcordiā. [Colere) Amare. [Tueri) Defendere. [Seruare) quos defenderis.

ASCEN.

TAlis est igṙ &c.) Describit ordinē actionū cū decoro dicēs. Igṙ q̄ s. de ordine loquēdum est, ordo actionū adhibēdus .i. q adhiberi debet est talis. vt quēadmodum oia sunt apta inter se, & cōuenientia in orōne constātis, sic & in vita. Enim pro q̄, turpe est, & valde vitiosum, inferre sermonē dignū conuiuio, aut aliquē delicatum sermonē in re seuera. Pericles cum hṙet Sophoclē collegā .i. consociū in officio. s. p̄tura. & hic. s. Sophocles, & Pericles ɔuenissent, de cōi officio sup. tractādo, & formosus puer p̄teriret casu .i. à casu, & Sophocles dixisset, Pericles (vocatiuus est) O pueꝝ pulchrum bene sup. dixit. At.n. Pericles, ò Sophocle decet prætorem hṙe non solum manus abstinentes à rapina, sed etiam

etiam oculos à cōcupiscētia,videlicet , aitq. si Sophocles dixisset
hoc idē.s.ò puerum pulchrū in approbatione athletarū.i. iuuenū
se exercitātiū in lucta , ipse caruisset iusta reprehensione qa tunc
visus esset cōmēdasse pulchritudinē membrorum pp idoneitatē
ad certamen,quā tunc pp libidinem approbasse putabatur. Tāta
vis est & loci,& tpis,vt si qs cū sit acturus causam, ipse meditetur
secū in itinere,aut in ambulatiōe,aut si cogitet, qd.i.aliqd aliud,
nō reprehendatur,at.i.sed si faciat hoc idē.i.si meditetur secū, aut
cogitet attētius,ipse videatur inhumanus.i.bestialis & cōuenien
di,qd hoium est,nescius,inscitia.i.pp inscitiā tpis.sed ea quæ di-
screpāt multū ab humanitate,vt si qs cantet in foro, aut si qua .i.
aliqua magna puersitas.s.officij est sup.in eo,apparēt.i.eminēt fa
cile,nec desiderāt magnopere.i. multū necessario admonitionē ,
& pcepta.Aūt pro sed ea quæ vdr esse parua delicta.neq;.i.& quæ
non pnt intelligi à multis,ab his.i.hmōi est declinandum,ēt dili-
gētius.i.aliquantulū diligēter,vt.i.sicut in fidibus.i.chordis musi-
cis,aut in tibijs, quāuis discrepent paulū .i. modicum,tū id solet
aiaduerti.i.reprehendi & notari a sciente.i.perito artis,sic .i. eo-
dē modo viuendum est ne forte qd.i.aliqd discrepet in vita vel ēt
multo magis,tāto sup.quo.i.quāto concētus.i.cōcordia & ɔfor-
mitas actionū,est maior & melior q̄ sonorū.Itaq; vt.i.quēadmo
dū aures musicorū sentiūt.i.pcipiunt fidibus.i.in fidibus hoc est
chordis vel.i.ēt minima.i.minimas discrepantias , sic nos si volu-
mus esse acres ac diligētes iudices & aiaduersores.i.punitores,&
vindices vitioꝝ,intelligimus sępe magna ex paruis verbi grā nos
iudicamus facile ex obtutu oculoꝝ,ex remissione.i. extensione,
aut ɔtractione superciliorꝫ, ex mœstitia,ex hilaritate,ex risu, ex
locutione,ex reticētia,ex ɔtētione.i.eleuatione vocis,ex summis
sione.i.suppressione vocis,& ceteris similibus qd eoꝝ fiat aperte,
& qd discrepet ab offō & natura. In quo gńe eorꝫ.s.q̄ vituperant,
nō est incōmodum iudicare ex alijs quale sit qdq̄.i.qdlibet eorꝫ ,
vt si qd deceat in illos,ipsi.i.ēt nos vitemus. Enim p qa,sit.i. ɔtin-
git nescio quo modo nos cernamus melius i alijs quā nosmetip-
sis siqd delinqtur . Itaq; hi sup.s.discipuli quoꝝ vitia magistri .i.
pceptores moꝝ imitantur.s.simulant causa emendādi.i. vt emen
dēt eos,corrigūtur facillime. Verbi gratia,si discipulus inepte lo-
quitur,& pceptor idem faciat,ad reprehēsionē illius discipulus fa
cile corrigitur,qa qd' in se nō vidit dedecere , in pceptore videt .
nec vero est alienū.i.impertinēs,& abhorrēs ab officio adhibere
hoies doctos,vel ēt vsu peritos ad eligēda, hoc est ad eligendū in
ter ea quæ afferūt dubitationem,& exqrere qd placeat his.s.do-
ctis & peritis de vno quoq; gńe officij . Enim pro qa,maior pars
.s.hoium solet referri eo.i.ad id faciendū,quod.i.ad quod deduci
tur ab ipsa natura.In qbus sup.rebus videndū est,non modo.i.nō
solum qd qsque loquatur, sed ēt quid quisque sentiat. Enim pro
qa vt.i.quemadmodū pictores,& hi q fabricant signa.i.effigies in
ære aut alio metallo,& ēt veri poetæ volunt suū opus considera
ri à vulgo.i.à multitudine,vt si qd sit reprehensum à pluribus, id
corrigatur,q; pro &, hi.s.artifices & poetæ exquirunt secum.i.in
ter se,& cum alijs quid in eo,quod s.fecerunt sit pctm̄.i.erratū,sic
pmulta.i.valde multa sunt faciēda,& permulta sunt nō facienda,
& immutāda & corrigēda nobis iudicio.i.ad iudiciū alioꝝ. vero
pro sed,nihil est pcipiendum de his quæ agūtur : more.i.cōsuetu
dine.Enim pro qa,illa ipsa quæ agūtur.s.more, sunt pcepta : nec
oportet quenq̄ duci hoc errore,vt si Socr.aut Aristippus fecerint
qd,contra morē & consuetudinem ciuilē,ne pro vel, locuti sint,
arbitretur idē licere.i.licitū esse sibi. Illi.s.philosophi maximi cō
sequebātur hanc licentiā.i.licentiosam & nō regularem auctori
tatē noua moliendi,magnis & diuinis & bonis.s.doctrina & eru
ditione plusq̄ humana. Vero pro sed,ratio Cynicoꝝ,quæ est cō-
tra naturalem verecūdiam est tota eijcienda.i.explodēda . Enim
pro qa ipsa est inimica verecūdiæ,sine qua nihil pōt esse rectum,
nihil honestum. Autem pro sed,nos debemus obseruare,& cole-
re eos,quoꝝ vita est pfecta.i.clare cognita in rebus honestis at-
que magnis sentiētes bene,aut benemeritos,aut merentes bene
de rep.& affectos aliquo honore & impio. Nos debemus ēt tri-
buere multū senectuti,& cedere.i.locū dare his,q habebūt magi
stratū,hre delectum.i.discrimē & discretionem ciuis & peregri-
ni.i.externi,& hre delectū quoq;.i.ēt in ipso peregrino : ne pro,
an venerit priuatim,an publice.i.an propria auctoritate fretus,
an honore fuit gēs.Ad summam.i.vt summatim dicam,ne de sin-
gulis agā,nos debemus colere, tueri,& seruare conciliationē &
consociationem hominum cōmunem totius generis humani .

DOCT. interpr. INhumanus videatur inscitia temporis .) Frequentius insci-
tia dicitur eius , qui insciens est . Hic noue ad rem refertur ,
pro ignoratione . (Animaduersores vitiorum) Qui obser-
uant vitia . Noue dicit .

FIt enim nescio quomodo .) Catul. Sed non videmus,manti- **DOCT. interp.**
cæ quid in tergo est .

ARGVMENTVM.

Quæ artes, & qui quæstus sordidi, qui contra liberales .

IAM , de artificijs,& q̄stibus,q liberales
hn̄di, q sordidi sint hæc fere accepim⁹.
Primū improbant ij q̄stus, qui in odia
hoīum incurrunt ; vt portitorū, & fœ-
neratorū illiberales aūt,& sordidi q̄ sive
mercenariorū,oīum,quorum opæ, non
quorū artes emunt.est.n.in illis ipsa merces auctoramētū
seruitutis.Sordidi ēt putandi,q mercātur à mercatorib⁹,
quod statim vēdant.nihil.n. pficiunt,nisi admodum mē
tiant.Nec vero quidq̄ est turpius vanitate.opificesq. oēs
in sordida arte versantur. nec vero quidq̄ ingenuum pōt
hre officina ; minimeq. artes hæ probādæ,quæ ministræ
sunt voluptatum ; cetarij,lanij,coqui,fartores,piscatores,
vt ait Terētius: adde his,si placet,vnguētarios,saltatores,
totumq. ludū talarium. Quibus aūt artibus,aut prudētia
maior inest,aut nō mediocris vtilitas quęritur,vt medici
na,vt architectura,vt doctrina rerū honestarum ; hę sunt
ijs,quorū ordini conueniunt,honestæ.Mercatura aūt,si te
nuis est,sordida putāda est ; sin magna, & copiosa,multa
vndiq; apportis,multis sine vanitate impatiēs,nō est ad-
modū vitupanda:atq; ēt,si satiata quæstu, vel cōtenta po
tius,vt sępe ex alto in portū,sic ex ipso portu se in agros,
possessionesq. contulerit , vr̄ iure optimo posse laudari .
Oīum aūt rerum,ex quibus aliqd exqritur, nihil est agri
cultura melius,nil vberius,nil dulcius, nil libero homine
dignius . de qua qm̄ in Catone Maiore satis multa dixi-
mus,illhinc assumes , quæ ad hunc locum pertinebunt .

IAM, de artificijs,) Vtitur Cic.trāsitione,& captat **PETR. MARS.**
attētionem pponēs se dictuꝝ de artificijs & q̄sti-
bus,q sunt liberales, quiq; sordidi & idigni hoīe
libero. (Quæstibus) Lucris & artificio lucrandi .
(Artificijs) .i.rōnibus & qualitatibus artiū. (Libe
rales) Digni libero hoīe & ingenuo. (Sordidi) Il
liberales & auari. (Hoc accepimus) Intelleximus hoc esse dictū
à maiorib⁹ fere dicit,vt vtatur mediocritate,forte plura accepe-
rat,sed nō erat opus oia recensere. (Qui in odia incurrunt) Qm̄
odio hr̄ vsura cū sit contra naturā , vt dictū est,qm̄ nummus nummū
parit. Plat.in 5.de leg.sic pcipit : Nemini liceat fœnerari, & si qa
in fœnus accepit,ne vsurā,nec sortē reddat. Non oportet quenq̄
in nr̄a ciuitate illiberali q̄stui incūbere, neq; mechanicū & infa-
me lucrū sectari, quod mores gńosos inqnat,neq; existimare vl-
lo pacto vilibus ex rebus & turpibus pecunias cumulandas . (Vt
portitoꝝ) Portitores dr̄ q portus custodiūt,exiguntq. vectigal
& portoria.portus vt est in libris digestoꝝ,appellatus est ɔclusus
locus,quo importātur merces & inde exportātur,eaq. nihilomi
nus statio est ɔclusa & munita,inde angiportū dicimus. (Illibe-
rales) Indigni hoīe libero. (Sordidi q̄stus) Dr̄ illi,in qbus cōpa-
rādia necesse est,vt manus sordeāt,& hoc ēt refertur ad aium.sor
didiq. dr̄ auari,q parati sunt ad mētiendū,vt aliqd lucrent. In-
de sordes dici pn̄t parua lucra,cū alterius iniuria q̄sita & extorta.
Cic.in Epist. Sordes tuas nouimus in puincia.i.minima furta &
extorsiones factas puincialib.pp auaritiā. (Mercenarioꝝ oium)
Plat.in 2. de rep.distinguēs hoium gńa dicit: Ministri in vrbe q in
genio nō valēt,nec vtiles sunt ad ɔsiliū, & valēt viribus corporis
ad tolerādos labores , quas vires ad aliqd' opus peragendū ven-
dūt,quod preciū mercedē appellāt,mercenarij rite appellant. In-
stitores vero dr̄ ministri emptionū,vēditionumq. in foro. Ciui
tatē vero peragrātes mercatores appellant. Hæc Plat. Iust.aūt di
cit institores illos vocari,q negociationib. pponūt. Vlp.ait lib. 14.
digest.de institoria actione. Institor appellatus ea eo,qd' negocio,
gerēdo instat nec multū facit tabernæ,sit ppositus,aut cuilibet alij

negociationi. quicūq; igitur negocio ꝓpositus fit institor appel-
latur. Labeo ait, Eos ēt institores dicēdos placuit, q̄bus sellarij
vel lintearij dāt vestem circunferendā & distrahendā, quos vulgo
circinatores appellamus, sed moliones qs ꝓprie institores appel
let? Lydi auctore Herod. lib. 1. primi aureū argenteumq. numū
percusserunt, & primi cauponearū institorumq. fuere. (Quoꝶ) Merce
narioꝶ. (Operę) Labore corporis, cū non valeāt ingenio & cōsi
lio. (Nō artes) Ingenia, q̄m tales nō valent ingenio & cōsilio, id-
eo ipsoꝶ labores emunt. Ars est principiū reꝶ efficiēdaꝶ, merce-
narij opas suas vēdunt, nō artes. (Est em) Ratio qa quęstus mer-
cenarioꝶ non cōueniunt libero homini, q̄m sunt seruiles, mer-
cede.n. cōducuntur, vt aliqd' opus faciāt, & alicui in opa pstanda
seruiāt, nō decet igitur liberum hoīem esse mercenariū, q̄m ver-
satur in actu seruili. (Ipsa merces) Precium qd' accipiūt pro sua
opa, quam vēdunt. (Auctoramētum) .i. obligatio quędā & prę-
mium seruitutis. auctorare est aliqoē obligare, aut sacro, aut pmio:
& auctoratus dr̄ aliquo modo obligatus, & obnoxius. Horat. in
serm. Auctoratus eas, an turpi clausus in arca. inde exauctoratus
dr̄ obligatione solutus. Liu. vol. 5. secūdi bel. Pun. Volonū exer-
citus, velut exauctoratus morte ducis à signis discessit. Fab. in mi
lite Mariano: Exauctoratas armis manus agresti labori subegit:
Auctorari ꝓprie dīr conducti & obligari non simpliciter, sed ad
mortē quoque si casus ferat. Plin. 14. ait: Vites inter sublimes, vt
vindemiator auctoratus rogū ac tumulum excipiat. & idem 36.
agēs de Theatris Curionis dicit ipm auctoratum populū R. cir-
cunferēs. Merces igr̄ est quidam nexus seruitutis, q̄m ad operam
prȩstandā mercenariū obligat, & seruū facit ad tēpus, serui aūt in
potestate dñoꝶ sunt; quę potestas iuris gētium est, nā apud oēs
gentes dñs in seruos vitę necisq. si causa fuerit, necādi potestas
est, & quicqd per seruum acqritur, dño acqritur. Serui ex eo ap-
pellati inqt Iustinianus, q imperatores iubēt captiuos vendere,
ac p hoc seruare, nec occidere soliti, q ēt mancipia dīr eo quod
ab hostibus manu capiātur. Seruitiū primi inuenere Lacedæmo
nij. Serui aūt nascūtur aut fiunt. Nascuntur ex ancillis nr̄is, fiunt
aūt ex iure gentium .i. ex captiuitate, seruitus est cōstitutio iuris
gentiū, qua qs dño alieno contra naturā subijcitur, fiunt ēt ser-
ui de iure ciuili, cum hō liber maior 20. annis ad participandum
ꝑciū se esse venundari passus est. Philippus rex, inqt Seneca, ho
minē venalis aiæ crebris auctoramentis accēdebat. Et alibi, Ad fi
nē operis magno auctoramēto labor peruenit. Et alibi, Nullum
sine auctoramēto malum est, auaritia pecuniā promittit. Et ali-
bi, Auctoramēta sunt seruitutū aurum & argentū. Merces igit in
ipsis mercenarijs est auctoramentū seruitutis. q̄m mercenarij ad
tēpus seruiunt, vt auctoramētū consequātur .i. mercedē seruitu
tis. ꝑinum quęstus igitur mercenarioꝶ, cum sint seruiles hoīe
libero indigni sunt Chrysippus dicebat seruū esse perpetuū mer
cenariū. (Sordidi) Ignominiosi. (Qui mercātur) Emūt & hi sunt
institores de qbus dictū est. (Nihil ꝓficiunt) Nihil lucrantur, nisi
mentiātur se magno ꝓcio emisse, & plus æquo laudēt, id quod vē
dunt. Mali viri est mētiri, imprudentis mendaciū dicere. Vnde in
stitores turpissimi sunt, qa mentiuntur, nihil est.n. turpius vani-
tate .i. mēdacio. (Opifices) Qui faciūt aliquod opus vt fabri, suto
res, & similes. (Sordida) Ignominiosa, & indigna libero hoīe. (In
genuū) Ingenuo hoīe dignū, Ingenuitas, vt inqt Arist. est virtus
ꝑtis, non pōt inqt aliqoid fieri in officina, qd' deceat ingenuum
hoīem & liberū. (Officina) Est vbi opa fiunt. Taberna vbi res ipsę
vendūtur. (Quę sunt ministræ voluptatū) Quę seruiunt volupta
ti ipsius corporis, q̄ vituperatur, & indigna est hoīs præstātia. (Ce
tarij) Sunt q vendut pisces. Cetarij dicit Nonius, genus est pisca
toꝶ, qd' maiores pisces capit, dictū ab eo quod Cete in mari ma
iora sunt piscium gña. (Lanij) Qui vendūt carnes; à laniādo, q̄m
laniāt animalia. (Fartores) Dīr illi q faciunt farcimina, vt sunt
lucanicæ, & cetera, quæ sunt farta .i. repleta aliqbus cōdimentis;
vt ouis, caseo, & similibus. (Vt ait Ter.) In comœdia quę inscribi
tur Eun. (Vnguentarios) Qui vendunt vnguenta ad delicias &
luxum. Vnguentarij quondā à loco seplasiarij dicebātur. Pædia-
nus dicit: Platea est Capuæ, quæ Seplasia appellatur, in qua vn-
guētarij negociari sunt soliti. (Saltatores) Docent alios saltare.
(Ludū talarium) Artē ludendi cū talis. Plin. in 4. Eth sic ait, Alea-
tores, fures, & latrones illiberales sunt, turpi.n. serfanē in lucro:
oia nanque causa quęstus agunt, & sustinent probra. fures vt lu-
crent periculis maximis se exponunt, aleatores ab amicis lucran
tur, quibus aliqd oporteret dare. (Quibus aūt artibus) Nunc de
artibus honestis dat ꝓcepta, quæ plus ingenij hñt quam laboris.
(Maior prudentia) Quā in supradictis, quoniam in illis reqritur
plus laboris ipsius corporis, in his plus prudentiæ, & qbus inest
maior vtilitas. Seruiles admodum artes sunt, in qbus plurimum
conteritur corpus, ut remigatio. Admodū ignobiles in qbus mi-
nimum reqritur uirturis & ingenij, ut fossiones agroꝶ, uinea-
rumq. Illæ aūt artes in qbus plus est prudentiæ quā laboris, aut
magna utilitas, citra tñ iniuriam alioꝶ honestæ sunt, sed tñ non
oibus conueniūt. (Nō mediocris) Magna. (Vt medicina) q̄ mul-
tū ingenij & cōtēplationis reqrit, & ēt exercitationis. (Archite-
ctura) Architectus is dr̄, q præest ædificijs faciūdis, & illa designat,
ingeniumq. exercet & prudentiā, quæ inter uirtutes moꝶ, subit
rōnē architecturæ. Plato in dialogo de regno sic ait: Nullus archi
tectus manuū ministerio utitur, sed utentibus ꝓsidet. (Doctrina
reꝶ honestaꝶ) Quam possumus cū laude exercere, & alios in li-
beralibus disciplinis instituere. Nō est igitur dedecus, ut qdā cala
mistrati multi, & vnguētis obliti putēt alios erudire, immo glorio
sum, & hoc beneficiū ita magnū est ut maius ꝯferri nō possit, quo
rū ordini conueniunt, qa nō decet principē in sua ciuitate mede
ri, aut esse architectū, aut publice iuuenes erudire, sed qsq; eas ar
tes debet exercere, quæ suo ordini dignitatiq. ꝯueniunt, q̄uis .n.
artes ipsæ honestæ sint tñ non oibus conueniunt, & maxime ipsa
rum exercitationes, habitus.n. bonaꝶ artiū ornant aīum habētis
(Hæ artes sunt illis honestæ) Quoꝶ ordini conueniunt, ordines
sunt in rep. vt ordo senatorius, equestris, & ordo accipitur ꝓ ipsis
hoībus aliqñ, q sunt illius ꝯdōnis. Vnde in hoc ordine inquit ali
bi .i. in senatu & gratiosus apud oēs ordines .i. apud oium ordinū
hoīes. Ordines hi erāt, Senatus, Equites, Tribuni ærarij, scribæ, in
genui, libertini, opifices, serui. (Honestę) .i. cū laude pñt exerceri,
q̄m nō sunt sordidæ & illiberales, q ppe in ipsis plus est prudentię
& ingenij, quā laboris & virtū corporis. (Mercatura aūt) Nūc de
terminat de ipsa mercatura, q̄ non admodū vituperatur, si magna
est, & copiosa sine mendacio & debet tandē canere receptui, &
quæstu satiata quiescere, ne insatiabilis auaritia potius videatur
quā mercatura. & quēadmodū ex mari se in portū recipit, sic ex
ipso portu debet se ꝯferre ad agros & quiescere. (Tenuis) Pauca
rum merciū. (Sordida) Ignominiosa & indigna hoīe libero. (Ma
gna) Copiosaꝶ mercium & reꝶ. (Vndique) Ex oi loco, q̄m mer-
catores negociatoresq. vndiq; vagantur. (Impertiens) Cōicans,
tribuēs multis, ipsas merces .i. vendēs sine mendacio, vt non deci-
piātur emptores. (Quęstu) Lucro iā facto. (Satiata) Quantū ad
appetitū, nam contentus cum rōne dr̄, ergo illa mercatura, quæ
aliqñ finē cupiditatibus imponit, & quęstu contenta iā parto, nō
vituperātur, q̄m adhibet cupiditati rōnis moderationem. (Ex al-
to) mari. (In agros possessionesq.) Sub possessione cadūt agri, cā
pus est planities terræ ampla & grādis. Inde spatiosæ plateæ cāpi
nomen hñt. Ager signat vrbi circuniectum territorium & locū,
quē colimus sine arādo, siue conserendo. Ager q seritur, aruum
noiatur, & ager includit flumina, lacūs & cetera oia. (Contule-
rit) lucris ad agros emēdos colendosq., vt domesticos alere pos
sit. (Oium aūt raꝶ) Laudat Cic. agriculturā, quæ apud antiquos
in magno honore erat, & ille celebatur maximus, q bonus miles,
bonusq. agricola dici poterat, & inde cognomina, Cicerones, Pi
sones, Lētuli, Fabij, & alia eiusdē gñis. (Vberius) Copiosius. (Dul
cius) Iocūdius & quod magis libero hoī cōueniat. Est.n sine frau
de, & cōem parentem colere regium est. Nunc boni agricolæ ex
quorum sudore viuitur, ab effœminatis hoībus irridentur, quo-
rum manus callosæ optimis illis tpibus in honore erant. & sena
tores arabāt. Vnde parens terra vomere laureato proscissa & ex-
culta exuberabat optimis filijs alimenta ꝓberet. Plinius agēs de
cultu terræ dicit: Tellus parens appellatur, coliq. dr̄ & ipsa hono
re hinc assumpto. (In Catone Maiore) In libello de senectute,
vbi inducit Catonē censoriū de agricultura & voluptate agrico-
laꝶ loquentem.: q̄m ipse Cato ortus in Tusc. municipio priusq̄
honoribus inseruire cœpisset, versatus est in Sabinia, vbi prædiū
à patre relictum habebat. Venio inqt ad voluptates agricolaꝶ, q
bus ego incredibiliter delector, quæ nec vlla impediūtur senectu
te, & mihi ad sapientis vitam proxime vñr accedere. Habent.n. ra
tionem cum terra, quę nunq̄ recusat imperium, nec vnq̄ sine vsu
ra reddit quod accepit, sed alias minore, plerunque maiore cum
fœnore. Quanq̄ non modo fructus qdem me, sed ēt ipsius terræ
vis ac natura delectat. Plato sic præcipit in 5. de Leg. Quę pp o-
portere dicimus nō esse in ciuitate multum quæstum in mecha-
nicis operibus, cauponationibusq., & fœnore, nec ea pecunia-
rijs turpiter, sed ab his quæ agricultura offert & præbet, atq; hoc
ita vt quæstus nō cogat ea negligere, quoꝶ causa parantur pecu-
niæ, hæc vero oia & corpus sunt, quæ absq; gymnastica, & alia di
sciplina nullius precij vnq̄ erunt, quare pecuniarum cura, ut sæ-
pius iam dictum est, vltimum honoris teneat locum, qppe cum
tria sint in qbus hoīes studium ponunt, vltimum ac tertium est si
recte habeatur pecuniæ studium, mediū corporis, animi primū.

FRAN. MAT.

IAm de artificijs &c.) De or line hucusq; tractauit Cic. cuius duæ erāt partes ἀταξία, & εὐταξία, & illa loci, hęc tpis, eaꝝ aūt actiones, siue qd fiat, siue qd dicatur, ita se hñt, vt quædam sint plane apta, ordine, & tpe, quædā plane inepta, quædā obscure apta, & quædā subobscure inepta. hoc est quædā semp apta, quędā semp inepta, quędā partim apta, quędā partim inepta. Plane apta sunt, quæ suo loco & tpe aguntur. Plane inepta, quæ cōtra. Subobscura vero quę nō tam rōne loci q̄ tpis apta sunt, vel inepta, vel quæ nō sunt p se tā inepta q̄ iudicio spectātium. Nūc de his ꝑcipit Cic. quæ semp inepta sunt quocūque loco & tpe agantur. Distinguit aūt inter artifices & artes, & qd sit nō honestū lucrū docet. (Improbanť) Ergo effici non pōt vt aliquo loco, aut tpe apti sint. (Vt portitoꝝ) *Portitor.* Qui traijciūt hoies ab vna ripa ad altā, de naui ad litus, vel de litore ad nauim. Virg. portitor ille Charō. Cic. loquēs de his, quæ sub eadē rōne cadunt, in Rhetoricis, q̄ dialectici correlariua appellāt: vt locare, & cōducere: Si inqt, Atheniensibus nō est turpe locare portoriū, nec Hermacreōti conducere, atq turpe est locare Atheniēsibus portoriū, igitur & Hermacreōti cōducere turpe est. portitores portus cōducunt. (Fœneratoꝝ) *Fœnerari* Manifestum est quocunq; loco, & quocūque tpe turpe esse fœnerari, & apud maiores nr̄os leges fœnebres fuerūt ad fœnus coercēdum, & vt Cato ait, fur dupli ꝯdemnabatur, fœnerator quadrupli, ex quo extimare licet quāto peiorem ciuē existimarēt fœneratorem q̄ furem. *Catonis responsū* Idē Cato interrogatus aliqñ à quodā de re familiari, rñdit, bene pascere, primū, tum ille, qd secundū? bene vestire. & qm̄ nō vt volebat rñdebat, ait ille: qd fœnerari? tum Cato, qd hoiem occidere? (Mercenarioꝝ &c.) Oēs q mercede conducūtur, & operā suam vendūt, mercenarij vocātur, græce μίσθιοι dñr. (Opera) Vt baiuloꝝ, fossoꝝ, & similiū. (Est enim &c.) Ratio cur illiberales, & sordidi q̄stus sint. (Mercenarioꝝ oium) Quia ipsa merces quā damus, eos nobis emit ad tēpus, & est auctoramētum, hoc est obligatio, quia auctoritate cōsuetudinis oium sunt *Autorare* obligati operā suam exhibere, & cogi pñt, auctorati dñr milites *Autorat⁹* q tenentur dare operā imperatori, in cuius verba iurarūt. aucto*Autoramentum.*rare est obligare, & subijcere. Auctoratus obligatus est, & subiectus. Auctoramētum est obligatio, & nexus, & sic hoc loco accipitur. (Sordidi ēt &c.) Recte hoc ait, nā viliori precio emunt quod mox vēdant cariori, & hoc facere, non tm̄ sordidum, sed ēt nefas est. In ijs vero, q in longinqs emunt regionibus, quod in alijs locis vēdunt carius, nō reprehenditur. (Nihil.n.&c.) Ratio, qm̄ nihil lucrātur, nisi mentiātur, diceret in longinqua regione emisse se, & caro ꝑcio, & iurant plerūque, ꝑterea iurant singulis se ei vilius vendere q̄ ceteris, & nihil oino cum ipsis lucrari, sed quanti *Opifices* cōstiterit res, tanti vēdere. (Opificesq. &c.) Sūmatim dicit opifices oēs in sordida arte versari. Sunt aūt opifices, q opus aliquod ma*Officina*nuale efficiūt. Officina locus in quo opifices artem suā exercēt. *Taberna* Taberna vero vbi venales res suas hñt. (Minimeq. &c.) Si opifices sunt improbandi qm̄ eoꝝ quæstus sordidus, & ars illiberalis, quāto magis artes improbādæ sunt, quæ instra suggerunt volu*Cetarij.*ptatis? est a minori ad maius argm̄. (Cetarij) Qui maiores pisces capiūt cetarij vocantur, dict q cete in mari maiora sunt piscium *Cete* gñа. Virg. Immania cete. Varro aduertis cetarios cū videre volūt in mari turmas ascēdere in malum alte, vt penitus p aquas aspiciāt pisces, auctor Marcellus. Cetariæq. vtuaria sunt maioꝝ piscιū, & loca vicina mari, vbi salsamēta fiunt, quod apud Plin. licet *Lanij* cognoscere. (Lanij) Qui carnes vendūt à laniando sic dicti. quo*Fartores*rū officina laniena vocatur. (Fartores) Qui faciūt, hoc est implēt *Lucanica* tenuissima intestina animaliū, vt suis, ij. sunt q lucanicā vendunt. Quę sic dicta est, quod Romani milites id genus farciminis à Lucanis didicerunt. (Piscatores) Qui capiūt, & vendunt recentē piscē: siue maris, siue fluminis, cum cetarij tantū magnos, & salsos vendāt ex muria. (Vt ait Terent.) In Eun. Vnde hic locus sumptus est. (Vnguētarios) Qui vnguenta vendūt. quoꝝ multa gña enumerat. Plin. lib. naturalis hist. 13. Idē auctor materiam luxus maxime supuacui vnguēta esse dicit, q a odorē q gerit, ipse nō sentit. P. Licinius Crassus, & C. Iulius Cæsar censores edixerunt, ne qs venderet vnguēta exotica. (Saltatores) Qui docēt saltare, & *Ludus talarius.* motū pedū rhythmis accōmodare. (Ludū ta.) Hoc est oēs ludos in qbus talis vtimur. (Quibus aūt artibus &c.) Quæ honestę artes sint, & liberales, ostēdit. (Medicina) quā veteres auctore Plinio deorū putauerunt inuētum, primoq;, vt scrib. Celsus, medēdi sciētia sapientiæ pars habebať, vt & morborū curatio, & rerū *Architectura.* naturæ cōtemplatio, sub ijsdē auctoribus nata sit. (Architectura) quæ scientia pluribus disciplinis, & varijs eruditionibus ornata est, nasciturq. ex fabricata ratiocinatione. Architecti aūt q sine literis cōtenderunt, vt manibus essent exercitati nō potuerunt efficere, vt hñrent pro laboribus auctoritatē, Auctore Vitruuius. Architectura ars est, q̇ docet ædificare Architectus structuris præest ædificiorū, τέκτων faber est. (Quorū or. &c.) Nō.n. oibus conueniūt medicina, & architectura, hñt.n. nescio qd liberale, & ideo neutra cōuenirent principi. (Mercatura &c.) *Mercatura* De his nunc ꝑcipit quæ partim apta sunt, partim inepta, vt mercatura, q̇ sordida est, si de rebus paruis est, qualē eorū videmus, q emunt quod vendāt eodē die carius. (Copiosa) Abundās rerū venalium multitudine. Vndiq; ex diuersis regionibus, nō vt statim vēdat. (Sine va.) absq; mēdacio. vanus.n. mendacē significat q emūt, vt statim reuēdant, crebro mentiātur necesse est, qđ supra ait. (Nō admodū vit.) Sic ait, qm̄ & si meretur laudē, non tñ caret oino reprehēsione, cum ad eā auaritiæ causa exercendā se ꝯferāt, & cupiditate diuitiarū, satiari aūt mercator nunq̄ pōt, vnde & multis se obijcit periculis p mare pau ꝑiem fugiēs, p saxa, p ignes. (Atq; ēt) quasi admonet nō semp in exercēda mercatura persistēdum, sed ab ea discedendū, cum lucri multū cōsecuti fuerimus, vt cōtenti esse possimus, tūc.n. sicut ex alto mari in portū venitur, sic ex portu in agros & ꝑdia deueniēdū est, vt illic qđ superest vitæ traducatur, & agricul*Agricultura.*turā exerceat mercator, qua nihil iucundius, nihil vtilius est oibus rebus, quas exercemus, Col. rē rusticā sine dubitatione ꝑximā, & quasi cōsanguineā sapientiæ, dicit esse, cuius laudes q scire cupit Pliniū legat, Columellam, Varronem, & Catonē, & ipsum Ciceronē in Catone maiore. (Melius) Quātū ad vtilitatē. (Vberius) Quātū ad copiā. (Dulcius) Quantū ad delectationē, quam quisq; ex ea capit. (Libero hoie dignius) Quantū ad honestatē.

ASCEN.

IAm de artificijs. Docet qd decori seruādū de artificijs, & quæstibus. Ordo est: Iā, continuatiuū est, vt sit, vt iam de artificijs & q̄stibus loquamur, nos accepimus. i. intelleximus à maioribus nostris fere hoc de artificijs, & q̄stibus. i. modis acquirendi, & lucrādi, q. s. quæstus sint habēdi, liberales. i. lib. digni, & q sordidi. Primum hi quæstus improbantur, q incurrant in odia hoium, vt portitorum. i. eoꝝ q portoria recipiūt. i. transportandi & transuehendi mercedem, q vulgo magistri portuum vocantur, vt fœneratoꝝ. i. vsurariorum, aūt pro sed, quæstus illiberales & sordidi sup. sunt quæstus oium mercenariorum, quorum operæ. i. operationes & labores emuntur, & quoꝝ artes non emuntur. Enim ꝑ qa, autoramentū. i. præmiū seruitutis. i. auctoritate quadam cōstitutū ipsis pro ipsa seruitute est ipsa merces in illis. illi ēt putantur sordidi, q mercantur. i. emunt a mercatoribus. s. institores id qđ vendāt statim. Enim ꝑ qa tales nihil proficiunt nisi mentiantur admodū. i. valde, vero pro sed, nec qdq̄ est turpius vanitate. i. mendacitate praua. Sic.n. vanum Virg in 2. accepisse vr̄, vbi dicit, Nec si miserum fortuna Sinonem Finxit, vanum ēt mēdacemq. improba finget. q; ꝑ &, oēs opifices, q aliquod opus faciunt, versantur in arte sordida. nec vero officina. i. locus vbi opus mechanicon fit Galli operatorium vocant, pōt hre quidq̄ ingenuum. i. ingenuo dignum. q; pro &, artes, quæ sunt ministræ uoluptatū, sunt minime. i. nequaq̄ probandæ, quas sup. artes exercent. Cetarij. i. q pisces salsos vendunt: Lanij, q carnes laniāt, & vendūt: Coqui, q obsonia coquūt: Fartores q farcimina cōdunt, piscatores, Vt Terent. ait in Eun. s. adde his si placet vnguētarios. i. q vnguēta vendūt ad delicias corporis, saltatores oēs q gestu corporis victū aucupantur. & totū ludū talariū, hoc est q talis aut taxillis fit. i. oēs q aut ludūt aut ꝯueniunt eo vbi luditur talis aut aleis, aut eiusmodi q in solo casu cōsistūt, aūt ꝑ sed, hæ sup. artes q bus artibus aut inest maior. i. aliquātulū magna prudētia, aut vtilitas nō mediocris. i. excellēs q̄ritur, vt. i. acq̄ritur, vt. i. cuiusmodi sup. sunt medicina, practica. s. architectura, vt. i. qualis sup. ēt est doctrina rerū honestaꝝ. i. exercitium docēdi res honestas. Hæ artes sunt honestæ, his quoꝝ ordini. i. statui & offō cōueniūt, aūt pro sed mercatura est putāda. i. iudicāda sordida, si est tenuis. i. paruaꝝ, & uilium reꝝ, sin. i. sed si sup. ipsa est magna & copiosa apportans. i. aduehēs & afferēs vndiq;. i. ex oi parte magna. i. res magnas, & impartiens. s. cōicans multis sup. merces sine vanitate. i. sine mendacio & fraude, non est vituperāda admodū. i. valde. Atq; pro & ipsa sup. vr̄ posse ēt. i. insuper laudari optimo iure. i. iustissime si sit satiata quæstu. i. re acq sita, hoc est lucro, vel potius si sit cōtenta q̄stu, ita quod mercator non ostendat se nimis ad lucra intentum, quasi insatiabilē non cessantem, vt. s. cōtulerit. i. ꝑduxerint & receperit se sæpe in portū, ex alto. i. in ꝑfundo. s. mari, quod in medio altius & ꝑfundus est, idem.n. sibi volunt, & altū, & profundum, nam altum dr̄ à fundo leuatum; & profundum ꝑcul à fundo. & sic superficies medij maris est alta & profunda, sicut & coelum. Qñ aūt altum per se hoc est siue addito, ponitur ꝑ mari pro fundo, accipitur sicut hic, & in principio primi Aenei. Multū ille & terris iactatus & alto. vult ergo dicere qđ mercator nō maneat semp in mari alto, sed conferat se sæpe in portū, & ex ipso per

agros & possessiones. Aũt ꝓ sed, nihil oium re.i.negocioꝝ, & exercitioꝝ, ex qbus aliqd eaqritur .i. exigitur, aut petit est melius agricultura, nihil vberius.i.fructuosius, nihil dulcius.i.delectabilius & sup. nil dignius hoie libero.i.qđ à libero hoie fiat, de qua .s. agricultura q̃ nos diximus satis multa in Cat.maiore.i.in lib. de Sen.tu sup. O fili assumes.i.accipies illinc.i.ex illo lib.sup.ea q̃ pertinebunt.i.pertinere videbuntur ad hunc .i. præsentem locũ.

DOCT. interpr. QVI mercantur, quod statim vendant.) Ij sunt προπῶλαι.

ARGVMENTVM.

De duobus honestis vtrum honestius.

SED ab ijs partibus, quæ sunt honestatis, quẽadmodum officia ducerent, satis expositũ vr̃. Eorum aũt ipsorum, q̃ honesta sunt, põt incidere sæpe contẽtio, & cõparatio, de duobus honestis vtrum honestius: q̃ locus à Panętio est ꝑtermissus. nã cum oĩs honestas manet à partibus quatuor, quarũ vna sit cognitionis, altera cõitatis, tertia magnanimitatis, quarta moderationis: hæ in deligẽdo officio sępe inter se cõparentur, necesse est. placet igr̃, aptiora esse naturæ ea officia, quæ ex cõitate, q̃ ea, quæ ex cognitione ducãtur: idq́. hoc argumẽto confirmari põt, ꝙ. si contigerit ea vita sapiẽti, vt oium rerum affluẽtibus copijs diteтur; q̃uis ea, quæ cognitione digna sunt, summo ocio secũ ipse cõsideret, & cõtempletur, tñ, si solitudo tanta sit, vt hoĩem videre nõ possit, excedat è vita. princepsq́. oĩum virtutum est illa sapiẽtia, quam σοφίαν Græci vocãt. prudentiam.n. quã Gręci φρόνησιν dñt, aliam quandã intelligimus, q̃ est rerũ expetendarum, fugiẽdarumq́. sciẽtia: illa aũt sapientia, quã principem dixi, rerũ, est diuinarum, atq; humanarũ scientia: in qua cõtinetur deorum, & hoĩum cõitas, & societas inter ipsos. ea si maxima est, vt est certe; necesse est, quod à cõitate ducatur offm̃, id esse maximũ. etenim cognitio, cõtemplatioq́. naturę mãca quodam modo, atque inchoata sit, si nulla actio rerum consequatur. ea vero actio in hoĩum cõmodis tuẽdis maxime cernitur. ꝑtinet igiť ad societatẽ gñis humani. ergo hæc cognitioni anteponẽda est atq; id optimus quisq; re ipsa ostẽdit, & iudicat. q̃ est.n. tam cupidus in perspiciẽda, cognoscendaq́. rerũ natura, vt, si ei tractanti, cõtemplantiq́. res cognitione dignissimas subito sit allatũ periculũ, discrimenq́. patrię, cui subuenire, opitulariq́. possit, nõ illa oĩa relinqua, atq; abijciat, ẽt si dinumerare se stellas, aut metiri mũdi magnitudinẽ posse arbitreť? atq; hoc idẽ in parẽtis, in amici re, aut periculo fecerit. Quibus rebus intelligitur, studijs, officijsq́. scientiæ ꝑponenda esse officia iustitiæ: quæ pertinent ad hoĩum vtilitatẽ: quã nihil omni debet esse antiquius. Atq; illi, quorũ studia, vitaq́. oĩs in rerũ cognitione versata est, tñ ab augendis hoium vtilitatibus, & cõmodis nõ recesserunt. nã & erudierunt multos, quo meliores ciues, vtilioresq́. rebus suis publicis essent; vt Thebanum Epaminondã, Lysis Pythagoreus, Syracusiũ Dionẽ, Plato, multiq́. multos: nosq́. ipsi, quidq̃d ad remp. attulim⁹, (si modo aliq̃d attulimus) à doctoribus, atq; doctrina instructi ad eã, & ornati accessimus: neq; solũ viui, atq; ꝑsentes studiosos discẽdi erudiũt, atq; docẽt, sed hoc idem ẽt post mortẽ monimẽtis literarũ assequũtur. nec.n. locus vllus ꝑtermissus est ab ijs, q̃ ad leges, q̃ ad mores, q̃ ad disciplinã reip. ꝑtineret, vt ociũ suum ad nẽm negocium cõtulisse videatur. ita illi ipsi doctrinæ studijs, & sapiẽtię dediti, ad hoĩum vtilitatẽ suam sapientiam, prudentiã, intelligẽtiamq́. potissimũ cõnferũt. Ob eam ẽt caussam eloq̃ copiose, modo prudẽter, melius est, q̃ vel acutissime sine eloquẽtia cogitare: ꝙ cogitatio in se ipsa vertitur; eloquentia vero cõplectitur eos, q̃bus cum cõitate iuncti sumus. atq;, vt apũ examina nõ fingendorum fauorũ caussa congregãtur, sed, cum cõgregabilia natura sint, fingũt fauos: sic hoĩes, ac multo ẽt magis, natura congregati, adhibent agẽdi, cogitandiq́. solertiã. itaque, nisi ea virtus, quæ constat ex hoĩbus tuendis. i. ex societate generis humani, attingat rerũ cognitionem; solivaga cognitio, & ieiuna videatur: itemq́. magnitudo animi, remota cõitate, cõiunctioneq́. humana, feritas sit quædã, & immanitas. ita fit, vt vincat cognitionis studium cõsociatio hoĩum, atq; cõitas, nec verum est, quod dr̃ à quibusdam, ꝑꝑ necessitatem vitæ, ꝙ ea, quæ natura desideraret, cõsequi sine alijs, atque efficere nõ possemus, iccirco istam esse cum hoĩbus cõitatẽ, & societatem: quod, si oĩa nobis, quæ ad victum, cultumq́. ꝑtinent, quasi virgula diuina (vt aiũt) suppeditarẽtur, tũ optimo quisq; ingenio, negocijs oĩbus omissis, totũ se in cognitione, & sciẽtia collocaret. nõ est ita. nã & solitudinẽ fugeret: & sociũ studij quęreret: tũ docere, tũ discere vellet, tũ audire, tũ dicere. ergo, omne offm̃, quod ad cõiunctionem hoĩum, & ad societatẽ tuendã valet, anteponendũ est illi officio, qđ cognitione, & sciã continet.

PETR. MARS. SED ab ijs partibus,) Hactenus de honesto partibusq́. eius & officijs, inde manantibus sufficiẽter disputauit, superest, vt proposuit de cõparatione honestoꝝ inter se differere, vt duobus propositis honestis, vtrũ sit honestius cognoscatur, quod Panætius prætermisit. Sed ille tanq̃ Stoicus non est carpendus, qm̃ honesta & vitia apud Stoicos nõ suscipiunt gradus. Stoici.n. vt dictum est, existimabãt peccata esse paria, vt ait Chrysippus in 4. nat. quæst. & Perseus, & Zeno. Heraclides vero Tarsensis Antipatri Tarsensis necessarius, atque Athenodorus impa ria peccata dixerunt. Placebat Stoicis nullum medium esse inter virtutẽ & vicium. Peripateticis & Academicis contra inter virtutes & vitia progressionẽ ad virtutes statuentibus. Vtitur Cic. trãsitione repetens ea quæ dicta sunt, & proponens qđ dicturus sit, attentionem captat. (Partibus honestatis) Quatuor virtutibus principalibus, in quas honesti natura diuiditur, a q̃bus virtutib⁹ officia ducũtur. (Satis expositũ) Videor satis exposuisse, inquit, quẽadmodum officia ducãtur à singulis partibus. (Comparatio) Vt cõparentur inter ea quæ honesta sunt, vt vtrũ sit honestius, appareat. & vtrũ potius agendum sit tanq̃ honestius & laudabilius. Hunc locũ Panætius prætermisit, qm̃ putauit ex disciplina Stoicoꝝ nõ oportere facere cõparationem inter duo honesta, vtrũ esset honestius. qm̃ ipsi non dabãt gradus in honesto, & nolebant vt vno honesto aliq̃d honestius inueniretur. (Nam cum) Ratio quare põt incidere talis cõtentio & cõparatio. (Vna sit cognitionis) Et hæc est prudẽtia, quę in veri cognitione versatur. (Altera cõitatis) Hæc est iustitia, quæ est ad cõem societatem tuendam. (Magnanimitatis) De qua habuimus verba & ẽt fortitudinem. (Moderationis) Tẽperantiæ, de qua postremo loco disputatum est. Hæ partes honestatis cũ volumus deligere offm̃, & vtrũ tanq̃ honestius agendũ sit, necesse est vt actiones studiose inuicẽ comparẽtur, vt videatur quæ sit potior, & honestior, alijsq́. ꝑponenda. (Placet er.) Facit cõparationẽ inter prudentiã siue reꝝ occultaꝝ cõtemplationẽ & ipsam iustitiã, dicitq́. vtiliora esse humanę societati officia q̃ manãt a iustitia, quã ea quę a cognitione reꝝ, qm̃ illa sunt magis cõia, & bonum tãto est melius, quãto cõius. (Placet) Ita statuo & iudico iustitiã magis cõducere hoĩbus, quã reꝝ cognitionẽ, quod probat argũ sumpto a natura, quæ nil soli tariũ amat. (A cõitate) .i. iustitia quę virtus est ad aliũ, dans cuiq; qđ illi debetur. (Aptiora) Magis conuenire atque vtiliora esse. (Naturæ) Humanæ cui oĩa officia cõiungi debẽt. (Id) Ita esse vt dixi, põt probari hoc argũ, quod a natura sumitur. (Argumẽto) .i. signo quo naturæ humanæ vis arguitur. i. declaratur, & demonstratur. Argũ est ratio probationem præstans, vt in hoc loco.

Argũ etiam dr̃ omnis ad scribendum distincta materia.[Et vita) In eo gñe vitæ sapiens versetur, vt diterur oibus rebus. [Cognitione digna) Vt Deum gloriosum, & substantias à materia separatas penitus, cœlum ipsum, & ea oĩa quę sunt cognitione dignissima, ptinentq. ad scientiam naturalẽ, mathematicas disciplinas, & ea quæ ad bene beateq. viuendũ. [Excedet è vita) Morietur. qm̃ hõ est natura congregabilis princepsq. oium virtutum. philosophia prima sui diuisione diuiditur in duas partes, actiuam, & contẽplatiuam: actiua habet Ethicam, Oeconomicã, & Politicã: contẽplatiua vero Physicã, scientias Mathematicas, Metaphysicã. Quinque sunt habitus animi intellectiui, Ars quæ est principiũ rerum efficiendarũ, Intellectus, q est principiorũ, Scientia quę est cõclusionum, Sapientia, quæ est de substãtijs a materia separatis, & sciẽtiam & intellectum cõplectitur, Prudentia, quę est principium rerũ agendarũ. nã habitus est agendi circa humana bona, vera rectaq. cum rõne. Triplex est mens. Vna principium rerũ efficiendarũ, in qua collocantur oẽs artes mechanicæ. Alia est principium rerũ agẽdarũ, in qua collocatur prudentia cũ tota suppellectili sua, vt est bona cõsultatio, sagacitas, & snia iudiciumq. Cui cõtraria est malitia cum suis cõitantibus .i. calliditate, versutia, vaframẽto, & similibus. Alia est mens principium contẽplandi, quæ est p̃stabilissima, & habet iij. habitus, intellectũ. scientiam, & sapiẽtiam: quæ dr̃ prima philosophia. Sapientia est primus & p̃stabilissimus habitus. Secũdus est prudentia. & qui rerũ naturam cõtemplãtur & Deum, præstabilissimi quantũ ad seipsos sunt, & diuinã naturam quodãmodo attingentes diuini hoies habendi sunt. obiectum. n. sapientiæ est ipse deus. Sed iustitia qua cõitas humani gñis cõseruatur, hoibus vtilior est. ergo officia quę à iustitia emanãt sunt anteponenda officijs cõtemplationis & cognitionis rerũ naturalium diuinarumq; . Nam bonum vt diat tanto est laudabilius, quanto cõius, vt est ipsa iustitia. [Princeps) Præstantissima oium rõne obiecti, quod est nobilissimũ. Deus. s. gloriosus, sapientia, quæ & theologia dr̃, à Græcis σοφία appellatur, & σοφοὶ sapiẽtes. Vnde philosophi studiosi sapiẽtię. quod nomẽ Pythagoras inuenit. Nã interrogatus à Leõte, an esset sophus, rñdit se nõ esse sophum, sed philosophum. Argũ Cic. est à perfectione sapientiæ, quæ mãca esset & inchoata si nihil ageret, cum ad agendũ, & ɔtemplandũ, natus sit homo, vt quasi mortalis qdã Deus. [Prudẽtia. n.) Ponit differentiã quæ est inter sapientiã & prudẽtiã. [Quę est) Habitus agẽdi circa humana bona recta cum rõne, & sapiẽtia versatur circa diuina & sempiterna, prudẽtia vero circa humana, vt discernat quæ sint agẽda vt vtilia, & nõ agẽda vt contraria. [Expetendarũ) Quæ bonæ sunt & expetibiles. Expetimus cum rõne, qđ est munus prudẽtiæ, appetitus sine rõne, & ptinet ad appetitũ expertẽ rõnis, cui tñ subijcit, & parere debet lege naturę. Appetere ẽt est aduentare, vt iam ætas appetebat. [Illa aũt) Vult Cic. sapientiã esse principem oium virtutum & ad oĩa sesa extendere. qm̃ est scientia oium rerum, & diuinarum & humanarum, & cõia est & vniuersalis, & q est sapiens, est prudens, vt largo modo loquar, sed non ois prudens est sapiens, qm̃ prudentia versatur circa humana solum, sapientia aũt circa humana & diuina. Et ideo dicit Seneca, sapientia est nosse diuina & humana, & horum causas. Vnde cum sit cõis, necesse est officium esse maximum, quod ab ipsa ducitur, quæ maxima est & princeps oium, & cum cõtemplatio rerum naturalium nõ sit perfecta sine aliqua rerum actione, qm̃ homo ad res duas natus est, agendum. s. & contemplandũ, & si cognitio naturæ vult esse perfecta, necesse est vt aliquid agat. actio aũt tunc maxime laudatur, cum est pro vtilitate cõi, & pro hoium societate tuenda, non pro proprio cõmodo. quod cum ita sit, actio talis cognitioni rerum anteponitur. qm̃ vitę humananę vtilior est & accõmodatior. cognitio aũt rerum naturaliũ paucis prodest, qm̃ non oẽs pñt pñari. Ergo actio quę est ad humanam societatem tuendam atque vtilitatem anteponenda est cognitioni, quę imperfecta est cum non agit aliquid. Vult igitur Cic. sapientem oĩa complecti, contemplationes. s. & actiones, & id esse maximum officium quod facit sapiens, cum agit & exercet iustitiam & libertatem pro vtilitate cõi. Loquitur tñ cõfuse. qm̃ aliud obijcitur sapientię, aliud prudentię, vt copiose scribit Arist. lib. 6. moralium. Cic. more potius oratorio quam phĩco sapientiam accipit oibus cõem, cum possint aliqui esse sapientes vt fuerunt oẽs philosophi ante Socra. prudentes aũt non qm̃ humana non curabant. vnde philosophus in 6. Eth. sic ait. quapropter & Anaxagoram & Thaletem & similes sapientes qdem, at non prudentes inquiunt esse, cum vident ipsos propria commoda ignorare, & superflua, omittenda difficilia cognitu, diuinaq. scire ipsos, sed inutilia dñt, quia non quęrunt bona humana, prudentia vero circa humana versatur, & in quibus habet cõsultatio locũ. Socr. primus è cœlo in terram phĩam deuocauit, & de malis bonisq. disputare cœpit. cœlestia aũt parum humanis cõmodis conferre dicebat. Vnde fons phorum habitus est, qui ẽt dicebat auct. Arist. oẽs virtutes esse cũ prudentia. quod non probat ipse Arist. sed dicit oẽs virtutes esse cũ prudentia, & sic voluit corrigere verba Socra. Stoici quos Cic. imitatur, sapientẽ appellabãt virum perfectum, q cum aliqd agit circa res humanas, agit vt prudens, cum vero contẽplantur, vt sapiens. [Scientia diuinarum) qm̃ sapientia cognoscit causas rerũ humanarũ & diuinarũ. ergo vtriusque cõis est. [in qua) Scia diuinarum humanarumq. rerum. [Deorum, & hoium cõitas,) Quæ cõis rebus humanis & diuinis, & sic sapiens cũ sit perfectus, intelligitur hr̃e prudentiam, cui obijcitur rectitudo in rebus agendis. [Cõmunitas) .i. participatio rerum oium, & societarum hoium cum ipsis numinibus, qbus humana pietas debetur, & honor. [Deorum) Qm̃ de dijs tractat vt more gentiliũ loquar, & de societate quæ est inter ipsos, cũ re vera nõ sit nisi vnus Deus, q est causa effectria & summum bonum, & hoies sunt ipsi effectus, & inter effectum & effectricẽ causam est aliqua cõitas, & hoies debent Deo pietatem tanq̃ rectori & oium opifici. contẽplatur ipse naturalis phs & diuinus naturam cuiusq; rei, & cognoscit res p causas suas. phs in 6. Eth. sic ait, Sapiẽtia est intellectus & vt caput hñs scientiam rerum earum, quæ summis afficiũtur honoribus. Plato in dialogo de phĩa dicit, phi officium esse, nosse diuina, & gubernare humana. hoc ad actiuam, illud ad contemplatiuam phĩam pertinet, & in theage disputans de sapientia dicit, ipsam esse duplicem, absolutam. s. & conditionalem. illa est de his quæ sciri pñt, hæc aũt excellentiã quandam sigñat. Arist. idem dicit his verbis: In artibus sapientiã his tribuimus q in ipsis sunt exactissimi, & per sapientiam nihil aliud intelligimus, quam ipsius artis virtutem. At quosdam ẽt esse sapientes oĩno non aliqua ex parte, nec aliqd aliud quam sapientes arbitramur. [Ea) Scientia diuinarũ rerũ & humanarũ. i. ipsa sapientia. [Vt est) .s. maxima. qm̃ de maximis rebus tractat. si maxima inqt, ipsa sapientia, officium quod à iustitia ducetur, erit maximum, sed maxima est, ergo maximum erit officium. [A cõi) .i. iustitia tuente ac fouente cõem vtilitatem ciuilemq. concordiam sapiẽs ex Stoicorum snia est vir perfectus, & oĩa intelligit bene, recteq. agit oĩa. [Etenim) Ratio quare officium tale maxime est, quod sapiens præstat pro vtilitate cõi. [Contemplatioq.) ipsa sapientia cum solum cõtemplatur, & nihil agit, quod humanæ societati conducat, est quasi manca & mutilata. qm̃ deest illi vnum membrum, actio. s. qm̃ ad vtrunque nati sumus. ergo vt sit perfecta, debet aliqd agere, quod maxime vtile sit. hoc aũt est exercere iustitiam, & humanam societatem tueri. [Mãca) Quasi careat membro aliquo. nam q careat aliqua parte corporis, dr̃ mãcus, & potissimũ manu dextra. Vnde Iuuenalis, tanq̃ Mancus, & extinctæ corpus non vtile dextræ. Mancus, inqt iurisperitus, xx. digest. dr̃ qui imbecillitate dextræ ualidius vtitur sinistra. Mancus aũt quasi manu carens, ac per hoc debilis & imminutus. [Atque inch.) .i. imperfecta qm̃ requirit actionem. [Si nulla actio rerũ) Si nihil agat in rebus humanis & vita actuosa & solũmodo contẽpletur, manca & imperfecta est. [Ea actio) Quam p̃stare debet ipsa sapiẽtia. i. id quod ipse sapiens agere debet, vt sit perfectũ offm̃, quod in solo cadit sapiẽte. [Maxime cernitur) Cognoscitur & laudatur actio cõueniens ipsi sapiẽtiæ. [Cõmodis tuendis) vtilitate hoium tuenda, vt ꝓpulsare iniurias, oibus adesse. Hęc actio ptinet ad iustitiã, cui annexæ sunt æqtas, liberalitas, magnificentia, & gratitudo, & sic actio iustitiæ q̃ hoium cõmoda tuetur, humanæ societati vtilior est, quã cõtẽplatio, quæ paucis ꝓdest, actio vero multis tribuẽdo cuiq; quod suũ est, & de suo alijs impartiẽs. [Igitur) Cum hoium cõmoda tueatur ad societatem humani generis pertinet, qđ cũ ita sit, vt probatum est, cognitioni anteponitur, tanq̃ vtilior & vniuersalior. [Atque id) Actionem. s. qua societas humana fouetur, cognitioni anteponendã esse. [Optimus quisque) Bene à natura institutus, ondit id esse verũ, & ita iudicat cũ id faciat, quod natura iubet, vt. s. cõem vtilitatem cognitioni anteponat. [Qui est. n.) Probat q̃uo id optimus quisq; iudicat. [Aut metiri) Hoc est quantũ ad scientias mathematicas quæ veræ dñr, quæ & Geometriam corporum magnitudines metitur. [Dinumerare) Hoc ptinet ad Arithmeticam q̃ circa numeros versatur. Astrologia dicit de rõne siderum, hæ scientiæ sunt in primo gradu certitudinis. & Plato in lib. de rep. vult, vt discantur. qm̃ sunt firmissimi gradus ad alta cognitu difficilia. Quis inqt Cic. hæ sciẽtiæ præstantissimæ sint. tñ nemo esset ita occupatus in ipsis, ẽt si posset mensurare totũ mundum, & numerare stellas, vt suam cõtemplationem nõ relinqueret, si acciperet patriã calamitatibus laborare. qm̃ illius saluti studere debemus, [Atq; hoc idem) Vt. s.

relinquat contemplationẽ,& adsit paréti aut amico.[Re) Negocio.(Quibus rebus) affert côclusionem,quæ ex supradictis sequitur.[Rebus)Argumẽtis,antedictis exẽplis.[Officia) Actiones q manant a iustitia.Qua hoium vtilitate nihil debet esse hoi,si vere homo dici voluerit.[Antiquius).i.carius & iucundius.[Atq; illi)Cicero sumens argm̃ ab auctoritate præstantissimoꝝ phoꝝ, oñdit quo hi ét q cognitioni & contemplanooi rerum naturalium operá dederunt,ab vtilitate hoium & cômodis non recessere,docẽdo.s.alios,quo in rep.essent iustiores. & probat exemplo Platonis & Lysiæ. [In cognitione reꝝ) In contemplatione reꝝ oium. nam in ipsa vita cootemplatiua vtilitates hoium curauerunt,& sic ab actione quæ hoium cômodis consulit, non recesserunt.[Quo)Vt.[Meliores)Iustiores. [Thebanum Epaminódã) de quo eiusq; doctrina dictum est. hoc addetur,quod scribit Aemilius Probus dicẽs,Eruditus est Epaminódas sic,vt nemo Thebanus magis.Nã & citharizare & cantare ad chordaꝝ sonum doctus est à Dionysio,q non minore fuit in musicis gloria, quã Damon,aut Lampus quoꝝ peruulgata sunt noia. Cantare tibijs ab Olympiodoro,saltare à Calliphrooe. At phiæ pceptorẽ habuit Lysiã Tarentinũ Pythagoreum,cui qdem sic fuit deditus,vt adolescẽs tristem ac seueꝝ senem oibus ęqualibus suis in familiaritate antepo suerit,nec prius eũ à se dimiserit,quã in doctrinis tãto antecessit côdiscipulos,vt facile intelligi posset,pari modo superatuꝝ oẽs in ceteris artibus.[Pythagoreus)q Pythagoricũ dogma sectabatur.Nã Pythagoras fugiens patriã suam Samum à tyrãno occupatam in Italiam nauigauit,& in illa ora Italiæ,q quõdam magna Græcia dicebatur circa Heracleam,Crotonẽ,& Metapootũ phatus est,à quo Italica phia principium habuit.[Syracusium Dionẽ)Dion frater fuit Aristomaches vaoris Dionysij tyranni,à quo maxima hooor Dioni exhibebaẽ.Dionysius eodem tpe duas habuit vxores,Dorida Locrẽsem,& Aristomachẽ Syracusiam.Plato in Siciliã nauigãs suis doctrinis Dionem adiuuit, q tum iuuenis oẽs Platonis discipulos ingenio & industria superans,ad obeunda ẽt virtutis præcepta solertissimus & acutissimus fuit,pulsus a Dionysio Athenis in Academia versatus est.Inde socijs côparatis in Siciliã nauigans,patriam suã Syracusas asseruit,qua liberata tandẽ insidijs Calippi socij sui,Proserpinalium die obtrũcatus est domi,& soror & vxor in carcerem coniectæ. Vxor illic peperit infantẽ cum Dion Corintho solueret,vt in Siciliã transmitteret,lunæ defectus fuit.Dion bonũ dixit esse ostẽtum,qm̃ tenebræ volẽtibus aliqd occulte facere opportunæ sunt & sic aios aliorum consternatos erexit. has rõnes a Platone didicerat. Dion igitur eruditus à Platone patriam liberauit,& bonus vir fuit.Epaminondas ẽt moriens patriam imperantem reliquit quam Lacedæmonijs seruientẽ acceperat & semel respondens Meneclidæ,quæ Epaminondam insectabatur,dicebatq. illũ imitari Agamẽnonem,dixit, quod aũt me Agamemnonem putas ęmulari,falleris.Nanque ille cũ vniuersa Gręcia x. annis vnã cepit vrbẽ,ego ꝯtra vna vrbe nostra totam Gręciam Lacedęmonijs fugatis liberaui. Multi alij philosophi multos erudiuere claros viros.Aristoteles erudiuit Alexandrũ, Panętius Scipionẽ clarissimũ imperatorẽ virumq. singularem. [Nosq. ipsi) oñe de seipso loqtur Cic.[Quidqd attulimus) qdqd fecimus, pro rep. quã è manibus coniuratoꝝ eripuimus.[Si modo deuitat arrogãtiã.[A doctoribus,)pceptoribus & monimentis doctoꝝ viroꝝ q in reꝝ cognitione versati sunt,& alios erudiuere. qm̃,monimenta reliquerunt,qbus alios semper erudient. Vnde scriptoribus multum debemus,q & viuentes & posteros erudiunt. In j. de natura deorum ait,& cũ minime videbamur, tunc maxime philosophabamur.quod & orõnes declarant,refertę philosophoꝝ sententijs & doctissimorum hoium familiaritate, qbus semper domus nostra floruit.Et principes illi Diodorus,Philo, Antiochus, Posidonius,a qbus instituti sumus.[Doctrina instructi)In oratore ait,Ego aũt & me sępe noua videri dicere intelligo, cũ peruetera dicã,sed inaudita plerisq.,& fateor me oratorẽ si modo sum, aut qcunq; sum,nõ ex Rhetoꝝ officinis,sed ex Academiæ spatijs extitisse. Illa.n.sunt curricula multiplicũ variorumq. sermonũ, in qbus Platonis primum impressa vestigia sunt. [Ad eam rẽp.) gubernandã.doctrina inqt summoꝝ philosophorum me instruxit ad has actiones ꝓ rep.& ipse Cicero dũ gubernacula reip.teneret,sex libros de rep.composuit,& Cyri Pædiam,quam totam triuerat in illo ꝯsulatu exercuit.[Instructi).i.instrumentis philosophicis rõnibus videlicet muniti,& armati.instrumenta dñr cuilibet arti necessaria. Rõnes ait Plato sunt instrumenta philosophi,alibi dicitur de fundo instructo & instrumẽto legato.[Monimentis) libris & pceptis, quæ ad bene beateq. uiuendũ scripta reliquere,vt posteritatem erudirent. [Nec enim) Probat quo etiã post mortem alios erudiunt. [Ab his philosophia) q in rerũ cognitione versati sunt.[Ad leges) qm̃ scripserunt de legibus,de moribus,de rep.& nihil ptermiserunt,quod humanę vitæ ꝓfuturum esset.Scripserunt ẽt de natura animalium,de vegetabilibus, & plãtis,de arte dicendi.Vnde dicit in lib.de Fin. Oium fere ciuitatũ non Græciæ solum,sed ẽt Barbariæ mores instituta, disciplinas,ab Arist.cognoscimus.Scripsit Arist.Mores 158. ciuitatũ,de gubernatione reip.de Regia gubernatione lib.vnũ,de legib.quatuor,de diuitijs & opulentia vnũ, de precatione & voto librum vnum,ad leges Plat.libros tres,ad remp.Platonis libros duos,& multa alia scripsit,quæ lõgum esset recensere,qbus monimentis posteritas eruditur.sic põt de Plat.dici. nam hi duo in primis clarueruut,quoꝝ memoriæ multum debemus: qm̃ in medium laborarũt. [Ad disciplina) Ad optimũ modum & gubernationẽ reip. [Vt ocium suũ) Contemplationem cognitionẽ rerum in ocio. qm̃ in vita ociosa versabãtur,remoti a negocijs publicis. [Ad nostrũ negocium)Vt in ocio eoꝝ viuẽtes nos agere,ac negocia publica regere docerent. qm̃ ipsi ociosi alios erudiunt ad agẽdum, præcipiunt.n.tã in domesticis quam publicis negocijs, quod agẽdũ sit ea officio.[Ita)Hoc modo in ocio viuẽtes & scribẽtes.[Ad hoium vtilitatem)Vt oibus prosint ea, quæ in ocio scripserunt. [Ob eam ẽt causam)Affert aliam sniam,vt ostendat côem vtilitatem ꝑponendam esse & præponit eloquentiã philosophiæ. qm̃ pluribus ꝓdest modo sit coniuncta prudentiæ.[Ob eã causam) q maior vtilitas ꝑponenda est.[Eloqui copiose)Habere copiosam & vberem eloquentiã,qua alios defendamus. [Modo prudẽter) Aliter loquacitas inepta videretur & cũ vitio. [Melius)Præstabilius & utilius,quã acutissime contẽplari sine eloquentia. qa contẽplatio perspicax philosophoꝝ.[In seipsa uertit).i.illi ꝓdest,q cogitatione aliqd côtemplatur,& côminiscitur,sed non se extẽdit ad alios eloquentia aut pluribus ꝓdest,& illis q nobis familiaritate côiuncti sunt.audiũt.n.eloquentẽ,& ipsi eloquẽtes fiũt. [Côitate).i.naturali côciliatione ac ciuilitate.qm̃ hõ hoi coniũctus est natura & cômodatus.[Atq; ut apũ examina) Probat côparatione apum hoies natura sociabiles debere esse solertes ad humanã congregationem, & hoiem ab hoie non debere alienũ esse.Apes non congregãtur ob hoc,ut fingãt fauos & côponant, sed cũ sint congregabiles duce natura fingũt fauos,quoꝝ côpositio non est causa,ut congregent,sed natura,sic est in hominibus. [Côgregabilia)Apta ad congregationẽ suapte natura. [Fingũt) Côponunt & formãt. [Ac multo ẽt magis) Quã sint apes. hæc est snia Arist.q in 1.de rep.dicit: Ex quo patet hoiem esse animal sociabile,& qdem magis quã apes, & omne animal gregarium. Vnde concludet oẽm ciuitatem natura côstare,cum hõ natura ciuile animal sit.Ibi ẽt dicit hoiem solitarium,aut deũ esse aut bestiã.hoc dixit,ut se Platoni opponeret,q in 2.de rep. ciuitatẽ nõ natura,sed necessitate côstare dixerat.Socrates.n.ab eo inductus inqt,Necessitas ciuitatem condidit, nam alter alteri auxiliatur, cum singuli nequaq̃ sibi ipsis sufficiãt. Ex quo fit inqt ut multorũ indigentes,socios auxiliatoresq. côplurimos in unum deducẽtes,huic ipsi unitati nomen imponãt ciuitatis. Sed maximã indigẽtiam dicit futuram ꝑp uiuendi facultatẽ, & cibi côparationem,secundã habitationis,tertiã uestitus & similiũ. Arist.dicit.Ille q est inciuilis ꝑp naturam quã habet malam, & non ꝑp fortunã,quod.s.è ciuitate pulsus sit,aut prauus est, aut melior quã hõ .i.Deus.[Natura côgregabilia)Cum sint côsociati & côiuncti duce natura,debẽt adhibere diligentiã, ut societatem côgregationemq. humanã tueantur,& amẽt, & sic ostendit humanæ côgregationis naturã esse causam,non aliam remp.natura.n.produxit hoiem,ut esset animal sociabile,Vnde humanã societatem fugiẽtes odio hoium, vt de Timone Atheniensi dr̃, feram naturã hñt,& ab omni humanitate penitus alienã.[Agendi) aliqd inter ipsos postq̃ duce natura congregati sunt.[Solertiam) Diligẽtiã, ut côgregatio seruetur mutuis officijs.[Itaque nisi ea uirtus)Côcludit dicens.nisi iustitia cũ rerum contemplatione côiuncta sit, non multũ prodest ipsa cognitio. [Ea uirtus) Iustitia quæ est ad hoium societatem tuendã. [Cognitionem rerum) Contemplatione & illius officia,q in ueri inuestigatione uersatur. [Nisi attingat)Nisi illi côiungatur.[Soliuaga)Solitaria. [Et iciuna)Parum utilis gñi humano. [Itemq. magnitudo animi) Dicit nunc pari modo fortitudinem & magnanimitatẽ remota iustitia, esse quandã feritatem,& immanitatem non uirtutẽ,ut ostendat iustitiam oibus præferendam esse.Et Aristides qui ob summam ęquitatẽ iustus cognominatus est,dixit, eum qdem beatũ existimãt, q eam uitam uiuat,quæ cũctis sęculis eadem ac immortalis futura sit, ꝑp summam uero potentiam non possunt non timere. at iustitia causa est cur amẽt homines,honorent,colant. [Côitate)

Iustitia

iustitia.i.nisi fortitudo pugnet pro æquitate & utilitate cōi, erit quædam feritas, quæ est inhumana crudelitas & impetus ferarum, & sic immanitas aliena ab oi humanitate. (Ita sit) Affert conclusionem, q̇ sequitur ex prædictis, q̄m nulla virtus laudatur, nisi exerceatur pro æquitate & cōi societate tuenda. (Ita fit) Concluditur. (Consociatio) Virtus q̇ ptinet ad hoium consociationem tuendam, & cōmodum, qđ facit ipsa iustitia. (Vincat) Superet, pstabiliorq. sit. (Nec verū est) Dissentit in hoc a suo Platone Cic. qui dixit in 2. de rep. necessitatem esse causam humanæ congregationis & ciuitatis, & sequitur Arist. q huius congregationis cām dixit esse naturam. (A quibusdam) Et maxime a Plat. (Sine alijs) Aliorum ope. (Desideraret) Requireret ad vitam degēdam. (Ideirco) Ob id, & hac de causa. (Si oia nobis) Facit argm, quo Plat. opinionem aliorumq. refellit. sumitur hæc ratio a natura, q̇ solitudinē fugit, & optat coetum, concilia, ciuitatem, q̇ essent sine humano suppeditata labore quasi diuinitus è coelo demissa. Quærit igitur Cic. an hō daret se totum cognitioni & contēplationi, si nihil ei deesset, qđ ad vitam degendā ptineret, dicit qđ non, immo fugeret solitudinem, & socium studij sui quæreret. ita.n. vult natura, q̇, vt dixi, nihil solitarium amat. (Ad uictū) Cibū. sed victus verbo, vt est in libris digestorum continentur q̇ esui potui, cultuiq. corporis, & ea q̇ ad viuendū hoi necessaria sunt. Vestē quoq; victus hīre vicem Labeo ait. (Cultumq.) Ornatū & vestitum. Cultus est qdquid adhiberi pōt ad curam corporis præter cibū. (Suppeditarentur,) Subministrarētur e coelo sine aliquo nostro labore. (Quasi &c.) Munere dei, hoc erat puerbium apud antiquos, vt virgula diuina dari dicerentur, q̇ non expetebantur, sed videbantur uenire è coelo, vt quondā maioribus nris māna dabatur a deo, & eius erat saporis, quē qsque optabat. vt si nunc illud hīremus, nō esset opus, vt gulosi & māducones condiui fictile & coců vilissimum quodāmodo mācipium tanti emerent, nec plus gula sæuiens q̇ reliqua oia constaret, sed deliciosi & abdomini seruientes opibus, p fas & nefas cōparatis, hanc virgulam diuinā sibi fecerunt, sed vtinam in tanto luxu & rerum affluentia aliq̄ honestatis curam hīrent, nec voluptatem elegissent, q̄ toto animo fouerēt, amarēt, & illius patrocinium susciperēt, q̇ vix digna est, vt à vilissimo Lenone mocida panis frustra accipiat. (Vt aiunt) Prouerbialis est sniа de fatali virga, & ui occulta ipsius caducei atq; sceptri. (Nō ita est) Rñdet Cic. ad id, quod ipse per interrogationē ppoluit, non collocaret se, inquit, in sola contemplatione sed fugeret, solitudinem & socium quæreret. (Socium) Participē studij sui, & quocum suas contemplationes cōicare posset. (Ergo) Cōcludit officia iustitiæ anteponenda esse officijs cōtemplationis & scientiæ. (Continetur) Constat ex contemplatione naturæ.

FRAN. MAT.

Sed ab ijs partibus,) In operis diuisione consilij capiendi triplicem rōnem esse dixit Cic. videlicet cum quæritur, honestū ne sit aliqd an turpe, vtile an inutile, & cū vtilitas pugnare vř cum honesto deinde cū q̄rimus duobus ppositis honestis vtrū sit honestius, duobus vtilibus vtrū vtilius, nā cō accidit forte tpis vt duo sint minus honesta, qđ minus turpe est, eligendum est, sicut ex duobus malis, qđ est minus malum eligere debemus, hactenus de officijs honesti pcepit, nunc de cōparatione differētie duorum honestorum, vt cum duo honesta proposita fuerint, vtrū honestius sit consideremus, & id deligamus, ad quod probandū exēplis vtitur, primum aūt quatuor honesti partes cōparat inter se, anteponendum dicens qđ cōius est, & ad hoim vtilitatem magis ptinet, (Cognitionis) Prudentia. (Cōitatis) Iustitia. (Magnanimitatis) Fortitudo. (Moderationis) Prudentia. (Hæ in deligendo &c.) Quia aliqñ incidit qō vtrum sit eligenda prudētia magis q̄ iustitia, postulant.n. tpa, vt maior rō iustitiæ habeatur q̄ prudentiæ, & ferme nunq̄ contra sit, nam iustitia maior est, & magis vtilis, ac necessaria, qđ supra sæpe est ostensum, q a sine prudētia esse aliqñ ciuitas pōt, cum summa pax fuerit, sine iustitia nunq̄, qua sublata humani gōis societas intereat necesse est. (Cōitate,) Iustitia. (Cognitione) Prudentia. (Idq. argō &c.) Officia q̇ ducuntur ex iustitia anteferenda his esse q̇ ex prudentia nascūtur, hoc inqt argō pbari pōt, qđ siqs sapiēs, & in rerum contēplatione positus, oibus rebus afflueret, sed in solitudine manens hoiem non videret, hic pfecto viuere nō posset, apparet itaque cōionis officia maiora esse q̄ cognitionis. (Sapienti) Qui in rerum oium humanarum, & diuinarum cōtēplatione versatur. (Excedet è vita) Pro excederet. Arist. quoque ait, sine amicis.n. nullus eligeret uiuere, licet cuncta possideret alia bona. (Princepsq. &c.) Et tū, inquit, sapia, quā Græci σοφίαν vocant, est oium virtutum princeps, q̄m virtutes oēs ab ea manant, qđ si ita est, oibus anteponēda est, & neqs forte decipiat ostendit, nō esse idē sapia, & prudentia, qđ p vtriusque descriptionē intelligitur. (Quæ est rerum &c.) Arist. quoq; prudentiā diffinit

Sapiētia. Sapiētia. Prudētia.

habitum verum cū rōne, q in his agendis versatur, q̇ sunt hoi bona, & mala, & prudentis est bene consulere posse circa illa, q̇ si bona, & vtilia sunt nō particulariter, puta qualia ad sanitatē, vel robur sed vř ad totius uitæ statū bñ dirigendū, & illi sunt prudentes q publicis priuatisq. rebus administrandis sunt apti. Sapia vero est scia, & intellectus preciosissimorum, nam & sapiētes sunt, q eximia admiranda, & difficilia, ac diuina sciunt, & ui melius res intelligatur, cū duæ sint hoies partes, rōnalis, & irrōnalis, & irrōnalis sit vegetatiua, & sensibilis, & altera prius à rōne, altera aliqñ rōni rebellis, aliqñ illi parens videlicet sensus. Rōnalis duplex est, videlicet consultiua & scientifica, consultiua ipsa est prudentia in qua consilium sunt, & electio q̇ non sunt in brutis. Nā solus hō eligit duobus ppositis, qđ est honestius, & ex duobus cōmodis qđ est cōmodius. at vero prudentia scia est, q̇ cognitis principijs discurrit. Intelligentia tota est principiorum, sapia vtrunque cōplectitur. Nā & de his tractat, q̇ à principijs manant, & in his q̇ principia sunt discurrit, recte ergo, vt prudentiam diffinit, q̇ est de his, q̇ aliter esse pnt, & sapiam, quæ est de his quæ aliter esse non pnt. (Deorum & hoim cōitas,) Per sapiam.n. ondītur, qđ hoi cum Deo cōe sit, qd vero cōe sit, alibi his uerbis Cic. ostendit. Animal hoc .s. hō acutum, sagax memor, multiplex plenum consilij, & rōnis est adeo, solus.n. particeps est rōnis, cui' cetera aialia expertia sūt, quæ cum adulta perfecta est, sapia appellatur. Nā soli hoi, & deo est prima, est igitur cum Deo societas hoi rō, & cōio. De cōione Deorum & hoium, hic idē auctor nōnulla dicit lib. de Nat. Deo. 2. Vel sic accipiamus, per sapiam Deos inter se, & hoies inter hoies sociari. (Offm, id esse maximū) Qñquidem cōitas inter Deos, & hoies efficitur sapia, ergo illud offm quod à cōitate deriuatur maximum est, & anteponēdum, offm aūt iustitiæ eiusmodi est, ergo maximum est, & anteponendū. Illud vero negari non pōt bonū tanto esse maius ac melius quanto latius patet. (Etenim &c.) q̇ præcepta uiuendi tradunt phi ad cōitatem aliquid conferūt: nā pceptis suis uitijs prosunt, & posteris. Sed siquis tm in ueri inuestigatione uersatur. non ēt scribat hic qđ honestū est, sed attingit & inchoatum relinqt. Nō.n. satis est scire qd faciendū sit, nisi alijs quoque ondas, nā uirtutis laus ois in actione cōsistit. (Ea si maxima &c.) In cōparatione duorum honestorum considerandū est vtrū honestius sit. Quod nunc facit Cic. dicens iustitiā anteponēdam esse prudentiæ, quia eius est cōio, q̇ a sapia manat, & q̄m prudentia nihil esset nisi eam actio aliqua sequeretur, ois aūt actio, maxime in hoium cōmodis tuendis cernitur. Est aūt argm a primo ad ultimum, Oēs uirtutes manant a sapia, in qua continetur Deorum, & hoim cōitas, atque societas. Omnis uirtus manca est, si rōne careat. ois actio dirigenda est ad hoium cōmoda tuenda, & hoc iustitia facit, ex qoo principē aliarum virtutum eā esse cognoscitur. (Atque id optimus quisque &c.) Facile, inqt, oim suā natura oñdit, nā vt qsque optimus est, ita cōem tuetur utilitatem. Fac, inqt, optimum aliquē in contēplandis naturæ rebus occupatum, fac idem nūciari periculū imminere patriæ, & ut subueniat opus esse, & statim contēplatione rerum, & veritatis inuestigatione relicta, ad defendendā patriā accedet. Ex quo apparet studijs inquirendi ueri anteponēda esse studia, & officia cōitatis. (D numerare stellas qđ maxime difficile est, qđ tm quidā tradūt fecisse Hipparcū. (Metiri mundi magnitudinē &c.) Qui mundus est infinitus, sed unico similis, & est is q constat ex Sole, & Luna, & terra, & oibus stellis, oibusq. elementis, idē orbis uocatur. (Atq; hoc idē) Non solū in tuēda pria talē se pstabit optimus qsque, vt studia relinquat cognitionis, sed ēt parentibus, & amicis si illi subueniendū fuerit. (Antiquus) Carius, antiquū ueteres p nobili uetusto, & caro, posuerunt. (Atq; illi &c.) Oñdit phos nō penitus ab hac vtilitate exclusos esse, q a multos erudiunt, & bonos ac vtiles ciues esse faciunt philosophiæ pceptis, duobus modis pdesse pnt phi scribēdo, & dicēdo. (Meliores, vtilioresq.) Siue in politica, siue in œconomica. (Lysis Pythagoreus,) Oñdit exēplo quō phi hoies instituerint. & principes pfecerint, q eorum pceptis meliores facti suas resp. optime gubernarūt. princeps aūt cū erudit vniuersa ciuitas instituitur, quales .n. princeps sunt tales reliq solēt esse ciues, vt ait Cic. Lysis Pythagoreus fuit phs, & orator, q Thebanū Epaminondā instituit, & sic instituit, vt optimus ciuis, & imperator ille euaserit pstantissimus, & Græciæ princeps Cic. snia. Nā eo viuo Græciæ imparōs Thebani, q an eū & post eū sp seruierūt. (Plato,) erudiuit. (Syracusiū Dionē,) Hic fuit Hipparini filios Syracusanus nobili gñe natus. Cū Plato Tarentū venisset, idq. in Sicilia fama nūciasset, Dionys tyrānus negare id Dioni adolescēti nō potuit, qn Plat. arcesseret, cū Dion eius audiēdi cupiditate flagraret, adeo aūt admirat' est Plat. atq; adamauit, vt se totū ei traderet. Neq; uero minus Plat. delectatus est Dione. (Nosq. ipsi)

Rōnalis duplex. Hō solus rōnis particeps. Iustitia. Oīs virt' à sapia. Mundus infinitus.

vñr theologi dixiſſe cōpunctionem.[Deſitum eſt.n.videri) ꝑ deſijt.[Ex bellis Trāſalpinis triūph.)Triūphamus hoſtem,quem in Triūphū ducimus,& triūphamus ea his,vnde triūphū referimus.

DOCT. *interpr.* REꝛum aūt oium)Rhetoricus locus.Propoſitio. Rō ex nā affectuū petita.(Sed his q mi op.)Seneca: Ferrū tuet principē,melius fides.[Quid.n.cēſemus ſuperiorē illū Dionyſium)exēplis ꝓbat obfuiſſe crudelitatē multis,ſuntq. hic aliquot venuſtiſſimæ narrationes. [Quā P. Scylla cum vibraſſet) Hic P. Scylla eſt,pro quo extat Ciceronis oro,& cuius in Cæſaris bello ciuili mētio ſit . Scriba Cornelius fuit,cuius fit mentio in Lepidi orone,q̄ extat inter Saluſtianas. [Certum igitur)Epilogus. Itē amicitia eſt opus & priuatis hominibus , & tenentibus reſp.

ARGVMENTVM.

Tribus maxime adduci multitudinem , vt honore dignum aliquem ducat : Beneuolentia,Fide,& Admiratione .

SVMMA igitur,& perfecta gloria cōſtat ex tribus his:ſi diligit multitudo: ſi fidē hēt : ſi cū admiratione quadā honore nos dignos putat.hæc aūt ſi eſt ſimpliciter,breuiterq. dicendum,quibus rebus pariuntur à ſingulis, eiſdem fere à multitudine.ſed eſt alius quoq; quidā aditus ad multitudinē,vt in vniuerſorum animos tanq̄ influere poſſimus .

PETR. MARS. SVMMA igitur & pfecta gloria)Ponit Cic.tria ex qbus pfecta gloria conſtat,de qbus diſputabit. [Si hēt fidē)Credit,& auctoritate ducitur & bonitate. [Hæc aūt)Diligi à multitudine, qđ fides habeat , & qđ qs dignus honore putet.[Si eſt) Simpliciter breuiterq. dicendū,parēthesis,ſi volumus inqt ſimpliciter,& breuiter dicere.[Simpliciter)Pure & ſine ambage verboꝶ,qbus rebus,qua via,qua rōne ſupradicta cōparātur . [A ſingulis & a multitudine)Jjſdē inqt rebus & à multitudine & à ſingulis beneuolētiā nobis cōparamus,tn eſt aliqua dña cū.ſ.volumus à multitudine videri fideles,& hēre ea quæ alios ad amorē alliciūt,aliter in aios multitudinis influēdū eſt,quā ſinguloꝶ hoim [Pariūtur)Cōparātur.[Aditus)Ingreſſus ad cōparandā beneuolētiā multitudinis.[Tanq̄ influere) Trāſlatio eſt,q a quemadmodū influit aqua,ſic verba debēt influere.i.ingredi in aios auditorū,& difficile eſt mouere multitudinem,qñ nim iiſdem rōnibus oēs mouentur. Vñ opus eſt varia atq; diuerſa incolcare vt oēs ad affectū moueamus.ideo dicit alium eſſe aditum ad multitudinē .

FRAN. MAT. SVmma igr &c.)Dāda eſt ergo opa,vt hęc tria adſint quo verā gloriā cōſeq poſſimus. Quæ sic a Cic.diffinit : Gloria eſt frequēs de aliquo fama cū laude.[Simpliciter)ſine diuiſiōe . [Breuiter)ſine circuitione.[Hæc) Tria inqt q̄ dixit qbꝰ reb.cōparant a ſingulis iiſdē à multis.[Sed eſt aliꝰ &c.)Eſt aliud,inqt,quo poſſimus hoim beneuolētiā cōparare,vt populū ludis delectare.

ASCEN. SVmma igr & pfecta gloria) Oſtēdit pfectā gloriā ea tribus cōſtare.Ordo aūt eſt:Igitur qa.ſ.de gloria dicere cōſtitui,videlicet ſumma & pfecta gloria conſtat ea his tribus,ſi multitudo diligit ſup.nos,ſi hēt fidē nobis,& ſi putat nos dignos honore,cū quadā admiratione. Aūt ꝑ ſed(ſi dicēdum eſt ſimpliciter & breuiter de rebus,hoc eſt ſi licet paucis dicere) hæc.ſ.tria dicta pariūtur.i. acqrūtur eiſdē fere rebus à multitudine,qbus rebus pariūtur a ſingulis,ſed eſt quoq;.i.ēt qdā alius aditus .i. acceſſus ad multitudinē,vt poſſimus tanq̄ influere.i.abūde & leniter illabi in aios vniuerſoꝶ,ita vt vniuerſi nos admirentur & diligant .

DOCT. *interpr.* SVmma igitur & pfecta gloria.) Docet populare fauore quæ res emereantur,& qđ illo opus eſt iis,q reſp.tenent . Hæc aūt ſunt q̄ emereantur eū,beneuolētia,iuſtitiæ ac pendētiæ famę, admiratio inſigniū virtutum,atque hæc ordine ſuo explicat .

ARGVMENTVM.

Quæ res hominis multitudinis beneuolentiam concilient .

AC primū de illis tribus,quæ ante dixi, beneuolētia pcepta videamus,quæ qdē beneficijs capit maxime: ſecūdo aūt loco beneficā volūtate beneuolentia mouetur, ēt ſi res forte nō ſuppetit.vehemēter aūt amor multitudinis cōmouetur ipſa fama,& opinione liberalitatis, beneficētiæ,iuſtitiæ, fidei, oiumq. earum virtutum , quæ ptinent ad manſuetudinem morum,ac facilitatē. Etenim illud ipſum,quod decorū,honeſtumq. diximus, quia per ſe nobis placet,aiosq. oium natura,& ſpecie ſua cōmouet, maximeq. quaſi perlucet ex iis,quas cōmemoraui,virtutibus,iccirco illos,in qbus eas virtutes eſſe remur , à natura ipſa diligere cogimur. Atque hæ qdem ſunt cauſſæ diligendi grauiſſimæ: pn̄t.n.præterea nō nullæ eſſe leuiores.

PETR. MARS. AC primum.) Nūc reſumit primā partem illarum triū,ex qbus conſtat gloria,& qbus rebus beneuolentia multitudinis cōparatur docet.[Illis tribus) ſi diligit multitudo,ſi fidem habet,& ſi honore dignos putet.[Præcepta beneuolentiæ dicamus quibus rebus beneuolentia multitudinis cōparetur.[Quæ)Beneuolentia.[Capitur)Cōparatur. [Beneficijs) Cōferēdo beneficia in alios,& exercēdo liberalitatē & magnificentiā.[Secūdo loco) .ſ. nō poſſumus,inqt,beneficia conferre & illis alioꝶ beneuolentiā demereri,niſi habeamus beneficā uolūtatē, ut intelligat multitudo nō deeſſe nobis aium liberalem,ſed facultatem,qua liberalitate poſſemus vti.[Benefica voluntate)Qm̄ nō ſolū ſpectatur res ipſa quæ datur,ſed ēt volūtas vt ſupra dictū eſt ex ſnia Ariſtotelis,cū de liberalitate dicebatur.[Etiam ſi res) Quā dare vellemus & facultas donādi.[Nō ſuppetit)Nō adeſt nobis,vt benefici & liberales eſſe poſſimus.Itaq; dicit Sen.non qđ fiat,aut quod detur refert,ſed qua mēte qa beneficiū nō in eo quod fit aut datur cōſiſtit,ſed in ipſo dātis aut facientis aio . [Vehementer aūt) ponit ea qbus amor multitudinis maxime cōmouetur,liberalitatem,iuſtitiā,& fidē.[Fama)Liberalitatis ſi fama eſt aliquē eſſe liberalē,& hoies ita opinātur eſſe iuſtū beneficum & fidum. [Beneficētia)Quæ non tm̄ in pecunijs vt liberalitas, ſed ēt in alijs rebus conſiſtit.pħs in 4.Eth agens de liberalitate ſic ait, Liberales hoies maxime amantur,proſunt n.at id in dando conſiſtit . [Fidei)Quod nō decipiat aliquem,& ſit iuſtus,deniq; manſuetus,& facilis,iſta,inq̄,ad ſe multitudinem alliciunt.[At enim)Rō quare multitudo mouetur virtutibus ſupradictis, qm̄ ipſum decorū, & honeſtum ſua pulchritudine mouet aios hoium, & illud decorum maxime manat à iuſtitia,fide,liberalitate,& manſuetudine, & facilitate,hæ quippe virtutes bonum virum attingunt . Vnde ēn j. dicit colendū eſſe quēq; maxime,vt quiſqꝫ his virtutibus lenioribus erit ornatus,modeſtia,temperantia,& iuſtitia,qm̄ fortis aius in hoie non perfecto,nec ſapiente feruentior plerunque eſt.has igitur virtutes leniores magis amat multitudo, & in primis liberalitatē,quæ ſola Cæſarem ad perpetuam dictaturam pduxit,largitionibus conciliata ſibi multitudine. [Remur) Arbitramur.[Grauiſſime)efficaciſſime & maioꝛ pōderis atq; momēti [Præterea)inſup & vltra cās pdictas q̄ ſūt grauiſſime.[Leniores) Non tātī ponderis,vt ſi aliqđ fecerimus qđ multitudini placeat.

FRAN. MAT. AC primum)De ſingulis dicit quō caritatem,& beneuolētiam cōparare poſſumus,& primo oſtendit quō beneuolentia cōparatur. Amicitia multis cauſis appetēda eſt. primō qa virtus,vel cū virtute. Nā Ariſt.ait: Amicitia eſt virtus quædam,vel cum virtute.ois virtus eſt habitus electiuus,ergo amicitia eligēda,& appetenda eſt cū ſit virtus. Eſt ēt res ſumme neceſſaria in vita ; & priuatim,& publice . ſine amicis.n. nullus eligeret viuere,ēt ſi poſſideret cuncta alia bona. Diuites q oium reru abūdantia affluunt ſi ſine amicis eſſent,nihil illis prodeſſent diuitiæ, cum non hēent quibus benefacerent.ois fortuna ſiue ſecūda ſiue aduerſa amicis indiget, potētes ſine amicis cuſtodiri ſeruari non poſſent,cū quanto plura illis ſint tāto magis piculo ſubiaceant. Miſerā fortunā nemo eſt q dubitet amicos deſiderare. Nā in paupertate poſiti calamitatibꝰ vnicū putāt in amicis eſſe refugiū, oi ætati ꝯuenit,ſenibus,adultis,iuuenib.Senibꝰ vt auxilio ſint,& eorum adiuuēt imbecillitatē,adultis vt ad recta pducāt ſtudia, iuuenibus,ut ab erroribus ꝓhibeāt.publice,utilis eſt amicitia, nā bonū ciuile cōſeruat.uñ ait Hiſtoricus Cōcordia paruæ res creſcūt diſcordia maxime dilabūtur.hinc ēt legū latores magis circa cōcordiā ſtudēt quā circa iuſtitiā,q̄ neceſſaria nō eſſet , ſi oēs amici eſſent.hoc dixi,ut cognoſcatis Ciceronē non ſine rōne de amicitia dicere.[Beneficijs maxime.)beneuolētia,& amor in tres ſpecies diuiditur,ſicut ēt cauſę amoris tres ſunt.vna cauſa eſt ſimplex bonū,ſed triplex bonum eſt,bonū utile,bonum delectabile , bonū honeſtum . Amicitia pp utilitatem & pp delectationem , &

Cōcordia paruæ res creſcunt, maxime diſcordia dilabunt

propter

propter virtutẽ appetitur, sed postrema caosa optima est. Amicitia pp vtilitatem non est pp se, sed pp aliud, eodem modo & pp delectationem, quamuis sit pp se magis, nam vtile non est finis amicitiæ; sed aliud quo ad finem peruenit, quia pp vtilitatem appetitur amicitia, eodem modo pp delectationem. Nam cum vtilitas siue delectatio discesserit, statim amicitia dissoluitur, cum id tollitur cuius caosa amicitia contracta est, ergo quæ pp delectationem siue vtilitatem amicitia conflata est, suis causis dissolutis, statim, & ipsa dissoluitur, at vero pp virtutem, non ita contingit. Nam virtus stabilis est, & firma, ac nunq̃ discedit, igitur amicitia pp virtutem conflata, semper manet. [Beneficijs) Q̃m beneficia, & vtilitates sunt pp quas ad amicitiam peruenitur. [Benefica voluntate) Sed hoc magis appropinquat virtuti, cũ aliquem amamus, ei aliqd benefacere studemus; ẽt si faculeas non sit, tñ hæc voluntas meretur, vt ab eo diligamur, qui à nobis nullum beneficium accepit, quia voluntas benefica est accipienda pro beneficijs. Nam aliquis põt benefacere alicui ẽt inuitus. satius.n. est vt velit benefacere ẽt si non possit, q̃ quis benefaciat inuitus, quia voluntas iudicatur, non beneficium. [Si res forte nõ sopp.) Vt beneficium facere possimus, cum adsit uoluntas benefaciendi. [Vehementer aũt amor multitudinis cõmoouetur &c.) Dixit beneuolentia non æqualiter oẽs indigere, ideo docet nunc qũo principes possint beneuoleotiam, & caritatem multitudinis comparare. [Ipsa fama, & opinione &c.) Etiam si non ita esset, tñ opinio satis valet ad beneuoleotiam cõparandam. [Liberalitatis, beneficentiæ, &c.) Differunt liberalitatis, & beneficentia. Nam liberalitas ad aium pertinet: Beneficentia vero ad rem ipsam. Nam qui natura beneficus est, liberalis dr̃, at vero q non natura solum, sed re ipsa, beneficus vocatur. [Iustitiæ, fidei,) Bene vtraq; coniunxit, nam fides est iustitiæ fundamentum. vbi.n. fides non fuerit, ibi iustitia esse non poterit. [Omniumq̃. eax) Vt modestia, tẽperãtia, continẽtia, abstinentia. Nam bis virtutibus magis allicitur ad amandum aliquẽ, quam vel prudentia, vel fortitudine. Nam cum prudẽs est, aliqñ est superbus, & q fortis est, aliqñ est arrogans. Ac vero quem abstinentem, fidelemq̃. videmus, & iustum, facere nõ possumus qn eum semper diligamus. [Illud ipsum &c.) Maxime decorum perspicitur in virtute, quæ modestia dr̃, & diuiditur in modestiam, abstinentiam, temperantiã, & continentiã. [Natura sua) Sui ipsius ẽt si ab alio non honestetur. [Specie) Pulchritudine, in quo.n. has uirtutes videmus non possumos eum nõ amare. [Ex bis quas cõmemoraoi virtutibus) Iustitia, fide, temperãtia, facilitate. [Præterea) Pręter has causas, vt delectabile bonum, cum aliquem diligimus quod voloptati nobis fit. [Iccirco illos &c.) Natura ipsa inquit nos impellit, vt eus diligamus in quibos hæ virtutes fuerint quæ magis apparent. videlicet modestia, & temperanetia, & continentia.

Liberalitas & beneficẽtia & quo differant.

Decorum in virtute maxime cõspicitur.

AC primum.) Ostendit qũo beneuolentia à moltitudine cõparetur. Ordo est: Ac videamos primõ de illis trib. quæ dixĩ ante.s. de ptinentibus ad gloriæ acquisitionem, p̃cepta beneuolentiæ.i. quibus beneuolẽtia acquiratur, quæ qdẽ beneuolentia capitur.i. acquiritur maaime.i. pẽrpue beneficijs .i. per beneficia, aut maximis beneficijs, qd̃ noo placebit filom oĩo nis consideranti. Aũt pro sed, beneuolentia mouetur secundo loco benefica voluntate.i. per ostensionẽ volũtatis beneficæ.i. bene facere volentis, ẽt si.i. tametsi res.i. facultas benefaciendi non suppetit. Aũt pro sed, amor multitudinis mouetur.i. excitatur vehemẽter ipsa fama, & opinione liberalitatis, beneficẽtiæ, iustitiæ, fidei, q; , pro &, oium eax virtutũ, quæ pertinent ad mansuetudinẽ & facilitatem.i. lenitatẽ morum. Etenim.i. certe quia illod ipsom quod dicimus in primo.s. libro decoꝶ & honestum placet nobis per se.i. ẽt sine alterius virtutis accessione, & commouet.i. afficit sua natura & specie aĩos omnium, q; pro &, perlucet aut pellocet hoc est transparet & præeminet, maxime ex his virtutibos, qoas cõmemoraui. Iccirco cogimor diligere illos, in qbus remur.i. arbitramur, & opinamur eas virtutes esse. atque hæc, quæ dicta sunt grauissimæ.i. potissimæ caosæ diligendi, dico graoissimæ. Enim pro quia nonnullæ.i. aliquæ leuiores causæ.i. diligendi possunt esse præterea.i. insuper & præter ea quæ dicta sunt.

DOCT. interp.

CApitor beneficijs) Mirum cur non vitarit amphibologiã nam capitur beneficijs, qui dicitur, & delectatur beneficijs hic sentit beneuolentiam adipisci nos benefaciendo. [Amor multitudinis commouetur.) Commouetur pro excitatur, in bonam partem.

DOCT. interpr.

AC primum, &c.) De beneuolentia tractat, innuẽs amorem amore emi. [Quamobrem intelligentiæ, &c.) Occupatio cur virtutes, quæ tamen natura uidentur cohærere, diuellat à sese.

A R G V M E N T V M.

Quibus rebus efficiatur, vt nobis habeatur fides.

FIDES aũt vt habeatur, duabus rebus effici potest; si existimabimur adepti coniunctã cum iustitia prudentiam. nã & ijs fidem habemus, quos plus intelligere, q̃ nos, arbitramur; quosq̃. & futura prospicere credimus, & cũ res agatur, in discrimenq̃. ventũ sit, expedire rem, & cõsilium ex tpe capere posse: (hanc.n. oẽs existimant vtilem, veramq̃. prudentia) iustis aũt, & fidis hoĩbus.i bonis, ita fides hr̃, vt nulla sit in his fraudis, iniuriæq̃. suspicio: itaque his salutẽ nostram, his fortunas, his liberos rectissime cõmitti arbitramur. harũ igitur duarum ad fidem faciẽdam iustitia plus pollet, qppe cum ea sine prudẽtia satis habeat auctoritatis, prudẽtia sine iustitia nihil valeat ad faciendã fidẽ. Quo.n. qs versutior, & callidior est, hoc inuisior, & suspectior, detracta opinione pbĩtatis. quãobrem intelligentię iustitia cõiuncta, quantũ volet habebit ad faciendã fidem viriũ: iustitia sine prudẽtia multum poterit: sine iustitia nihil valebit prudẽtia. sed ne qs sit admiratus, cur, cũ inter oẽs philosophos cõstet, à meq̃. ipso sæpe disputatum sit, q vnam hr̃et, oẽs hr̃e virtutes; nunc ita seiungã, quasi possit quisq̃, qui non idẽ prudens, sit, iustus esse. alia est illa, cũ veritas ipsa limat̃ in disputatione, subtilitas; Alia cũ ad opinionem cõem oĩs accõmodatur oratio. quamobrẽ, vt vulgus, ita nos hoc loco loquimur, vt alios fortes, alios bonos viros, alios prudẽtes dicam⁹. popularibus.n. verbis est agendũ, & vsitatis, cũ loqmur de opinione populari. idq̃. eodẽ modo fecit Panęti⁹. sed ad ppositũ reuertamur.

PETR. MARS.

FIDES aũt) Nunc de secunda parte.i. fide dat p̃cepta, & docet qd sit agendum, vt nobis fides habeatur, vt.s. iustitiam babeamos & prudentiã. [Si eaistimabimur) Hoies exiltimabunt nos hr̃e prudentiam coniunctam cũ ipsa iustitia. [Nam & ijs fidem habemus) Probat id quod dixit per tres effectus ipsius prudentiæ, cuius munos est, intelligere, futura pspicere, & bene cõsulere cum oportet. [In discrimen) Periculum & ipse prudens scit in mediom, & ex tpe consulere, quod sit agendũ. [Ex tpe).i. statim & celeriter, quod signum est consummatæ prudẽtiæ. vnde eatemporalis oratio quasi subitaria. [Hãc) Quæ intelligit, futura prospicit, rem expedit, & cõsilium capit. [Iustitia etiam hr̃ fides) Quia putentur esse sine fraude & boni viri: qm̃ à iustitia boni viri denominãtor. [Fraudis doli) Deceptionis. [Iniuriæ) Quæ violẽtiam habet, & est cõtra iustitiam. nam iniuria gñaliter dr̃ esse, quod non fit iure. [Itaque) pp hoc qoia nulla est in ipsis sospicio fraudis & iniuriæ. [His) Bonis viris. [Fortunas) Dioitias, & opes, quæ sunt bona fortunæ. [Harum igitur) Comparat iustitiam, & prudẽtiam inter se, & dicit iustitiam plus valere quam prudentiam, ad faciendam fidem.i. ut alicui fides habeatur. [Pollet) Valet. [Quo enim) Rõ quare iustitia plus valeat [Qoo) Quanto. [Versutior) Astutior. Versoti dñr illi quorũ mẽtes celeriter vertuntur, callidi sunt qui hñt rerum experientiam. [Hoc) Tanto. [Detracta) Dempta opinione bonitatis & iostitiæ. [Qoamobrẽ) Concludit Cic. hanc partem. [Intelligentiæ) Prudentiæ. [Sed neq s sit admiratus) Excusat se Cic. cum ad multitudinẽ loquatur, quod virtotes natura connexas & copulatas adeo, vt superari nõ possint, seiungat. Nam data vna virtute, dantur oẽs, sed apud imperitam moltitudinem aliter loquendum est, oc rõ personaꝶ habeatur, quæ non intelligant exacte ipsas virtutes qoas separari posse arbitrant̃. [Illa subtilitas) Disputatio subtilis & acuta, vt decet philosophõ. [Limatur) Expolitur ab ipsis philosophis, & inqritur veritas. [Opinionem cõem) Multitudinis. [Vt vulgus) Vt multitudo opinatur, & sentit. [Popularibos) Acceptis ab opinione vulgi & popoli, nõ ea disciplina phoꝶ.i. vulgaris, & nõ excultis, atq; pprijs. [Opinione pop.) de re q̃ cadit in vulgi opinio

pinionē . qm̄ imperita multitudo opinatur aliquē esse posse prudentē,& non iustum,& sic de similibus.[Eodem modo) idē Panætius,quē ego sequor,ita disiūxit, secutus opinionē uulgarē . qm̄ oro est accūmodanda multitudini . Arist.in 6.Eth.loquens de cōneaione virtutum sic ait: Patet igitur ex dictis fieri non posse,vt sine prudētia sit homo proprie bunus,& absq; mor̄ virtute prudens.& post paulo dicit:Etenim cum Prudentia simul erunt oēs.

FRAN. MAT.

Fldes aūt &c.) Dixit de amicitia,nunc dicit de fide,quæ vnū fuit ex tribus,videlicet si diligit multitudo,si fidē habet.Docet ergo qūo fides quæri possit,& ostēdit qūo in ea magna tō consistit,vt hoium studia,consequi possimus . [Coniunctā cū iustitia &c.)Cur hoc dicat ipse Cic.rōnem subiūgit.nō.n.pōt iustitia siue prudētia ciues in concordia cōtinere;neq; oino esse,nā que Stoici dicebāt,nulla uirtus esse pōt absq; prudētia.Arist.quoque lib.6.Eth.cū prudētia dicit oēs uirtutes simul existere,& sine ea esse nō posse. Ad hoc aūt,ut ciuitatū status cōseruetur, utilior est amicitia quā iustitia,quod supra diximus.[Nā & ijs &c.)Multū his tribuitur q prudentes hñt,hinc ēt traditur regnū originē habuisse.Nanq; scr.Hero.Cum hoies ita uiuerent sine lege & sine rectore,ut oia pro libidine sua facerent, fuit in Media regione quidā noie Diocesis,q magna iustitiæ,& prudētiæ opinionem de se fecerat & hoies q ita iure ante victores erāt,si uiribus superiores fuissent,ad hūc venire cœperūt , & q iniuriam acceperant ab hoc petebat,vt ius inter se diceret , hic vero primo qdē verbis amicis placabat,& arguebat,quo pacto ille illi iniuriā intulisset, & qa hoies participes rōnis sunt,intelligebat ille q læsaret, se nō recte fecisse,& ita postea abstinebat,cū post aliquot annos ad hūc hoies venirēt,cœpit hic maiorē auctoritatē hře.Vbi aūt vidit hominū studia se adeptū,cœpit grauitate vti ; se raro populo ostendere,domiq. se cōtinebat,& si qs eum alloqui voluisset, primo facile ingredi pmittebat,deinde quasi labor grauior esset,recusabat, donec ad id puenit qđ cupiebat,vt rex eligeretur. & hic primus fuisse rex traditur in toto orbe terraꝝ.[Futura pspicere)Prudētiæ tres sunt partes,intelligētia,Memoria,Prouidētia . prima est reꝝ præsentiū ; altera præteritaꝝ ; tertia futuraꝝ. Cum ergo dixit futura pspicere intellexit prouidētiā.[Expedire rē) Per intelligentiā quæ psentia intelligit,& cognoscit , & consiliū pro tpis necessitate capit . Vr aūt prudentis esse,vt ait Arist. bene consulere posse circa illa quæ sibi bona,& vtilia sunt , nō particulariter ; puta qualia ad sanitatē,vel robur,vel vniuersaliter ad totius vitæ statū bene dirigendū , & prudentes illos dicimus q illa q̄ sibi , ab alijs mala sunt, & vtilia pspicere valent, & ij sunt q publicis priuatisq. rebus administrādis sunt apti.[Hāc) quæ pōt subito reb. periclitātibus subuenire . [Verā prudētia) Quæ cōstat ex tribus partibus superius dictis.Est.n.alia prudētia nō vera quæ falso prudētia uocatur,tū malitia , vel calliditas potius vocāda sit . Dr & astutia,quæ potentia quædā eiusmodi est, vt ad subiectā intētionē agat,& ad effectū perducat . Quod si id ad qđ intendimus rectū sit,laudabilis est,sin improbū tūc est dolus.Prudētia ipsa non est astutia,sed nō est sine hmōi astutia.[Iustis aūt & fidis &c.)vnō cū reliquo semper coniunctū est.Nam sicut sine fundamento stare paries non potest,ita iustitia sine fide, quæ iustitiæ fundamentum est.[Id est)Bonis ā iustitia boni viri noiantur,vt lib.2.dialec. [Fraudis suspicio)Non solum fraude carent iusti hoies, sed fraudis suspicione.[Itaque)Ergo qa nihil mali ab ijs expectamus sequitur vt illis oia nostra cōmittamus.[Horum igitur &c.)Cū iustitia,inqt,& prudentia ad id valeant plurimum,vt hoies se,& sua oia nobis cōmittant ; tū si inter se comparentur iustitia,& prudētia,anteponenda iustitia est . Nam si alterutrum eligendum sit, præponet populus principē iustum sine prudentia,quam prudentem sine iustitia, prudentiam aūt vulgarem intelligimus quā dixi astutiam vocari,non aūt illam veram . quod statim declarabit Cicero.[Ad fidem faciendam)Ad approbandum hoiem,& commendandum,vt ei nos,& nostra credamus . Quantumlibet aūtē sit prudens aliquis,nihil & credimus nisi iustus fuerit. [Haꝝ duarum)Iustitiæ,& prudētiæ.[Quippe cum ea &c.) Satis per se sine prudētia virium habet iustitia,sed prudētia sine iustitia nihil omnino valet,immo sine iustitia habet suspitionē malitiæ, & versutia,vel potius calliditas noiatur.[Quo.n.&c.)Vere inq̄ prudētia sine iustitia nihil valet ad faciēdā fidem,qm̄ quanto quispiam callidior est,& astutior,tāto illum odisse solemus magis. [Detracta opinione)Adēpta opinione probitatis,probitas conuenit cū iustitia,qa probitas,ad fidē spectat,is.n.est probus qa vitijs se prohibet.[Quamobrē &c.)Cum vtrunq; per se parꝝ sit , alterum alterius indiget auxilio.[Intelligētiæ)Prudentiæ. ā parte totū intellexit,intelligentia prudentiæ pars est.[Sed ne qs &c.)Quia dubitatio incidere poterat qūo separari ā iustitia prudentia posset , cum oēs philosophi consentiant oēs virtutes connexas ita inter se esse,vt altera separari ab altera non possit,ideo occurrit,& ne quis inquit existimet oblitum me esse eoꝝ quæ a phis disputantur,nullam virtutem aliq̄ solam hře posse,quin alias habeat; cū inter se connexæ sint,velim inquit oēs intelligant me nō ea philosophoꝝ loqui sniā, sed ex hoium opinione, qui alium dñt esse fortem,alium prudentem,alium iustum &c.[Inter oēs philosophos) Siue Stoici sint,siue Peripatetici,siue Academici,oēs enim idem dñt inter se oēs virtutes connexas esse & recte . Nam iustitia sine prudentia esse non potest, & nos paulo ante ostendimus (auctore Arist.) cum prudentia oēs virtutes simul existere . [A me ipso &c.)Vt in Tuscul.quæst.[Quamobrem) Ergo,qa multum interest vtrum secundum philosophos loquamur,an secundum vulgi opinionem.[Fortes)Vt Leonidas apud Græcos,& Othriades,apud Romanos Decij. [Bonos)vt Aristides,Cato.[Prudentes)Vt Pericles,Lælius . [Popularibus &c.) Quia cum loquimur de vulgi opinione , qđ existimat singulos singulas virtutes hře posse,ēt popularibus,& vulgaribus verbis vtendum est.[Idq. &c.)Nec nos soli sumus.Sed ante nos hoc idem Panętius fecit.

Diocesis.

Prouidentia est de futuris.

Iustitia sine prudētia habet vires satis.

Probus est qui à vitijs se prohibet.

Virtutes oēs inter se esse cōnexas certum est.

ASCEN.

Fldes aūt) Ordo est : Autem pro sed,pōt effici.i.euenire vt fides habeatur duabus rebus.i.p duas res.s.e aistimabimur .i.iudicabimur adepti sup.esse.i.acquisiuisse prudentiam cōiunctam cum iustitia.Nā nos hs.fidem.i.credemus his quos arbitramur intelligere plus q̄ nos,q; pro &,quos (sunt.n.duæ dictiones quosque) nos credemus prospicere i.puidere futura,& quos sup.cum res agatur.i.tractetur,q; pro &,ventum sit in discrimē.i.periculū ac dubium.Nos credimus posse expedire.i.extra pericula & impedimenta ponere rē,& posse capere consilium ex tpe ; etenim pro quia oēs existimant, hanc esse vtilem & veram prudētiam.Autem pro sed,fides hř hominibus iustis,& fidis.i.bonis, ita vt nulla suspicio fraudis,& iniuriæ sit in his . Itaque.i.ita nos arbitramur nostram salutem.i.vitæ incolumitatem, & fortunas .i.diuitias,& liberos.i.legitimam prolem nostram posse cōmitti his.i.horum protectioni . Rectissime igitur iustitia pollet.i.euidenter valet plus harum duarum.i.inter has duas virtutes,iustitiam.s.& prudentiam ad faciendam fidem . quippe.i.vt pote , qa cum.s.ita sit , quod ea.s.iustitia habeat satis auctoritatis.i.fidei & credulitatis sine prudentia : tū sup prudentia nihil valet ad faciēdam fidem sine iustitia Enim pro quia,quo.i.quanto quis.i.aliqs sup.est versutior, & callidior . hoc.i.tāto sup.est inuisior & suspectior.i.magis inuisos & suspectus opinione pbitatis detracta.i. ablata . Quāobrem iustitia coniuncta intelligentiæ habebit tm̄ sup.virium ad faciendā fidem,quantum sup.virium hře volet. Iustitia poterit multū sine prudentia,sed sup.prudētia nihil valebit sine iustitia, Sed neqs sit admiratus cur.i.quāobrem ego seiungā .i.separē nunc.s.has virtutes iustitiam & prudētiam.ita quasi qs q̄ possit esse iustus, q non idem.i.ēt sit prudens : cum constet.i.manifestū sit inter oēs philosophos.q; pro &,cum disputatū sit sæpe à me,eum qui hřet sup.vnam virtutem hře oēs virtutes, rñdit dicens : Alia est illa subtilitas cum ipsa veritas limatur.i.expolitur in disputatione , alia cum ois oratio accōmodatur ad opinionē cōem . Quamobrem nos loquimur hic,ita vt vulgus sup. loquitur,vt.s.dicamus alios viros sup.esse fortes,alios bonos.s.iustos , alios prudētes.Enim pro qa, agendum est.i.disserendū est verbis popularibus.i.vulgarib.de opinione populari.& Panętius phs fecit id eodē modo,vt.s.nos facimus . Sed reuertamur ad ppositū .

DOCT. interp.

CApere consilium) Dicitur non qui consulit alium,sed qui ipse repetit consilium .

ARGVMENTVM.

Quæ res multitudinis admirationem moueat : quæ contra contemptū .

ERAT igr̄ ex tribus,quę ad gloriā ptinerēt,hoc tertiū, vt cū admiratione hominum, honore ab his digni iudicaremur. Admirant̄ igitur cōiter illi quidē oia,quæ magna,& pter opinionem suā animaduerterūt ; separatim aūt in singulis,si pspiciūt nec opinata quædā bona : itaq; eos viros suspiciūt, maximeq. efferūt laudibus,in qbus existimant se excellētes quasdā & singulares virtutes pspicere;despiciūt aūt eos,& contēnunt,in qbus nihil virtutis, nihil aĩ , nihil neruorū putant. non.n.oēs eos contemnunt,de quibus

bus male existimāt.nā quos improbos,maledicos,fraudu
lētos putant,& ad faciendā iniuriam instructos,eos haud
cōtemnunt qdem,sed de ijs male existimant. quamobrē,
vt ante dixi,cōtemnuntur ij,q nec sibi, nec alteri ꝓsunt,
vt dr̄,in quibus nullus labor,nulla īdustria,nulla cura est:
admiratione quadā vero afficiuntur ij, q anteire ceteros
virtute putantur,& cum oī carere dedecore, tum vero ijs
vitijs,qbus alij nō facile pn̄t obsistere.nam & voluptates,
blandissimæ dn̄æ,sæpe maiores partes animi à virtute de
torquēt: &,dolorum cum admouent faces, ꝑter modum
pleriq; exterrētur: vita,mors,diuitię,paupertas oēs hoīes
vehementissime ꝑmouent.quę q in vtranque partē excel
so aīo,magnoq́. despiciūt; cumq́. aliqua his ampla,& ho
nesta res obiecta est,totos ad se cōuertit,& rapit, tum qs
nō admiretur splendorem,pulchritudinemq́. virtutis? er
go & hæc animi despiciētia admirabilitatem magnam fa
cit: & maxime iustitia,ex qua vna virtute viri boni appel
lantur,mirifica quędam res multitudini vr̄: nec iniuria:
nemo.n.iustus esse pōt,qui mortem,q dolorem, qui exi-
lium,q egestatem timet,aut q ea,quæ his sunt contraria,
æqtati anteponit.maximeq́. admirantur eū, qui pecunia
nō mouetur: quod in quo viro perspectū sit,hunc dignū
spectatu arbitrātur. itaq; illa tria,quæ proposita sunt ad
gloriam,oīa iustitia conficit; & beneuolentiā,ꝙ prodesse
vult plurimis; & ob eādem caussam fidem, & admiratio
nem,ꝙ eas res spernit,& negligit,ad quas pleriq; inflāma
ti auiditate rapiūtur. Ac,mea quidē sententia,oīs ratio, &
institutio vitæ adiumēta hoīum desiderat,in primisq́. vt
habeas,quibuscū possis familiares conferre sermones:qd'
est difficile, nisi speciē præ te boni viri feras. ergo ēt soli
tario hoī,atq; in agro viam agēti opinio iustitiæ necessa-
ria est,eoq́. ēt magis,ꝙ si eā non habebunt,iniusti habebū
tur; & nullis ꝑsidijs septi,multis afficiētur iniurijs. Atq;
ijs ēt,qui vendunt,emūt,conducunt,locāt, contrahēdisq́.
negocijs implicātur,iustitia ad rem gerēdā necessaria est.
cuius tāta vis est,vt nec illi quidem,q maleficio,& scelere
pascūtur,possint sine vlla particula iustitię viuere.nam q
eorū cuipiam, q vnà latrocinantur, furatur aliqd, aut clā
eripit, is sibi ne in latrocinio quidē relinqt locū. ille aūt,
q archipirata dr̄,nisi æquabiliter prædā dispertiat,aut oc
cidetur à socijs,aut relinquetur.quin ēt leges latronū esse
dn̄r,quibus pareāt,quas obseruēt. itaq; ꝑꝑ æquabilem ꝑ-
dę partitionē & Bargulus Illyricus latro,de quo est apud
Theopōpum,magnas opes habuit; & multo maiores Vi
riatus Lusitanus: cui qdem ēt exercitus nr̄i,imperatoresq́.
cesserunt: quē C.Lælius,is,q sapiens vsurpatur, ꝑtor fre
git,& cōminuit; ferocitatemq́. eius ita repressit,vt facile
bellum reliqs traderet. Cum igr̄ tanta vis iustitię sit,vt ea
etiā latronum opes firmet, atq; augeat; quantā eius vim
inter leges,& iudicia,& instituta reip.fore putamus? Mi-
hi quidem nō apud Medos solū,vt ait Herodotus, sed ēt
apud maiores nr̄os fruendæ iustitiæ causa vn̄r olim bene
morati reges cōstituti.nā,cum premeretur initio multitu
do ab ijs,q maiores opes habebāt, ad vnum aliquē confu
giebāt virtute ꝑstantem; q,cum ꝓhiberet iniuria tenuio
res,æqtate cōstituenda,summos cū infimis pari iure reti-
nebat. eademq́. constituendarum legū fuit caussa, quæ re
gum. ius.n.semper q́situm est æquabile,neq;.n.aliter esset
ius.id si ab vno iusto,& bono viro cōsequebantur,eo erāt
cōtenti.cum id minus cōtingeret,leges sunt inuentæ,quę
cum oībus semper vna,atq; eadē voce loquerentur. Ergo
hoc quidē perspicuum est, eos ad imperādum deligi soli
tos,quorū de iustitia magna esset opinio multitudinis.ad
iūcto vero hoc,vt ijdem ēt prudentes hr̄entur,nihil erat,
qd' hoīes his auctoribus nō posse consequi se arbitraren
tur. Omni igitur rōne colenda,& retinenda iustitia est,tū
ipsa ꝑꝑ sese, (nam aliter iustitia nō esset) tum ꝑꝑ ampli
ficationē honoris,& gloriæ. Sed vt pecuniæ quærēdæ nō
solū ratio est,sed ēt collocandæ, quæ perpetuos sumptus
suppeditet,nec solū necessarios,sed ēt liberales: sic gloria
& quærenda,& collocanda rōne est. q̄q̄ præclare Socra-
tes hāc viam ad gloriam proximā,& quasi compendiariā
dicebat esse,si quis ageret,vt,qualis hr̄i vellet, talis esset.
Quòd si q simulatione,& inani ostētatione, ficto nō mo
do sermone,sed ēt vultu stabilem se gloriam cōsequi pos
se rentur,vehementer errāt. vera gloria radices agit,atq;
etiam ꝓpagatur. ficta oīa celeriter tanq̄ flosculi decidūt;
nec simulatum pōt quisq̄ esse diuturnum. testes sunt ꝑ-
multi in vtrāque partem: sed,breuitatis caussa,familia eri
mus cōtenti vna. Tib.enim Gracchus,P.filius,tādiu lau-
dabitur,dum memoria rerum Romanarum manebit: at
eius filij nec viui probabātur à bonis, & mortui numerū
obtinent iure cæsorū. Qui igr̄ adipisci verā iustitiæ glo-
riā volet,iustitiæ fungatur officijs.ea quæ essent, dictū est
superiore libro. Sed,vt facillime,q̄les sumus, tales esse vi-
deamur; etsi in eo ipso vis maxima est,vt simus, ij, q hr̄i
velimus: tn̄ quędam ꝑcepta danda sunt. Nam si qs ab in-
eunte ætate habet caussam celebritatis,& noīs,aut à patre
acceptā,quod tibi,mi Cicero,arbitror contigisse,aut ali-
quo casu,atq; fortuna; in hūc oculi oīum conijciuntur,at
que in eo,qd agat,quēadmodum viuat,inqritur; &,tanq̄
in clarissima luce versēt,ita nullum obscurum pōt nec di
ctū eius esse,nec factum. quorum aūt prima ætas,ꝑꝑ hu-
militatē,& obscuritatem in hoīum ignoratione versāt,hi
simul ac iuuenes esse cœperūt,magna spectare, & ad ea re
ctis studijs debēt cōtendere. quod eo firmiore aīo faciēt,
quia non modo nō inuidetur illi ætati,verum ēt fauetur.

PETRVS MARS.

ERAT igitur.) reuertitur Cic. ad propositū & exe
quitur tertiam partem propositionis. (Tertiū.n.
erat) Si ipsa multitudo putat nos honore dignos.
(Admirantur cōiter) Ponit cōiter ea quæ hoies ad
mirātur,& qbus causis rōnibusq́. adducti aliquos
honores dignos putant. (Cōiter) Gn̄aliter & cōi
quodam cōsensu. (Præter opi.) q́ non ita magna esse opinabatur,
(Separatim) In singulis hoibus non cōiter. (Quędam bona) Vir
tutes quas inesse non arbitrabantur. (Suspiciūt) Admirātur. (Sin
gulares) Summas; qbus nulla pōt cōparari. (Despiciunt) Negli-
gunt & spernūt,atq; nullius momenti illos esse putant,q nullam
in se virtutem hr̄e vōr. (Despiciunt) Male de his q existimāt, &
ad id refertur suspiciūt. (Contēnunt) Nihil curāt,nec efferūt lau
dibus. (Animi) Fortitudinis & magnanimitatis. (Neruorū) Ro-
boris & pensi in rebus agendis,sed quędam mollicies,hoies.n.vi
les contēnunt despiciūturq́.,sed non oēs contēnuntur de qb9 ma
le existimatur,immo timentur.cū sint improbi,fraudulēti,male-
dici,& instructi.i.parati.& armati ad inferendam iniuriam. (Im-
probos) Insatiabiles,& malos.qm̄ nimis hr̄e cupiunt cum aliorū
iniuria. (Vt dr̄) Prouerbialis snīa est in hoies penitus inutiles.
(Industria) Est studiosus labor. (Admiratione quadam.i.eos mul
titudo admiratur,q putantur superare alios virtute,& uacant de
decore,& voluptatibus seuerissime obsistunt, & sic temperantes
sunt,& q non franguntur doloribus; & sic sunt fortes. (Anteire)
antecellere,ꝑstare. (Detorquent) Amouent,abducunt.qm̄ ꝑꝑ vo
luptates negligimus res honestas. Et Plato voluptatem escā ma-
lorum appellauit. qm̄ ea,vt Cic. interpretatur,homines capiun
tur, vt hamo pisces, & voluptas animi lumen extinguit, & im-

pedit consilium rõni inimica, & à virtute suis blãditijs mentem
detorquet. Verba Plat. in Timæo hæc sunt: Animam ipsam cum
mortali corpore clauserũt, totumq. corpus aiæ quasi vehiculum
subdidere, atq; in eo aliam aię speciem mortalẽ fecerunt, q graui
bus necessarijq. pturbationibus afficeretur, quaꝝ prima esset vo
luptas, esca maxima mali, dolorq;, inde fuga impedimẽtumq. bo
noꝝ. Idem Cic. in 1. de legib. sic ait: Imitatrix boni voluptas, ma
loꝝ aũt mater oium, cuius blanditijs corrupti, quæ natura bonæ
sunt, q a dulcedine hac & scabie scatẽt, non satis cernũtur. Arist.
in 2. Eth. sic ait: Difficilius est, vt Heraclito placet, voluptati repu
gnare, qoã iræ. & alibi: In vniuersis cauendũ est maxime à volu
ptate, nõ. n. incorrupti iudicamus pro illa. & in 6. dicit: Voluptas
iudiciũ de fine corrũpit. [Maiores partes aiæ) Rõnem ipsam cui
voluptas est inimica, & oculos mentis pstringens, intellectum à
sua sede detorquet. vnde voluptati nõ facile obsisti põt. [Et, dolo
rũ) Faces, ardẽtes dolores, q sunt graues motus in corpore sensi
bus inimici. [Pleriq;] Maior pars hoium. [Præter modũ) Vltra
modũ, ita vt fortitudo deseratur, quę est perpessio doloꝝ & labo
rũ. [Quæ supradicta) Quæ hoies permouent, cũ terribilia videã
tur & aliæ quæ valde optãtur. [In vtranque partẽ) Vt. s. despiciãt
voluptatẽ, paruifaciant dolores, forti aio & magno, & cum opus
est, vitæ suæ nõ parcant, mortẽ non timeant, nõ multum amẽt di
uitias, paupertate nõ frangantur. [Excelso) Humana despiciẽte.
[Magno) Magna & ardua appetẽte. [In vtrãque partem) Non ti
meant aliqd immodice, nec cupiãt, sed despiciant magno aio do
lores, vitã, mortem, paupertatẽ, & similia. [Ampla) Magna quan-
tũ ad virtutem. [Honesta) Ad id quod ex virtute sequitur. i. plena
honoris & dignitatis. [Obiecta) Ex posita ante oculos. [Et rapit)
Trahit. [Tũ) Cum aliqs speciis oibus alijs rebus, & terribilibus
& blãdis ad rem honestã se conuertit. [Splendorẽ) Quo ad famã.
[Pulchritudinẽ) Quantum ad essentiã ipsius virtutis. i. qs nõ ad-
miraretur tales hoies tm̃ splendorem & pulchritudinẽ virtutis:
[Ergo & hęc animi despiciẽtia) Concludit fortitudinẽ & magna
nimitatem mouere multitudinis admirationem, qm̃ vñr magna
quædam & supra hoies facere. & hoc est quod supra dixi admirã
tur oia quæ magna & pter suam opinionem animaduerterũt, &
sic apparet verã gloriam, & perfectam ex oibus virtutibus cõlla-
re. [Despicentia) Hic aius elatus qui oia humana despicit, & seip
so lõge inferiora putat. [Admirabilitatẽ) Facit vt multitudo ad-
miretur. [Et maxime) In primis iustitia mouet admirationem.
[Mirifica) Admiratione digna, & miris laudibus efferẽda. [Nec
iniuria). i. merito, & pbat hoc dicens. [Nemo. n. iustus) qm̃ iusti
hois est non timere mortẽ pro patria, dolorem, exilium, egesta-
tẽ, sic econtra vir iustus nõ debet præponere iustitiæ. [His cõtra
ria) Vitã voluptatem esse in patria, diuitias, & similia, quæ bona
summa imperitis vñr, qui voluptatem sequũtur tanq̃ bonum, &
dolorẽ & alia incõmoda fugiunt tanq̃ malum. [Non moueri pe-
cunia) Qui est liberalis, nõ curat pecunias, quæ sunt bona fortu
næ, & expeti debent non pp se, sed ob aliud, & nihil est tã angu-
sti animi quã amare diuitias, vt facit auarus q vilissimæ rei ser-
uit. [Spectatu) Honore, & quod ab oibus spectetur. [Itaque illa
tria) Cõcludit iustitiam oia conficere quæ ad gloriam ꝯñdam p-
tinent, qm̃ iustitia continet in se oẽs virtutes. [Tria) diligi a mul
titudine, quod fides habeatur, & quod honore digni putemur ab
his q nr̃a admirantur. [Conficit) Prestat sola iustitia. [Et bẽneuo
lentiam). s. conficit, declarat qũo iustitia conficit illa tria, quod
prodesse vult, hoc est munus iustitiæ, pluribus velle pdesse, & ob
hoc q a vult prodesse, beneuolentiam cõparæt. [Ob eandem cau-
sam) Qui vult prodesse plurimis. [Fidem cõficit) Quia illi tanq̃
iusto fidem adhibent. [Et admirationẽ). s. conficit ipsa iustitia, ob
hoc quod seqtur. s. quod eas res spernit, diuitias, honores, impia,
vitã, mortem, ad quę nõnulli rapiuntur magna auiditate Hoiem
ergo talia despicientẽ, & magno aio & elato maiora quędã appe
tentem oẽs admirantur, & gloriosum putãt, vnde opus est hẽc iu
stitiam vt diligamur, & fides habeatur, debemus esse fortes & ma
gnanimi, ut admiratione digni videamur & honore, & sic gl'iam
ꝯsequamur, & quæ ex his tribus cõstat, ut Cic. pposuit. [Ac mea
qdem snia) Dixit hactenus ad gloriam cõparandam opus esse iu
stitia, nũc persequtur dicens oẽm rõnem & institutionem uitæ hu
manæ desiderare auxilia hoium, quæ assequi nõ possumus, nisi si
mus iusti. Alij ẽt quoꝝ pfessiones describit, iustitiam hr̃e debẽt
& suas leges seruare, aliter vitæ cõmercium non seruabũt. ergo
oibus iustitia est necessaria, quod Cic. exẽplis ostẽdit. [Mea snia)
Vt ego sentio & mihi vr̃. [Omnis ratio) Omnis modus, & uia
viuendi. [Institutio) Omne genus uitæ, quod instituimus. i. desi
deramus adiumenta hominum in quocunque gñe uitæ, & quo-
modocunque uitã instituerimus. qm̃ natura nihil amat solitariũ

[In primis) Maxime & añ oia. [Familiares sermones) Cũ qbus
possis loq familiariter, & res ipsas cõicare. [Quod) Hr̃e cum q-
bus familiariter loquamur, nisi bonus vir habearis. [Speciem) ap
parentiã boni viri ostendas. [Ergo) Hoc seqtur ex premissis, cum
. s. ois institutio vitæ desideret & adiumẽta hoim. [Solitario) O-
cioso & q in solitudine cogitationi reꝝ vacat, & q in agro viuit.
[Opinio iusti) Quod habeat iustus. [Eo magis) . s. tãto magis est
necessaria. qm̃ nisi erũt iusti, videbũtur euecti in odiũ humanæ so
cietatis, & fugere hoim cõmercia, tanq̃ ab humanitate alieni, &
iustitia est ad cõitatem humanam, societatemq. tuendã. opus est
igitur iustitiæ opinione ipsi solitario, ne videatur iniquus, & hu-
manæ societati infensus. [Iniusti) Iniqui & mali viri, & cũ nullum
habeant psidiũ viuentes in solitudine, multas patiẽtur iniurias,
nisi habebũtur boni viri. [Septi) Muniti nullo hoim psidio & ad
iumẽto. qm̃ contẽnentur ab alijs & ludibrio erũt, iniurijsq. affi
ciẽtur. [Atque his ẽt) Ponit infimas hoim ꝯdõnes, vt ad maiores
ascendãt. [Qui vendũt) qbus opus est iustitia, quæ in societate
hoim versatur. [Cõtrahendis) Vltro citroq. obligãdis. contrahe
re est vltro citroq. se obligare, & cõtractus varij sunt in vita hu-
mana. [Pascũtur) Nutriũtur, vt sunt latrones, q vtuntur quodã si
mulacro iustitiæ distributiuæ. Distribuũt. n. æqualiter inter se id
qđ lucrati sunt. [Nã q eoꝝ) Declarat qua re ẽt latrones sine ali-
qua parte iustitiæ esse nõ pñt. [Furatur) p fraudẽ. [Eripit) p vim,
nõ poterit esse tutus inter latrones. [Ne in latrocinio, nõ modo
in alijs negocijs. ergo opus est iustitia, vt nõ decipiat socios Pla
in 1. de rep sic ait, An cẽtes ciuitatẽ aliq̃ vel exercitum seu latro-
nes siue fures uel quemuis cœtum hoim iniuste aliqd una aggre
dientium perficere posse quidq̃, si iniuria inuicem se affecerint?
seditiones nanq; iniustitia cõtentionesq. parit, iustitia uero cõcor
diam & amicitiam. [Archipirata) Princeps piratarum . i. eorum
q in mari latrocinantur. [Leges) qbus inter se latrones utuntur.
[Illyricus) Ex Illyria, quæ ab Illyrico filio Polyphemi denomi-
nata est. [Apud Theopompũ) qui ex Chio insula fuit discipulus
Isocratis, & historicus, cõdiscipulus fuit Ephori, quẽ calcarib. ege
re dicebat, Theopõpum uero fræno. Quin. loquens de Thucydi
de & Hero. dicit, Theopõpus his proximus in historia prædictis
minor, ita oratori magis similis, ut qui anteq̃ est ad hoc opus so-
licitatus, diu fuerit orator. scripsit Theopõpus epitomẽ historia-
rũ Herodoti duobus uoluminibus. Scripsit pterea res Philippi,
93. lib. scripsit ẽt res Græcoꝝ incipiẽs à fine historiæ Thucydides
& Xenophõtis. [Magnas opes) ingentẽ potentiã. [Viriatus Lusi
tanus) Plin. de uiris illust. ita scribit, Viriatus gñe Lusitanus, ob
paupertatẽ primo mercenarius, deinde alacritate uector, audacia
latro, ad postremũ dux bellũ aduersus Roma. sumpsit. eoꝝ Impe
ratorẽ Claudiũ Mamianũ. deinde C. Nigidiũ oppressit pacẽ a P.
R. maluit integer petere, q̃ uictus, & post ea bellum renouauit.
Cepio cũ aliter uincere non posset, duos satellites pecunia cor-
rupit, q Viriatum uiuo dpositũ peremerunt. quæ uictoria, quia
empta erat, non est pbata à Senatu. Causa Viriatini belli fuit
Serg. Galba, ut ait Sue. in uita Galbæ Imperatoris. Serg. Galba
uir cõsularis ipum suoꝝ eloquentissimus fuit, quem tradũt Hi-
spaniã ex pcura obtinentẽ, 30. Lusitanoꝝ millibus perfidia truci
datis causam belli excitisse. huius Galbæ Cic. meminit lib. 1. de
oratore. Alij tradunt Viriatũ occupasse totam Lusitaniam. & M.
Vectiliũ Imperatorem Romanum ingenti clade affectum fuisse.
deinde C. Plautiũ, postea Q. Fabium maximum æqs conditioni-
bus cum eo fœdus percussisse. Varij igr̃ sunt annales. nã Cic. alios
secutus Læliũ in prætura dicit fregisse Viriatum & in Bruto ait:
In bellica laude Viriati bello egregiũ fuisse Læliũ reppert. [Cef
serũt) Victi ab eo sunt, & fugati magna clade accepta. Lælius sa-
piẽs appellatus est, qm̃ legem agrariam omisit, pp quam Tyb. &
C. Gracchi postea interfecti fuerũt. De hoc paulo post latius dice
tur. [Vsurpatur) ooiatur. usurpare in hac significatione est frequen
ter uti. [Comminuit) opes attriuit, ut facile ab alijs uinci posset.
[Facile) exigui negocij, tñ nõ potuit uinci a Cepione nisi fraude
& pecunia, qua satellites corrupti ipm uiuo marcẽtẽ interemerũt.
[Cũ igitur) argm̃ a minori. Si igitur inqt in latrones multum
ualet iustitia, qd putandum est inter ciues? sed hæc latronũ iusti-
tia, per quandam similitudinem dr̃, alius certe est uir bonus, &
alius ciuis bonus. latro est uir malus, & tñ æquabiliter prædã in-
ter socios diuidit, in illa ciuitate. i. cœtu latronum dr̃ bonus ci-
uis. Vnde philosophus in 5. Eth dicit: Non est. n. idem fortasse
uirum esse bonum, & ciuem bonũ. [Opes) Potentiam. [Inter le
ges remp.) Legibus bene institutã. [Mihi q) Amplificat Cic. has
iustitiæ laudes, & dicit iõ creatos fuisse reges, ut iustitia seruarẽt.
[Apud Me.) Medi auct. Hero. lib. 7. prius uocabant Arij. inde à Me
dea Medi dicti sunt, siue à Medio filio Medeę & Iasonis, ut aliq
scribunt.

honori fuit & gloriæ.[De Crasso)qui admodũ adolescẽs,C.Carbonẽ accusauit.[M.Antonius)Orator q disputat apud Cic.i lib. de Or.auus fuit M. Antonij Triũuiri,quem Antoniũ oratorem Syllanas partes secutũ C.Marius necauit.[P.Sulpicij) Sulpicius C.Norbanum,q postea cũ Mario Iuniore cõsul fuit, accusauit, q seditiosus esset ciuis,& partibus optimatũ aduersaretur, quas Sylla contra Marianos obnixe fouebat.Dicebatur,C.Norbanũ bellũ aduersus Syllã instaurare,& ideo à Sulpicio accusatus est,q̃ accusatio famã eloquẽtiæ Sulpicio adolescẽn fecit. Sed hic accusare alios in 5.in Ver.actione scribit: Oẽs q alteꝝ,Iudices,nullis impulsi inimicitijs,nulla priuatim læsi iniuria,nullo pmio adducto in iudiciũ reip.causa vocãt, ꝓuidere debẽt non qd oneris in p̃ñtia tollant,sed ẽt quantum in oẽm vitam negocij suscipere conẽtur,legem.n.sibi inducũt innocẽtiæ,continẽtiæ,virtutumq. omnium,q ab altero rõnem vitæ reposcũt.(Reip.caussa)Pro vtilitate reip.[Vt duo Luculli)M.Lucullus & L.fratres.Lucullus auctore Plut.adolescẽs eum priuatus nullũ adhuc magistratũ gessisset,Seruilio auguri,q patrem accusauerat de peculatu, diẽ dixit. Visa est ea res clarissima Romanis & oium laudata cõsensu Id.n. accusandi studiũ, vel sine priuata occasione haud ignobile videbatur, qnimmo plurima delectatione eos mirari laudareq. iuuenes cõsueuerunt,quos scelestis ac flagitiosis hoibus ceu feris generosos catulos accerrime cernerẽt incũbentes in eo iudicio orta ꝯtẽtione eũ vulnerati qdam,quidã iussent occisi, euasit tñ accusationẽ Seruilius. Hæc igr̃ accusatio reip.causa fuit qm̃ accusauerũt Seruiliũ de peculatu.i.de furto publico. Lex Iulia de peculatu eos punit,q pecuniã vel remp.vel sacrã vel religiosam iurari fuerint.(Patrocinio)Cũ Cliẽtes nr̃os læsos defendimus.& Cic. patronus fuit Siculoꝝ cõtra Verrem, q p̃tor Siciliam expilauerat,in quẽ extãt Cic actiones.(Pro Sardis) Orationes Cic. pro Sardis cliẽtibus suis nõ extant, vnde huius patrocinij causa ignoratur.(Iulius)Cæs.orator L. filius de quo supra,q fuit frater Catuli.(Industria)Studiosus labor,L.Fufij venit in iucẽ, cũ Manliũ accusauit.(Semel igr̃) p̃cipit Cic. ꝯcludẽs raro accusandũ esse ipsis adolescẽtibus,tñ cum aliqñ fit,reip.tribuẽdum,nõ priuatæ vtilitati.[Sin erit)Si erit aliqs,cui necesse sit accusare,reip.causa accuset.[Hoc muneris)Offm̃ & laborẽ accusandi.(Cuius reip.)Debemus aiaduertere in illos,q reip.aduersant,quę oia ꝯtinet,& cuius debemus esse studiosi.[Tñ)quãuis oporteat accusare.tñ adhibeat quãdã mẽsura in accusando,ne aio ferino videamur esse,hõ eñ ab hoie nõ est alienus, vnde carpẽdi sunt maxime q studio accusandi tenent, & scelera fingũt vt animi efferatã libidioem expleãt,& iugulo alterius intẽti humanitatẽ deserũt,quo nihil põt excogitari demẽtius,nihil turpius, nihil denîq; libero hoie indignius.[Duri)Inexorabilis,feri.[Vel potius vix hois) Qm̃ deposuit humanitatẽ & nõ est hõ nisi nomine tñ,q alios in capitis discrimẽ adducit.[Id)In ferre periculũ capitis.i.vitæ.vnde capital, siue capitale crimẽ,quod pœna capitis luitur.(Periculosum ipsi) qm̃ parat sibi inimicos,& bonũ nomen si qd' habebat amittit,cũ accusator dici põt, qm̃ nati sumus vt ꝓdesse velimus quamplurimis,& ad humanã societatẽ tuendã,fouendamq. omni ope & auxilio.[Sordidũ) Turpe & obscœnũ.(Cõmittere) Efficere & peccare in hoc,vt possit accusator appellari. (Quod) Vt accusator nominaretur.[M.Bruto)Idẽ Cic.in Bruto scribẽs ad Brutum dicit: Ijsdẽ t̃pibus M.Brut.in quo magnũ fuit Brute vulnus gẽi vestro,q cũ tanto nomine esset,patremq. optimũ virum habuisset, & iuris peritissimũ,accusationes factitauerit, vt Athenis Lycurgus.Is magistratus nõ petiuit,sed fuit accusator vehemẽs & molestus,vt facile cerneres naturale quoddã stirpis bonũ degenerauisse vitio deprauatæ volũtatis. in 2.de Or.sic ait: In omni or̃one Crassus vel apud centũuiros cõtra Scæuolã, vel cõtra accusatorẽ Brutum. Fab.lib.13 sic scribit: Mutos aũt nasci & egere oi rõne latius fuisset,q̃ prouidẽtiæ munera in mutuã perniciẽ conuertere.(In primis)Inter primos.[Atq; ẽt hoc)Dat gñale p̃ceptũ,innocẽtem nunq̃ esse adducendũ in discrimen capitis,qm̃ id nunq̃ põt fieri sine scelere.(Arcessas) Accuses capitalis criminis. Arcessere aliquẽ,inqt Diomedes,accusare signat,& ab arceo nascitur,etenim aliũ accusare a maleficijs arcere est.(Nec tñ)Sẽsus est nemo innocẽs accusandus est. Nec est ꝯtra religionẽ defendere aliqñ hoiem nefariũ. hoc à Panætio accepit, q dicebat licere patrono ẽt nocentem defendere. & Cic.in hoc agit causam suã, q aliqñ defendit in iudicio nocẽtes.[Vt hoc) Neminẽ innocẽtẽ in iudicio capitis arcessere.(Religioni)Religio est metus dei, & scientia diuini cultus.Religio (vt ait Sulp.) dicta est quæ pp sanctitatem aliq̃ remota ac seposita à nobis sit,quasi à relinquendo dicta. Religiosi, inquit Macr. sunt qui facienda & vitanda discernũt.(Religioni)Sacro officio.[Nefarium)Sceleratũ.[Imperium erga patriam & ẽt religionem. [Aliqñ) Dicit non semper qm̃ id esset cõtra offm̃.Nam mali patrocinio confisi ad nocendũ irritarentur.Cũ Phocion Atheniẽsis vir probissimus reprehẽderetur, q hoiem improbum iudicio defendisset: At nemo bonus, rñdit, tali patrocinio indiget.[Multitudo)Populus q pp imperitiam, quid oino velit iustitia ignorat.(Consuetudo) Qm̃ tales defendere alij consueuerunt.(Humanitas)Qua ducimur ad hoiem cõseruandũ.Vñ Cæsaris clementia in delinquẽtes, atq; humanitas semper laudabitur,de quo Cic.in or̃one ꝓ M. Marcello : Nulla est tãta vis tãta copia,q nõ ferro ac viribus debilitari frãgiq. possit,vel aium vincere,victoriam tẽperare, iracundiam cohibere, aduersariũ nobilitate,ingenio,virtute p̃stãtẽ nõ modo extollere iacentẽ,sed ẽt amplificare eius pristinã dignitatẽ,hæc q facit non ego eũ summis viris cõparo,sed simillimũ deo iudico. Et pro Q. Ligario,Nihil est.n.tã populare q̃ bonitas. Nulla de virtutibus tuis plurimis,nec gratior,nec admirabilior misericordia est, homines.n.ad deos nulla re ꝓpius accedũt,q̃ salutẽ hoib' dãdo. [Iudicis est porit iudicis offm̃ in causis & patroni,qui eãm cliẽtẽ defendit.Socrates apud Pla.in apo.sic ait.Nõ.n.ad hoc sedet iudex, vt p gr̃am cõcedat,sed vt iudicet fm leges,atq; id iureiurãdo ꝓmisit non p gr̃am cuicunq; libuerit condonare.(Est iudicis)ptinet ad iudicẽ.(Patroni est tue.verisimile) qd' eũ videat esse cõtra offm̃ Cic.excusat se auctoritate Panætij Stoici,q hoc in suis officijs ꝓbat.(De p̃hia)q̃ veꝝ q̃rit,& iustitiã oibus anteponit, estq. magistra vitæ & expultrix vitioꝝ.Veritas,inqt Arist.1. Mor. oibus rebus anteponẽda est.(Maxime aũt) Dicit Cic.tũc maximã gloriã parari defensoribus,cũ aliquẽ oppressum à potentioribus defendunt,quos nõ timent pro veritate,& humanitate oraturi, vt ipse fecit ꝓ Rosc.cõtra Syllã & Chrysogonum hoiem nefandissimũ Sext.Ros.pater huius Roscij Amer.fuit diues & gr̃a & hospitijs huium nobilissimoꝝ florens, ad balneas Palatinas Romæ rediẽs à cœna occiditur. L. Cornelius Chrysogonus manceps hois nobilissimi factus est. Tria prædia Capitoni data sunt. Titus Ro.noie Chrysogoni in reliquas oẽs fortunas impetũ fecit, tandẽ eum huc Sext.Ros.filiũ ẽ medio tollere nõ possent,qm̃ Romã confugerat,& magna diligẽtia vita eius custodiebatur apud Cæciliã nepotis filiã,quæ ipsum domo eiectũ, fugiẽtẽ minas inimicorũq. tela recepit,q patrem necasset accusauerunt,quẽ Cic. or̃one q̃ ad huc extat defendit natus septẽ & 20 ann. L. Sylla Fœlici & Metello Pio Coss.[Adolescẽtes)Cũ essem adolescẽs.[Dominãns) Tyrãnice imperãns.(Opes)Summã potentiã.dominari ꝓprie est tyrãnice imperare. Fabius lib.xij.sic scribit : Neque erit perfectus Orator,nisi qui honeste dicere & sciet,& audebit.

PRima est igitur &c.) Dixit de his adolescentibus, q claro gñe,& q obscuro nati sunt,& qũo differant.Nunc ostẽdit qbus artibus cõsequi gloriã possint,& duas esse dicit rerũ bellicaꝝ & literaꝝ.(Multi) Vt Scipiones, Marius, & innumeri, de qbus historici scribunt.(Tua aũt ętas) Tibi fili difficilior p rẽ militarẽ aditus est ad gloriã.Nam hoc t̃pe natus es quo nõ iusta nec cõtra externos hostes,sed impia,& à ciuibus cõtra ciues gesta sunt bella.(Altera)Cæsaris.(Altera)Põpeij.[Quo tanta &c.) in hoc bello,inqt,q̃uis ciuile fuerit non modicam gloriã comparasti.[Alæ)Equium turmæ.Virg.Dũ trepidant alæ.Vnde alaris equites,ob hoc alæ dictæ sunt q a his pedites claudũtur alaꝝ iure, vndiq; .n.in lateribus exercitus eqtes disponebãt.[A summo viro) Põpeio.(Eqtando)Bene equitãdo inter æquales.(Iaculãdo) Hæ artes oẽs adolescentũ sunt fortiũ. [Tolerãdo)vt vigilias,inediã lõga itinera.[Pariter cũ rep.)q a victo Põpeio resp.occidit,& tua laus vna,nõ.n.habuisti postea vbi tuã virtutẽ exerceres.[Mihi ãt &c.)Qd' de virtute dixi noli existimes me ideo dixisse vt te laudarẽ,sed vt iuuẽtutis officia declararẽ.[Vt igr̃) Nũc trãsit ad aliã partẽ,videlicet qũo gloria cõparatur nõ viribus corporis,sed ingenij,vt studijs literaꝝ,p̃hiæ,iuris ciuilis.Nã q in his p̃stãtes sũt, magnã gloriã cõsequuntur.(Rõnem)Per p̃hiam cuius præceptis adolescentes bene viuendi rõnem discunt sectari. (Prima igitur cõmendatio)Prima laus adolescentis est,si moderatus fuerit, & temperãs,qualis adolescens Terẽtianus,de quo scriptum est: Sic vita erat,facile oẽs perferre,ac pati,Cũ qbus erat cunque vna ijs sese dedere: Eoꝝ obsequi studijs,aduersus nemini,Nunq̃ præponens se alijs,ita facillime Sine inuidia inuenias laudem, & amicos pares. Vnde seqtur cõmendatio probi serui sapienter vitam instituit.(Pietate in parẽtes)Vt eos veneratione ꝓsequantur, ut obsequentes sint,vt p̃mia nutricationis retribuãt.[In suos)quos caros h̃re debẽt.[Facillime aũt &c.) talis habetur quisq; quales ij sunt cum qbus versatur,& assiduam cõsuetudinem habet,nam veluti cõtagiosi morbi sibi adhærentes malæ societates inficiunt vnaq. conspecta liuorem ducit ab vna. Cic. à patre ad Scæuolam

FRAN. MAT.

Tales sumus quales sunt illi cum quib' versamur.

lam virum ea ætate pſtātiſſimū deductus fuerat,ut quoad puſſet, & liceret à ſenis latere nunq̄ diſcederet. Laudamus adoleſcētes, qui probos hærerent hoībus,contra nos improbamus, qui hære tent pa℞ honeſtis. [P.Rutilij) Hic quia domū P. Mutij Scæuolæ frequentabat iuriſconſulti pſtantiſſimi,nō illius auguris, de quo Cic.hanc opinionem de ſe eaercitauit, & innocens ſicut Mutius erat, & iuris periti ſſimus hītetur. Fuit is Rutilius orator cuius meminit Cic.lib.de Cl. Or. ad Bt. fuit conſul,& imperator tpe belli ſocialis.[Nā L.q dem Craſſus,)Quia dixerat eſſe nōnullo a qui pſidea in virtutibus maio℞ ſuo℞ hñt, alios q ſua ipſo℞ virtu te nituntur,ideo ſubiungit exēplum L. Craſſ. q non opinionem eloquentiæ fecit q cum aliquo oratore eloquentiſſimo cōſuetu dinem habuiſſet,ſed ſua ipſius virtute,cum Carbonem accuſauit repetunda℞ ex Aſia,hic eſt L.Craſſus qui inducitur lib. de Orat. [Non aliunde) A parētibus, aut conſuetudinē alicuius magni & eloquentiſſimi viri.[Ex illa accuſatione)Qñ accuſauit Cn.Carbonē repetunda℞ ea Aſia. [Aetate)Adoleſcentia. [Vt de Demoſthene accepimus:)Hic Demoſthenes pře natus eſt Macheropio ab officina gladio℞,quā egregiam Athenis habebat cognomina to,cū Oropi cauſam egiſſet Calliſtratus magni uūc nois orator, & ingēti fuiſſet admirationi,eius gloriā adoleſcens adhuc Dem. tunc amauit,& omiſſis ceteris diſciplinis ad id vnum ſe exercuit, vt dicendi facultatem nanciſceretur. Dem.priuatus parente cū eſ ſet adoleſcens crebro in iodiciū vocabatur, quare cum ei opus eſſet ſe defendere, exerceri cœpit io agendo, & eloquentiſſimus euaſit,maximamq. gloriā adhuc adoleſcēs adeptus eſt.[Ea ętate L.Craſſus)Eam laudē adoleſcens conſecutus eſt in foro. L. Cr. quam domi ſi ſe exercuiſſet conſecutus quoque eſſet.[Domi)qa ſi ſe exercoiſſet domi,& in loco priuato, laudatus fuiſſer.[Sēius eſt)Oſtendit in foro ſe id bñ agere,qđ ſi oñdiſſet domi,laudē me ruiſſet. Solebat adoleſcentes declamare, hoc eſt in fictis cauſis do mi,& in vmbra exerceri prius quā in ve℞ certameo prodirēt, & veras agerent cauſas,ergo Craſſ.adoleſcēs in foro egit pmeditatus,ſed cū ſumma laude,qđ ſi domi egiſſet,exercendi, & pparādi ingenij gratia vt declamantes ſolebāt,laudē adeptus eſſet.eſt aūt argm̄ à minori, ſi fuiſſet laudatus id agens domi, q s adoleſcens erat,quanto maiorem laudem merebatur in foro? [Sed cum duplex)Quia operibus corporis, & ai,gloriam cōparari poſſe dixe rat,& corporis quidem operibus res bellicas primum,ai aūt vim dicendi ineſſe diaerat,ideo nūc duo gña dicendi eſſe docet. Vnū

Comitas. in quo affabilitas eſt,& comitas,& ſermo vocatur. Alte℞ in quo grauitas,& contentio nominatur. Vtrunqoe oſtendit plurimum p ſe poſſe, ſed vtrunque coniunctū mi℞ in modum ad cōparandā gloriam valere.[Sed cū duplex)Oſtenderat vim dicendi multū valere ad cōparandā gloriam,& L.Craſſum adoleſcentē ea ac cuſatione Carbonis magnā gloriā adeptū fuiſſe,iden de vi dicēdi

Contētio. loqtur q̄ duplex eſt,ſermo,cui ineſt affabilitas,& comitas. [Con tentio)Quæ habet grauitatē,& aſperitatem quandā.[Sermo)In quo eſt affabilitas,eſt aūt affabilis,qui ſe comē,& benignum pbet cunctis. Nā ſermo eſt oro quotidianæ ſinitima locutioni. [Con tentio)In qua uis eſt maxima,& vehementia, & ſermone quidē inter familiares utimur. Contentione apud iudices, in ſenatu,in cōtentionibus ad populū. In foro cum vel accuſamus,vel defendimus: In ſenatu cū ſuademus,vel diſſuademus. In cōtentionib⁹ cum populū concitamus,vel deterremus, & hæc eſt vera eloquen tia,qa illū eloquentē vocamus,q ſiue in foro cām agit,ſiue in ſenatu ſniam dicit,ſiue ad populū oronem habet,oia copioſe,grauiter,& ornate facit. [Sed tō difficile dictu eſt,quantopere &c.) q̄ uis plurimū valeat contētio,tū dicit uix pōt exprimi,quantū & affabilitas valeat ad hoim ſtudia nobis concilianda.[Extant epiſtolæ &c.)Probat nūc auctoritate Philippi, Antipatri, & Antigo ni hanc affabilitatē plurimū valere in conciliandis hoim ais. Nā Philippus Macedonū rex filium Aleaandrū ſæpe epiſtolis ſuis ad monuit,vt ſe militibus affabilē pberet. Idem fecit Antipater ad Caſſandrū filium. Antigonus ad Philippū filiū.[Antipatri)Mortuo Aleaandro vnus ex Macedoniæ principibus Antipater fuit, & filius eius Caſſander,is cum militaret ſub Alexandro miſit ad eū epiſtolā pr̄,iu qua admonebat,vt ſi veller multitudini carus eſ ſe,comē,& affabilē ſe pberet.[Sic.n.accepimus) Qoia ſic ſcripſerūt clariſſimi hiſtorici. [Quæ aūt &c.)Ve℞ eſt illā affabilitatem, amabilē,& gratū hoiem reddere,ſed contētio,& grauitas,hoiem reddit honorificentiorē,& magnificentiorē.[Vniuerſam excitat gloriā)Videlicet apud oēs,& plebem,& eq̄tes,& ſenatores.[Magna eſt.n. &c.) Nā cū aliquē videmus ceteris orone pſtare,hunc

Grauitas & comitas admiratione quadā,ſimul & bñuolentia proſequimur. [Intelligere) Non.n.arbitrantur poſſe ſic oroare,& grauiter dicere,niſi et prudēs ſit,& intelligat.[Si vero &c.)Si vtrunque cōiunctū fuerit grauitas, & comitas, infinitū eſt quantū valeat ad alliciendos aios hoium,&.i.qđ probare intēdit hoc modo,duo ſunt dicendi gña,vnum in quo affabilitas eſt, alte℞ in quo grauitas cooſiſtit. Vnū qd: ſi ſeorſum cōſideres mi℞ eſt in gloria cōparanda. At vero ſi vtrūque coniunctā fuerit,mira q̄dā vtroq; gloria excitatur. qm̄ cū in quo cernitur oēs ſumma quadā admiratione pſequun tur,& colūt,atque obſeruant. [Mixta modeſtiæ &c.) p modeſtiā affabilitatē accipito,grauitatē,contentionē. [Eoq̄. magis &c.) qa cū feruentiores ſoleāt eſſe adoleſcētes, ſi in ipſis modeſtia elu cet,cū grauitate plurimū cōmonēt admirationis.[Sed cū ſint plu rima &c.)Proſeqtur oñdere,qūo p vim dicēdi gloriā aſſeqmur, & cū,inqt,ſint multa cauſa℞ gña, pcipue acqritur gloria iudicia li,cū in foro aliqs,aut accuſatur,aut defendit.[Gña)Cauſa℞,de mōſtratiuū,deliberatiuū,iudiciale, ſed iudiciale eſt potiſſimū ad gloriā cōparādā.[Apud iudices,)In foro vbi accuſat & defendit. [Apud ſenatū)In curia vbi ſuadetur,uel diſſuadetur aliqd.[Maxima eſt &c.) Plus admirationis excitat adoleſcens in iudicijs,q accuſatio,vel defenſio plus habet difficultatis,& grauiore, ac vehemētiore indiget orone,huc accedit, q magnupe delectat mul titudo,& admiratur,cū videt intrepide cōtra potētes,aut ſeditio ſos,alijsq. formidabiles dici.[Duplex rō)accuſatio,vel defenſio. [Accuſatio pbata &c.)Sicut adoleſcēs Craſſ.accuſatione Carbonis laudatus eſt. At vero Sulpicius C. Norbani,quo℞ vterque & potēs erat & ſeditioſus. [Antonios) Cōtra frēs Cœlios, p qbus dicebat Curio,auct.ipſe Cic.lib.de Or. [Etiā P.Sulpicij eluquentiā accuſatio)De hoc Cic. Antoniū loq introducit ſic de Sulp. Vidi ſtatim indolē,& admiratus ſum, nec diutius ſiui tps amittere. nā dū adhortatus ſum,vt ludū ſibi putaret fo℞,& anno poſt accu ſauit Norbanū ſeditioſum ciuē defendēte me.[Sed hoc qdē &c.) Licet accuſatio magnā gloriā,& laudē paret,tū nō eſt ſæpe accuſandū,ne nomē accuſatoris turpe,& inuidioſum imponat adoleſcēti,niſi.[Reip.cauſſa)Quotieſcūq; reip. pderit accuſari aliquē, id facere turpe nō eſt.[Vt duo Luculli)Qui ſeditioſos accuſarūt ciues reip.cauſa. Intelligit aūt L.Lucullū,& M.Lucullū filiū,illū acutū,hūc priuati,publiciq. iuriſperitū fuiſſe ſcr.lib.de Cl.Orat. Cic.L.Lucull⁹ cū adhuc adoleſcēs nollū geſſiſſet magiſtratū, Ser uilius augurē à quo pr̄ fuerat accuſatus,peculatus accuſauit,laudatusq. pp ea mirifice eſt,& accuſatio oē & iudiciū euaſit, Seru. auct. Plut.[Aut patrocinij,)Hoc eſt vt eos defendas,quo℞ patro nus ſis,q te patronū ſuū delegerint,ſicut Cic.Siculi,& Sardi delegerūt, p Siculis dixit cōtra Ver. Patronus eſt q aliquē defendit ī iudiciu,is q defendit,Cliēs vocatur,vñ patrocinio defenſio.[Defendēdo)qa dū accuſat Verrē, Siculos defendit, & ipſe in Diuin. ſic ait: Quo in negocio tñ illam me res iudices cōſolatur,q hęc q̄ vr̄ eſſe accuſatio mea non potius accuſatio q̄ defenſio eſt exiſtimanda. Defendo.n.multos mortales multas ciuitates pouinciam Siciliā totam. [Pro M.Albutio &c.)Quē reū repetūda℞ accuſauit Iul.Cæſ.i.filius de quo eſt añ dcm̄.[L.Fuſij)Hic Maniliū accu ſauit maieſtatis,& laudē eximiā eſt adeptus.[Semel igr̄ &c.).ſ.ac cuſandū ex accuſatione ſemel,aut certe nō ſæpe q̄rēda gloria eſt ex accuſatione.[Tribuat)Qđ ſi inqt ſępius accuſandū eſt,tribua tur reip.hoc eſt fiat cā reip.[Modus tñ adſit).i.mēſura,& finis, vt nō q̄rere videamur leues accuſandi occaſiones.[Duri.n.&c.)ſiqs in accuſando verſari diutius voluerit,crudelitatis famā nō effugiet. M.Bt.cū multos accuſaret infamiæ dabat,& ipſe publicus ac cuſator appellabat.& certe humanitatis obliuiſci vr̄, q vitā hoīs ſæpe inuadit.[M.Bruto,)De hoc Cic.lib.de Cl.Orat. ad Brut. Iſ dē tpibus M.Brutus,in quo magnū fuit Brute vulnos gñi veſtro, q cū tāto ē noie eſſet,patrēq. optimū vi℞ habuiſſet & iuriſperitiſſimū,accuſationē factitauerit,vt Athenis Lycurgus.is magiſtratus nō petiuit,ſed fuit accuſator vehemēs, & moleſtus, vt facile cerneres naturale quoddā ſtirpis bonū degenerauiſſe vitio deprauatę volūtatis.[Atq; ēt hoc &c.)Hoc inqt pceptū diligēter cuſtodiēdū eſt,ne aliquē innocentē hoiem accuſemus,qđ fieri ſolet ſimulate,maleuolētia,& largitione nobis ab aliquo facta.[Nam qd &c.)Sine ſcelere inqt fieri nō pōt ſi innocētē accuſas,& q hoc facit offm̄ eloquētiæ puertit,quā natura ad bonū dedit,nō malū, qđ ſi ad malū data eſſet,nō mater eſſet oā q̄ rē tā egregiā ad malū dedit,ſed nouerca,vt ait Quin.[Ad bono℞ &c.)Cic.in Rhet. diſputat eloquētiā vtilē eſſe,nec itelligi poſſe verā eloquentiā ſine ſapiētia.[Nā)Sæpius obeſt q̄ pſit,& reuera ſi malo viro adiūcta fuerit publicis priuatisq. reb. pnicioſius nil erit.bonū virū oportet oratorē eſſe qualē diffiniuit Cato.[Nec tñ &c.) ſcia hæc eſt. Scelus eſt accuſare inocētē, ſed ecōuerſo nocētē aliqñ defendere ſcelus nō eſt,& hoc qdē tolerabile eſt,illud vero nunq̄. nō ſemp valet argm̄,ecōtrario,cum eadē rō oppuſitorū ſit, & nō ſequitur qa ſcelus eſt accuſare innocētem,ſcelus eſſe nocentē defendere,

quoniam

qm̄ illud nunq̄,hoc aliq̄n permittitur. [Vt hoc fugiendū).s.accu
sare innocentē.[Religioni)Timor,& religio sibijnuicem cedūt,
nam metus pro religioni,hęc ꝑ meto accipitur,vt apud Terent.
Nihil dicere religio fuit. &, Liuium consulē creare religiosum
fuit,hoc est metuendū lib.3.ab V.C.[Nocentem)Quia delique-
rit in hoiem.[Impium,& nefarium)Cuius scelus ad Deus & reli

Impius
Nefarius

gionem ptineat.Nā impius est contra parentes, contra patriam,
contra Deos. Nefarius,cuius tm̄, & tam graue scelus sit,vt ei a-
qua,& igni interdicatur,& ne ad far quidem admittatur.hoc est,
ad sacrificia q̄ sine mola non fiebant.Mola aūt erat far tostū sale
aspersum,sic dicta,ꝙ ea victima,& cultri aspergerētur.[Vult hæc
multitudo) Sæpe.n.populus nocentibus fauet, quod aliquod ab
his beneficiom acceperit. Hoeat. qui sororē occiderat,& dignus
erat morte beneficio populi supplicio ereptus fuit. [Consuetu-
do) Consueuerunt.n.multi hoc facere C. Norbanus pniciosus
ciuis,à M.Antonio oratore defensus est. Milo à Cic. [Humani-
tas)Si amicus fuerit,& benefecerit vt Milo Cic.[Iudicis est &c.)
Rō cur liceat aliq̄n nocentem defendere,qm̄ aliud est offm̄ iudi-
cis,aliud est patroni.illius est veꝝ sequi, quantū licet et cogno-
scere,huius vero non semper veꝝ, sed nonnunq̄ verisimile, & sic
mendacium dicere. nā cōsentiunt morales pħi dici posse menda
cium,si modo ex illo aliquid mali vitari possit, vt bellum, cædes
hois,& hmōi nostra fides,nunq̄ vult nos mendacio vti, ēt si vni-
uersis terraꝝ orbis seruari possit. & permittendū potius,ot per-
eat quam mendacium dicatur.[Patroni,nōnunq̄ verisimile,)Li-
cet patrono verisimile dicere,& si ꝑsuaserit,illud iudex non vt ve
risimile,sed vt veꝝ sequetur. (Qđ scribere,&c.)Cum pħi sit veꝝ
quærere,contra pħoꝝ professionem vr̄ esse qđ dicit Cic.de pħia
scribens aliq̄n licere falsum dicere,rñdet, & ōndit se auctoritatē
magni pħi secutum,qui idem fecit, nam idem ei vr̄ licere patro-
no aliq̄n qđ non veꝝ,sed verisimile sit,defendere. [Stoicoꝝ) Ex
quo magis sibi licere ostendit, si id Stoicus fecit non Epicureus:

Stoicorū dogmata fuerūt seuerissima.

nam Stoicoꝝ dogmata fuerunt seuerissima. [Maxime aūt &c.)
Dixi accusatione gloriam sibi adolescentes parare,sed multo ma
iorem parabunt defensione. ꝑsertim si imbecilliorem contra po
tentissimom defenderint, & eum qui formidabilis sit: nā id glo
riam,& amorem multitudinis excitat adolescenti, iudicatur.n.
forti,& libero esse aio,&maxime probitatis studiosus.[Circūue
niri)Opprimi.[Vt nos &c.)Suo ipsius exemplo vtitur. accusatus
est S. Ros.Am. quod patrem occidisset subornatis accusatoribus
à Syllæ propinquo C.Chrysogono, vt damnat bona inuaderet,
Cic.contra Chrysogonum defendit magno aio, moltū io tpa &
Syllam licet occulte inuectus anno ętatis 27.auct.Eus.lib.de rep.
Cor.nepos dicit causam S.Ros.egisse Cic 3.& 20.ætatis anno do
mināte Sylla. Fenest.6.& 20.Gel.7.& 20.dixisse affirmat,fuit aūe
prima quam in iudicio egerit,& adhuc extat,licet incōpleta. ve-
ritus Cic.ne Syllam offendisset,Athenis contendit, & se pħiæ to
tum dedidit. Audiuit Antiochom Aschalonitam pħm excellen-
tem, Romamq̄. inde post triēnium regressus est. Ameria vrbs est
Italiæ in Vmbria, sic ab Amerio heroe conditore vocata.

ASCEN. PRima igitur) Ostendit offm̄ adolescentis ad gloriam cōpa
randam,& est ordo: Igitur prima cōmendatio ad gloriam
sup.acqrendam est adolescenti ex bellicis rebus,si qua .i. si
aliqua sup.gloria pōt comparari.i.acqri ex rebus bellicis, in qua
.s.gloria reꝝ bellicaꝝ multi extiterunt apud maiores nostros .i.
priscos Rom.enim,pro quia bella gerebantur sup.apud illos fe-
re semp. Aūt,pro sed,ò Marce fili sup.tua ætas incidit in id bellū,
cuius.s.belli altera pars s.Cæsariana,habuit nimium sceleris, al-
tera.s.Pompeiana habuit sup.parum felicitatis, in quo tn̄ bello
cum Pōpeius.i.Magnus ꝑfecisset te alteri alę.i.alteri ordini eqtū
in morē alaꝝ ꝑ corpus exercitus volitantiū,tu cōsequebare.i. cō
sequebaris magnā laudē,& .i.pariter a summo viro .s. Pōpeio, &
ab exercitu,& hoc eqtando,iaculādo, & tolerādo oīa labore mi
litari,atque qdem.i.certe ea tua laus cecidit.i.perijt cū rep.q.d.si
resp.mansisset incolumis,gloria tua quoque incolumis esset,aūt
pro sed,hæc oratio.i.disputatio,est suscepta mihi.i.a me nō de te
sup.solo,sed toto gn̄e.s. adolescentuloꝝ,q̄obrem ꝑgamos ad di-
cendum sup.ea q̄ restant. Igitur vt.i.quēadmodum opera ai sunt
in aliquis rebus multo maiora, q̄ opera corporis, sic hæ res quas
ꝑsequimor.i.quas obtinere volumus ingenio, ac rōne, sunt gra-
tiores illis quas sup.ꝑsequimur viribus. Igitur prima cōmenda-
tio.s.ad gloriam ꝑficiscitur.i.oritur à modestia .s. modi obserua-
tione in oībus rebus,tum.i.deinde sup.oritur à pietate.i.pia cul-
tura,in.i.erga parentes,& beneuolentia in.i.erga suos.s.familia-
res & necessarios. Adolescentes cognoscūtur facillime,& in opti
mam partē,q contulerunt se ad claros & sapientes & bn̄ cōsulē-
tes viros,qbus sup.viris si sup.adolescentes sunt frequētes .i. mul
tum familiares,ipsi afferunt populo opinionē .i. faciūt populum
opinari se.s.adolescentes fore.i.futuros esse similes eoꝝ .s. viroꝝ
sapientum. (& hoc in moribus,vnde giō vsus est) quos sup.viros
ipsi delegerunt.i.de alijs elegerunt sibi ad imitandum. domus P.
Mutij Scæuolæ.s.cōmēdauit adolescentiam P.Rutilij ad opinio-
nem.i.existimationem,& .i.pariter innocentiæ,& .i.pariter scien-
tiæ iuris .i. ad opinandū de eo qđ futurus esset innocens & iuris
peritus,vt Mutius Scæuola. Nā quidē.i.certe,L.Crassus cū esset
admodum.i.valde adolescens,non mutuatus est.i.nō accepit mu-
tuo aliunde.i.ab aliquo alio,sed ipse peperit.i.acqsiuit sibi maxi-
mam laudem ex illa nobili & gloriosa accusatione .s.C.Carbo-
nis,ex qua ætate iuuenili.i.ij sup.qui exercentur.s.accusando,so-
lent affici laudibus,vt.i.quemadmodū nos accepimus de Demo-
sthene,qđ.s.sic laudibus affectus sit L.Crassus,ostēdit. Ea ætate.i.
cum esset eius ætatis.s.iuuenilis se facere iam optime in foro, id
præmeditatum quod poterat,ēt tum .i. tali ætate meditari domi
suæ sup.cum laude.Sed cum rō orationis sit duplex, in quaꝝ alte
ra sit sermo.i.familiaris allocutio,& in quaꝝ sup.altera sit cōten
tio.i.iuridica concertatio,id nō est dubium, qn cōtentio habeat
maiorem vim ad gloriam orōnis.i.de orōne ꝑāda,enim,pro qa,
ea s.contentio est,quam dicimus eloquentiam.Sed tn̄ difficile di
ctu.i.vt dicatur vel ad dicendum est,quantopere.i. quantum vehe
menter comitas.i.suauitas,q;, pro &, affabilitas sermonis conci
liet.i.sibi beneuolos & amicos faciat aios hoium. Epistolæ extāt
.i.adhuc in reꝝ natura sunt,q̄ .s. sunt Philippi regis Macedonum
ad Alexandrū.i.Magnum filium eius,& Antipatri vnius ex prin-
cipibus Alexandri ad Cassandrū filium eius,& Antigoni alterius
principis,& Alexandri successoris,ad Philippū filium eius.s.Anti
goni,trium prudentissimoꝝ sup.viroꝝ (accepimus.n.sic.i.audiui
mus prudentissimos fuisse) qbus.s.epistolis ꝑcipiunt .i. mandant
filijs suis,vt alliciant aios multitudinis ad beneuolentiam orōne
benigna.i.comi & affabili,& deleniant .i. mitigent & mulceant
milites appellando sup.eos sermone blando. Aūt, pro sed,orō q̄
hr̄ in multitudine cum contentione .i. disceptatione, ea excitat
sæpe vniuersam.i.totam gloriam.Enim pro quia,magna est glo-
ria dicentis copiose & sapienter,quem .s. dicentem hi q audiunt
arbitrantur sæpe,&.i.pariter intelligere, & ēt sapere plusq̄ cete-
ros. Vero,pro sed,si grauitas mixta .i. cōmixta modestiæ inest in
orōne,nil potest fieri admirabilius.i. quod magis admirentur au
ditores. Eoq̄. .i. pro tanto magis sup.admirantur ea si sint in ado
lescente.Sed cum plurima sint gn̄a causarum,q̄ desiderāt eloquē-
tiam, & cum sup. multi adolescentes assecuti sint laudē dicendo
.i.eloquendo in nostra rep. & .i. pariter apud Senatum, maxima
etiam admiratio est in iudicijs, quoꝝ iudicioꝝ duplex est ratio.
Nam.s.ratio iudicioꝝ constat & accusatione & defensione,qua-
rum.s.duarum rōnum,& si.i.q̄q̄ defensio est laudabilior, tn̄ accu-
satio est ēt per se .i. valde sæpe probata. Ego dixi paullo ante de
Crasso quod.s.accusando laudem assecutus sit. M.Antonius ora
tor.s.adolescens.i.cum adhuc esset adolescens,fecit idem.i. accu-
sando laudem meruit. Accusatio ēt illustrauit eloquentiam P.
Sulpicij,cum.i.qn̄ vocauit in iudicium C.Norbanom ciuem sedi
tiosum & inutilem.Sed quidem.i. certe hoc.i.accusare non est fa
ciendum sæpe,nec vnq̄ sup.faciendum est,nisi aut causa reip.vt .i.
quemadmodum duo Luculli sup.fecerunt,aut patrocinio .i. im-
pendendo patrocinium amicis,vt.i.quemadmodom nos sup.feci
mus pro Siculis,& pro Sardis.i.pro omnibus de Sicilia & Sardi-
nia,& vt sup.Iulius.s.Cæsar orator sup. fecit pro M.Albutio. In-
dustria.i.studiosa exercitatio L. Fusij est cognita etiā in accusan-
do Manlio. igitur semel sup.i. id faciendum est aut certe (si sup.
plusquam semel tm̄)non sæpe sup.faciendum est. sin.i.sed,si aliq a
sup.erit cui faciendum sit sæpius,tribuat hoc muneris.i.hoc offi-
cium,& hunc laborem reip. cuius.s.reip.non est reprehendendū
vlcisci sępe inimicos,tamen modus.i.moderatio adsit. Videtur.n.
sup.esse duri hominis,vel potius vix hominis,immo ferarum in-
ferre multis periculum capitis,committere.i.pati,vt nominetur
accusator.i. periculosum,tum.i.pariter ipsi. s. accusatori,tum .i.
insuper sordidum ad famam. Quod .i. quæ res contigit M.Bru-
to nato summo genere, & filio illius, qui fuit peritus in primis
.i. inter primos iuris ciuilis, atque hoc præceptum officij quod
sequitur est tenendum etiam diligenter, ne accersas .i. accites
ad voces vnquam,quem .i. aliquem innocentem in iudicio capi-
tis .i. vbi est periculum vitæ. id .n. nullo pacto potest fieri sine
scelere. Nā quid est tam inhumanū,quam conuertere ad pestem
& perniciem bonoꝝ sup.viroꝝ eloquentiam datam a natura ad
salutem hominum & ad conseruationem? Nec pro & non,& tn̄
hoc non est habendum .i. reputandum contrarium religione:
ita .i. intantum,vt .i. quantum est fugiendum, scilicet defendere

aliquando nocentem & impium nefarium. Multitudo.s.populi vt hæc consuetudo patitur, hæc & ēt humanitate .i. humana clementia fert.i.patitur, aut vt dñt importat, hæc est iudicia.i. ad iudicem pertinet sequi semper vera in causis patroni est.i. ad patronum, hoc est defensorem ptinet nōnunq̃ defendere verisimile, et si sit non vera.i.non omni vera. Quod sup. præceptum aut dictū ego non auderē scribere, pſertim cum scriberem de phi.a (quę veri seuera amatrix est) nisi idē placeret Panætio grauissimo Stoicorum. Aūt, pro sed, & gratia.i.beneuolentia & gloria, patitur.i.acquiritur maxime defensoribus, & eo.i.pro tanto maior, si accidit qñ.i.aliqñ ut subueniatur ei qui vr̃ circunuenire.i.opprimi & deludi, q; . pro &, vrgeri opibus alicuius potentis, vt.i.quemadmodum nos & alias.i. alio tpe sæpe & adolescentes.i. cum essemus adolescentes fecimus contra opes L. Syllæ dominantis pro Sex. Ros. Am. quæ oratio.t qua id fecimus, extat vt scis.

DOCT. interpr. PRima igitur) Studia adolescentum, quæ existimationem augent rei militaris. (Tum pietate) Adnotatur pietas erga bene meritos. (Si frequentes sunt) Consuetudo cum bonis viris.

ARGVMENTVM.

Duplex liberalitatis genus, & quatenus ad conciliandam multitudinem adhibendum.

SED, expositis adolescentium officijs, quæ valeant ad gloriam adipiscendā, deinde de beneficentia, ac liberalitate dicendum est. cuius est ratio duplex. Nam aut opera benigne fit indigentibus, aut pecunia. facilior est hęc posterior, locupleti presertim: sed illa lautior, ac splendidior, & viro forti, claroq; dignior. q̃q̃ .n. in vtroq; inest gratificandi liberalis voluntas: tamen altera ex arca, altera ex virtute depromitur. Largitioq;, q̃ fit ex re familiari, fontem ipsum benignitatis exhaurit: ita benignitate benignitas tollitur: qua quò ĩ plures vsus sit, eo minus in multos vti possis. At, qui opera .i. virtute, & industria benefici, & liberales erunt, primū quo pluribus profuerint, eo plures ad benigne faciendum adiutores habebunt: deinde, consuetudine beneficentię paratiores erunt, & tanquam exercitatiores ad bene de multis promerendum. præclare in epistola quadam Alexandrum filium Philippus accusat, quod largitione beneuolentiam Macedonum consectetur. Quid te, (malum) inquit, rationis in istam spem induxit, vt eos tibi fideles putares fore, quos pecunia corrupisses? an tu id agis, vt Macedones nō te regem suum, sed ministrum, & pbitorem putent? quo quid sordidus regi? Melius etiam, quod largitionem corruptelam dixit esse. Fit .n. deterior, qui accepit, atque ad idem semper expectandum paratior. hoc ille filio: sed præceptum putemus omnibus. Quamobrem id quidem non est dubium, quin illa benignitas, quæ constat ex opera, & industria, & honestior sit, & latius pateat, & possit prodesse pluribus. Non nunquam tamen est largiendum: nec hoc benignitatis genus omnino repudiandum est & sæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum, sed diligenter, atque moderate. multi .n. patrimonia effuderunt inconsulte largiendo. quid autem est stultius, quam, quod libēter facias, curare, vt id diutius facere non possis? atque etiam sequuntur largitionem rapinæ. cum .n. dando egere cœperunt, alienis bonis manus afferre coguntur. Ita, cum, beneuolentiæ comparandæ caussa benefici esse velint, non tanta studia assequuntur eorum, quibus dederunt, quanta odia eorum, quibus ademerunt. quamobrem nec ita claudenda est res familiaris, vt eam benignitas aperire non possit; nec ita reseranda, vt pateat omnibus: modus adhibeatur, isq; referatur ad facultates. Omnino meminisse debemus id, q̃ à nostris hominibus sæpissime vsurpatum, iamq;. in prouerbij consuetudinem venit, Largitionem fundum non hr̃e. Etenim quis potest esse modus, cum & idem, qui consueuerunt, & illud idem alij desiderent? Omnino duo sunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales: prodigi, qui epulis, & viscerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum, venationumq;. apparatu pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut breuē, aut nullam sint relicturi omnino: liberales aūt, qui suis facultatibus aut captos à prædonibus redimunt, aut æs alienū suscipiunt amicorum causa, aut in filiarū collocatione adiuuant, aut opitulantur vel in re quærēda, vel augenda. itaque miror, quid in mentem venerit Theophrasto in eo libro, quē de diuitijs scripsit: in quo multa præclare, illud absurde. est .n. multus in laudanda magnificentia, & apparatione popularium munerum: taliumq; sumptuum facultatem, fructum diuitiarum putat. mihi aūt ille fructus liberalitatis, cuius exempla pauca posui, multo & maior vr̃, & certior. Quāto Aristoteles grauius, & verius nos reprehendit, qui has effusiones pecuniarum non admiremur, quæ fiunt ad multitudinem deliniendam. at ij, q̃ ab hostibus obsidentur, si emere aquę sextarium mina cogerentur, hoc primo auditu incredibile nobis videri, oẽsq;. mirari: sed, cū attenderimus, veniam necessitati dare: in his immanibus iacturis, infinitisq;. sumptibus nihil nos magnopere mirari; cum pſertim neque necessitati subueniatur, nec dignitas augeatur; ipsaq; illa delenitio multitudinis ad breue ips exiguūq;. duratura sit, eaq;. à leuissimo quoque aio, in quo tñ ipso vna cum satietate memoria quoque moriatur voluptatis. Bene ēt colligitur, hæc pueris, & mulierculis, & seruis, & seruorum simillimis liberis esse grata; graui vero hoĩ, & ea, quæ fiunt, iudicio certo ponderanti, probari poss. nullo modo. q̃q̃ intelligo, in nostra ciuitate inueterasse iam bonis tpibus, vt splendor ædilitatum ab optimis viris postuletur. itaque P. Crassus cum cognomine diues, tum copijs, functus est ædilitio maxime munere. & paullo post L. Crassus cum oim hoĩm moderatissimo Q. Mutio magnificentissima ædilitate functus est. deinde C. Claudius, Appij filius: multi post, Luculli, Hortensius, Silanus. oẽs aūt P. Lentulus, me consule, vicit superiores. hunc est Scaurus imitatus. Magnificentissima vero nostri Pompeij munera secundo consulatu: in quibus oĩbus, quid mihi placeat, vides. vitanda tñ est suspicio auaritiæ. Nā Mamerco, hoĩ ditissimo, prætermissio ædilitatis Consulatus, repulsam attulit. quarẽ, &, si postulatur à populo, bonis viris si nō desiderantibus, at tñ approbantibus, faciendum est, modo pro facultatibus; nos ipsi vt fecimus: &, si qñ aliqua res maior, aut vtilior populari largitione acquiritur; vt Oresti nuper prandia in semitis decumæ noĩe magno honori fuerunt. ne Marco quidem Seio vitio datum est, quod in caritate annonæ asse modium populo dedit. magna .n. se, & inueterata inuidia, nec turpi iactura, qñ erat ædilis, nec maxima, liberauit. sed honori summo nuper nostro Miloni fuit, quod gladiatoribus empti reip. causa, q̃ salute nostra continebatur, oẽs P. Clodij conatus, furoresq; cōpressit. Caussa igitur largitionis est, si aut necesse est, aut vtile.

vtile,in his aũt ipsis mediocritatis regula optima est. L. quidem Philippus Q. Fabij filius magno vir ingenio, in primisq. clarus,gloriari solebat, se sine vllo munere adeptum esse omnia, quæ haberentur amplissima. Dicebat idem Cotta Curio. Nobis quoque licet in hoc quodam modo gloriari. nam pro amplitudine honorum,quos cũ ctis suffragijs adepti sumus nostro quidem anno, qđ contigit eorum nemini,quos modo nominaui, sane exiguus sumptus ædilitatis fuit. Atque ẽt illæ immensæ meliores,muri,naualia,portus, aquarum ductus, omniaq́., q ad vsum reip. pertinent. quanquam .n. quod pñs tanquã in manu datur,iucundius est: tñ hæc in posterum gratiora, theatra,porticus,noua templa. Verecundius reprehendo pp Pompeium: sed doctissimi non probant,vt & hic ipse Panætius,quem multum in his libris secutus sum, non interpretatus; & Phalereus Demetrius,qui Periclẽ principem Græciæ,vituperabat,ꝙ tantam pecuniam in pclara illa Propylea coniecit. Sed de hoc genere toto in his libris,quos de rep. scripsi,diligenter est disputatum. Tota igitur ratio talium largitionum genere vitiosa est,temporibus necessaria,& tum ipsa & ad facultates accommodanda,& mediocritate moderanda est.

PETR. MARS.

Sed,expositis) Postq̃ exposuit ea qbus gloria,adolescẽtibus paratur, exequitur id quod supra ꝓposuerat. nã loquens de largitionibus dixit, male res se habet,cũ id qđ virtute effici debet,tentatur pecunia.Sed qm̃ nõnunq̃ dicebat hoc subsidiũ necessariũ est,quemadmodũ sit vtẽdũ eo,dicemus,si prius de his rebus q̃ virtuti ꝓpiorea sunt dixerimus.quã partem postq̃ Cic.absoluit,quę virtuti ꝓpior est,vtitur trãsitione disputaturus de liberalitate atq; beneficẽtia,probatq́. pluris esse opera & studio alijs adesse quã pecunia,& sic vtilius & laudabilius industria magis quã pecunia beneuolentiã cõparare & gloriã, atq; alios alios demereri. Et qm̃ beneficia aut ad singulos aut ad vniuersos ptinent,prius dicit de his quæ ad singulos spectant,inde de his,q̃ ad vniuersos & ad rẽp.ibi,Sed qm̃ de eo gñe.(Cuius) Beneficentiæ,qua beneuolentiã quærimus & gloriã. (Ratio) Modus dup. qm̃ duobus modis benefici esse possumus.(Ratio).i.natura qualitas & ꝓprietas. (Nam aut opera) Probat quare est duplex rõ, & sic ponit duplicẽ modũ ipsius beneficentię.(Opera) Labore & industria,vt cũ aliquẽ oppressum gratuito defendimus, aut docemus,consulimusq́. cuspiã quod illi maxime expediat.(Facilior) Qm̃ diues facile põt indigentibus subuenire. (Sed illa) Quæ fit opa & ingenio.(Lautior) Maioris famę,copiosior, laudabilior, & magnificentior. Lautus dr̃ sumptuosus & opulentus. Iuuen. de Regulo, qui se lautum atque beatum Exiguis tabulis ac gẽma fecerat vda.(Splẽdidior) Maioris splẽdoris & gloriæ.(Quidquam.n.)Ratio qua re est dignior claro viro. (In vtroque) In opera p̃standa atque pecunijs.(Altera) Quæ fit pecunia, ꝓcedit ex arca. (Altera) q̃ fit studio & opera ꝓcedit à virtute. ergo quanto virtus p̃stabilior est pecunia,tanto p̃stabiliora sunt officia,q̃ à virtute ꝓficiscuntur,officijs,q̃ à pecunia manant.(Largitio q̃ fit) Ab effectu vtriusque ostendit liberalitatem,q̃ à virtute ꝓficiscitur,esse præstabiliorem pecuniaria largitione.(Exhaurit) Fontem,qm̃ largiendo pecuniæ absumuntur, & dum benigni largitionibus esse volumus, ipsa benignitas tollitur, qm̃ pecunijs consumptis, tali benignitate erga alios vti non possumus,cuius contrariũ est in virtute.(Fontem) Ipsas pecunias,q̃ sunt fons qdam, à quo manant riuuli.i.actus liberales. (Tollitur:) Consumitur. (Qua benign.) In dandis pecunijs.(Quò) Quãto.(Eo minus) Multo minus. qm̃ consumptis pecunijs,non põt actus liberales exercere. (At,q opera) Probat à contrario effectu duplici.s.ex causa virtutis beneficentiam p̃stabiliorem esse quantũ ad alios, & ẽt ad se. (Primum) Ponit primam causam quo ad alios. (Quo) Quanto, (Eo) Tanto. (Adiutores habebũt:) Qm̃ hi qui ab alio adiuti sunt virtute,doctrina,consilijs,& similibus,pñt & ipsi iam edocti alios adiuuare vnde carpendi sunt hi,q musas vendunt,quas ipsi ab alijs gratuito acceperunt,qm̃ hõ hoi prodesse debet maxime officijs & prudentiæ pceptis tradendis, vt Cic facit, & oẽs phantes studiose factitarunt,relinquentes posteris pręcepta ad bene beateq́. viuendum,quibus alij bene instituti alijs prodesse pñt. (Deinde) Ponit alteram partem quantum ad se qm̃ ipsa consuetudine liberalitatis hoies cupiunt alios opera sua & studio demereri. (Ad bene de multis ꝓmerendum) Promereor interdũ signat beneficia confero. Virg.lib.4 Ego te q̃ plurima fando Enumerare vales,nunq̃ regina negabo Promeritam.i.te dedisse & in nos contulisse beneficia,q̃ potes enumerare. Promereri aliqñ est idẽ qđ mereri & demereri,vt in hoc loco. Vñ dicimus,de multis bñ ꝓmereor.i.in multos beneficia confero,& bene meritus sum de rep.in quã beneficia & operam meã cõtuli. ideo dicit Cic.ad bñ promerendũ de multis.i.vt in multos talia officia cõferant. (Præclare) Confirmat id quod dixit auctoritate & snia Philippi regis Mac.qui filium Alex.reprehendit,qđ largitionibus arbitraretur Macedones reddere sibi fideliores.(Præclare) Bene & prudẽter. (Consectetur) Parare studeat,& aucupari. (Quid te malũ) Hæc erant verba Philippi.i. q̃ mala mens & rõ hoc tibi persuasit, & q̃ imprudentia? Malum aliqñ est aduerb. interpositæ indignationis.Gell.Quæ,malum,ratio ista est? & Plin. Quæ malum ista dementia? Terent.quid hoc malum infelicitatis? (Id agis,) Ad hoc deuenis,id acquiris.(Præbitorem) Diribitorẽ.i.diuisorẽ & distributorẽ à diribendo. inde diribitorium, de quo in reformatione latius. (Quo qđ sordidius regi?) .s. esse dixit.i.turpe & indecorũ. (Melius ẽt).s. dixit qm̃ largitionẽ dixit esse corruptelam,qp̃ vt superiori volumine dcm̃ est,largitio accipitur in malã partem ad aurã.s.popularẽ captandam & hoies corrumpendos.(Fit n.) Deterior,ꝓbat quare largitio melius dicatur corruptela. (Ille) Philip p̃cipit hoc filio,sed ꝓdest oibus.(Quamobrẽ) Cõcludit Cic. per ea q̃ iam dicta sunt,benignitatem & beneficentiam q̃ industria constat,honestiorẽ esse,& latius patere. qm̃ ad plures se extẽdit, qđ manifestissimũ est. (Honestior) Plus honoris afferẽs & laudis. (Et latius pateat,) Ad plures se extendat,& pluribus prosit. (Nõnunq̃ tñ) q̃uis,inquit Cic.illa sit laudabilior, tñ & hac liberalitate pecuniaria cum opus est, vti debemus seruatis oĩbus circunstantijs,q̃ superiore lib.dictæ sunt,cum de ipsa liberalitate agebatur.(Hoc benignitatis genus) Liberalitas pecuniaꝶ. (Idoneis) Qm̃ dandũ est qbus oportet,& quantũ oportet,& non quibusuis,& quãtũuis. (Sed diligenter,) Ponit modũ,ne largitione facta temere & nulla habita rõne rei familiaris patrimonia effundantur.donandũ igitur est pro rõne facultatũ. (Impertiendũ,) Dandũ. (Multi.n.) Probat ab effectu quare si diligenter & moderate largiendum & Arist.dicit in 4.Moral. liberalẽ oportere esse similẽ scienti,vt latius loco suo dcm̃ est. (Effuderunt) Temere di largiti sunt,& patrimonia consumpserunt.(Inconsulte) Imprudenter,nec ꝓ rõne facultatum.(Quid aũt est stultius) q. d. nihil, immo prudentis est,q stulto opponitur curare vt id,qđ libenter facit,diutius facere possit.(Atque ẽt) Ponit aliud malum,qđ sequitur ipsam largitionẽ.Illi.n q patrimonia effuderunt,rapinis animum intendunt,qđ est contra iustitiam, & sic maius odiũ sibi parãt rapiendo,quã gratiã largiendo,quo nihil põt esse dementius.(Studia) Voluntates,beneuolentia. (Quãobrẽ) Dat optimũ p̃ceptũ, quo tali largitione vtendũ sit,hoies.s.non dr̃e auaros esse nec ꝓdigos,sed largiẽdũ esse ꝓ facultatibus.(Benignitas) Liberalitas. (Reseranda,) Aperienda,vt oẽs possint illam accipere,qm̃ esset ꝓdigalitas.(Modus) Mẽsura,mediocritas sm̃ facultates .i. diuitias & patrimonium.Largitionẽ Cic reprobat oino,asserens ꝓuerb. antiquoꝶ,q dicebant Largitionẽ nõ hr̃e fundum i. finem & modum,qm̃ hi q accipere consueuerunt,id semp desiderant, & illud idem alij, vñ fit ꝓcessus in infinitũ, quousque oia exhausta sint. (Modus adhibeat,isq́.) Fiet ꝓ rõne diuitiaꝶ.(Vsurpatum) Sæpe dcm̃. (Nostris hoibus) Romanis remp.gerentibus. (Fundum) Finem.(Etenim qs põt) Declarat qđ intelligatur hic ꝑ fundũ,fundus.n.est ima pars alicuius rei,q̃ aliqđ continet, & fundum dicimus finem. Vñ Sen. dicit,Sera parsimonia est in fundo lib.i.epist. ita scr.Nã vt visum est maioribus nostris. Sera parsimonia est in fundo.non.n.tm̃ minimum in imo,sed pessimum remanet, modus,mensura,finis. (Illud idem) Largiri aliqui non cõsueuerunt, ẽt desiderent vti largitione ad captãdos fauores.(Oino duo sunt gña) Ponit duo gña eoꝶ q alijs largiuntur, ꝓdigos,q improbantur,& liberales q iusta laude digni sunt. (Prodigi) Declarat qui sint ꝓdigi. (Epulis) Epulũ ꝓprie est publicũ cõuiuium,qđ in ꝓpatulo frequentibus ciuibus exhibetur in magnificentiæ ostẽtationem. Epulæ sunt cibi in nr̃m vsum comparati Dapes sunt in sacrificijs. Lucullus epulũ sæpe p̃bebat,& Crassus bellicũ epulum populo dedit,& tres minas in singula ciuiũ capita. (Viscerationibus) Visceratio est cũ carnes crudæ dantur populo & noie visceratonis veniunt res cõparatæ ad mensam,sed tñ incoctæ. In ferijs Latinis dabantur carnes in Albano Latinis tm̃. Vnde Cic.in

orat.pro Pl.volens oñdere paucitatem Latinoꝝ dixit, Quibus
è municipijs vix iam qui carnem Latinis petant inueniuntur. Vi-
sceratio dicta est à viscere.i.carne. nam viscus est quidquid latet
sub cute.[Gladiatoꝝ)Gladiatores exhibebãtur in theatro,& in-
ter se digladiabantur ad spectantium oblectationem, quoꝝ ma-
gister lanista dicebatur. gladiatores,vt auct.est Str.Rauennæ edu
cabantur optime & cõmode.Hæc quæ prodigo tribuit Cic. Arist.
in 4.Moral.magnifici munus esse dicit his verbis. Ad magnificen
tiam pertinent ea,q̃ pro rep.liberaliter fiunt, vt si aliquo in loco
ludos splendide facere oportere putant,aut pfecturas subire na-
uium,aut ẽt epulum publicum exhibere.[Profundunt) Prodiga
liter absumunt. Lact.lib 6.dicit, Ludoꝝ celebrationes deoꝝ fe-
sta sunt,si quidẽ ob natales eoꝝ, vel temploꝝ nouoꝝ dedicatio-
nes constituti sunt, & primitus quidem venationes, q̃ vocantur
munera,Saturno attributæ sunt.[Liberales aũt,)Declarat,q sint
liberales,& qđ sit eoꝝ ufficiũ.[Æs alienũ)Si obęratis amicis sub-
ueniunt,& pecuniam quam ipsi debent,creditoribus soluunt, &
hoc est dissoluere æs alienum.[Collocatione) Cum amici filias
maritant,nam collocare filiam maritare est.[Opitulantur) Opẽ
afferunt ad q̃rendam rem familiarẽ,aut augendã.[Itaque miror)
Miratur Cic.Theophrastum laudasse id,qđ ipse ad prodigũ pti-
nere dixit,laudatq. Arist.q talia reprehendit.[De diuitijs) Theo
phrastus Arist.discipulus vnum librum de diuitijs scripsit, in quo
disputat fructum & vsum diuitiaꝝ esse magnificentiam , & ea in
quibus magnificentia spectetur.[Præclare,)Optime & laudabi-
liter dixit.[Illud absurde) .s.dixit.i.male,rõni minime consonũ.
hæc duo opponuntur absurdum,& id,quod est consonum rõni ,
oẽ necessarium est consonum rõni,at non econtra. Impossibile
collocatur sub absurdo,sub consono rõni collocatur necessariũ.
Absurdum est cum malus vir laudat iustitiam , at non impossibi-
le.Oẽ impossibile absurdum est,sed non oẽ absurdum est impos-
sibile. Ideo Arist.dicit j. phys. si absurdum decet appellare id,qđ
esse non põt . Cic.accipit absurdum largo modo .i. minime rõni
congruũ quod probat dicens.[Est.n.multus)Copiosus,& multa
verba in hoc consumit. dictũ est supra qd sit magnificentia.[Mu
neꝝ)Spectaculoꝝ quæ populo exhibentur ad oblectationẽ.Mu-
nus absolute sigñat id,quod gladiatores exercent,postea cũ addi
tione pro alijs actionibus accipitur, vt munus, orandi, legendi.
Cic.accipit hic munera ꝑ omni appatatu spectaculoꝝ, q̃ populo
exhibebantur,q̃ munera,vt Cic.vr̃,prodigi sunt non liberalis.cõ
fundit Cic.liberalitatem & magnificentiam,sed propriũ vtriusq;
munus loco suo dem̃ est.[Facultatem) Potentiam . [Quẽ potui)
Vt redimere captiuos,æs alienum dissoluere, & similia quæ ad li
beralitatem ptinere dixit.[Grauius)Prudentius,& maiori sniaꝝ
pondere.[Effusiones)Profusas largitiones . [Deliniendam.) Ad
captandum populi fauorem,quod bonum ciuem non decet. [Ac
ij,qui ab hostibus obsidentur,) Inqt Arist. admirantur oẽs pecu-
niaꝝ effusiones,& probant,sed si hi qui obsidentur tpibus addu-
cti plus æquo pro vita tuenda,agendaq. impendunt,oẽs mirãtur.
& impossibile vr̃,& tanq̃ rem prodigam vituperant,cum tñ illud
permittatur pp necessitatem . quod cum ita sit mirantur tñ, &
damnant,sed probant & inanes iacturas & sumptus infinitos,qđ
est absurdissimum,& contra prudentiã,accusare.s.eos qui obsessi
sextarium aquæ mina emunt,quod concedendum est,at non vi-
tuperare eos,qui in re non necessaria effundunt pecunias.Incon
ueniens est igitur illud damnare & hoc laudare.[Hoc)Emere se-
xtarium aquæ mina Rhemnius Fanius in opusculo de ponderi-
bus & mensuris dicit, Ex quo sextari numen fecisse priores Cre
diderim,quod eos capiat sex congius vnus. Accipe ꝑterea paruo
quam noie Grai Minam vocitant,minam sed eam dicere poetæ.
Centum hæ sunt drachmæ,quod si decerpseris illis quatuor,effi-
ciens hanc nostram denique libram.[Videri,)Videretur.[Mira-
ri,)Pro mirarentur . [Sed,cum attenderimus,) Cognouerint,&
intellexerint .i. quamuis cognouerint dari veniam necessitati .
[Iacturis,)Damnis & pecuniaꝝ effusionibus . iactura proprie est
damnum,quod fit in mari, sed accipitur pro quocunque dãno &
bonoꝝ effusione.[Immanibus)Magnis. [Infinitisq.) Immensis
non magnopere mirari, ꝑ non valde miramur, cum non subue-
niatur necessitati. [Dignitas) Hois laus,& virtus . [Delenitio)
Conciliatio fauoris popularis. [Exiguumq.) Qđ minus est quã
breue.[Quoque anno)Quocunque anno leuissimo. Suet.4. quoq;
anno dixit.[in quo tñ ipso)In quibus sumptibus,& populi dele
nitione.[Satietate)Fastidio.[Liberis)Natis ex ingenuis paren-
tibus, qui pp abiectum aium & leuitatem seruis simillimi sunt
grauibus aut viris & nihil sine rõne agentibus non placet.[Cer-
so)Firmo,stabili,vero,indubitato.[Quanq̃ itelligo,)Dixit Cic.
talia non placere grauibus viris,& in se pensi aliquid hñtibus,vt

notet Romanoꝝ instituta & disciplinam,qui ab optimis viris in
ædilitate spectacula & sumptus inanes postulabãt. [Inueterasse)
uellet, priuatim multis nocebat, cum illis possessiones extorqueret, q eas multo tpe possederant. (Antiquari) Abrogari. Antiquari nunc lex dr̃ qñ in pristinum redigitur, quia reditur ad id quod prius erat. (Male) Non populariter tm̃, sed ẽt male. (Multa). s. egit, quia dum concionaretur, & populum ad legem ferendam hortaretur. Non est ferendum (inqt) Quirites, vt quæ cõia esse deberent, ea à paucis possideantur. & subdidit: Non sunt in ciuitate duo millia hoium qui diuitias, & opes possideant. Cũ oẽs diuitiæ pop R. diuisæ sunt inter duo millia hoium, magna malignitas inquit est, & nullo pacto sustinenda: (Rem haberẽt) .i. diuitias, non sunt nisi duo millia hominum q diuites sint, reliq pauperes sunt. (Capitalis oratio) Perniciosa, & quæ capitis periculum induceret. (Ad æquationem bonoꝝ pertinens &c.) Quid enim sibi uoluit Philippus cum dixit, nõ sunt in ciuitate &c. nisi vt diuitibus bona auferrẽtur, & uiritim diuiderentur? sicq́. æquarent. quod fieri nõ poterat, nã vt ait Florus, reduci plebs in agrũ vnde poterat, sine possidentium euersione? Qui ipsi pars populi erãt, q relictas sibi à maioribus sedes ætate quasi iure hereditario possidebãt. (Nã & si duce natura cõgregabantur hoies &c.)

Natura hoies in vnum cõueniunt.

Natura hoies in vnum cõueniunt. Nam hõ est animal ciuile, delectatur societate & cõsuetudine alioꝝ hoium. (Spe custodiæ rerũ suaꝝ &c.) Vt suæ res custodirentur. (Danda ẽt opera est) Ne quod apud maiores nr̃os sæpe fiebat &c. Nunc transit ad id quõ videlicet liberalis accipiat, nunq̃ inquit liberalis accipiat, nisi cũ necessitas cogit. Est n. propriũ liberalis vt libentius eroget quã accipiat, sed in præscriptum est tempus, videlicet cum necesse fuerit. (Ærarij tenuitatem, assiduitatem bellorum triburum &c.) Cum id exhaustum fuerit, tunc n. imminentibus bellis tributa imperare cogebant. (Prouidendum) Vt nõ expectemus ingruentẽ necessitatem, ut aliunde pecuniã parare non possimus nisi tributũ imperauerimus. Multo n. ante ꝓuidere debemus ut pecuniæ adsint, & cõmeatus, arma, & alia necessaria. Tributũ dictum quod à multis tribuitur, vt ait Iurecõsultus. (Sin qua necessitas &c.) Sed qñ contigerit ut tributũ imperandum sit, ostendendum est id nõ uoluptate, sed necessitate fieri, ut cũ intellexerint necessitate ducta remp. id postulare æquo aĩo pendant, cũ sciant aliunde hs pecunias nõ potuisse, & aliter suam suorumq́ conseruare

Ominari Augurari.

non potuisse. (Malo. n. &c.) Parenthesis. (Ominari) Omẽ facere. (Alteri reip.) Augurari est proprie uerbis. (Oẽs) Quibus tributũ imperatur. (Atq; oẽs qui rem &c.) Admonet eos q præsunt rebus publicis, dẽt operam, ut reꝝ necessariaꝝ in ciuitate copia sit, sunt aũt necessaria quibus. Ciuitas carere non potest, uinum, triticũ oleum &c. sine quibus uita esse non potest. (Qui sit qualis &c.) q̃ sunt necessaria omnes sciunt, & quibus rebus ciuitates indigeãt: ideo de illis differere opus non est. (Cõparatio) Acqsitio, comparare. n. acqrere est, legitur & apparatio. (In pr̃ptu) Manifestum, & apertum. Xenophon (vt Cicero ait in epistola ad Atticum) quẽadmodũ (dicebat) optimi pastoris est optimum gregẽ reddere, ita optimi principis est ciues suos quam opulentissimos facere.

ASCEN.

Sed qm̃ de eo &c.) Docet beneficia quæ ad vniuersos pertinent. Ordo est, Sed qm̃ dictum est de eo gñe beneficiorũ, quæ spectant ad singulos .i. ad vnumquenq; seorsum, disputandũ est deinceps de his quæ ꝑtinent ad vniuersos, & quæ pertinent ad remp. Aut pro sed partim eoꝝ ipsoꝝ .i. ea ipsa pro parte sunt eiusmodi, vt ꝑtineant ad vniuersos ciues, partim .i. pro parte sunt eiusmodi, vt attingant singulos, quæ. s. singulos attingẽtia sunt gratiora. Opera est danda oino si possit sup. dari vtrisq; nec .i. & nõ minus .i. tantundẽ, vt consulatur .i. ꝓuideatur, & auxiliẽt ẽt singulis, sed ita supp. consulatur singulis, vt ea res aut ꝓsit, aut certe nõ obsit reip. Largitio frumẽtaria .i. in frumẽto ciuibus distribuẽdo Caij Helij & Publij Gracchi .i. quã illi fecerũt fuit magna igitur .i. & ideo ipsa exhauriebat .i. euacuabat ærariũ .i. thesaurũ reip. Largitio sup frumentaria M Octa. fuit sup. modica & tolerabilis reip. & necessaria Plebi. Ergo .i. & ideo sup fuit salutaris & ciuibus & reip. Autẽ pro sed videndum .i. cõsiderandum erit ĩn primis .i. ꝓcipue ei q administrabit remp. vt qsq; teneat suum, neq; fiat diminutio publice .i. Cõtra de bonis priuatoꝝ. Enim ꝓ qa Philippus. s. Lucius ꝑniciose sup. egit, cum ferret in tribunatu sup. suo legem agrariã .i. agris æqua portione populo condiuidẽdis, quam tñ. s. legem agrariam passus est facile antiquari .i. aboleri, & in desuetudinem abire, & sup præbuit .i. exhibuit se in eo .i. in ea re vehementer moderatum. sed cum sup. dixisset in agẽdo .i. cum ageret multa populariter .i. in fauorem populi tum .i. ẽt vel tunc dixit illud male, videlicet, nõ esse in ciuitate. s. Romana duo millia hoium, qui hñt rem .i. diuitias. Oro sup. talis est capitalis .i. ad periculum & perniciẽ capitis spectans, pertinẽs. s. ad æquationẽ .i. æquales possessionem bonoꝝ, qua peste .i. pnicie, quę sup. pœna pot esse maior? q d. nulla. Enim pro qa, resp. & ciuitates sunt constitutæ maxime ob hanc causam, vt sup. singuli tuerentur sua .i. propria bona. Nam etsi .i. q̃q̃ hoies congregabantur natura duce .i. cum sub lege naturæ viuerent, tñ ipsi quærebant præsidia .i. munitiones urbium spe custodiæ suarum rerum. Danda est ẽt opera, ne tributum .i. pecunia per singulas tribus, sit conferẽdum pp tenuitatem .i. modicitatem ærarij .i. fisci seu thesauri publici & pp assiduitatem belli. Quid .i. quæ res fiebat sæpe apud maiores nostros, q; pro &, videndum erit multo ante ne idem eueniat, sin .i. sed n qua .i. aliqua necessitas huius muneris .i. talia tributi obuenerit .i. ex insperato venerit reip. (dico si qua. enim ꝓ quia ego malo ominari .i. omen infaustum protendere alteri .i. reip quam nostræ. Neque. n. disputo tantum de nostra, sed omni rep.) tunc sup. danda est opera vt omnes intelligant parendum .s. obtemperandum esse necessitati, si velint esse salui. Atque etiã oẽs qui gubernabunt remp debebunt consulere .i. prospicere, ut sit copia earum rerum, quæ sunt necessariæ, quarum supp. rerum necessariarum qualis apparatio soleat fieri, & debeat fieri nõ est necesse disputare. Enim pro quia est in promptu .i. manifestum locus fuit tantum attingendus vt. s. vniuersalis sit præceptio.

DOCT. interpr.

Qui rem haberent.) Dicit absolute, pro diuitem esse, secus autem cum dicimus, rem habet cum illo.

DOCT. interpr.

Sed qm̃) De publicis agit largitionibus, quæ perniciosæ sũt reb. pub. (Helij) Alias. Sp. Melij, & C. Gracchi. M. Octauius Gracchi aduersarius fuit.

ARGVMENTVM.

Ad gratiam multitudinis comparandam maxime valere abstinentiam, contraq; ex inuasione alieni summam exsistere perniciem.

Caput aũt est in oĩ ꝓcuratione negocij, & muneris publici, vt auaritię pellatur ẽt minima suspicio. vtinam, inqt C. Põtius Sãnis, ad illa tpa fortuna me seruasset, & tũc essem natus, qñ Romani dona accipere cœpissent: nõ essem passus diutius eos imperare. ne illi qdẽ multa sæcula expectãda fuerũt modo. n. hoc malum in hãc remp. inuasit: itaq; facile patior tũc potius Põtium fuisse, si quidem in illo tm̃ fuit roboris. nõ dum centum, & decẽ anni sunt, cum de pe

cunijs repetundis à Lucio Pisone lata est lex, nulla antea cũ fuisset. at vero postea tot leges, & ꝓximæ quęq; duriores; tot rei dãnati; tm̃ Italicum bellũ ꝓp iudiciorum metũ excitatum; tãta, sublatis legibus, & iudicijs, expilatio, direptioq́. sociorũ; vt imbecillitate aliorum, non nr̃a virtute, valeamus. Laudat Africanũ Panætius, ꝙ fuerit abstinẽs. qdni laudet? sed in illo alia maiora: laus. n abstinẽtię non hoĩs est solum, sed ẽt tpum illorum. Omni Macedonũ gaza, quæ fuit maxima, potitus est Paullus: tm̃ in ærariũ pecuniæ inuexit, vt vnius imperatoris ṕda finem attulerit tributorum. at hic nihil in domum suã intulit ṗter memoriã nominis sempiternã. Imitatus patrẽ Africanus, nihilo locupletior Carthagine euersa. Quid, q eius collega in cẽsura fuit, L. Mũmius? nunq̃d copiosior, cũ copiosissima vrbẽ funditus sustulisset? Italiã ornare, q̃ domum suã, maluit. q̃q̃, Italia ornata, domus ipsa mihi vr̃ ornatior. Nullum igiẽ vitium tetrius, (vt eò, vnde egressa est, referat se oratio) q̃ auaritia, ṕsertim in principibus, & rẽp. gubernantibus. hr̃e. n quæstui remp. nõ modo turpe est, sed sceleratum ẽt, & nefariũ. itaq; quod Apollo Pythius oraculo edidit, Spartã nulla re alia, nisi auaritia, esse, perituram, id vr̃ non solum Lacedæmonijs, sed & oĩbus opulẽtis populis ṕdixisse. Nulla aũt reconciliare facilius beneuolẽtiam multitudinis pñt ij, q reip. præsunt, q̃ abstinentia, & continentia. q vero populares esse volunt ob eamq́. caussam aut agrariam rẽ tentant, vt possessores suis sedibus pellãtur, aut pecunias creditas debitoribus cõdonãdas putant; labefactãt fundamenta reip. concordiã primum, quæ esse non põt, cum alijs adimuntur, alijs condonãtur pecuniæ; deinde æqtatem, quæ tollitur oĩs, si hr̃e suum cuiq; non licet. id. n. est proprium, vt supra dixi, ciuitatis, atq; vrbis, vt sit libera, & nõ solicita suæ rei cuiusque custodia. Atq; in hac pernicie rei p. ne illã quidem cõsequuntur, quã putant, gratiam. nam cui res erepta est, est inimicus; cui data est, ẽt dissimulat se accipere voluisse; & maxime in pecunijs creditis occultat suum gaudiũ, ne videatur nõ fuisse soluendo. at vero ille, q accipit iniuriã, & meminit, & præsefert dolorẽ suum. Nec si plures sunt ij, qbus improbe datum est, q̃ illi, qbus iniuste ademptũ est, iccirco plus ẽt valent. nõ. n. numero hæc iudicant, sed põdere. quam aũt habet æqtatem, vt agrum multis annis, aut ẽt sæculis ante possessum, q nullum habuit, habeat, q aũt habuit, amittat? at ꝓp hoc iniuriæ genus Lacedæmonij Lysandrũ Ephorum expulerunt, Agin regem, quod nunq̃ antea apud eos acciderat, necauerunt. ex eoq́ tpe tãtæ discordiæ secutæ sunt, vt & tyrãni existerent, & optimates exterminarẽtur, & præclarissime cõstituta resp. dilaberetur. nec vero solum ipsa cecidit, sed ẽt reliq̃ Gręciam euertit cõtagionibus malorum, quæ à Lacedæmonijs ꝓfectæ manarunt latius. Quid nr̃os Gracchos Tib. Gracchi, summi viri filios, Africani nepotes? nõne agrariæ contentiones ꝑdiderunt? At vero Aratus Sicyonius iure laudatur, q. cum eius ciuitas qnquaginta annos à tyrannis teneretur; ꝓfectus Argis Sicyonẽ, clandestino introitu vrbe est potitus; cumq́. tyrannũ Nicoclẽ improuiso oppressisset sexcẽtos exules, q fuerãt eius ciuitatis locupletissimi, restituit: rẽq́ pub. aduẽtu suo liberauit. sed, cũ magnã animaduerteret in bonis, & possessionibus difficultatẽ, ꝙ & eos, quos & ipse restituerat, quorũ bona alij possederãt, egere iniqssimũ arbitrabaẽ; & qnquaginta annorũ possessione mouere, nõ nimis æquũ putabat; ꝓpterea ꝙ tam lõgo spatio multa hereditatibus, multa emptionibus, multa dotibus tenebanẽ sine iniuria. iudicauit, neq; illis adimi, neq; his nõ satisfieri quorũ illa fuerãt, oportere. cũ igitur statuisset opus esse ad eã rẽ constituendã pecunia, Alexãdriã se ꝓficisci velle dixit, rẽq́. integrã ad reditũ suũ iussit esse: isq́. celeriter ad Ptolemæũ, suũ hospitẽ, venit, q tum regnabat alter post Alexãdriam cõditã: cui cũ exposuisset, patriã se liberare velle, caussamq́. docuisset; à rege opulẽto vir summus facile impetrauit, vt grandi pecunia ad iuuareẽ: quã cum Sicyonẽ attulisset, adhibuit sibi in cõsilium qndecim principes, cũ qbus caussas cognouit & eorũ, q aliena detinebãt, & eorum, q sua amiserãt; ṕfecitq́. æstimãdia possessionibus, ꝑsuaderẽt alijs, & vti vt pecuniã accipere mallẽt, & possessionibus cederẽt; alijs, vt cõmodius putarẽt numerari sibi quod tãti esset. q̃ suum recupare. ita perfectũ est, vt oẽs, cõstituta concordia, sine querela discederẽt. O virũ magnum, dignũq́;, q in nr̃a rep. natus esset. sic par est agere cũ ciuibus, nõ, vt bis iã vidimus, hastã in foro ponere, & bona ciuium voci subijcere ṕconis. At ille Græcus, id qđ fuit sapiẽtis, & ṗstãtis viri, oĩbus consulendũ putauit; eaq́. est summa rõ, & sapiẽtia summi ciuis, cõmoda ciuiũ defendere, nõ diuellere, atq; oẽs æqtate eadẽ continere. habitẽt gratis in alieno qd ita? vt, cum ego emerim, ædificarim, tuear, impendã, tu me inuito fruare meo? qd est aliud, nisi alijs sua eripere, alijs dare aliena? Tabulæ vero nouæ qd hñt argumenti, nisi vt emas mea pecunia fundũ, & cum tu habeas, ego nõ habeam pecuniã? quamobrẽ, ne sit ęs alienum, qđ reip. noceat, ꝓuidendum est: quod multis rõnibus caueri põt, si hoc nõ fuerit, vt locupletes suum perdãt, debitores lucrenẽ alienum. nec. n. vlla res vehemẽtius remp cõtinet, q̃ fides; quæ esse nulla põt, nisi erit necessaria solutio rerũ creditarum. nunq̃. n. vehementius actum est, q̃ me Cõsule, ne solueretur: armis, & castris tẽtata res est ab oĩ gñe hoĩum, & ordine. quibus ita restiti, vt hoc tm̃ malum de rep tolleretur. nunq̃ nec maius æs alienum fuit; nec melius, nec facilius dissolutum est. Fraudandi. n. spe sublata, soluendi necessitas cõsecuta est at vero hic noster victor, nunc qdem victus, quæ cogitarat, ea perfecit, cum eius iã nihil interesset. tanta in eo peccãdi libido fuit, vt hoc ipsum eum delectaret, peccare, ẽt si caussa nõ esset. Ab hoc igitur gñe largitionis, vt alijs detur, alijs auferatur, aberũt ij, q remp. tuebuntur; in primisq́. operã dabunt, vt iuris & iudiciorum ęqtate suum quisq; teneat; & neq; tenuiores ꝓp imbecillitatem circumueniantur, neque locupletibus ad sua vel tenenda, vel recuperanda obsit inuidia: ṗterea quibuscunq; rebus vel belli, vel domi poterunt, rẽp. augeant imperio, agris, vectigalibus. hæc magnorum hominum sunt: hæc apud maiores nr̃os factitata; hęc gñra officiorum qui persequuntur, cum summa vtilitate reip. magnã ipsi adipiscentur & gratiam, & gloriam. In his autẽ vtilitatum ṗceptis Antipater Tyrius Stoicus, q Athenis nuper est mortuus, duo præcepta censet esse à Panætio prætermissa, valetudinis curationem, & Pecuniæ. quas res à summo philosopho præteritas arbitror, ꝙ essent faciles: sunt certe vtiles. Sed valetudo sustentatur notitia sui corporis, & obseruatione earum rerum, quæ res aut prodesse soleant, aut obesse; & continentia in victu omni, atque cultu, corporis tuendi caussa, & prætermittendis

dis voluptatibus; postremo arte eorum, quorum ad sciẽtiam hæc ptinent. Res aũt familiaris quęri debet ijs reb⁹, à qbus abest turpitudo; conseruari aũt diligentia, & parsimonia; ijsdem etiam rebus augeri. has res cõmodissime Xenophon Socraticus persecutus est in eo libro, qui Oeconomicus inscribitur. quem nos, ista fere ætate cum essemus, qua es tu nunc, è græco in latinum conuertimus.

PETR. MARS.

CAPVT aũt est) Dat præceptum illis, qui in publicis negocijs versantur, vt auaritiæ vel minimã suspicionem fugiant & manus habeant abstinentes, ne bona publica diripiant aliosq. spoliẽt. Caput in primis seruandum in omni negocio publico. (Muneris) Officij quod ad remp. pertinet, vt sunt magistratus extra vrbem & in vrbe & omni alia re quæ publica est. (C.Pontius) Dux Sãnitum fuit q magnum auri põdus M.Curio, q tunc consul contra ipsos pugnabat miserũt, quod ille renuit dicens, Nõ aurum hr̃e præclarum sibi videri, sed eis qui hñt aurum imperare. Et ideo Pontius Samnis optabat se tunc fuisse natum, cũ Romani cœpissent dona capere qm̃ illa ciuitas vinci non pot, cuius ciues non corrumpuntur muneribus. ideo Philippus oia castella expugnari posse dicebat, in quæ asellus onustus auro posset ascẽdere. (Næ). i. certe profecto. (Modo). i. nõ multo ante. (Hoc malũ) auaritia, & corruptio pecuniaria. (Tũc) Illis tpibus potius quam illis. (Tm̃ roboris) Potẽtiæ & animi, vt speraret se Rom. de imperio deturbare posse, si munera cœpissent accipere. (Pecunijs repetũdis) L. Piso frugi trib. pl primus legẽ tulit de pecunijs repetũdis Censorio & Manilio consulibus. repetundarũ causa ita se habebat, auctore Asco. Pediano, vt si cõuictus reus fuisset atq; dãnatus pecuniam reddebat æstimata lite, hoc est in preciũ redactis oium furtis, quam summã pecuniæ pscriptis eius bonis sectores curabãt. Sector dr̃ æstimator redemptorq. bonoꝵ dãnati atq; proscripti, q spem sectatur lucri, siue idẽ secutus spem æstimationis suæ, bona oia sctione vendit, sed semel infert pecuniã vel ærario vel socijs. Illi igitur q in prouincijs furta cõmiserant, & pecuniam cõtra æquitatem extorserant, finito magistratu accusabãtur repetundaꝵ a prouincialibus quos spoliauerãt. Vnde Afr. Marium Priscũ repetundaꝵ accusarũt, & Cato Syllã ex Asia redeũtem repetundaꝵ postulauit, qd̃ ex amicoꝵ sociorumq. regno magnã contra legem pecuniæ vim congregasset. (Postea) Post legẽ Pisonis. (Tot leges) Quæ erant ad coercẽdam auaritiam & furta quæ fiebãt, & rapinas. (Duriores) Et seueriores asperiores priorib⁹ inualescẽte auaritia, & rapinis. (Proximæ) Succedẽtes alijs quæ pcesserant, non ita duræ, qm̃ in dies auaritia sæuiebat & peculatus. Proximus inqt iurisperitus, est quẽ nemo antecedit, supremus quem nemo seqtur. Accilius Glabrio legẽ tulit de pecunijs repetũdis seuerissimã. (Damnati) Cõuicti in iudicio, & dãnati ad restitutionem pecuniaꝵ. Reus is est, q accusatus venit in iudiciũ. damnatus aũt, q in iudicio cõuictus est. Vnde possumus aliquẽ reum facere, sed nõ dãnare, vt Cæsar q Cornelium Dolabellã reum fecit repetũdaꝵ, sed nõ dãnauit, qm̃ ille in iudicio fuit absolutus. (Tm̃ Italicum bellũ) pp iudicioꝵ metũ, Senatus auctore Liu. cũ potentiam equestris ordinis in iudicijs exercẽdis ferre nollet, omni vi vti cœpit, vt ad se iudicia trãsferrentur, sustinẽte causam eius Liuio Druso trib. pl. q vt vires sibi cõpararet, perniciosa spe largitionis, plebẽ cõcitauit, & vt maioribus viribus auctoritatẽ Senatus tueretur, socios & Italicos populos spe ciuitatis R. solicitauit, hisq. adiuuãtibus p vim legibus agrarijs, frumẽtarijsq. latis, legẽ quoq; iudicialẽ tulit. vt æqua parte iudicia penes Senatũ, & equestrẽ ordinẽ essent. cũ deinde ciuitas pmissa socijs dari nõ posset, irati Italici populi à Romanis defecerũt, Picẽtes, Vestini, Marsi, Peligni, Marrucini, Lucani, Sãnites, & bellũ cognominatũ est Italicũ & sociale. Liuius Drusus in odiũ Senatus cũ venisset, ob ea quæ Italicis populis pmiserat, uelut auctor socialis belli, incertũ a quo domi occisus est. hic L. Drusus Catonis Vticẽsis auũculus fuit, vir & sapiẽtia pstãs, & eloquẽtia, q suo tpe princeps Senatus erat. Tib. Gracchus auct. Asconio Pediano legẽ iudiciariã tulerat, vt eqtes R. iudicarẽt, & iudicarunt p annos 30 sine infamia. Post victor Sylla leges tulit, vt Senatorius ordo iudicaret. Postea Aurelius Cotta sanciuit, vt Senatores eqtes R. & tribuni ærarij simul iudicarent. Et hoc fuit anteq̃ Cic. Verrẽ accusaret. Postea Põpeius in 2. cõsulatu pmulgauit, vt iudices æque ex illis trib. iudicarẽt. In 3. lib. epist. ad Att. loquẽs de Cęlio scribit, Senatoꝵ vrna copiose absoluit, equitum adęquauit, Tribuni ærarij condẽnarũt. Cæs. vt scribit Tranquillus, iudicia redegit ad duo gña iudicũ equestris ordinis & Senatorij Tribunos ærarios, qd̃ erat tertiũ sustulit. (Tm̃) Tã magnũ cũ populis Italiæ & socijs. (Propter metu iudicioꝵ) Qm̃ Senatores timebãt eqtes apud quos iudicia erãt, qm̃ equester ordo tunc iudicabat. Iudicium dr̃ res quæ certamẽ litemq. determinat. præiudiciũ vero res quæ statuta cum fuerit, affert iudicaturis exẽplum. Vnde dicit Fab. in 5. perq. fere oia præiudicia quæ de Cluẽtio videbãtur facta, subuertit. (Excitatum) Cõmotum dum hoies iudicia timerẽt, quæ nõ timentur nisi ab his q errãt. (Expilatio) Qm̃ q. in prouincias mittebãtur illas expilabãt, & diripiebãt bona socioꝵ. Expilare dñr, qd aliqd passim subripiunt. Cõpilare q vbiq; rapiũt. Africanum, Scipionẽ Æmilianum, cuius abstinentiã Panætius pceptor eius laudauit. (Quid ni laudetis) cur nõ est laudãdus inqt? q.d. nõ solũ ob hoc meruit laudẽ, sed ob alias virtutes maiores, qm̃ laus abstinẽtiæ, tunc nõ erat hoium sed tẽpoꝵ, qbus oẽs habebant manus abstinẽtes, cum in negocijs publicis versabãtur, qd̃ pbat exẽplis. (In illo) Africano. (Alia maiora) s. fuerunt, quã sit abstinẽtia. Fuit. n. Africanus vir & imperator omniumq. bonaꝵ artium magister, ergo in ipso erãt maiora quã sit abstinẽtia, quæ potuissent a Panætio laudari. (Laus enim) Rõ quare dixit ironice, qd ni laudetur, qm̃ laus abstinentiæ, non solum pertinet ad personam Africani, sed ẽt tpa illa, in qbus hoies erãt abstinentes. (Huius) Africani quem tanq̃ abstinentẽ laudat. (Tpum illoꝵ) Qm̃ tunc non irrepserat tanta auaritia, & habendi cupiditas. Abstinentiam Africani sic laudat Val. Max. Exultat animus maximoꝵ virorum memoriã percurrens. Scipio Aemilianus post duos inclytos consulatus totidemq. suæ pcipue gloriæ triumphos 7. seruis sequentibus officio legationis functus est, & puto Carthaginis & Numãtiæ spolijs cõparare plures potuerat, nisi operum suorum ad se laudẽ, manubias ad patriam redundare maluisset. Itaq; cum p socios & exteras gentes iter faceret, non mancipia eius sed victoriæ numerabãtur. Nec quãtum auri & argenti, sed quãtum amplitudinis põdus secum ferret, æstimabatur. (Omnis Macedonum gaza) Exẽplis abstinẽtissimoꝵ Imperatoꝵ pbat laudẽ abstinẽtiæ non solum hnis, sed ẽt tpum fuisse. Paulus Aemilius filius fuit Pauli consulis, q in pugna Cannensi occubuit, missus in Macedoniã Persen regem vicit, captumq. Romã in triumphum duxit, quo amplissimo vrbẽ & Capitolium inuectus est. & Macedonicus cognominatus agẽs annum quadragesimum. Tres dies in Triumpho cõsumpti sunt, tm̃ signoꝵ, armoꝵ, auri, atq; argẽti inuexit. Filij regis pibant, & ipse rex fusca veste miserandum indutus. De põpa huius triumphi lege Plut. in uita Pauli Aemilij. Censum talenta quotãnis Paullus iussit Macedones P. Rom. pendere. (Omnis gaza) Oĩ regia priuataq. supellectili & pecunia, qm̃ Persæ pecuniam gaza appellant, & Paullus capto rege oĩa in suum arbitrium habuit. (Finẽ tri.) Per hoc oñditur ingens pecunia. Plut. ait. Tm̃ auri argentiq. in ærarium Aemilius inuexit, ut nullum tributum persolui à ciuibus opus fuerit usque ad Hirtij & Pansæ consulatum, q circa primum Antonij & Octauij bellum cõsules fuerunt. Plin. ait: Intulit & Aemilius Paullus Perse rege Macedonico deuicto pdam põdo trium millium à quo tpe P. R. tributum pẽdere desijt. Appian. scr. Paullum Aemilium clam venisse Romã, & celeriter in Macedoniam redisse, ac delecti impunitatem promisisse Macedonibus, allato quodcunque hñt argento & auro. qbus assentientibus milites ad oppida destinatos, & oẽm pecuniam ad foꝵ delatam, & reliqua bona passim direpta. sic Paullus, inqt App. 70 spoliauit vrbes. (Nihil in domũ suam intulit) Laudata est, inqt Plut. magnitudo ai in Paullo Aemilio ac liberalitas, quod multũ auri multumq. argenti ex regia gaza coactum, ne aspicere qdem voluit, sed quęstoribus negociũ dedit, vt in publicum referrẽt, libros duntaxat regios filijs literaꝵ studiosis deligere pmisit. (Memoriã nobis) laudem & gloriã. (Imitatus patrem Afr.) Scipio Aemilianus Pauli Macedonici filius. hic Scipio minor Africanus cognominatus est filius Pauli fuit ex Papyria vxore, & Fabius ẽt eius frater q à Fabio Max. quinquies cõsule adoptatus est. Aemilia filia Pauli Aemilij nupserat Africano maiori, & pp hanc affinitatẽ Scipio adoptatus fuit à filio superioris Africani. Plut. ait patrimonium vix 38. miliũ reliqsse tradunt Paulum Aemiliũ, in hoc ambo sibi filios heredes instituit, à Scipione tñ, q erat minor natu, integra hereditas fratri cõcessa est, cum in familiã Africani locupletiorẽ trãsisset. Tales mores vitaq. Pauli Aemilij fuisse dñr. (Nihil loc.) .i. euersa Carthagine in 3. bello punico, & oi gaza in ærarium relata ipse Scipio nõ est factus locupletior, qm̃ in domum suam nihil illius prædæ inuexit, quo ditior esset. Scipio. n. abstinẽtissimus fuit. de quo Plin. libras 32. argẽti Africanus sequens heredi reliquit. Idemq. cũ de pœnis triũphares 4. millia 270. pondo transtulit.

lit,hoc argentũ tota Carthago habuit illa terrarũ æmula,qđ nũc
in mensarũ est apparatu. Victa inqt Numantia & deleta, idẽ Afri
canus in triũpho militibus 17000. põdo dedit. O viros Impera-
tore illo dignos,qbus hoc satis fuit. [In cẽsura) Censura, vt inqt
Plut.in vita Cat.Censorij oium magistratuũ facile princeps erat
& vniuersæ reip.supremũ & perfectissimũ locum habebat & plu
rimũ imperij potestatisq;. qm̃ de nuptijs,liberorũ procreatione,
de oratione viuendi,conuiuijsq̃. diligẽter inqrebat,nulla deniq;
institutio est de qua nõ inqreret,iudicaretq;. Censores duo erãt,
vnus patricius, alter vero plebeius, quibus licebat eos è Senatu
mouere,& equũ illis ignominiæ causa adimere,q flagitiose,ac in
temperãter vixissent ac viuerent, ẽt sacrorũ impensas curabãt &
officia distinguebãt,condebantq̃. lustrũ, deniq; censores oia ma
lefacta corrigebãt. Vnde exclamauit Iuuen. O pceres censore o-
pus est,an haruspice nobis? Africanus hic de quo nũc agitur,fuit
collega L.Mũmij in censura. L.Mõmius vicit Achaiam,& Corin
thũ opulẽtissimam vrbẽ deleuit,& Achaicus cognominatus est,
post euersam Carthaginẽ secutum est bellũ Achaicum ob legatos
Rom.ab Achæis nõ bene acceptos,q Corinthum missi erant, vt
hæ ciuitates quæ sub ditione Philippi fuerãt ab Achaico cõcilio
secernerẽtur. cum Achæis Q. Cæcilius Merellos ptor ad Ther-
mopylas pugnauit, qbus victis Critolaus eorũ dux veneno se p-
emit,in cuius locũ Dacris suffectus in Isthmo à L.Mũmio cõsu-
le victus est, q omni potitus Achaia Corinthũ ex decreto patrũ
funditus sustulit,qa illic Romanorũ legati violati fuerãt. L.Mũ-
mius,auctore Liuio,omni pda abstinuit. Nihil.n.ex his opibus,
necnõ ornamentis,quæ pdines. Corinthus habuit,in domũ inue
xit suã.de quo Plin. L.Mũmius deuicta Achaia repleuit vrbẽ,ipse
excessit nõ relicturus filiæ dotẽ Corinthia æra ab hoib' celebrã
tur,qbus ante argentũ ac pene ante aurum preciũ erat,& Corin
thium æs casus miscuit. Vnde dicit Eutropius, Eodem tpe,tunc
toto orbe oium vrbium longe opulentissimã Mũmius deuicit,
in qua infinitum aurũ,æs,ferrum in cõflagratione cõmistum est,
vnde nouum fluxit metali genus,ad cuius misturę similitudinem
vsque hodie æs Corinthium & vasa dñr. Ideo Plin scripserat ex
illa antiqua gloria Corinthiũ maxime laudatur, hoc casus mi-
scuit Corintho cũ caperetur incensa, miraq̃. circa hoc multorũ
affectatio fuit, qppe cum tradatur nõ alia de causa Verrem quẽ
Cic.dãnauerat,proscriptum esse ab Antonio. quã quod Corin-
thijs se ei cessurũ negasset. L.Mũmius victor sancto Fidio semipa
tri deo Sabinorũ donũ fecit,vnde hoc epigrãma in quodam mar-
more literis antiqs scriptũ apud Reate vidẽ. De decuma victos
tibi L.Mũmius donum moribus antiqs pro vsura hoc dare sese
visum aio suo pfecit,tua pace togãs,te cogendi, dissoluẽdi, tu vt
facilia faxis,pficias. Decumã vt faciat veræ rõnis, proq̃. hoc atq;
alienis donis,des cũcta merenti. [Copiosissimi) Vrbẽ Corinthu
caput Achaiæ in faucibus Isthmi. [Nunqd copiosior).s.fuit post
euersam Corinthũ? q.d.non. [Videtur ornatior gloria).s.rei be
ne gestæ,& fama,abstinẽtiæ,quam L. Mũmius habuit q pręda Co
rinthia & signis,inde aduectis Italiã ornauit. [Nullũ igitur vitiũ)
Cõclodit nullum vitiũ esse fœdi' auaritia. [Tetrius) Fœdius,tur
pius. [Vnde egressa est) qm̃ mouere cœperat vt auaritiæ suspicio
ẽt minima pelleret.postea fecit digressionẽ de C.Pontio Samnite
alijsq;,quorũ abstinentiã laudauit. [Referat se oro) Vt ad id re-
deã,quod de auaritia dicere cœperã. [Presertim) Maxime in his
q principatũ hñt,& remp.gerũt. [Quæstui) Ad quæstũ & lucrũ.s.
velle lucrari in administratione reip.quodã magistratus est ad a-
liũ,nõ ad se,& ille q remp.regit oia ad cõem vtilitatẽ,nõ ad pri-
uatum cõmodum referre debet,& pbat foiam suam oraculo A-
pollinis,q ruinã Lacedæmonijs pdixit pp auaritiam. Oraculum
Apollinis Pythij erat i toto orbe celeberrimũ, & minime fallax
putabatur. In medio tẽplo erat foramẽ vnde spiritus exibat, sup
quod tripodẽ ponebat Pythia vates,& sup illum ascẽdẽs diuina
bat, Phemonoe Apollinis filia prima diuinatrix fuit in tẽplo Del
phico. Delphi oppidũ in Parnasso mõte Phocidis, Parnassus dr̃ es
se vmbilicus totius orbis,vt Reate vmbilicus Italiæ. [Sparta) Vr-
bẽ caput Laconicæ regionis in Pelopõneso. Plut.in Cleomene
dicit antiqua deorũ oracula in memoriã reuocabant iubẽtia aua
ritiam tanq̃ rerũ oium perniciosissimam cauere. Idẽ agens de La
conicis institutis & Parsimonia inqt,Qui ad Lacedæmonios pri
mũ inuexerũt pecunias dãnati vitam cum morte cõmutare coa-
cti sunt. Nã Alcamene & Theopõpo regibus oraculũ datũ erat,
fore vt Sparta periret ob auaritiã. [Qui vero se populares) Eos
notat q multitudinẽ largitionibus capiãt,& remp. euertunt,qm̃
de bonis priuatorũ fit publice diminutio,cũ.s.possessores pellunt
& alij ditantur,& ponit exemplum Lacedæmoniorũ Graccho-
rumq;, qui pp leges agrarias. & contentiones perierunt. [Po-
pulares) Volũt populo multitudiniq̃. placere. [Rem agrariã) p-
molgationẽ legum de agris plebi diuidendis. [Cõdonãdas) Hoc
est cõtra iustitiam,si denegatur alicui,quod suũ est. De hac re pau
lopost dicetur, nã promulgabantur aliqñ leges nouarũ tabularũ
in grãm obæratorũ & multitudinis,vt pecuniæ creditæ debitori-
bus donarẽtur. [Labefactãt) Euertunt, qm̃ concordia & iustitia
sunt fundamẽta reip. [Id) Retinere qđ suũ est, ob hanc cãm inqt
ciuitates & leges cõstitutæ sunt, vt qsq; suum possidere posset.
[Nõ solicita) anxia & inqeta pp metum tyrãnorũ,& eorũ q bona
cupiũt alijs eripere. [Atque) In hac parte. Dicit populares labe
factare fundamẽta reip. cui oia debemus, qppe oium caritatem
cõplectitur nunc vt magis populares à tali largitione deterreat,
dicit ipsos nõ consequi gloriã quam putant,sed potius odiũ, qm̃
hi q bona amiserunt,ipsum capitali odio psequuntur, q auctor
fuit vt eriperẽtur,& ipsum possidentẽ,& sic emergũt inimicitiæ,
homicidia,discordiæ,factiones,& oia deniq; mala,quæ rẽp.cõsti-
tutã labefactant. [Etiã dissimulat).i.ẽt si negat se voluisse accipe
re.i.quis dicat se inuitũ accepisse,tñ inimicum habet illũ, cuius
bona prius fuerũt. [In pecunijs creditis).s.pmulgatur lex noua-
rum tabularũ,qbus fit,vt debitoribus pecuniæ creditæ condonen
tur. [Gaudiũ) Quod habet qa nõ tenetur soluere creditam pecu
niã. [Nõ fuisse soluẽdo) Ne videatur nõ potuisse aliter æs alienũ
dissoluere,qđ contraxerat. ille nõ est soluendo,q non põt solue
re,verbum est iuris. Idẽ dicit in Philippicis, Tu soluẽdo nõ eras.
[At) ille cui bona erepta sunt. meminit iniuriæ,& in vultu dolo
rẽ ostẽdit suum,& irã sine aliqua dissimulatione, & paratus est ut
vlciscatur. [Nec) si plures. Rñdet tacitæ obiectioni. potuisset ali-
quis dicere,si plures sunt hi q iniuste acceperunt his,qbus adem
ptum est,plus ualent,qm̃ pauciores non pñt vlcisci multorũ iniu
riam. dicit Cic.hæc non iudicari numero,sed põdere,qm̃ unus,cui
aliqd ademptum est,plus põt ad ultionem,quam oẽs illi q acce-
perunt. quod exitus probat tyrannorũ, quod & Cæsar sua nece
xapertus est. Vnde dicit Salustius, Regibus boni quã mali suspe
ctiores sunt,semperq̃. his aliena virtus formidolosa est. [Hæc)
plus valere & maioris esse momẽti. [Numero) qa sint plura. [Põ
dere) Quantum vnumquodq; possit, qm̃ unus plus ponderis in
se habebit ad vlciscendum,quã oẽs alij ad defendendum. [Quam
ẽt habet æquitatem) Dicit supra populares è medio tollere con
cordiã,& æqtatem. quod concordia tollatur,iam probauit,nunc
ostendit quõ æquitas tollitur. [Seculis) Multis annis seculum si-
gnificat spatium centum annorum. [Propter hoc iniurię genus)
qa volebãt agros diuidere,& liberare obæratos. [Lacedæmonij)
ponit exempla eorũ q tãdem corruerunt,cum studerent nimium
populo placere,& legem agrariam nouasq̃. tabulas promulga-
re,cum aliorũ detrimento & iniuria. [Agis & Cleomenes) Aucto
re Plut. populum studiose fouentes, cum rẽp. iuste pulchreq̃. ex
multo tpe intermissam suscepissent,optimatibus aduersari cœpe-
runt,quod illi diuitiarum,qbus assueuerant abundantiam relin
quere nollent. Agis fuit sextus ab Agesilao, cuius filius fuit Ar-
chidamus, Archidami filius Agis & Eudamidas natu minor, qui
mortuo patre regnauit,huius filius fuit Archidamus,ex quo na-
tus est alius Eudamidas,cuius filius fuit hic Agis,de quo nunc a-
gitur q in delicijs à matre Agesistrata & auia Archidamia opulẽ
tissimis mulierib. educatus,priusq̃ ad vigesimũ puenisset annũ,
oẽm voluptatẽ,cultumq̃. corporis cũ formosissimus esset, negle
xit,accusans Laconicã disciplinã corruptã & lautiores epulas,di
cebatq̃. se nolle esse regẽ,si pristinam disciplinã,& mores auitos
in patriã reuocare non posset. Huius labis & veluti morbi princi
pium accepisse Lacedæmoniorũ resp.vr̃,ex quo primum soluta p
ipsos Atheniensium potestate, auro & argento sese ac domos ex
pleuerunt. Cum pater ex lege Lycurgi hereditatẽ filio relinque
re cogeretur. Epitades uir iniquus,cum esset Ephorus & filio ira
tus,legẽ tulit, vt liceret domum hereditatemq̃. suã cuicunq; li-
buisset relinquere. Et pp hoc soluta est bene viuendi disciplina.
Vnde potẽtes in ciuitate propinquos ex hereditate deturbabãt,
oẽsq̃. diuitias ad se rapiebant,& inopia ciuitatem inuasit, & ser
uitus secuta est odiũ,atq; inuidia aduersus potẽtes & diuites ex-
orta. Rex Agis rem optimã,qualis ipse erat,meditatus est, vt oẽs
ad æqualitatem redigeret,& vrbem hoibus repleret. Cui iuuenes
puenerunt studiose cum illo ad uirtutem sese expediẽtes. Senio
res q in tali uixerant labe, nõ secus quam serui ad dñm,sic ad Ly
curgum.i.ad Lycurgi leges reduci timebãt,& ob id Agin regem
accusabant,qui adhuc adolescens erat,cuius ambitionem Lysan
der cognomẽto Lydius, Mãdroclidas,& Agesilaus fouebant,irri
tabantq;. Agesilaus Regis auũculus erat,quem facundum,uerũ,
mollẽ,& pecuniæ cupidũ filius incitabãt Hippomedõ. Agesilaus
enim æs alienũ cõtraxerat,quo sperabat facile solui,mutato ciui
tatis

tatis statu. Oés fere diuitiæ Spartanoꝝ erant penes mulieres. Agis effecit, vt Lysander Ephorus crearetur, q statim cõtra seniores legé tulit, vt debitoribus oé debitum penitus dimitteretur, agroꝝ diuisio fieret. Super hac res Agis cõcionem habuit, dicés se velle primum oium proprias facultates in mediũ ponere non certe paruas ob agroꝝ multitudinem, quos partim ad colẽdum, partim ad pascenda pecora idoneos hrẽt, insuper talẽta sexcenta signati argenti. idem quoq; matrem atq; auiam, amicos pterea, & domesticos oés, quos dilectissimos esse oium Spartanoꝝ cõsta ret, facere paratos esse. His auditis obstupefacta multitudo, adolescẽtis Regis magnitudinem admirabatur. Agis & Cleõbrotus coacta multitudine amicoꝝ Ephoros è sellis deturbãt, alijs in eorũ locum suffectis, è quoꝝ numero fuit Agesilaus. Inde ad eos soluendos, q in carcere erant, ire perrexerunt, quapp aduersarios terruere. Postea tabulas in qbus nomina debitoꝝ erant, oés in foꝝ, quod Clarium vocabatur, cõportari iusserũt. hisq in vnum coactis ignis iniectus est, quod creditores molestissime tulerunt. Agesilaus quasi insultãs se clarius lumẽ aut ignẽ puriorem nunq̃ vidisse iactabat. Tandẽ a coniuratis reuocato Leonida, & in regnũ restituto Agis in asylum se receperat. Denique cũ a balneo rediret, Amphares ephoros eum p vestem capiens dixit, ad ephoros adduco te rõnem eoꝝ quæ gessisti dicturum. Demochares viribus pstans, veste circa eius collũ obuoluta, eum reluctantẽ trahebat, & sic in carcerẽ coniectus est. Cũ ephori accessissent, iusserunt ministris ipm damnatum ad locũ trahi, in quo dãnati strãgulabãtur. Agis plorante lictore caput laqueo nectendũ prætabuit, & tali supplicio vitã finiuit. (Ephoꝝ) Prius apud Lacedæmonios auctore Plut. in vita Cleomenis duo regnabãt Reges, iusq. dicebãt, qui quosdam seniores ad cõsultandum adhibebãt. Inde reges implicati bello cũ diu abessent, nec iuri dicũdo vacare possent, quosdã ex amicoꝝ numero elegerũt, q domi apud ciues Regũ vicem gerentes ephori sunt appellati, & habebantur ministri Regũ. Inde paulatim oẽm ad se traxerunt potẽtiam, & p se proprium magistratũ ephoriam ꝯstituerunt. Primus Asteropus fuit q maxime ephoꝝ potẽtiam auxit. Lysander ergo cũ esset ephorus, vt dictũ est, expulsus fuit à Spartiatis pp leges, quas tulerat, & Agis rex necatus. Theopompus Spartanoꝝ Rex auctore Val. Max. ephoros primus instituit, ita futuros regiæ maiestati oppositos, quẽadmodum Romę cõsulari imperio trib. pl. obiecti sunt, cui cũ dixisset vxor illum id egisse, vt filijs minorẽ potestatem relinqueret, relinq̃ dixit, sed diuturniorem. (Agin regẽ) Reges Lacedęmonij ex Heraclidaꝝ gñe creabantur, q in Pelopõnesum reuocati, auctore Plut. in vita Lysandri Dorienfibus se immiscuerãt. Amplissimum & illustre hoc genus Spartę floruit, sed nõ vnicuiq; illoꝝ regalis fastigij cõtacta erat successio duabus tm̃ ea familijs reges eligebãtur, quas Euẽtidas & Agidas appellabãt. Æmilius Probus in vita Agesilai scribit morem fuisse a maioribus Lacedęmonijs traditũ, vt duos semp hrẽnt reges nomine potius quã imperio ea duabus familijs, Procli & Eurysthenis, q principes ex pgenie Herculis Spartæ reges fuerũt, Lysander decreuit regiã dignitatem duabus è familijs traducens oibus Heraclidis cõem reddere, cũ patre ipsius Aristolycus ex psapia minime regia ortus esset, sed ea Heraclidaꝝ gñe .i. ea his q ducebant genus ab Hercule. (Quod nunq̃ antea acciderat) h. d. et Plut. his verbis: Cleõbrotus Rex Lacedæmonioꝝ in Leuctris vulneratus occubuit. Lacedæmonioꝝ .n. Regi ne in pugna qdẽ obuij hostes temere manus afferre cõsueuerunt, sed potius retrocedere regiã maiestatẽ venerãtes. Itaq; cum p multa aduersus Græcos Lacedæmonij bella gessissent, vnũ duntaxat Cleõbrotũ ante Philippi tpa in Leuctris vulneratũ occubuisse memoriæ pditum est. Sed Spartæ qdẽ primũ Agin ea his q regnauerũt ab ephoris interfectũ fuisse cõstat. λεώς Græce dr̃ ppls, aut psectus Latine. (Vt tyrãni existerẽt) emergerẽt, qm̃ post mortẽ Leonidę de quo dictũ est, Cleomenes filius successit, q Agis consiliũ probans, quamuis Leonidæ patris sui ille inimicus fuerit, ephoris interfectis 80. ciues pscriptos in exilium misit. Hunc Cleomenẽ Aratus Sicyonius de quo paulo post dr̃, tyrannũ appellabat, cuius ingenium in oẽs tyrãnos exarserat. Vnde cũ Democratem Lacedæmoniũ exulẽ interrogasset, qualis nã esset adolescẽs, Cleomenes rñdit, Arate si qd aduersus Lacedæmonios molitis pperandum censeo, anteq̃ pullus hic p ætatẽ aculeo vti possit. Superatus Cleomenes ab Antigono Macedonũ rege, magno plio in Ægyptũ ꝯfugit ad Ptol. quo mortuo & filio eius regnante cũ 13. socijs in custodia detẽtus egrediẽs sibi mortem cõsciuit. Idẽ socij fecerunt. Antigonus Spartã occupauit. & sic optime ꝯstituta resp. corruit, & oraculũ Delphicũ veꝝ fuit. Prędixerat .n. vt dictũ est Pythius Apollo, Spartã nulla alia re quã auaritia perituram. (Optimates) principes ciuitatis & boni viri eijcerentur, qd' fecit Cleomenes. Exterminare est e xtra terminos mittere .i. in exiliũ. (Constituta) Legibus Lycurgi. (Cõtagionibus) Malis exẽplis. cõtagio est morbus q tactu cõtrahitur, inde per translationẽ dr̃ aliquod malum exemplum, quod alios in errorẽ inducit, vt malũ exẽplum Lacedæmonioꝝ in rep. administrãda totã Græciam contaminat, qm̃ simili labe respub. infectæ sunt. (Quæ) Cõtagiones & mala exẽpla ad rẽp. euertendã. (Manarũt latius) ppagatæ sunt p oẽm Græciã, & ẽt ad nos venerũt. inqt Cic. qm̃ a Græcis nři acceperunt exẽpla promulgãdæ legis Agrariæ, & nouaꝝ tabulaꝝ, & in primis Gracchi populares. (Quid nr̃as Gracchos) Posuit hactenus exẽpla Græcoꝝ, nũc de Romanis loqtur Gracchus, q pp leges Agrarias perierũt, quorum pater fuit Tiberius Gracchus vir optimus & clarus, q moriẽs ex Cornelia filia maioris Africani 12. filios reliqt, q oẽs diẽ obierunt suum pter vnam puellã, quæ nupsit Africano minori, & Tiberium, & C. Gracchos, de qbus nunc agitur. Tiberius auctore Plut. vultu, aspectu, & motu corporis mitis & placidus erat, Caius aũt vehemẽs & ingẽtis spiritus, cuius sermo erat terribilis & ad indagationẽ prõptus, Tiberij vero dulcis & ad miserationem aptior orõ dilucida & plane elaborata, Caij vero efficax & redũdãs. Tiberius anteibat Caiũ ætate nouẽ annis. creatus Trib. pl legẽ agrariã tulit, cuius ferẽdæ talis fuit, auctore Plut. Romani quã tu vicini agri hostibus adimebãt, partim vẽnõdare partim in publicũ redigere, ac egenis ciuibus p modica pensione vẽdũ tradere consueuerũt, sed cũ diuites eas pẽsiones augere cepissent, pauperesq. excludere, lata lex est, quæ supra quingẽta agri iugera ciuẽ R. hr̃e phibebat. At ea res paucos annos cõtra locupletes ipsis tenuioribus auxilio fuit. Nã primo subornatis ad cõcludendũ psonis, fraus legi fiebat, deinde apte iã ipsi diuites occupare agros cœperũt. Ita igitur hoibus exagitatis, neq; militiæ dare oõa, neque filios educare curat erat, eoq. pcessura videbatur res, vt breui exhausta liberoꝝ multitudine seruis ac barbaris, p quos diuites agros colebãt tota Italia cõpleretur. Huic malo C. Læl. Scipionis amicus occurrere primus voluit, sed aduersante locupletũ factione, veritus tumultũ atq; discordiã ab incepto destitit, vnde sapiẽs postea est appellatus. Tiberius cũ primũ trib. pl. creatus est, rã actionẽ suscepit auctoribus Diophane Mitylenæo rhetore, & Blosio Cumano Antipatri Tarsensis discipulo. cõsuluit prius & Crassum Põtificẽ Max. & Mu. Scæuolam iurisꝯsultũ, & Appiũ Claudiũ soceꝝ iubebat sua lege Tiberius possessores agrũ dimittere, egenisq. tradere. Inde aduersante Octauio collega suo aliã tulit vehemẽtiorẽ. vt agri, q contra legẽ possessi erãt dimitterent nulla mẽtione precij facta Et cũ Octauiũ ab intercessione dimouere nõ posses, edictũ pposuit, quo prohibuit oẽs vrbanos magistratus qdq̃ agere, potiusq̃ de lege agraria ad populũ referretur. ærario aut sigilla impressit, & p quæstores qdq̃ depromi aut importari vetuit, pœna proposita siquis contra fecisset, quare cõterriti magistratus, singuli ppria officia dimiserunt. Ob hoc edictũ locupletes oẽs vestẽ mutarũt & mœsti ac sordidati forũ circuibãt, & clã pcussoribus cõparatis necẽ Tiberio parabant. Tãdẽ Octauio p suffragia tribuũ priuato tribunitia potestate Tib. legẽ tulit, tres viri ad agros diuidẽdos creãtur. Tiberius ipse legis lator Appius Clau. socer, & C. Grac. frater, nõ tunc pñs qm̃ apud Numantiã sub Scipione affini suo militabat. Attalus rex Pergami Populum R. heredẽ reliquerat. Tiberius statim ad populũ tulit, vt regia pecunia ciuibus R. qbus agri dabantur pro cultura assignaretur. De oppidis aut quæ Attali regis fuissent, nihil ad Senatum, sed P. R. pertinere dixit. Et cũ concionaretur, tangens suum caput, ut sibi periculũ imminere significaret, inimici tanq̃ regem diadema petere, Senatui iudicarunt. Nasica eum cõsulẽ Mucium cessare vidisset; patres .n. cõscripti in æde Fidei publice conuocati, erãt, cẽsentes vt consul rẽp. armis defenderet, q negauit quidq̃ vi se esse actuꝝ, inqt, qm̃ consul dum iuris ordinem sequitur, id agit vt cum oibus legibus R. imperium corruat, q leges saluas esse cupiunt me sequantur, & sic pedibus subsellioꝝ Tiberius interfectus est, & in Tiberim vnco tractus. C. Grac. eius frater quæstor in Sardiniã cum Oreste cõsule nauigauit. Inde Romã rediẽs trib. pl. creatus est. duas leges tulit, quaꝝ altera iubebat, vt q ex magistratu p populũ motus esset, facultatẽ alterius magistratus ineũdi nõ hrẽt, Altera, vt si qs in magistratu constitutus ciuẽ R. sine iudicio necasset, in eum populi animaduersio foret. Altera M. Octauius notabatur, altera in Põpilium, q prætor amicos Tib. in exiliũ eiecerat, iudicium parabatur. Sed Põpilius statim fuga sibi cõsuluit. Tulit postea nõnullas leges de suffragijs socioꝝ pares Italos & ciues R. cõstituẽs de iudicibus diligendis. nã cum soli antea Senatores iudicarẽt, ob idq. a plebe timerẽtur 30. ex equestri ordine iudices adiecit, parẽ Senatorius numeꝝ statuens. hæc lea

potentiam Senatus magna ex parte fregit itē trib.pleb.C.Grae
chus leges tulit,colonias Tarentū atq; Capuā mittendis,& Lati
no ciuitate donādos decernens. Tandē optimatibus eā agitatis,
& in eius necē conspirantibus fugiens Gracchus Opimium cō-
sulē & armatos,ad pōtē Sublicium venit.duo eius amici Licinius
& Pōp.illum pcedere iubentes,non prius aliquem transire pmi-
serunt,quam ipsi pugnando sint occisi.Grac.in sacrum deorū ne-
mus se pripiens a Polycrate seruo est interfectus, q postea sibi
mortem consciuit.Caput Grac.Septumuleius qdam abstulit,qui
prius illud absciderat.Nam principio pugnæ pmissum erat, vt q
C.& Fuluij capita referret,tātundē auri ea publico acciperet. Re
latum est igr̄ a Septumuleio trāsfixum. pilo.stateræ postea impo
situm librarū decē & septē ac dimidiæ pondus traxit, nā detracto
cerebro plumbum infuderat.(Summi viri Tib.Gracchi,) q Coe
neliā duait vxorē.Ideo Tiberius & C.nepotes erāt maioris Afri
cani.(Non ne pdiderunt)q.d.pdiderunt,duxeruntq. ad mortem
leges agrariæ,quas ferebāt cum summa cōtētione in grām popu
liq.fauorē. Nōne interrogatiue positum,semp includit affirma
tionē,dicimus,nōne diai tibi?q.d.dixi.Num vero includit nega-
tionē.vt Num diai tibi? q.d.nō diai. & num fletu ingemuit nro?
(At vero Aratus)Si posuit hactenus eos,quos agrariæ cōtentio-
nes pdiderunt, nunc ponit Aratum Sicyonium summo pconio
dignum,q exortas cōtētiones aliorū culpa prudētissime compo-
suit,cū patriā suam Sicyonē asseruisset.Sicyon vrbs Achaiæ intra
Isthmū Pelopōnesi antiqssima,olearū pūctu,& picturis clara, A-
rati patria fuit,plures mutationes rerū ppessa successiue insurgē-
tium tyrānorū Non prius ea ea se cōtagione & turbatione rece
pit,quā Cleone interfecto,Timoclidā & Cliniam claros & opu
lētos in ciuitate viros delectos, summæ rerū Sicyonij pfecerunt.
Sed cum resp.certū iam aliquem statum obtinere videretur, Ti-
moclidas vita functus est.Paulo post Abātidas Bascæ filius subla-
to Clinia tyrānidem inuasit, Cliniæq. amicis ac domesticis par-
tim electis,partim interēptis filium Aratū 7.annos natū perdere
cupiebat.Sed puer pauidus fugiēt,casu quodā inscius domū mu-
lieris intrauit, quæ Abātidæ soror Periphanto Cliniæ fratri nu-
pta erat.Solia vocabatur mulier,quę noctu eū Argos vrbē emisit,
putās ad se diuinitus puerū delatū. Inde Argis apud hospites pa-
ternos educatus est, & cū robustum corpus hrēt, sese in palæstra
gymnasijsq.ceteris exercuit.Clinias,& Aristo dialecticus Abāti
dā tyrannu in foro trucidarunt.Inde Nicocles interēpto postea
Abātide patre,q in filij locū successerat,tyrānum se fecit,cū Ara-
tus plurimū nominis hrēt,Sicyonij exules ad eū se couerterunt.
Inde Aratus coacta exulū & quorundā aliorū manu Sicyonē no
ctu scalis ingred i,& incēsa tyrāni domo,ipse Nicocles p cunicu
los euasit,exules reuocati sunt in ciuitatē, tum q à Nicocle nu-
mero 8u.tū q a superioribus tyrānis nō pauciores 50. electi è ci
uitate fuerāt.Cumq. inops plurimū redijssent, possessiones suas
repetebāt,villasq. ac domos adeūtes,in magnā difficultatē & ani
mi sollicitudinē adduxerūt Aratū cernentē seditionibus ciuita-
tē agitari.His rebus anatus optimū cōsilium excogitās,rerū sum
mā ad Achæos detulit,atq; ita Sicyonios Achæis cōiungēs vnum
corpus effecit 15.talētis dono à Ptolemæo rege acceptis, statuit
suorū necessitati psulere,ea qppe ciuibus suis ad redimēdos capti
uos,siue ad aliā necessitatē agētibus diuisit.Instātibus vero exuli
bus,vt sua sibi bona redderētur, possessoresq. deturbare volenti
bus,cū sanari id malū nulla rōne posset,& exitiū ciuitati instare
videretur,pspexit vnā tm̄ rem in Ptol.liberalitate sitā esse.Igitur
in Ægyptu nauigās a rege opulētissimo precibus impetrauit,ut
dissolutionē debitorū ad cōponendas ciuium discordias numero
sa pecunia leuaret. Ptolemæo Aratus valde familiariter vtebat,
quē signis & tabulis è Græcia missis sibi deuinxerat. Nā cum in
eiusmodi rebus Aratus nō parum iudicij hrēt, & quotidie aliqd
opus summorū artificū in primisq. Pāphili & Melāthij studiose
conqrens ad regē mittebat 50.tal.ab eo accepit ad cōponendum
statū ciuitatis,quorū 40.secum asportāt in Pelopōnesum redijt,
reliqua missa sunt.Fuit igitur magnū,& laude dignum tantā pe-
cuniæ vim ciuibus parare suis,cuius exigua parte alij Imparorea
& principes ciuitatū accepta a regibus, suā sibi patriam turpiter
seruire coegerūt.Maius ēr quod his pecunijs sublatis simultatib⁹
inter paupes & locupletes recōciliata pax est,populo aūt vniuer
so salus cū securitate parata.Admirabilis pfecto illius in tātis o-
perib tnqr Plut.tārisq honorib⁹ modestia fuit. Honores Arato
publice decreti fuerūt,& ab exulib.priuatim erecta statua.Eius ci
uitas Sicyō vrba Achaię itra Isthmū,vbi dr̄ pictura inuēta.(Profe
ctus)discedēs ab Argis,vbi fuerat educat⁹ apud amicos paternos.
Argi nō multū distabant à Sicyone.(Clādestino) Nocturno,qm̄
noctu ingressus est vrbē cum exulibus, & tyrāni Nicoclis domū
incendit,& pātriam asseruit suā p 50.annos à tyrānis vexatā.(Me
thodeū)Plut.dicit fuisse Nicoclē,forte Methodeus Nicocles ap
pellabat,aut Plut.secutus est alios annales.(Improuiso)repēte.i.
clādestina inuasione,ac impetu oppressisset. Plut.dicit tyrānū eua
sisse noctu p cuniculos.(In bonis)Rebus amissis prius,cū mitte-
rētur in exiliū.(Qd' & eos)Hæc erat difficultas.(Restituerat)re,
uocauerat ab exilio.(Egere) inopes esse amissis bonis,q̇ ab alijs
possidebātur.(Et 50.annorū)Hęc erat altera difficultas.quātū ad
eos q iā per qnquaginta annos bona donata a tyrānis possede-
rāt,pulsis iustis dominis.Mutare igitur has possessiones arbitra-
batur iustū nō esse.(Propterea qd')Rō quare nō videbatur iustū.
Iudicauit ergo has possessiones nō esse adimēdas possessoribus,
& satisfaciēdū esse illis quorū prius fuerāt.(Hereditatibus)Reli-
cto iure hereditatis,& multa vēdita,& tradita dotis noie. (Illis)
q possidebāt.(His)Quorū fuerāt prius possessiones. (Cū statuis
set),p certo habuisset,& plane cerneret,iudicassetq;. sic alibi,di-
cit,statuere aūt q sit sapiēs.Hoc maxime vr̄ esse sapientis. (Ale-
xādriā)q̇ est vrbs Ægypti. (Hospitē) Amicū. qm̄ eo familiariter
vtebatur Aratus. (Alter) Secūdus postq̄ condita fuit Alexādria.
(Docuisset)Aperuisset cām,quare illuc nauigasset,qm̄ non pote
rat suos ciues cōponere sine pecunijs.(Vir summus) Summæ au-
ctoritatis & laudis.(Gradi) Numerosa,qm̄ Ptolemæus erat opu
lētissim⁹ a quo accepit s 50.tal. (Principes)primos ciuitatis.(Co
gnouit) Iudicauit,& pscrutatus est. inde cognitio dr̄ iudicium,si-
ue iudicatio.(Præfecit) pposuit,& elegit quosdā,q agris æstimā
dis præessent. æstimare est pcium imponere. (Cederet) habēdas
alijs pmitterēt.(Quod tanti esset) .i. accipere pecunias, quæ tm̄
valerent,quātū possessiones ab alijs occupatæ. (Suū) Possessiōes
quas amiserāt.(O virū magnum) Laudat Cic.prudētiā Arati, mo
destiamq., & studiū erga patriam & ciues,detestaturq. Syllam &
Cæsarē tyrānos,q bona ciuium sub hasta venire iusserūt voce p-
conis.(Magnū)Magni nois & auctoritatis,ac dignū,q Romæ na
PANAETIVS igitur, qui sine controuersia de officijs accuratissime disputauit, quemq. nos, correctione quadã adhibita, potissimũ secuti sumus; tribus generibus propositis, in quibus deliberare homines, & cõsultare de officio solerent; vno, cum dubitarent, honestũ ne id esset, de quo ageretur, an turpe; altero, vtile ne esset, an inutile; tertio, si id, quod speciem haberet honesti, pugnaret cum eo, quod vtile videretur, quo modo ea discerni oporteret; de duobus generibus primis tribus libris explicauit: de tertio aũt genere deinceps se scripsit dicturum; nec exoluit, quod promiserat. quod eo magis miror, quia scriptũ à discipulo eius Posidonio est, triginta annos vixisse Panætium postq̃ illos libros edidisset. quem locum miror à Posidonio brẽ esse tractatum in quibusdam cõmẽtarijs, presertim cum scribat, nullum esse locum in tota philosophia tam necessarium. minime vero assentior ijs, q̃ negant eum locum à Panætio prætermissum, sed consulto relictum, nec omnino scribendum fuisse; quia nunquam posset vtilitas cum honestate pugnare. de quo alterũ potest hr̃e dubõnem, adhibendum ne fuerit hoc genus, qđ in diuisione Panætij tertium est, an plane omittendum: alterum dubitari non põt, quin à Panætio susceptum sit, sed derelictum. nam, qui è diuisione tripartita duas partes absoluerit, huic necesse est restare tertiam. Præterea, in extremo libro tertio de hac parte pollicetur se deinceps esse dicturum. accedit eodem testis locuplex Posidonius; qui ẽt scribit in quadam epistola, P. Rutilium Rufum dicere solere, qui Panætium audiuerat; vt nemo pictor esset inuentus, qui Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquisset, absolueret, (oris.n. pulchritudo reliqui corporis imitandi spẽm auferebat) sic ea, q̃ Panætius prætermisisset, & non perfecisset, pp eorum, q̃ fecisset, præstantiam neminem esse persecutum. q̃obrem de iudicio Panætij dubitari non potest. recte ne aũt hãc tertiam partem ad exquirendum officium adiunxerit, an secus, de eo fortasse dubitari potest. nam siue honestũ solum bonum est, vt ẽ ita Stoicis placet; siue, quod honestũ est, id ita summum bonum est, quemadmodum Peripateticis nostris vr̃, vt omnia ex altera parte collocata, vix minimi momenti instar habeant: dubitandum nõ est, quin nunq̃ possit vtilitas cum honestate contendere. itaque accepimus, Socratem solitũ execrari eos, qui primũ hæc, natura coherentia, opinione distraxissent. cui quidẽ ita sunt Stoici assensi, vt ẽt, quidquid honestum esset, id vtile esse censerent: nec vtile quidq̃, quod non honestum. q̃ si is esset Panætius, qui virtutem ppea tolendam diceret, q̃ ea efficiens vtilitatis esset; vt, ij qui res expetendas, vel voluptate, vel indolentia metiuntur: liceret ei dicere, honestatem aliq̃ñ cum vtilitate pugnare. sed, cum sit is, qui id solum bonum iudicet, quod honestum sit; quæ autẽ huic repugnent specie quadam vtilitatis, eorum neque accessione meliorem vitam fieri, nec discessione peiorem: non vr̃ hmõi debuisse deliberationem introducere; in qua, quod vtile videretur, cum eo, quod honestum est, cõpararetur. etenim, quod summum bonum à Stoicis dr̃, conuenienter naturæ viuere, id habet hanc, vt opinor, sñiam, naturam cum virtute congruere semper; cetera aũt, quæ secundum naturam essent, ita legere, si ea uirtuti non repugnarent. quod cũ ita sit, putant quidam hanc comparationem recte non esse introductã, nec oĩno de eo genere quidq̃ præcipiendũ fuisse. Atque illud quidem honestũ, quod proprie, vereq. dicitur, id in sapiẽtibus est solis, neque à virtute diuelli vnq̃ põt: in ijs aũt in quibus sapientia perfecta non est, ipsum illud quidem perfectũ honestum nullo modo esse põt, similitudines honesti esse pñt. Hæc igitur oĩa officia, de quibus his libris disputamus, media Stoici appellant; & ea cõia sunt, & late patent: q̃ & ingenij bonitate multi assequũtur, & progressione discendi. Illud aũt, quod rectum ijdem appellant, perfectũ, atque absolutum est, &, vt ijdem dñt, oẽs numeros habet, nec, præter sapientẽ, cadere in quenq̃ põt. cum aũt aliqd actum est, in quo media officia comparantur, id cumulate vr̃ esse perfectum: ppea q̃ vulgus, quid absit à pfecto, fere non ex toto intelligit; q̃tũs aũt intelligit, nihil putat prætermissum. quod aũt in poematibus, & in picturis vsu venit, in alijsq. compluribus, vt delectentur imperiti, laudentq. ea, quæ laudanda non sint; ob eam, credo, cãm, q̃ insit in his aliquid probi, quod capiat ignaros, qui quidẽ, quid in vna quaque re vitij sit, nequeant iudicare. itaque, cum sint docti à peritis, desistunt facile à sñia, hæc igitur officia, de quibus his libris disserimus, quasi secunda q̃dã honesta dñt esse, non sapientum modo propria, sed cum oĩ hoĩm genere cõia: itaque ij oẽs, in quibus est virtutis indoles, cõmouentur. Nec vero, cum duo Decij, aut duo Scipiones fortes viri cõmemorantur, aut cum Fabricius aut Aristides iustus noĩatur, aut ab illis fortitudinis, aut ab his iustitiæ, tanq̃ à sapientibus, petitur exemplum. nemo.n. horum sic sapiens est, ut sapientem intelligi hic volumus: nec ij, qui sapientes habiti sunt, & noĩati, M. Cato, & C. Lælius, sapientes fuerunt; nec illi quidem septem; sed ex mediorum officiorum frequentia similitudinem quandã gerebant, spẽmq. sapientũ. quocirca nec id, quod vere honestum est, fas est cum vtilis repugnantia cõparari: nec id, quod cõiter appellamus honestum, quodq. colitur ab ijs, qui bonos se viros hr̃i volunt, cum emolumẽtis vnq̃ est comparandum. tamq. id honestum, quod in nostrã intelligentiam cadit, tuẽdum, cõseruandumq. est nobis, q̃ id, quod proprie dr̃, vereq. est honestum, sapientibus. alter.n. teneri non põt, si qua ad virtutem est facta pro-

parentibus tribuunt, quæ genitoribus tribuenda sunt, parentes aūt filijs, quæ natis tribui debent, stabilis talium & bona sic amicitia. & alibi, Pater dat filio vitam, nutrit, & erudit. Plato in Tege sic ait: Non noui profecto cui rei maiorem diligentiam, quis quis mentem habet, adhibere debeat, quam vt filium optimum reddat. [Propositæ diuisionis) Qm̄ proposuit in principio se disputaturum de comparatione & repugnantia vtilis & honesti.

FRAN. MAT. PVblium Scipionem) Præfatur Cic. & in hac pfatione & beneuolētiā atque attentionē à psona colligit auditoris, suū laudans offm̄ sine arrogantia & incōmoda quibus afficitur enumerans. Facit ꝑterea attentū a rebus ipsis. Nā cum oēs phīæ partes fructuosas dicat esse nullam ea q̄ in officijs tradendis versatur dicit esse feraciorem atque vberiorem. Trahit à persona beneuolentiā, ōndens optimū esse de eo spem atque expectationē. hortatur vt nihil tpis incassum elabi sinat. Et facile fore ōndit se pficiat, cum oīa suppetant necessaria primo ocium sibi tributū dicit frustra noluisse conterere, idq. exēplo Africani facere q dicere solebat nunq̄ se minus ociosum esse, quā cū ociosus esset, nec minus solū quā cū solus esset. Materia h⁹ 3. libri cōparatio est vtilis & honesti. Nā 1. libro pollicitus est de honesto prius dictuꝝ, deinde de honestoꝝ inter se cōparatione. Itē de utili, & duoꝝ vtilium contētione. Vltimo vero de vtilis & honesti pugna qd᷑ nūc facit. [Publium Scipionē) Qui Carthaginē tributariam fecit, & vir fuit continētia & rei militaris peritia oīum primus. [Primū) Natura & Aemilius Scip. Africanus appellatus est. [Cato, ille senior) Scripsit aūt hoc lib. de orig. de quo sic apud Cic. ipse ait: Septimus originum liber mihi est in manibus. [Aequalis) .i. æquæuus. [Minus ociosum) Mēte. s. & cogitatione, pclara vox fuit Fra. Petrarchæ q cū libros euolueret, & rudis qdā superueniens interrogasset, qd ita solus esset: rñdit, nūc solus esse incipio postq̄ .s. venisti, qd. s me à libris abstraxisti. Cogitabat aūt Scipio cū ocio sus esset a laboribus. s. requiescēs corporis q̄ erāt reip. vtilia. [Nec minus solū,) Nā cogitatione eos adesse videbat, cū quibus aliqd qd ad rēp. ptineret tractaturus erat. [Magnifica &c.) Laudat hāc Scip. vocē. [Quæ declarat) Dcm̄ sapiens Scipionis declarat, in ocio nō fuisse ociosum neque in solitudine solū. Nā cū in ocio esset de negocijs cogitabat, & sic solus nō erat, qa socios cū quib⁹ colloqueretur ꝓ̄rē videbatur. Vt neque cessaret, qa ēt si nihil reꝶ gerebat tñ cogitabat. [Hæ duę res) Ociū & solitudo. [Acuebant) Ingeniosiorē faciebant. [Vellē &c.) Vellē, inqt, vt ego quoq; sic dicere possem me. s. non minus ociosum quā cū sum ociosus, nec minus solū quam cū sum solus. Sed non possum tm̄ ingenij pstantiam cōseq. aliquid tñ in ocio ago. [Voluntate) Quia & si nō possum vellem tñ. [Nam &c.) Incōmoda sua ꝓfert & ōndit se non voluntate, sed necessitate ocium psequi. [A rep.) A Senatu. [Forēsibus negocijs) Defensionibus amicoꝶ, idē in princ. dixit Tusc. Cū defensionū laboribus, Senatorijsq. muneribus, aut oino, aut magna ex parte essem aliqū liberatus. [Armis impijs) Iulij prius, deinde & Octauij & M. Antonij, nā hunc librū tunc scripsit, cum Oct. & Ant. bella gererent cōtra Br. & Cass. [Vt) Hoim pditoꝶ. [Rura) Vt Tusc. Pompeianum sibi pdia habuit Cic. [Sed &c.) do ctrinā ostendit inter suū & Africani ocium. Nā illius volūtariū fuit, Cic. vero necessarium. [Ille. n. &c.) Nū habemus qd in rep. & foro agamus, ideo in ocio esse cogimur. At vero Scip non idē contingebat. Qui ocium aliqū sibi assumebat, vt conquiesceret. [Extincto. n. Senatu) Mortuis Senatoribus maiori ex parte in ciuilibus bellis. [In curia,) Vbi sniam dicebat. [In foro) Vbi causas defendebat. [Abdimus) Occultamus & in solitudinē recipimus. [Sed qa &c.) ergo postq̄ sublatis negocijs ociū mihi relictū erat: ad scribendū me cōtuli ut doctoꝶ sniam sequerer, q dñt nō solū minima ex malis seligere oportere, sed ēt siqd malis inest boni id accipere. Malū qdem est qd᷑ oportet, vt in ocio viuā. Qui i reip. administratione versari solebant, sed minima elegi ne videlicet ociū frustra consumerē nec solū minima, sed bonu aliqd᷑ ex his malis excerpsi: nam me ad scribendū cōtuli, ea quo & ciui & posteri nō mediocrē utilitatē sunt cōsecuturi. [Sed nō eo &c.) Nō eo fruor ocio quo frui dēet auctor pacis & q rēp. ꝯseruauit. Non pōt prætire quin se laudet & illud cōmemoret egregium facinus quo Catilinæ sopiuit coniurationē, & patriā ab interitu liberauit. [Languere) Torpescere ac frustra cōsumi. [Nō solūtas.) Malē stāte rep. in eius versari administratione. [Quanq̄ Africanus) Meritū suū extenuat & maiorē laudē ex illo ocio assecutū Afric. dicit se tñ aliqd assecutuꝶ qd᷑ Africano nō cōtigit. Qm̄ ille nihil litis mandauit. Cic. vero ipse monimēta relicturus sit ingenij, cū aliqd scribat qd᷑ & pñtibus & posteris ꝓsit. [Maiorē laudē) Plus .n. laudis habet inuestigare aliqd & inuestigādo agere qd᷑ faciebat Africanus, quā inuestigata ab alijs & cogitata literis mādare,

quod Cic. agebat. Quemadmodū facta verbis anteponēda sunt, Ita laus q̄ ex rebus cōparatur laude anteponitur q̄ ex scriptis colligitur. [Ex quo.) q̄uis nihil literis mādauerit. [Nos āt) Se deprimit plurimū cū Scipionis ocio suū cōparat. [Tm̄ roboris) Quātum Scip. habuit. [Tacita solit.) Nō scribētis vt ille faciebat. [Abstrahamur) Amoueamur. [Itaque pl. &c.) Occupata rep. sublatis forēsibus, & Senatorijs muneribus inuitus ad scribendū se contulit Cic. & plura scripsit breui tpe de phīa pſertim euersa rep. tūc .n. cū esset familiaribus negocijs, & Senatorijs impeditus, scribere nō poterat, itaque ædidit. Tusc. q̄ōnes de off. de fin. de nat. De. de senect. de amic. & alia opera complura. [Tota phīa,) Facit attentū ab vtilitate vt diximus. Cōmendat. n. pcipue hāc phīæ partem q̄ ad officia ptinet. [Tota phīa) q̄ tripartita est, diuiditur .n. in physicam, ethicam, logicam, & ethica ēt ipsa trifariam scindit. in monosticam, politicam, œconomicam. [Frugifera, & fructuosa,) Frugifera vsufructuosa cognitu, vt illa ethice, hæc physice intelligatur qd᷑ sequentia indicant inculta rōne, viuēdi, deserta studio sciendi. [Inculta, ac deserta) Multi. n. fuere q & physicē & ethicē coluerunt. [Ā ñ nul. &c.) q̄uis tā nālis phīa, q̄ moralis celebretur tñ &c. [Feracior) Trāslatio est ab agris. [Cōstāter &c.) Et veꝶ est, nam si offm̄ est cōgruus actus vniuscuiusque psonę sequitur ꝑcepta offōꝶ latissime patere. [Quare, q̄q̄ &c.) Hic idē facit qd᷑ in opis exordio fecerat. hortatur. n. vt sua legat, q̄q̄ à Cratippo principe phoꝶ eius ætatis erudiatur. [Atque accipe) Nō. n. satis est audire nisi ēt accipias & memoriæ cōmendes. [Quod eū oibus &c.) Hæc, inqt, vt talia præcepta audire & perdiscere semp velit, oēs facere debent q ad eā ætatē peruenerunt vt aliq honestam vitam ingredi possint, sicuti Xenophon scribit, adolescenti Herculi duas mulieres obuiam in solitudine factas esse, voluptatem & virtutem, Herculē relicta voluptate virtuti hæsisse. [Tum haud scio an &c.) Hic metū quodāmodo inijcere vī filio, ne si nō rñderit virtuti & claritati parentis oibus merito sit derisui, & re vera q ex pstantibus parentibus nati sunt hoc multo magis quā ceteros operam dare conuenit, vt illis simillimi euadant, quod si degñauerint oibus sunt contemptui. [Sustines. n. &c.) Oēs. n. spectant, vt similis mihi euadas. [Nois) Famæ. [Suscepisti) Alia ratio quod negocium suscepisti literaꝶ Athenis, vt nisi profeceris magnum dedecus sis incursurus. Cum nec tibi idoneus præceptor, nec locus vbi erudiaris aptissimus defuerit. [Quare, quātū &c.) Ergo quantum & aio & corpore eniti potes tm̄ ēt efficias. [Si discendi &c.) Quia non est labor, sed voluptas potius, nam q sequitur doctrināam amore doctrinæ non lucri, ij incredibilem sentiūt voluptatem. [Omnia suppeditata sint) Arguit a facili.

ASCEN. PVblium Scipionem) Huius in 3. librum pfationis est ordo. O Marce fili Cato scripsit Publium Scipionē eum q appellatus est primū. i. ante oēs alios Africanus à deuicta s. Africæ ciuitate Carthagine, hoc est Scipionem maiorē solitū dicere. Scripsit inq̄ Cato q fuit fere æqualis eius videlicet Scipionis eū solitum dicere, se nunq̄ esse minus ociosum. i. cessantem quam cū esset ociosus. i. extra administrationē reip. Nec se esse minus solum quam cū esset solus, qa tunc cū literis aut aio suo versabat cum extra turbā esset. Vero. i. certe illa sup. vox est magnifica & digna magno & sapiēte viro, q̄ declarat illū cogitare in ocio de negocijs, & solitū loq secū in solitudine. i. cū solus esset, vt neq; cessaret vnq̄, & interdū nō egeret colloqo alterius. Itaque q̄ res q̄ afferunt ceteris languorē. s. ocium & solitudo acuebant illū. Vellē vt sup. liceret &. i. ēt nobis dicere hoc vere. Sed si minus. i. nō possumus conseq imitanune. i. imitādo tantā pstantiam ingenij, certe nos accedimus proxime voluntate. Nā nos prohibiti a rep. & negocijs forensibus. i. q̄ egimus stante rep. in foro iudiciali, prohibiti dico impijs, quia tyrannicis armis & ui. i. violentia psequimur. i. sectamur, vt ex eo lucrū faciamus ocium, & nos relicta vrbe peragrantes rura ob eā causam, qa ꝓhibiti sumus & ocium psequimur, sumus fere. i. quasi semp soli. Sed ne hoc. i. meum ocium est sup cōparandum cū ocio Africani, nec hæc solitudo est cōparāda cū illa. i. cum illius solitudine. Ille. n. requiescens a pulcherrimis muneribus reip. sumebat. i. sua sponte cupiebat aliqn̄ ocium, & recipiebat se interdū à cœtu & frequentia hoīm, in solitudinem tanq̄ in portū. i. locū quietis & securitatis. Nostrum aūt ociū cōstitutum est inopia. i. penuria & carentia negocij quia. s. resp pijt nec. i. & non studio. i. desiderio quiescendi, q. d. nollē quiescere si resp. vigeret. Enim, pro qa, qoidem qd agere possumus? aut in curia, aut in foro dignū nobis, extincto Senatu. i. postq̄ Senatus extinctus & p Cæs. oppssus est? & iudicijs deletis? q. d. nihil. Ita nos q uixerimus quondā in maxima celebritate atque in oculis ciuiū, nūc fugientes conspectū sceleratoꝶ. quibus oīa redundāt. i. nimis plena sunt abdimus. i. occultamus nos quantū licet, & sumus

mus sæpe soli. Sed q̄a nos accepimus.i.audiuimus & didicimus, sic à doctis hoībus, videlicet oportere nō solū eligere electione .s.coacta.i.minus fugere ex malis.i.inter mala minima i.ea q̄ minima sunt, sed ēt excerpere ex his ipsis .s. malis, sup. aliq̄d boni si q̄d boni inesset. Propterea ego fruor.i.iucūde utor, & .s. ēt ocio, quidem .i. certe non vllo quo is debeat sup. frui, q̄ peperisset q̄m ciuitati ocium .i. tranquillitatē, sicut ipse Cic. de victo Catil. Nec ego patior eam solitudinē, quā necessitas nō voluntas affert mihi. Languere.i.ignauum & inertem esse, q̄d Afric. assequebatur, vel.i.ēt meo iudicio maiorem.i.valde inanem, tñ nulla monimēta.i.testimonia eius ingenij sup. extant mandata literis.i.scripta, & nullum opus eius, & nullum munus solitudinis eius extat. Ex quo debet intelligi illum, nec ociosum, nec solū fuisse vnq̄ agitatione.i.pp agitationem mentis, & inuestigatione.i.pp inuestigationem earum rerum, quas consequebatur cogitando. Nos aūt, qui non habemus tm̄ roboris, vt abstrahatur tacita cogitatione.

DOCT. interpr. PVblium Scipionem &c.) Orditur a χρείᾳ, & poterit hic locus esse exemplum τῶν χρειῶν tractandarum.(Magnifica vero vox) Laudat χρείαν.(Sed si minus) Accommodat ad suum institutum.

ARGVMENTVM.

Reprehensus Panætius, quod tria genera pollicitus, tertium non exoluerit. Ab alijs item notatus, quod eam partem homo Stoicus induxerit, in qua diceretur cum honestate pugnare vtilitas, atque à Cicerone defensus.

PANAETIVS igitur, qui sine controuersia de officijs accuratissime disputauit, quemq́. nos, correctione quadā adhibita, potissimū secuti sumus; tribus generibus propositis, in quibus deliberare homines, & cōsultare de officio solerent; vno, cum dubitarent, honestū ne id esset, de quo ageretur, an turpe; altero, vtile ne esset, an inutile; tertio, si id, quod speciem haberet honesti, pugnaret cum eo, quod vtile videretur, quo modo ea discerni oporteret; de duobus generibus primis tribus libris explicauit: de tertio aūt genere deinceps se scripsit dicturum; nec exoluit, quod promiserat. quod eo magis miror, quia scriptū à discipulo eius Posidonio est, triginta annos vixisse Panætium postq̄ illos libros edidisset. quem locum miror à Posidonio br̄ esse tractatum in quibusdam cōmētarijs, presertim cum scribat, nullum esse locum in tota philosophia tam necessarium. minime vero assentior ijs, q̄ negant eum locum à Panætio prætermissum, sed consulto relictum, nec omnino scribendum fuisse; quia nunquam posset vtilitas cum honestate pugnare. de quo alterū potest hr̄e dubitationē, adhibendum ne fuerit hoc genus, q̄d in diuisione Panætij tertium est, an plane omittendum: alterum dubitari non pōt, quin à Panætio susceptum sit, sed derelictum. nam, qui è diuisione tripartita duas partes absoluerit, huic necesse est restare tertiam. Præterea, in extremo libro tertio de hac parte pollicetur se deinceps esse dicturum. accedit eodem testis locuplex Posidonius; qui ēt scribit in quadam epistola, P. Rutilium Rufum dicere solere, qui Panætium audiuerat; vt nemo pictor esset inuentus, qui Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquisset, absolueret, (oris.n. pulchritudo reliqui corporis imitandi spem auferebat) sic ea, q̄ Panætius prætermisisset, & non perfecisset, pp eorum, q̄ fecisset, præstantiam neminem esse persecutum. q̄obrem de iudicio Panætij dubitari non potest. recte ne aūt hanc tertiam partem ad exquirendum officium adiunxerit, an secus, de eo fortasse dubitari potest. nam siue honestū solum bonum est, vt ita Stoicis placet; siue, quod honestū est, id ita summum bonum est, quemadmodum Peripateticis nostris vr̄, vt omnia ex altera parte collocata, vix minimi momenti instar habeant: dubitandum nō est, quin nunq̄ possit vtilitas cum honestate contendere. itaque accepimus, Socratem solitū execrari eos, qui primū hæc, natura cohærentia, opinione distraxissent. cui quidē ita sunt Stoici assensi, vt ēt, quidquid honestum esset, id vtile esse censerent: nec vtile quidq̄, quod non honestum. q̄ si is esset Panætius, qui virtutem ppea colendam diceret, q̄ ea efficiens vtilitatis esset; vt, ij qui res expetendas, vel voluptate, vel indolentia metiuntur: liceret ei dicere, honestatem aliqñ cum vtilitate pugnare. sed, cum sit is, qui id solum bonum iudicet, quod honestum sit; quæ autē huic repugnent specie quadam vtilitatis, eorum neque accessione meliorem vitam fieri, nec discessione peiorem: non vr̄ hmōi debuisse deliberationem introducere; in qua, quod vtile videretur, cum eo, quod honestum est, cōpareretur. etenim, quod summum bonum à Stoicis dr̄, conuenienter naturæ viuere, id habet hanc, vt opinor, sniām, naturam cum virtute congruere semper; cetera aūt, quæ secundum naturam essent, ita legere, si ea uirtuti non repugnarent. quod cū ita sit, putant quidam hanc comparationem recte non esse introductā, nec oīno de eo genere quidq̄ præcipiendū fuisse. Atque illud quidem honestū, quod proprie, vereq. dicitur, id in sapiētibus est solis, neque à virtute diuelli vnq̄ pōt: in ijs aūt in quibus sapientia perfecta non est, ipsum illud quidem perfectū honestum nullo modo esse pōt, similitudines honesti esse pn̄t. Hæc igitur oīa officia, de quibus his libris disputamus, media Stoici appellant; & ea cōia sunt, & late patent: q̄ & ingenij bonitate multi assequūtur, & progressione discendi. Illud aūt, quod rectum ijdem appellant, perfectū, atque absolutum est, &, vt ijdem dn̄t, oēs numeros habet, nec, præter sapientē, cadere in quenq̄ pōt. cum aūt aliq̄d actum est, in quo media officia comparantur, id cumulate vr̄ esse perfectum: ppea q̄ vulgus, quid absit à pfecto, fere non ex toto intelligit; qtūs aūt intelligit, nihil putat prætermissum. quod aūt in poematibus, & in picturis vsu venit, in alijsq́. compluribus, vt delectentur imperiti, laudentq́. ea, quæ laudanda non sint; ob eam, credo, cām, q̄ insit in his aliquid probi, quod capiat ignaros, qui quidē, quid in vna quaque re vitij sit, nequeant iudicare. itaque, cum sint docti à peritis, desistunt facile à snīa. hæc igitur officia, de quibus his libris disserimus, quasi secunda q̄dā honesta dn̄t esse, non sapientum modo propria, sed cum oī hoīm genere cōia: itaque ij oēs, in quibus est virtutis indoles, cōmouentur. Nec vero, cum duo Decij, aut duo Scipiones fortes viri cōmemorantur, aut cum Fabricius aut Aristides iustus noīatur, aut ab illis fortitudinis, aut ab his iustitiæ, tanq̄ à sapientibus, petitur exemplum. nemo.n. horum sic sapiens est, vt sapientem intelligi hic volumus: nec ij, qui sapientes habiti sunt, & noīati, M. Cato, & C. Lælius, sapientes fuerunt; nec illi quidem septem; sed ex mediorum officiorum frequentia similitudinem quandā gerebant, spēmq́. sapientū. quocirca nec id, quod vere honestum est, fas est cum vtilis repugnantia cōparari: nec id, quod cōiter appellamus honestum, quodq. colitur ab ijs, qui bonos se viros hr̄i volunt, cum emolumētis vnq̄ est comparandum. tamq́. id honestum, quod in nostram intelligentiam cadit, tuēdum, cōseruandumq́. est nobis, q̄ id, quod proprie dr̄, vereq́. est honestum, sapientibus. alter.n. teneri non pōt, si qua ad virtutem est facta pro-

mis studiose insectari Panętiũ & vrgere.[Cõparetur).i.aliq̃ similitudinẽ hr̃e dicatur. Illam siqdem cõparationẽ admittũt,quæ rõne accidẽtiũ.i.qualitatis & quãtitatis aliq̃ similitudinem hr̃e vñr [Etenim,qđ summũ bonũ)Interpretatur Cic. summũ bonum, qđ Stoici cõstituebãt,qua interpretatione oñdit hãc cõparationẽ nõ recte à Panætio introductã.[Vt opinor,)Vt puto.vtit mediocritate,& nõ vult affirmare hãc esse sniam summi boni,quod Stoici ꝯstituebãt ꝯgruẽter naturæ viuere.nã vt supra dictũ est,Zeno primus in lib.de natura hois,dixit finẽ esse sm naturã viuere, id aũt est,inqt Laertius,sm virtutẽ viuere,ad eã qppe nã nos ducit.[Cõgruere)Cõuenire & nunq̃ discrepare a virtute. [Cetera aũt) Bona fortunæ & corporis,quoꝝ honesto vsu natura idiget, aliter vita sustẽtari nõ põt,sed ita eligẽda sunt,vt virtuti nõ repugnẽt. Ergo apud Stoicos,si eoꝝ finẽ recte sequi volũt, vtilitas nõ põt cũ honestate pugnare,qm̃ spernere debẽt,& ꝓ nihilo ducere ea,q̃ virtuti repugnẽt.[Secũdũ naturã) Accõmodata naturæ,& q̃bus natura ipsa sustẽtatur,& alitur.[Quod cũ ita sit,)Ex supradictis infert conclusionẽ.[De eo gñe) Repugnãtia & cõparatione vtilis & honesti.[Atq; illud qđ dĩ honestũ)ꝓbat Cic.nec pfectũ honestũ,qđ i solos sapiẽtes cadit,nec sm honestũ qđ est cõe,quodq̃ offm̃ mediũ dr̃,cũ vtili cõparari posse, vt multo magis oñdat hãc partẽ a Panætio non recte introductã,qm̃ eius ꝓfessio aliter sentire debet de honesto,& vtili & ipsoꝝ repugnãtia prius affert ꝑfectũ offm̃,inde mediũ siue cõe,& sic ponit doctrinã vtriusq̃. officij,ut ꝯcludat talẽ cõparationẽ nõ recte introduci a Stoico,cũ ea ẽt Peripatetico nõ esset cõsentanea.[Sapientibus)Perfectis hoibus,q hñt habitum uirtutis,& offm̃ perfectum exercẽt. qđ a uirtute diuelli non põt,qm̃ habet nẽm perfectionẽ.[Sapientia pfecta non est,)Nõ pfecta uirtus,sed aliqua ad uirtutẽ,sapientiamq̃, ꝓgressio,& cum in ipsis non sit pfecta sapientia,et perfectum honestum esse non põt,sed similitudo quædam honesti,ut est ipsum offm̃ medium.[Similitudines)Vt sunt media officia de qbus certa ratio reddi põt.[Hæc enim) Oia,probat ex diffinitione Stoicoꝝ similitudines honesti esse in hoie non perfecto,qm̃ uersatur in medijs officijs,quæ sunt secunda honesta.[Cõia sunt,) Oibus hoibus,tam perfectis,quam imperfectis.[Late patẽt:) Ad plures se extendunt, & oibus cõia sunt,& ab oibus exerceri põt, perfecta uero officia a solis sapientibus,de medijs officijs potest reddi ratio.[Omne numeros)Oẽm perfectionem, cum aũt aliquid dicit Cic. imperitã multitudinem non recte de ipsis officijs iudicare,qm̃ putant media officia esse pfecta,ut hi qui picturã laudant, cum oino ignorent eam artẽ, & erratum dignoscere nequeant. [Comparãtur)Fit comparatio mediocriũ officioꝝ inter se.[Id) In quo media officia comparãtur. [Propterea quod) Affert rõnem quare id accidat. [Quid absit à perfecto) Quãtũ ei desit ad perfectionem, qđ imperiti cumulate perfectũ opinantur. [Non ex toto)Non oino & penitus.[Qtũs) Inquantũ intelligit.i. sm opinionem suam & intelligentiam putat esse perfectum. [Qđ) Iudicare aliqd esse perfectum cũ non sit.[Viu)Cõsuetudine.[In his)Quæ laudant.[Aliqd ꝓbi) Probe facti & cũ perfectione artis.[Quod capiat) Delectet,sic apud Mart. Te fortasse magis capiet de virgine porca. [Cum sint docti) Admoniti a sapientibus ipsi imperiti,& edocti desistunt a scia, & aliter esse ac ipsi opinabantur,intelligunt.[Itaque) Quapp,inqt,oẽs qui non hñt habitum,sed quoddam signũ ipsius virtutis, cõmouentur cum vident aliquod medium honestum,& laudant ipsum tanq̃ perfectũ, qm̃ ipsi non hñt vsum perfectæ virtutis,& non sunt sapientes vt possint iudicare an illud sit pfectum,quẽadmodum ignari male iudicant de poematibus & picturis. Tunc.n. offm̃ dr̃ esse perfectum, cum agens agit sciens,eligens,& perseuerans.hæ tres ꝯdões ad officij perfectionem requirũtur. Malus hõ rem iustã agit interdum,vt dcm̃ est,sed non iuste,& ideo non fungitur offõ perfecto, sed medio siue cõi. itaque vna eademq̃. actio respectu agentium dr̃ perfectum offm̃, & medium, pfectiones aũt offõꝝ sapiẽtes tm̃ cognoscunt.[His) .i. officijs, medijs,& quasi secundis honestis. [Cõmouentur) .i. afficiuntur.i. laudant,& amant,qm̃ suo simili gaudent,& eatenus iudicant,qtũs intelligunt.[Indoles)Signum virtutis,non perfecta virtus & sapia,vt possint bene iudicare, sed hñt quoddam medium honestum.i. aliq̃ progressionem ad virtutem. Iudicare aũt quid in quacunque re pfectum sit,prudentię est atque sapiæ. hoies igitur imperfecti de pfectione officij iudicare non pñt,qtũs aũt intelligunt,& iudicant media officia,putãt esse pfecta. Vnde multitudinis iudicio multi putantur sapientes qui non sunt,sed in medijs versantur officijs, & quandã similitudinẽ gerũt vere sapientis,& adumbratã imaginem, nõ solidã & expressam. Vñr.n. esse sapientes,cũ non sint.[Nec vero,)Affert quosdã, qui & fortes & sapientes habiti sunt, & ostendit illos non fuisse, aut perfecte fortes,aut plane sapientes, sed versatos fuisse in medijs officijs. Duo Decij,pater & filius, qui magno aĩo se pro totis legionibus deuouerunt. [Duo Scipiones) Publius, & Cneus fratres.q in Hispania occubuerunt in 2.bello Pun.[Fabricius) Romanus iustus fuit,& cõtra Pyrrhum pugnauit,vt dcm̃ est,& dicetur loco suo. Pyrrhus certior factus à Fabricio de veneno, quod medicus parabat,dixit, Ille est Fabricius q difficilius ab honestate,quã sol a cursu suo auerti põt.[Aristides) Atheniensis Lysimachi filius fuit & eximiæ iustitiæ,sbci ꝓcurator designatus non ętatis suæ solum magistratus, sed & superiores multa, q̃ ad remp. pertinebant,in rem suã vertisse ostendit. In primisq̃. Themistoclem,qui tametsi sapiens vir,paꝝ tñ continentes manus habuisse iudicatur. Aristides,inquit Plut. cũ ois virtutis,tũ maxime æquitatis & iustitiæ apud populum periculum fecisset,q̃ ad summã semper vtilitatem ac fructum referuntur, ex quibus Aristides q̃q̃ vir inops & plebeius,regium tñ in primis ac diuinissimum iusti.s.cognomen adeptus est.[Aut ab illis)Decijs & Scipionibus.[Aut ab his)Fabricio & Aristide.[Sic sapiens) Sic perfectus in oi virtute. [Vt sapientem) Perfectissimum.s.qualem Stoici cõstituebant & volebant. [Nec ij,q sapientes) Nunc oñdit illos nõ fuisse plane sapientes,qui habiti sunt & apud nros & apud Græcos. [C.Lælius,)Scipionis amicus. io Lælio ait, Vnum te sapientẽ appellãt,& existimant. attribuebatur hoc modo M.Catoni. Scimus L. Acilium apud pr̃es nostros appellatum fuisse sapientem,sed vterque alio quodã modo. Cato,qa multaꝝ reꝝ vsum habebat,multaq̃. eius & in Senatu & in foro,vel prouisa prudenter, vel acta constanter,vel rñsa acute ferebantur,ꝓpterea quasi cognomen iam habebat in senectute sapientis. Te aut alio quodam modo dñt nõ solum natura & moribus,verũetiam studio & doctrina esse sapientem,nec sicut vulgus, sed vt eruditi solent appellare sapientem, qualem in reliqua Græcia neminẽ. Nam qui septẽ appellantur, eos q ista subtilius q̃runt,in numero sapientum non hñt,hanc esse in te sapiam existimant, vt oia tua in te posita esse ducas, humanosq̃, casus virtute inferiores putes.[M.Cato,)Censorius.s. [Nec illi qdem)Septem sapientes habiti sunt,auct. Laertio, Thales,Solon,Periander,Cleobolus,Chilon,Bias,Pittacus, his adnumerant plerique Anacharsin Scythã, Mysonem Chinm,Pherecydẽ Syꝝ,Epimenidemq̃. Cretensem, addunt aliq & Pysistratum tyrannum.[Frequentia) Multitudine,qm̃ medijs officijs puenitur tandẽ ad pfectum. [Similitudinem) Videbantur,inquit sapientes,sed non erant,vt vere sapientes intelligunt. [Quocirca)Concludit Cic. ex supradictis,nec pfectum honestũ, nec medium dr̃e comparari cum vtilis repugnantia.[Cõparari) Adęquari,& hr̃e similitudinẽ asseuerant, cum diuersam habeãt vim & naturam.[Cõiter)Quod est oibus cõe, & medium quoddam honestum,qm̃ constat ex medijs officijs.[Quod)Cõe honestum & medium,qm̃ illi boni volunt videri,in medijs officijs versantur.[Emolumentis)Vtilitatibus,qm̃ non essent boni viri,si potius vtilitates,quam honesta sectarentur, quibus rõnibus vrgetur Panæt. qui cũ esset Stoicus,hanc partem introduxit. [Tamq̃. id honestum) Affert rõnem quare cõe honestũ non debet cõparari cum emolumentis,qm̃ .s. hi qui versantur in medijs officijs,ut ad pfecta tandẽ perueniant, & ꝓgressionem iam factã ad virtutem retineant, non aliter ipm̃ mediũ honestũ debent tueri, quam pfecte sapientes,illud pfectũ honestũ tuentur, & colunt. [In nr̃am intelligentiam) Qm̃ non sumus sapiẽtes,& intelligimus media q̃dam honesta,nõ pfectum.i. medium honestũ,de quo nos intelligimus.[Quam id,)Est cõseruandũ sapientibus id qđ vere est honestum.[Aliter.n.)Rõ,qm̃ si a medijs officijs disceditur,ꝓgressio quæ facta est ad ipm̃ virtutis habitum ꝯdum,teneri non põt,sed ad vitium fit ingressio. Vñ in medijs officijs pseuerandum est, vt ad perfecta perueniatur, quæ nõ aliunde quam à virtutibus habitu ꝓficiscuntur Ordo est. Aliter teneri non põt progressio,si qua facta est ad uirtutẽ. progredimur ad uirtutẽ medijs officijs, qbus relictis ad vitium regredimur. ergo totis viribus enitendũ est, vt ꝓgressio ad virtutẽ nõ deseratur, quod oibus qui boni volũt hr̃i faciendum est.[Sed hæc)Sup. dictum sit. De his qui hñt boni,qm̃ medijs funguntur officijs,q.d. apud illos qui officijs fungũtur,& ob id boni existimantur,nõ est repugnantia vtilis & honesti, sed apud illos q oia dñt expetenda pp utilitatem,& summum bonũ in diuitijs posuerunt,ideo dicit.[Qui aũt oia metiuntur) Mensurant & dñt expetenda pp vtilitatem. Oia quæ faciunt,& appetũt non pp honestatẽ,sed pp diuitias.[Cõmodis)Vtilitatibus.[Præponderari) .i. existimari,dirigi,iudicari ꝑpõderari ꝓprie est antæponi in pondere,ac iudicatura,siue existimatione. dicimus ẽt absolute hoc ꝑponderat. Sen. lib 6. de benef. Vbi in cõparatione beneficij ꝑpõderauit iniuriã boni uiri & officiosi, oia quæ faciunt, &

appetunt honestate non vtilitate ponderare debent, & cogitaré quam sit honestum, non quantú afferat vtilitatis id, qđ facere volunt & appetunt. Illi aút q nondú media officia ingressi sunt, oia vtilitatibus metiuntur, & sic apud ipsos vtilitas cum honestate, quam non curant pugnare pót, apud officiosos non pót, nec debet. [Boni viri) Qui versantur i medijs officijs. [Itaque) Quapp. interpretatur Cic. verba & mentē Panætij, eumq. excusat. [Hoc ip. sen. quod di.) Hanc sniam habuisse, id qđ duxit Panætius homines. s. solere dubitare, sed non oportere, qm̃ honestum cú vtili pugnare non pót. [Solere modo) Solúmodo solere sed nō oportere, qm̃ non debet quis dubitare de hoc, nisi ab offō sit oino alienus. quod cum ita sit Panætius non est reprehendendus, immo laudandus, qm̃ intellexerit non oportere, vt suam decebat ꝓfessionem, & profecto si hãc partem absoluisset, nisi aliud vt opinor fecisset, nisi eos refellere, qui in tali comparatione dubitare solerent, cum non oporteat. & hæc pars certe admodum necessaria erat, sed quare omiserit incertum est, & ipse viderit. Vñ Posidonius bene dicebat nullum esse locum in pħia tam necessarium, hoīes. n. hac parte intellecta, magno liberantur errore, cum. s. cognouerint honestum cú vtili pugnare non posse, & in hac cóparatione dubitandum non esse nec talē cóparationem fieri dře, & sic snix Rutilij accedendum est, qui reddidit rõnem, quare alij post Panætium hanc partē ab illo relictam nō sunt ꝓsecuti. [Pluris) Maioris ꝓcij & momenti. [Sed hæc) Vtile & honestum. [Cōparare). i. conferre & qualitatum dr̄iam præponere, aut postponere: Nã comparatiuú addit positiuo, magis, vt honestius, magis honestum. [Quid er. est) Quærit à se qd sit illud, quod talem addubitationem afferr, & soluit dicens tunc oriri talem dubõnem, cú exploratú non habemus quale illud sit de quo consideratur, qm̃ si esset certum cuiusmodi esset, nullam hr̄et dubõnem, sed pateret, aut esse honestum, aut inhonestú, circúſtantiæ. n. tpm & ꝓsonaꝝ sunt causa huius dubõnis, qm̃ id, quod vř per se turpe nō est rõne tpis aut personæ. Interficere. n. hoīem turpe est, sed interficere tyrãnum est honestum. [Addubõnem). i. ambiguitatem. alibi dicitur solebat addubitare Panæt. Addubitare proprie est ad aliquid siue in aliqua parte ambigere. vnde Liu. dicit, De legatis paullulum addubitatum est. [Considerandum) Examinãdum & iudicandú. [Quale sit) Honestú an turpe. [Sæpe. n.) Rō quare oritur dubō, cum ignoratur quale id sit, de quo deliberamus, & afferre ancipitem curã cogitandi. [Tpe) ꝯdõne tpis, & sic circunstantia facit, vt id non sit turpe, quod erat, & id non honestum, quod ꝑ se erat honestum. [Plerunque) Fere semp. [Inueniatur) Aliqua. s. circunstantia tpis aut personæ, & ponit exemplú de nece Cæs. [Quod pa. la.) Quod ad plura se extendat, & ad multa possit transferri. nam vno hoc exēplo, alia possumus intelligere. [Familiarē) Amicum, qm̃ Br. non modo amicus, sed ēt filius Cæs. habebatur. Nam dř Cæs. cócubuisse cum Seruilia matre Bruti & sorore Catonis. Vnde Cæs. cultu filij Brutú apud se habebat, & eum maxime ornabat. Cú vulneribus appeteretur à coniuratis, & vidisset Brutú stricto pugione in se irruentē, Græce dixit, καὶ σὺ τέκνον. i. & tu fili. & sic oi spe iam euadendi deposita, caput toga obuoluit, & ad imos pedes deduxit, vt honeste caderet. [Nam ig.). i. an scelerat⁹ hñdus est, q. d. non est reus sceleris tyrãnicida, immo dignus laude. [Populo R.) Qui laudauit necem Cæs. & percussoribus ꝓmia decreuit. [Præclaris) Summa laude dignis. [Illud) Cædē Cæs. tyrãni. [Pulcherrimú) Maxima laude virtutis dignú, & Athenienses Harmodio & Aristogitoni tyrãnicidis statuas erexerunt. [Vtilitas) Publica, quæ secuta est ea morte tyrãni. [Vicit igitur) Dicet aliquis, inqt Cic. Vtilitas in tali re vicit honestatē, immo rñdet, vtilitas secuta est honestatem, qm̃ oē honestum est utile. [Honestatem) Quod familiaris occidit amicú, non fuit turpe, inqt, amicum occidere, sed honestum & vtile, qm̃ erat tyrãnus, cuius cæder vtilis est oibus, & laude honestatis ornata, quippe talis lues è medio tollenda est, ne alijs noceat. Qui igitur hoc malú ex hoīm societate remouet, summa laude dignus est. Nec erat Cæs. bonorú amicus, cum esset tyrãnus, sed potius inimicus. Vnde à Bruto reip. oppssæ studioso potuit cú laude interfici. Plato i 9. de rep. sic ait, Libertatē & amicitiam verã natura nunq̃ tyrannica gustat.

FRAN. MAT.

PAnætius igitur) Repetit quod in principio operis dixit, & Panætium rep̄hendit, qui cú triplicem fecisset officij diuisionē, tertiã partē reliquit penitus intactam. Cósulto aút hoc fecisse, q̃a grauior esset materia quã ipse tractare valeret, ipsius cóprobat dictis, & Posidonij, ac Rutilij Rufi auctoritate, nã triplicē capiendi cósilij deliberatonē Panæt. esse dixit: Primam cú quæritur honestú ne sit aliqd an turpe. Secundã vtile an inutile. Tertiã, cú vtilitas pugnare vř cum honestate. hanc tertiã partē intactam reliquit: de qua dictuꝝ tñ se pollicitus erat. Reprehendit aút Panætium Cic. quod duo prætermiserit, qm̃ non solú quæritur qd honestú, sed duobus propositis honestis, vtrú honestius, nec solú qd vtile, sed ex duobus vtilibus vtrú vtilius. Qnã ille triplicē fecit diuisionē, Cic. fecit qnquepartitã. nunc eundē reprehendit, qđ cú tria ꝓposuerit, duo tm̃ executus sit, tertiú oino reliqrit. [Sine cõtrouersia) Nullo dissentiēte. [Correctione) De qua est dcm̃. [Consultare) Cú ad consultationem hō peruenerit qd sibi agendú sit. [De tertio gñe) Videlicet cú honestú & utilē pugnare iter se vřit. [Posidonio &c.) Hic Apolloniates fuit, alius quoq; hoc noīe hř, Cn. Pópeio & Cic. familiaris, Alexandrinus. [Cómentarijs) Nam cómentaria quędam scripsit de officijs in q̃bus de hac tertia parte a Panætio ꝑtermissa nonnulla dixit, & tamen miror inqt Cic. hunc locú breuiter à Posidonio ēt tractatum, cú idē dicat esse nullú in tota pħia tã necessariú. [Minime ue. &c.) illis rñdet q consulto Panætiú reliqsse dicebant tertiam partem quod nō uideretur necessaria, & rõnē afferebãt. Quia nihil pōt esse honestú quod nō sit utile & cótra, ergo superfluum esse ꝑcepta dare de eo qđ esse non pōt. refellit hoc Cic. dicet, quo eius opinionis Panætius fuit, cum tria mēbra ꝓposuerit, & in hoc 3. libro de hoc tertio mēbro se scriptuꝝ dixerit, nihil hoꝝ fecisset, si hæc eius snia fuisset, ergo seqtur magnitudine rei deterritum id qđ tradere erat necessariú eum reliqsse. [Cósulto) Dedita opera, & ex industria. [Quia nunq̃ &c.) Hæc erat Panætiú defendentium rō. (De quo &c.) Nō negamus inqt hoe in dubitanonē uenire posse, uidelicet utrú honestú utili pugnare possit, illud tñ manifestú est tertium mēbrum posuisse Panætiú. [Omittendú) Cú multi & Peripatetici & Stoici dñt, nihil vtile qđ idem honestú nō sit. [Alteꝝ) Qđ in diuisione Panæt. hoc tertio membrú nō posuerit. [Accedit eo. &c.) Vtitur Posidonij auctoritate, q fuit Panætij discipulus, & i quadã epist. scripsit accepisse se a quodã Rutilio Rufo auditore Panætij, cótigisse Panætio in hoc tertio mēbro qđ Apelli q adeo mira arte caput, & os Veneris effinxit, vt nemo inuētus sit, q reliquú corpus ꝑficere auderet, qm̃ se illi parti rñsuꝝ nō putaret, eodē modo q̃ reliqsset Panætius pp eoꝝ q̃ ꝑfecerat ꝓstantiã neminē cóplere ausum. P. Rutiliō Rufum hic est, q vna cú Metello ab eqtibus R cú ad eos lege C. Gracchi iudicia, trãslata essent, qm̃ repugnabat dãnatus est exilio: Vir (vt ait Liuius) summæ innocētiæ exulauit Smyrnæ. cumq. ad eú literæ reuocationis in patriã allatæ fuissent, & ludos spectaret nō prius explicuit quã ludi sunt finiti, & cú redire posset, contēpsit, auct Valer. Max. meminit Liu. Cic. lib de Cl. Orat. Fuit orator & in quodã tristi ac seuero gñe dicendi versatus est, multa ꝑclara de iure doctus & Græcis līis eruditus Panætij auditor ꝓpe ꝑfectus in Stoicis. [Apelles) Hic, vt Plin. scribit superauit oēs prius genitos futurosq̃, postea eo usque Olympiade 112. in pictura ꝓuect⁹, vt plura solus ꝓpe quã ceteris oēs contulerit voluminibus ēt editis, q̃ doctrinã eam cótinent. Ephesius fuit, pinxit Venerē exeuntem è mari, quã D. Augustus dicauit in delubro pr̄is Cæsaris, inchoauit aliã Cois, de qua hic Cic. superaturus illã suã priorē inuidit mors pacta parte, nec q succederet opi ad ꝓscripta lineamēta inuentus est. Plin. de Apelle plura lib. 35. [Quamobrē &c.) Concludit, & q̃nquidē ita diuisit Panæt. de ei⁹ iudicio dubitari nō pōt. [Quin) . s. voluerit tertiã partē exeq, deinde executus non sit pōt tñ dubitari, nunquid tertia illa pars de pugna vtilis & honesti oino ꝓponenda fuerit. [De iudicio) Quia iudicat tria mēbra esse. [Nã siue &c.) Quod dubitari possit, faciēda ne sit cóparatio vtilis, & honesti, ꝓbat, siue, inqt, solú bonú in virtute ponimus qđ Stoici sentiút, siue nō solú bonú, sed summú bonú in virtute collocam⁹, qđ Peripateticis vř, non vř hæc qō incidere posse, nam siue solú bonum sit virtutis, siue summum, nihil potest esse honestum quod idē non sit utile, nã qđ ab honesto seiunctú est, id utile esse nullo pacto pōt. [Vt oia &c.) nã corporis bona Peripatetici, & externa cómoda appellabãt & adminicula q̃dã ad uirtutē. Nã ut ait Arist. impossibile est aut certe nō facile, ꝑclara ab eo agi, cui desunt facultates. [In altera parte) Tanq̃ in bilãce. [Cohærētia) Cōiúcta naturaliter. Socrates eos execrabatur q primē hæc duo, utile, & honestú naturaliter cōiúcta diuisissent. Fuit aút imperitú uulgus qđ prius existimauit esse aliqd honestú quod nō esset utile. [Opinione) Qm̃ re ipsa separari nequeút. [Stoici) q ab eo fluxerunt. [Quidqd honestú) Vt ꝯuertãtur inter se utile & honestú. Si honestú vtile, si utile honestú. [Quod si is esset &c.) Si inqt nō ex eoꝝ numero esset Panætius q honestatē summum bonú uolunt esse, sed ex eoꝝ numero q ad uoluptatem oīa referunt, ut Epicurei, & Eudoxus, fortasse liceret ei ita statuere, ut aliqñ utilitas cú honestate pugnaret, cum vero Stoicus fuerit, nō licet. & ita arguit posuisse illud tertium mēbrum non necessariú, sed cú posuerit exequi debuisse dicit, & sine uitio ꝑtermittere non potuisse. [Efficiētur)

Quando vtilitas cú honestate repugnet.

vt)Et ppea colend.m & amplectendã virtutem, quia causa esset
nobis vtilitatis,non aũt pp seipsam , nam pp seipsam nullo alio
respectu colenda est virtus vt Stoici volebãt.[Vel indolentia)qa
indigẽt,& ideo alioꝝ amicitiam reqrunt,& ij sunt qui non vere
amant,nec.n.ad ipsos quod amant sed ad sua ipsoꝝ cõmoda oia
referunt,vt Cic.dicit in Lælio . (Voluptate) Vt absit ois dolor.
[Indigentia)Vt adsint oia cõmoda.[Sed cum sit &c.) Concludit
nũc dicens,sed cum Panætius ex eoꝝ numero fuerit,q honestum
ceteris reb. anteponũt,vt si cetera bona accesserint , vita beatior
nõ fiat,nec si decesserint miserior,nõ debuit bene tertiã partẽ in
officijs ponere.[Sed cũ is sit).i.talis qualis est pfectus Stoicus , q
solũ bonũ indicat quod honestũ est. [Specie quadã)Non re vera,
qm̃ est apparẽs vtilitas,nõ re vera.[Etenim &c.)Rõ est eius quod
dicit.Stoici summum bonum (inquit) dñt esse viuere ẽm naturã
ẽm aũt naturam viuere,est cũ virtute viuere.Natura.n.nihil tur-
pe docet,sed ad virtutẽ ducit.vultq. vt rõ præcedat,sensus veluti
pedissequi subsequantur,ergo nihil facere possumus nos, qđ nõ
sit cũ virtute cõiunctũ.Superflua itaq; Panætij fuit deliberatio il
la tertia de honesti,& vtilis cõparatione,Zeno Creticus lib.de nã
hois,finẽ ait cõsentaneæ ẽm naturam viuere.Id aũt est ẽm virtu-
tẽ viuere,ad ea qppe natura nos ducit. Similiter & Cleãthes in
lib.de voluptate,& Posidonius,& Hecato in lib.de fin.Rursus ẽm
virtutẽ viuere idem est quod ẽm peritiam eoꝝ quæ ẽm naturam
accidũt viuere,vt Chrysippus in j de fin.ait,partes.n. naturæ vni-
uersi sunt naturæ nr̃æ.iccirco finis efficitor cõsentaneẽ ẽm natu-
ram viuere, ẽm suam oiumq. naturam,nihil eoꝝ faciendo quæ à
cõi lege prohibentur, quæ est recta rõ in oẽs permeãs eademq.
in Ioue hæc est in principe gubernationis oium q sunt existente.
[Ita legere)p eligere.[Si ea virtuti &c.) Nã ducit ad voluptatẽ ,
ea cõplectenda est,si à virtute seiuncta non est. Et Diog. dicit,fi-
nẽ hois esse rõni rite obtẽperare,in eis diligendis quæ ẽm natu-
ram sunt. Naturam Chrysip. eam dicebat esse , cui consentanee
oporteat viuere,& cõem intelligebat,& pprie humanitatis.Cleã
thes cõem tm̃modo naturam suscipiebat,quã seq oporteret , nõ
ẽt particularem,virtutemq. affectionem esse consentiẽtem,& ip-
sam pp seipsam esse virtutẽ non ob metũ aliquẽ aut spẽ , aut ali-
quid eoꝝ quæ sunt exterius,inq. ipsa constitutã esse beatã vitã .
[Quod cũ sit).i.ꝯcludit cũ sommum bonum sit viuere ẽm natu-
ram,& viuere ẽm naturam sit cũ virtute congruere , seqtur non
posse aliqđ vtile qđ appetat hõ sine virtute,nec aliqđ eligendum
qđ virtuti repugnet,male ergo Panætius tertiũ mẽbrum posuit .
[Atq; illud qdẽ honeste &c.)Disputauit cõtra Panætiũ , & oñdit
in eaq rendis officijs nõ fuisse adiũgendum 3.mẽbrum,qñ.s. vtile
cum honesto pugnet,siue Stoicos sequamur siue Peripateticos .
Quoꝝ ille solum bonum dñt virtutẽ,ij vero summũ,sed nõ solũ.
quod si ẽm eos q recte phantur , nihil est honestum quod idem
non sit vtile,& contra,illa tertia consultatio Panætij oĩno super
flua est.Sed qm̃ non semper loqmur ẽm vera sapientes, sed aliqñ
ẽm eos,qui cõiter sapientes hñr,accidere põt plerunque illud ter
tium membrum,præterea in principio huius operis cũ officia p
diuisionem diffiniret dicit duo gña esse,vnum rectum, κατόρθωμα
Græci vocant,alterum Meson quod cõe dici potest, illud sapien
tis esse,hoc vero vulgi,cui satis est si medium inspiciat officium .
quod cur factum sit rõ probabilis reddi potest.Et sic accidere po-
test illa consultatio,quam gratia vulgi ẽt phs sine reprehensione
tractare potest.[Id in sapientibus est solis)Quales fuerunt Stoi-
ci; nam ita ipsi honestum diffiniunt perfectum bonum,quod oẽs
à natura quæsitos numeros habeat,sitq. perfecte moderatũ.Dñt
præterea ꝙ honestum sit id solum esse bonum, & honestum bo-
nũ esse æquale,ac tantundem valere.nam qa bonum est, honestũ
est,est aũt honestum,bonũ ergo est.Putãt ijdem oia bona esse pa
ria,bonumq. oẽ summopere esse appetendum. id neq, augmen-
tum suscipere,neq; detrimentũ,eoꝝ aũt qui sunt,alia aũt bona
esse,alia mala,alia neutra,bona virtutis esse prudẽtiã,iustitiã, for
titudinẽ,tẽperantiã,& c.id genus,mala vero his ꝯtraria vitia,im-
prudẽtiã,iniustitiã & c.neutra vero quæ neq; ꝓsunt,neq; obsunt,
vt est vita,sanitas,pulchritudo,voluptas,robustitas,opes,gloria ,
nobilitas,& q his opposita sunt,mors,ęgritudo,dolor,turpitudo,
infirmitas,inopia,obscuritas,atq; ignobilitas,& his similia.Non
.n.sita bona,sed indifferẽtia per ipẽm deducta,sicut .n. caloris ꝓ-
priũ est calefacere,nõ refrigerare,ita & boni ꝓpriũ ꝓdesse est, &
nõ nocere,nõ ãt magis ꝓsunt quã noceãt opes atq; sanitas . quo
aũt bñ vti,& male possumus,id bonũ nõ est,diuitijs aũt & sanita
te bñ & male vti possumus,nõ est igr̃ bonum opulẽtia & sanitas.
[In his aũt &c.) In illis q medium offm̃ sequuntur, medium fit,
offm̃ est siue cõe,quod cur factum rõ ꝓbabilis reddi põt. [Vt vee
bi causa.)Cur nõ tenuis honorestvt tẽp.administrẽ,administran
do bene de ea merear.Cur studes parãdis diuitijs? vt liberalis es-
se possim in ꝓpinquos,in amicos,in indigentes,& ideo cõe offm̃
est,quia reddi rõ probabilis põt cur aliquid fiat . sapia ergo pfe-
cta est in paucis,aut fortasse nullis,sed hæc effigies sapiæ est i mul
tis,de qua loquitur Cic.[Bonitate ingenij)Ac si diceret hæc me-
dia officia,tum bonitate naturæ,tum studio, & doctrina compa-
rantur,& duos tangit hoim gradus quos ponit Hesiodus.Vnum
eoꝝ q tanta sunt naturæ bonitate,vt oia p seipsos intelligant.Al
teꝝ eoꝝ qui cũ ipsi per se nõ intelligunt,ab alijs instituti,& erudi
ri qrunt. sunt aũt aliqui quibus ab initio diuina cõstansq. mens
est,q supra hoiem putanda,deo attribuenda est.Bonitate ergo in
genij ẽt sine doctrina.Et vt ijdẽ dñt &c.oẽm pfectionẽ & absolu
tionẽ,vt Socr.ἀπαντὸς νοῦς ἀρυθμοῖς κατιλδῶν.Et constare suis nu
meris dicat res,hoc est suis partibus & pfectione.[Illud aũt &c.)
Perfectum hoc offm̃,de quo loqtur in solum cadit sapientẽ.Indo
cti apprehendunt q cõiter nota sunt,q a interius videre non pñt .
non .n. ipsi reꝝ principia vident,& superficiem reꝝ tm̃ cernunt .
[Cum sũe &c.)Offm̃ quod rectum est in solum sapientem cade-
re põt , at vero medium ẽt in imperitos, qnbus etiam pfectũ vi;
qm̃ quæ faciunt quantum absit à perfecto offõ non intelligunt ,
& quousque intelligunt nihil existimant relictum esse . exempli
causa : sunt duo liberales,vterq; largitur,sed hic plus,hic minos,
hic plus indigenti,ille nõ adeo indigenti,vterque putat offm̃ suũ
pfectum . Et qtũs ipse intelligit,nihil in eo offõ arbitratur pter-
missum,sed neuter tñ pfecto offõ vsus est , qm̃ quid illud esset nõ
intellexit , nam neque hunc plus indigenti dare pa꜃ conuenie-
bat,neque hunc minus indigenti multũ erogare . Ordo est : Vsu
uenit in officijs medijs qđ in poematibus &c. [Qđ aũt in &c.)
Similitudine oñdit qũo vulgus laudat ẽt imperfectum offm̃ , qđ
in eo aliquid pfectionis est. ita,inqr, vulgus laudat q pfecta non
sunt,& perfecta existimat , quemadmodum qui nõ plane doctus
poema laudat in quo aliqđ bonũ sit,nec aduertit qđ in eo vitij
fuerit,idem ẽt in pictura accidit.[Ob eam,credo,&c.)Ratio cur
hoc faciant,qa quæ extrinsecus sunt apprehẽdunt dũtaxat.[Hæc
igitur officia &c.) Dicit recta officia tm̃ sapientibus conuenire c
cõia vero ẽt indoctis patere,q hoc noĩe sapientis indigni cũ sint,
hñi tñ sapientes pñt,sed vt & superiora & sequentia melius pci-
piantur,notandum est,duo esse humanoꝝ actuum principia,vnũ
finem,principia quæ ad finem tendunt,sunt intellectus,& appeti
tus,intellectus duæ sunt partes,speculatione,& actio, speculatio
nis obiectum est veritas,ad quam per doctrinã peruenitur,actio
nis vero obiectum opus.Nam actio ad aliquod opus tanq̃ ad fi-
nem tendit,& ad illud p artem peruenit,ergo sicut speculationis
veritas,ita actionis opus obiectum est . ad veritatẽ per doctrinã c
ad opus per artẽ peruenitur.Appetitus vero duplex est rõnalis,&
irrõnalis. Rõnalis est electio,& executio,hæc sũt oia ad bonum
tendunt,videlicet ad finem suum.vñ recte Arist.dicit : omnis ars
oisq. doctrina similiter aũt actus,& electio bonum quoddam ap
petere vñr : idem ait: bonum est quod oia naturaliter appetunt.
Ex quibus comprehenditur,qũo sapientis,& vulgi offm̃ discerna
tur . Nam offm̃ cuius principium est intellectus & speculatiuus ,
& actiuus est sapiẽtis proprium,sed illud offm̃ ad qđ per electio-
nem peruenitur,dr̃ cõe offm̃ oium,illud offm̃ rectum, siue perfe-
ctum immediate sapiens implet. At vero cõe oium offm̃ non im
mediate,sed per electionẽ,qm̃ primo est necessario electio, post-
quam .n. elegeris ad illud offm̃ necessario peruenitur,vnde offm̃
medium diffinierunt Stoici. Quod cur factum sit ratio probabi-
lis reddi potest. Zeno ipse Stoicoꝝ princeps offm̃ esse dicit actio
nem quandam naturalibus appetitibus propriam , eoꝝ aũt quæ
ẽm appetitum geruntur,alia quidẽ esse officia , alia præter offm̃,
ea vero officia intelligenda,q ratio facienda suaserit parentes ho
norare,fratresq. ac patriam tueri , amicos parare , illisq. adesse,
præter offm̃ sunt quæ rõ fugienda suggesserit,vt est parentes,ne-
gligere,fratrum omittere curam & cetera hmõi,quæ aũt rõ fieri
neque vetat,neque iubet,ea neque offm̃ sunt,neque prẽter offm̃,
vt est festucam tollere,tenere stylum vitreum & c.id genus, ea q-
bus intelligitur q sunt officia,de qbus pcipit Cic. [Hæc sgĩ &c.)
Illa prima sunt sapientum tm̃ , ad quem vt dictum est immediate
peruenitur. Nam qui specolando cognoscunt,& operando,habi
tum hñt rei honestæ , ij sine medio ad ipsum honestũ statim ten-
dunt. non idem contingit in cõi offõ, nam aliquo medio vtũtur
hoies,vt ad illud ꝑueniant.[Indoles) Signatio specimenq. . Cic.
pro Cęl.Qui iudices hoc robore al,atque hac indole virtutis,&
continentiæ fuit?[Cõmouentur) Natura.n.ducuntur,& rõne,
vt eligant q meliora vñr.& ea sequantur [Nec vero)Vt intelligi
dr̃a possit,& perfecti officij & hmõi siue cõis exempla ponit, cũ
inquit, Scipiones fortes dñr , & Fabricius atque Aristides iusti.

Stoicus solum iudicat bonũ quod sit honestũ.

Perfectũ officiũ in solum cadit sapientem.

Officium cuius principiũ est intellectus differt ab officio medio.

Indoles specimen est futuræ probitatis.

Eaempla tox non tanq̄ sapientum, sed tanq̄ cōium virox ponū-
tur, non.n.ipsi immediate rectum illud, & honestum sequebātur,
q̄uis sequerentur, sed mediate a Decijs, à Scipionibus noo tanq̄
à sapientibus eaemplum sumitur fortitudinis, non.n.fuerūt vere
perfecteq. sapientes, q̄uis fortes viri habiti sint, nec ab ipsis tanq̄
a sapieotibus eaempla q̄runtur. Ducti iñ sunt ad cōe offm̄ amore
patriæ, in quo putarūt ipsi se pleno, & perfecte functos offō. [De-
cij] Ij pro salute exercitus, & victoria se deuouerunt, alter bello
Gallico, alter bello Latino. [Duo Scip.) Cn. & Pub. fratres q in
Hispania periere, cum corporibus suis aduentū Carthaginēsium
intercluderent. [Fabricius) Nec à Fabricio exēplum iustitiæ aut
ab Aristide tanq̄ a sapientibus petitur, sed tanq̄ ab ijs quos vul-
gus appellant sapientes cum plene perfecteq. sapientes non fue
rint. Fabricius tanta iustitia fuit, vt cum Pyrrhi regis medicus ad
eum venisset, & p̄mium posceret, vt veneno Pyrrhū necaret, sm̄
aliquos vinctum remiserit, sm̄ alios aspernatus sit, & Pyrrhū ad-
monuerit, vt diligenter caueret, q̄bus corpus suū cōmitteret. qa
nisi sibi cauisset cito periturus esset. Magna fuit iustitia Fabricij
q maluit hostē viuere, quā turpiter, & p insidias vincere. [Aristi-
des) hic adeo iustus fuit, vt cū Themistocles in populo Atheniēsi
dixisset optimū se consilium inuenisse, sed illud occulandū esse,
quo principatū totius Græciæ Athenienses obtinerent, rñderint
Athenienses, si id exeq vellet qd' aio conceperat, oportere cum
Aristide cōicare, & si is laudasset tūc exequeretur. Id ex populi vo
luntate fecit Themistocles, erat aūt consilium eiusmodi, vt clas-
sem Lacedæmoniox cōburerēt, quo facto ipsi totius Grçciç prin
cipes essent, qd' consilium cū Aristidi aperuisset, rñdit consiliū q-
dem Themistoclis vtile videri, sed turpe & inhonestū esse, tūc A-
thenienses subclamarunt nō esse faciendū. Maluit ergo Aristides
iustitiam seruare, quā totius Græciæ principatum obtinere. [Ne
mo .n. &c.) Vere inq̄ nō petuntur ab his supradictis eaēpla tanq̄
à sapientibus qa nemo eox fuit sapiens, vt à doctis intelligitur,
& vt accipit Arist. q dixit sapientes illos esse q vidēt eximia q̄dā,
& admiranda & difficilia, & diuina, & sapiam esse intellectū p̄cio
sissimox natura, quā alij diffinierunt diuioax humanarumq. rex
scientiam. [M.Cat.) De quo lib.de Sen.nomen habebat sapiētis.
[C.Lælius) Hic oīm apud R. habitus est sapiētissimus, de quo in
Læl. hanc in te sapiam esse eaistimant, & oēs te sapientem & ap-
pellant, & existimāt. Fuit Scipionis superioris amicus, ēt Orator
illustris, quē Cic.laudat in lib.de Cl.Or. [Illi septē Thales Mil.)
Pittacus Mitylenaeus, Chilō Lacedæmooius, Bias Priene', Cleo
bulus Lyndius, Periander Corinthius, Solon Salaminius, quidā
Ionici adolescētes auct. Callimacho a piscatoribus Milesijs iactū
retis emerūt. Capto deinde & educto aureo tripode, orta ɔtētio,
nō añ sedata est quā Delphos a Milesijs missum, rñsumq. est a d'ro
illius esse d're, qui oēs sapia eaecederet. Datur ergo Thaleti. Tha
lesq. illū alij dat, & rursus alius alij, donec ad Solonē ventū est, q
deū primū esse sapia afferens, illum Delphos misit. Sed q̄uis ij se-
ptem habiti sint à Græcis sapientes, non tñ re vera fuere sapien-
tes. [Sed ex me.&c.) Quia frequenter medijs vtebantur officijs q̄
nō sunt perfecta, ideo spēm & imaginē præ se ferebāt sapientū,
cū tñ nō essent sapientes, media officia, alia minora sunt, alia ma
iora, vt supra est in p̄ceptis oñsum. [Quo circa &c.) ɔcludit nūc,
& qñ quidē inqt duo gña offōx esse oñdimus, quox alterx per se
ctū est, idq. sapientis tñ, alterx medium, sic cōe quod oium est ho
minum, & tā hoc quā illud honesti sinem hře, adeo vt vtile in cō
paratione honesti minimū momenti habeat, siue in sola virtute
cōsistat sm̄ Stoicos, siue p̄cipue in virtute, sed non sola sm̄ Peripa
teticos, & sic seqtur vtile cū honesto pugnare non posse. Ex quo
efficitur tertium illud membrū a Panætio p̄termissum nō fuisse
necessarium. [Vere ho.) Videlicet illud pfectū quod absolutū est,
& oēs suos numeros habet. [Id qd' &c.) Mediū honestū sm̄ opa,
q cur egerimus rō probabilis reddi pōt. Ad hoc honestū naturali
ter inclinamur, illud prius solis sapiētibus attribuitur, q rari aōt
nulli sunt. [Bonos ui.) Non aōt sapientes, q bonus idē iustus. Nā
bonū & iustum, vt supra dcm̄ est, conuertuntur cū emolumentis,
cū vtilitatibus. [In nřam intelligeotiā) Videlicet in cōem Arist.
cōem sensum appellat, est aūt potētia aiæ q̄ discernit sensibilia di
uerso sensuū in vno & eodē. Eaēpli gr̄a, in lacte vnū, & idē est,
& tñ duo discernuntur, dulcedo & albedo. Quæ duox sensuom
sunt oculox & gustus, qualis aūt est sensus imaginatius ad aim,
talis est virt' æstimatiua ad memoratiuā. Sicut.n.imaginatio sen
sibiles formas retinet, quas sensus cōis apphendit, ita memorati-
ua thesaurus est, q sensibilium formas cōseruat, quas virtus æsti-
matiua apphendit. Sic.o.ipse Cic.lib.de Leg. Brenim cōis intelli-
gentia nobis res notas efficit, easq. ais nřis inchoat, ea q̄ sunt vt
honesta in virtute ponantur, in vitijs ɔtraria, ea vero in opinio-
ne posita, existimare non in natura dementis est. Quanta vis est
naturalis rōnis, vt ea nos ipellat ad honesta & à vitijs deterreat.
Recte ergo dicit Cic. hoim cōem intelligentiam ais nřis res no
tas facere, & ea in his inchoare.i.principia dare rex ais nřis, vt ho
nesta in virtute ponatur, in vitijs ɔtraria, qd est aūt qd' nos faciat
res honestas in virtute ponere? nihil p̄fecto nisi naturalis rō. iō
recte subiungit, eaq. non in natura existimare &c. [Progressio)
Accessio. [Aliter.n.teneri &c.) Nisi adhibeamus diligentiam in
medio offō conseruando semp, & in ai actione, nihil p̄dest rece-
pisse illud exercere, nam illi dñr, & hñr sapientes opinione mul-
titudinis, qui in oī actione seruāt hoc offm̄, vt nunq̄ à virtute de
clinent, & ideo subiungit. [Cōseruatione off.) Ab ijs q in eodē
sunt tenore semp recte agendi, & nunq̄ ab honesto discedunt, qd
quid agunt. [Aestimantur bo.) Non aūt sapientes, hoc est q vir-
tutem sibi p̄ponūt in oibus actionibus. [Qui aūt &c.) Probauit
hactenus rōnibus supfluum fuisse membrū à Panætio additū de
pugna vtilis, & honesti. Nunc oōdere incipit q̄uo talis qō inci-
pere pōt, non sapientibus, sed illis qui in virtute solū aut summū
bonū non statuunt, sed in vtilitate, vulgus.n.oia ad suā refert vti-
litatē, & pp ea ei hæc accidere pōt consultatio. [Qui aūt oia) Illi
inqt hanc hāc consultationē sit ne vnq̄ vtile anteponendū hone
sto. Qui qdqd faciunt vtilitatis suæ gr̄a faciunt. [Itaque exist.)
Hac rōne, inqt, dictū Panæt. existimo. Qm̄ vsus est hoc verbo sole
re non aūt oportere, sciebat.n. hanc conclusionem non d're fieri,
[Etenī &c.) Si turpe est cōparare vtile cū honesto, quāto turpius
est existimare aliqd vtile esse, qd' honesto p̄ferendum sit? & est à
minori ad maius cōparatio. [Quid ergo est &c.) Quærit & sibi
rñdet Cic. paulatimq. ad id descendit vt oñdat hāc cōsultationē
incidere posse. [Credo si qō &c.) Rñdet & rōnem affert suæ inter
rogationis. [Quale sit) Non aūt qd sit non de substātia q̄ritur, sed
de qualitate. substantia rei p̄positæ, eadē est nōnunq̄, at vero qua
litas diuersa. Nā occidere hoiem substantia est, qualitas pōt esse
diuersa, qa alia atque alia de causa hō occiditur, si occiditur iniu-
ste scelus est, & cōtra offm̄, si iuste honestū est, nec sit cōtra offm̄.
[Sæpe.n.tpe) Tp̄a plerunque incidunt, vt j.lib.disputatum est, q-
bus id qd' p se turpe est honestū sit. [Exempli gr̄a) Reddere depo
situ semp honestū est. At siqs apud te gladiū deposuerit, & furio-
sus factus reposcat, nō facis cōtra honestū si nō reddis, nā si redde
res, aliqd mali facere posset. [Latius) Qd' possit multis rebus ac
cōmodari. [Quod pōt ma.&c.) Si p se cōsideres quantū scelus sit
occidere nō modo hoiem, sed ēt familiarem hoiem hoc est ami-
cū, tā ingens scelus esse inuenies, vt vix maius eaeogitari possit,
accidere tñ pōt tp̄s vt non p scelere habeatur, sed pro offō. [Nū
se scelere) M.Brutus nunqd ab offō discessit cum occidit Cæsarē
adeo familiarē, vt ab illo heres esset ex parte constitutus, & re ve
ra filius erat. Nā Seruiliam matrē Bruti & Catonis sororē adul-
terare solebat Cæsar, Brutum vero cultu filij habebat apud se, &
p̄cipue ornabat. Quē cū inter coniuratos irruentē in se pugione
stricto vidisset, dixit καὶ σὺ τέκνον, hoc est & tu fili. [Populo qui.)
Rñdet Cic nescio qd alijs populis videatur. P.R. certe noo vř sce
lus occidere tyrānū. [Ea oibus) .i. ea oibus quæ qs p̄clare facere
pōt. [Vicit ergo &c.) Hic qō incidere vř nunqoid honestū vtili,
an vtile honesto anteponatur, vř turpe hoiem familiarē occide-
re, vř & vtile, qa tyrāno occiso recuperatur libertas, ergo hic quasi
incidit qō, sed eā soluit, non ita, inqt, est: nam occidere tyrānnum
noo vtile solum est, sed honestū. ergo nihil honestū qd' non vtile
& cōtra. [Vicit) Diceret aliqs qd' vtilitas uicit honestatē, q̄ nole-
bat vt amicus amicū occideret. [Immo &c.) Nō est ita, inqt Cic.
qa vtile qdē fuit tyrānū occidere, sed patriam seruitute liberare,
honestū est. Quid.o. honesti' esse pōt, quā eū de medio tollere. q
iura oia diuina & hūana occupauerit, & p libidine sua oia faciat?

Nunquā vtile est anteponē dū honesto.

Occidere tyrannū est honestum.

IGitur, vt.s. propositum aggrediar, Panætius q sine controuer
sia.i.oium iudicio disputatur accuratissime.i. cō summa cura
& diligentia de officijs, quēque.i. quē non secuti sumus potis
simū, & hoc quadam correctione adhibita, explicauit tribus gñi-
bus p̄positis.i.cum tria gña essent p̄posita, in qbos hoies solent
deliberare & cōsultare de offō vno sup.gñe proposito cū dubita
rent, ne p an id de quo ageretur esset honestū, an turpe. Altero
sup.gñe p̄posito cum dubitarent, an id de quo ageretur esset vti
le, an inutile, & tertio sup.gñe p̄posito cū dubitarent, si id quod
hřet spēm honesti pugnaret cū eo, qd' videretur vtile. Qūo opor
teret ea discerni eaplicauit, inq̄ Panætius, de duobus generibus,
tribus libris. Autem, pro sed, scripsit se dicturum deinceps de ter-
tio genere, nec exoluit.i.effecit quod promiserat. Quod ego mi-
ror magis eo.s. p̄pea, quia scriptum est à Posidonio discipulo ei'
Panætium vixisse 30. annis, postquam edidisset eos libros .i. tres
dictos de officio, quem locum, scilicet de repugnantia vtilis,

FRAN. MAT.

&

& honesti ego miror esse contractum hr̃ à Posidonio in quibusdam cõmentarijs, presertim cũ scribat nullum esse locum in tota phĩa tam necessariũ. Vero pro sed, ego minime .i. nequaq̃ assentior his q negant eum locũ esse pĩermissum à Panætio, nec relictum cõsulto .i. deliberato consilio, nec fuisse oino scribendũ, ideo .s. q a vtilitas nunq̃ posset pugnare .i. dissentire cum honestate. De quo alteꝝ .i. altera pars põt hr̃e dubitationem, videlicet oe ꝑ nn, hoc genus quod fuit tertiũ in diuisione Panætij, fuit adhibendũ: an plane .i. oino omittendũ. Alterum .i. altera pars non põt dubitari, qn sit susceptũ à Panætio sed derelictũ sup. ab eo, nã necesse est tertiam partẽ restare huic, q absoluerit duas partes a diuisione tripartita .i. postq̃ ꝓposuit diuisionem tripartitã. Propterea ipse pollicetur in extremo lib. 3 .i. in extrema parte libri 3. vel in lib. 3. qui extremus est se dictuꝝ esse deinceps .i. ꝑñr, de hac parte. Posidonius testis locuples .i. plenus auctoritatis accedit .i. adijcitur ad hoc .i. insuper q scribit ẽt in quadã epistola, P. Rutiliũ Rufum solere dicere, eũ dico, q audierat Panæ. vt .i. quẽadmodũ nemo esset inuẽtus pictor, q absolueret eam partẽ Veneris .i. simulacri ipsius Veneris, quã .s. partem Apelles optimus ille pictor reliquisset inchoatam .n. pro quia pulchritudo oris auferebat spẽ imitandi reliq corporis, sic sup. dicebat, neminẽ esse persecutũ .i. perfecisse ea quæ Panætius p̃termisisset pp præstantiam eoꝝ quæ fecisset. Quaobrem non põt dubitari de iudicio Panætij, aũt ꝑ sed dubitari põt fortasse de eo, ne ꝑ an adiunxerit recte hanc tertiã partẽ ad exquirendum offm̃, an secus .i. aliter, hoc est non recte, sed praue. Nã siue solũ honestũ est bonũ, vt placet Stoicis, siue id qđ honestũ est, id sup. non solũ sed summũ bonũ est, quẽadmodũ vr̃ nr̃is Peripateticis, vt oia (.s. voluptatis & vtilitatis bona) collocata ex altera parte via habeãt instar .i. magnitudinẽ, ac põdus minimi momẽti, non est dubitandum qn vtilitas nunq̃ possit contendere cũ honestate. Itaq; accepimus Socratẽ solitum execrari eos, q detraxissent .i. violenter segregassent primũ hæc .s. honestum & vtile cohærentia natura .i. per naturã, cui qdem videlicet Socrati Stoici assensi sunt .i. assensum præbuerunt, ita vt censerent qdq d esset honestum id esse vtile, nec qdq̃ esse vtile quod non sup. esset honestum. Quod si Panætius esset is q diceret virtutem colendã esse ppea q ea esset efficiens vtilitatis, vt hi q metiuntur res expetendas, vel voluptate, vel indigẽtia, licet ei dicere, honestatẽ pugnare aliqñ cum vtilitate. Sed cũ sit is q iudicet id solum bonum, quod honestũ sit, quę aũt repugnent huic .s. honesto quadã specie vtilitatis .i. q a vr̃ vtilis & non honesta, & vitã fieri neq; meliorẽ accessione .i. aduẽtu aut adiectione eoꝝ, nec peiorem discessione eoꝝ, ipse non vr̃ debuisse intro ducere hmõi deliberationem in qua cõparetur id, quod videretur vtile eo quod honestũ. Etenim viuere cõuenienter naturæ, qđ dr̃ à Stoicis summum bonum, id hẽt, opinor hanc sñiam congruere semper cum virtute. Aũt ꝑ sed legere ita cetera sup. bona quæ essent ſm naturam .i. accõmodata naturæ, si ea nõ repugnarẽt virtuti. Quod cum ita sit, qdam putãt hanc cõparationem non esse recte introductam, nec qdq̃ oino, de eo gñe fuisse præcipiendum. Atq; qdem .i. certe illud honestũ, quod dr̃ pp se & vere in solis sapientibus, neque põt diuelli .i. separari vnq̃ à virtute. Aũt pro sed, illud ipsum honestum perfectũ .i. nullo modo põt esse in his, in quibus sapientia perfecta nõ est, vel sapientia non est adhuc perfecta. Igitur Stoici appellant hæc oia officia de quibus disputamus his libris media sup. officia, & ea sunt cõia, & patent late, q; , & .i. ẽt multi assequuntur bonitate ingenij, & progressione discendi. aũt pro sed illud offm̃ quod ijdem videlicet Stoici appellant rectum .i. perfectum atque absolutum, & vt ijdem dñr habet oẽs numeros, nec põt cadere in quẽquam præter sapientem. Aũt pro sed, cum aliquid actum est ni comparantur mala officia id vr̃ esse perfectum cumulate, ppea quod vulgus non intelligit fere ex toto quid absit à perfecto. Autem ꝑ sed vulgus sup. nihil putat prætermissum sup. eatenus quatenus intelligit. Aũt pro sed, illud sup. quod vsu venit .i. contingit in poematibus & in picturis, q; , pro &, in alijs compluribus .i. val de multis rebus, vt imperiti delectentur & laudent es quæ laudãda non sint, credo ob eam causam, quod aliquid probi .i. probandi, hoc est honesti & pulchri insit in his .s. poematibus & picturis, quod capiat .i. afficiat delectationes ignaros, q qdem ignari nequeant iudicare, quod vitij sit in vnaquaque re. Itaque .i. & ita cum .i. postq̃ sint docti à peritis desistunt facile a sñia .i. cito derelinquunt opinionem suam erroneam. Igitur sup. Stoici dñt hęc officia de quibus disserimus .i. disputamus & disquirimus his libris, esse quasi secunda honesta sed cõia cum oĩ gñe hoium itaque .i. & ita oẽs hi in quibus, indoles .i. naturalis inclinatio uirtutis .i. ad virtutem cõmouentur .i. afficiuntur. Nec vero cum duo Decij .s. pater & filius, qui se pro rep. deuouerunt, aut duo Scipiones Africani .s. maior & minor cõmemorantur fortes viri, aut cũ Fabricius Rom. ille, aut Aristidea Atheniensis nominatur iustus, petitur exemplum aut fortitudinis ab illis .s. & Scipionibus, aut iustitiæ ab his .s. Fabricio & Aristide, tanq̃ à sapiente .s. perfectissimo. Nemo .n. horum est sic sapiens, vt uolumus hic sapientem intelligi, nec hi qui habiti sunt & nominati sapientes, videlicet M. Cato, & C. Lælius fuerunt sapientes. Nec illi qdem septem .s. græciæ sapientes sup. sic fuerunt sapientes, vt volumus hic sapientem intelligi, sed ipsi tenebant quandam similitudinem, & spẽm sapientum ex frequentia mediorum officioꝝ. Quocirca .i. quapp nec fas est id, quod vere honestum est comparari cum repugnantia vtilis .i. eius quod vtile est, nec id quod appellamus cõiter honestum & quod colitur ab his qui volunt se hr̃i .i. existimari bonos viros comparandum est vnq̃ cum emolumentis .i. vtilitatibus. Tam quam (noli legere tanq̃, sunt aũt duæ dictiones) .i. & tam .i. in tantum tuendum & conseruandum est nobis id honestũ, quod cadit in nostram intelligentiam, quam .i. quantum quod proprie dr̃, & vere est honestum tuendum & conseruandum est sapientibus. Aliter .n. non põt teneri, si qua progressio .i. promotio, & augmentatio facta ad virtutem. Sed hoc qdem sup. dictum est de his qui existimantur .i. iudicantur boni conseruatione officiorum. Aũt pro sed qui metiuntur .i. mensurant oia emolumentis & commodis .i. ſm vtilitatem & lucra, neque uolunt ea .s. emolumenta & commoda præponderari .i. maioris & ponderis reputari honestate .i. pp honestatem, hi solent comparare in deliberando .i. dum deliberant honestum cum eo, quod putant vtile; boni viri non solent sup. sic comparare. Itaq; existimo Panætium, cum dixerit hoies solere dubitare in hac comparatione .s. utilis & honesti, sensisse hoc ipsum quod dixerit, videlicet hoies sup. solere modo .i. tm̃ modo, non ẽt oportere .s. dubitare. Etenim turpissimum est, non modo .i. non solum putare .i. existimare pluris .i. maiore precio, quod videatur vtile, quam quod honestum, uel potius lege, quod, vt sit illud, quod videatur utile quam illud qđ uideatur honestum, sed ẽt comparare, hoc .s. honestum & vtile inter se (comparatio .n. arguit quandam similitudinem) & dubitare in his, utrum .s. præferendum. Ergo si nulla est comparatio qd est illud quod soleant afferre ad dubitationem, & quod uideatur considerandum, vt in re dubia, videlicet credo si quando .i. aliqñ accidit dubitatio qualis sit illud, de quo consideratur, an .s. honestum, an turpe. Fit .n. sæpe tpe i. longitudine tpis, vt id quod soleat haberi plerunque turpe inueniatur non esse turpe, vel esse non turpe. Exempli causa ponatur aliquid quod pateat latius, Quod põt esse maius scelus quam occidere non modo hoiem, sed ẽt familiarem? q. d nullum. Num .i. nunquid igitur siquis occidit tyrannum quamuis familiarem, obstrinxit .i. illaqueauit se scelere? q. d. minime. Quidem .i. certe id non uidetur P. Rom. s. quod is sit obstrictus sit scelere, qui .s. popolus existimat .i. iudicat illud supp. factum esse pulcherrimum ex omnibus præclaris factis, & hoc dicit ob necem Cæs. Igitur vtilitas uicit honestatem, hoc est aliquis dicet, si honestum iudicetur illud factum, quia utile, utilitas uicit honestatem. Immo vero dicit Cic. honestas secuta est vtilitatem .i quia tam vtile fuit, putatur etiam honestum fuisse.

EA efficiẽs est vtilitatis) Cupiens uoluptatũ, & similia, satis in vsu sunt, hoc ut minus vsitatũ annotare uisum est. [Cõuenienter naturæ uiuit) Verbi casum addidit aduerbio. Id tñ apud Græcos usitatius est, quã apud Latinos. [Progressiõe discẽdi) ꝑgressionẽ dixit ꝓfectũ. Rursus paulo post, Si qua ad uirtutẽ facta est ꝑgressio. Ingressus initiũ est ꝑgressio profectus. [Aliter .n. teneri nõ põt) Aliter rursum propemodũ posuit pro alioqui. DOCT. interpr.

PAnætius igitur) Distributio cõtinet argm̃ 3. lib. Nam hic præcipitur, qd sequendũ sit, si vtilitas cũ honestate pugnet. [Recte oe aũt hanc) Ociosa disputatio est, cũ Stoici ne vtile quidẽ quidq̃, quod nõ idem sit honestũ dicant, cur Panętius dixerit vtilitatẽ pugnare cũ honestate Cic. rñdet primũ hic non de pfecto officio, sed de medijs disputari, & tñ ne in medijs quidem officijs esse vtilitatẽ iudicandam, si ab honesto dissideat, posse aũt quæri à mediocribus sæpe, an quod vr̃ vtile, sit re vera vtile. [In qbus sapientia pfecta nõ est) Et sapientẽ illum suum Stoici, & [illegible] imaginatione tm̃ concipiũt, sicut Rhetores perfectum oratorẽ fingunt. [Illud aũt officium) Quod rectum .i. κατόρθωμα. DOCT. interpr.

ARGVMENTVM.

Formula præscripta, ne quando nõ falsa vtilitatis species ab honestate abducat, vt Iustitiam vel solum, vel maximum bonum statuamus, in iustitiã malorum maximum, nihilq; ad priuatum commodum, sed ad communem societatem referantur omnia.

ITAQVE,

ITAQVE, vt ſine vllo errore dijudica
re poſſimus,ſi qñ cum illo,quod hone-
ſtum intelligitur,pugnare id videbitur,
quod appellamus vtile; formula quędã
conſtituenda eſt : quam ſi ſequemur in
cõparatione rerum,ab officio nunq̃ re-
cedemus. erit aũt hæc formula Stoicorum rõni diſcipli-
næq́. maxime cõſentanea, quam quidẽ in his libris ꝑpea
ſequimur,ꝗ,q̃q̃ à veteribus Academicis, & Peripateticis
nr̃is,q quondam ijdem erãt,qui Academici,quæ honeſta
ſunt,anteponuntur ijs,quæ vr̃ vtilia,tñ ſplendidius hæc
ab eis diſſeruntur,quibus,quidqd.honeſtum eſt,idẽ vtile
vr̃,nec vtile quidq̃, quod non honeſtum,q̃ ab ijs,quibus
eſt honeſtum aliquod nõ vtile,aut vtile non honeſtũ. no
bis aũt noſtra Academia magnã licentiam dat,vt, quod-
cũque maxime probabile occurrat, id nr̃o iure liceat de-
fendere.ſed redeo ad formulã. Detrahere igitur aliqd al
teri, & hoĩem hoĩs incõmodo ſuum augere cõmodum,
magis eſt cõtra naturam,q̃ mors,q̃ paupertas,q̃ dolor, q̃
cetera, quæ pñt aut corpori accidere,aut rebus externis.
nã principio tollit conuictum humanum, & ſocietatẽ. ſi
enim ſic erimus affecti,vt ꝑꝑ ſuum quiſque emolumentũ
ſpoliet,aut violet alterum : diſrumpi neceſſe eſt eam,quę
maxime eſt ſecundum naturam,humani gñis ſocietatem.
vt,vnumquodque membrum ſenſum hunc hr̃et,vt poſſe
putaret ſe valere, ſi proximi mẽbri valetudinem ad ſe tra
duxiſſet,debilitari,&interire totũ corpus neceſſe eſſet.ſic
ſi vnuſqſq; nr̃m rapiat ad ſe cõmoda aliorũ, detrahatq́;,
quod cuiq; poſſit,emolumenti ſui gr̃a; ſocietas hoĩum,
& cõitasq́. euertatur neceſſe eſt.nã,ſibi vt quiſque malit,
quod ad vſum vitæ pertineat,q̃ alteri acquirere, conceſ-
ſum eſt nõ repugnante natura.illud quidẽ natura non pa
titur,vt aliorum ſpolijs nr̃as facultates,copias,opes augea
mus.neq; vero hoc ſolũ natura.i.iure gentium,ſed & legi
bus populorum,quibus in ſingulis ciuitatibus reſp.conti
nẽtur,eodem modo conſtitutum eſt,non liceat ſui cõmo
di cauſſa nocere alteri. hoc.n.ſpectant leges, hoc volunt
incolumẽ eſſe ciuium coniunctionem:quã qui dirimunt,
eos morte,exilio,vinculis,dãno coercent.atq; hoc multo
magis exigit ipſa naturæ ratio,quæ eſt lex diuina, & hu-
mana : cui parere q velit, (oẽs aũt parebunt, qui ſecundũ
naturã volent viuere) nunq̃ cõmittet, vt alienũ appetat,
& id, quod alteri detraxerit, ſibi aſſumat. etenim multo
magis eſt ſecundam naturã celſitas animi, & magnitudo,
itemq́ comitas,iuſtitia,liberalitas,q̃ voluptas,q̃ vita,q̃ di
uitiæ.quæ quidem cõtemnere,& pro nihilo ducere, cõpã
rantẽ cum vtilitate cõi,magni animi,& excelſi eſt.detra-
here aũt alteri ſui cõmodi cauſſa, magis eſt contra natu-
ram,q̃ mors,q̃ dolor,q̃ cetera gñis eiuſdem : itemq́. ma-
gis eſt ſecundum naturam,pro oĩbus gentibus,ſi fieri poſ
ſit,cõſeruandis,aut iuuãdis maximos labores,moleſtiasq́.
ſuſcipere,imitantem Herculem illum,quem hoĩum fama
beneficiorum memor,in cõcilio cœleſtium collocauit,q̃
viuere in ſolitudinẽ non modo ſine vllis moleſtijs, ſed ẽt
in maximis voluptatibus,abũdantem oĩbus copijs,vt ex-
cellas ẽt pulchritudine,& viribus.quocirca optimo quiſ-
que,ſplẽdidiſſimoq́. ingenio lõge illam vitã huic antepo
nit.ex quo efficitur,hoĩem naturæ obedientem,hoĩ noce
re nõ poſſe. Deinde,qui alterũ violat, vt ipſe aliquid cõ-
modi cõſequatur; aut nihil ſe exiſtimat contra naturã fa
cere ; aut magis fugiendã cenſet mortem,paupertatẽ,do-
lorẽ,amiſſionem ẽt liberorum,propinquorũ,amicorum,
q̃ facere cuiq̃ iniuriam.ſi nihil exiſtimat contra naturam
fieri hoĩbus violandis : quid cum eo diſſeras,qui oĩno ho
minem ex hoĩe tollat? ſin fugiendum id quidẽ cenſet,ſed
& multo illa peiora,mortẽ,paupertatem,dolorẽ: errat in
eo, ꝗ vllum aut corporis, aut fortunæ vitiũ, animi vitijs
grauius exiſtimat. Ergo vnũ debet eſſe oĩbus propoſitũ,
vt eadẽ ſit vtilitas vniuſcuiuſq; & vniuerſorum:quã ſi ad
ſe quiſq; rapiat,diſſoluetur oĩs humana conſociatio, atq;
ſi ẽt hoc natura præſcribit,vt hõ hoĩ,quicunque ſit,ob eã
ipſam cauſſam tñ,quod is hõ ſit,conſultum velit, neceſſe
eſt,ſecundum eandẽ naturam oĩum vtilitatem eſſe cõem;
quod ſi ita eſt,vna continemur oẽs,& eadem lege naturę.
Idq́. ipſum,ſi ita eſt,certe violare alterum lege naturę ꝓ-
hibemur. verum aũt primum : verum igitur & extremũ.
Nam illud quidem abſurdum eſt,quod quidam dñt, pa-
renti ſe,aut fratri nihil detracturos cõmodi ſui cauſſa,ſed
aliam rõnem eſſe ciuium reliquorum.hi ſibi nihil iuris,&
nullam ſocietatem cõis vtilitatis cauſſa ſtatuunt eſſe cum
ciuibus : quæ ſnĩa oẽm ſocietatem diſtrahit ciuitatis. qui
aũt ciuium rõnem dñt eſſe habendam,externorũ negant;
hi dirimunt cõem humani generis ſocietatem : qua ſubla
ta,beneficia,liberalitas,bonitas,iuſtitia funditus tollitur.
quæ qui tollunt, ẽt aduerſus deos immortales impij iudi
candi ſunt. ab ijs.n.conſtitutam inter hoĩes ſocietatem
euertunt : cuius ſocietatis arctiſſimum vinculum eſt, ma
gis arbitrari eſſe contra naturam, hoĩem homini detrahe
re ſui cõmodi cauſſa,q̃ omnia incõmoda ſubire vel exter
na, vel corporis, vel ẽt ipſius animi, quæ vacent iuſtitia,
hæc.n.virtus oĩum eſt domina,& regina virtutum. Forſi
tan quiſpiam dixerit : non ne igitur ſapiens, ſi fame ipſe
cõficiatur,abſtulerit cibum alteri hoĩ ad nullam rem vti-
li? Minime vero.non.n.mihi eſt vita mea vtilior,q̃ animi
talis affectio,neminem vt violem cõmodi mei gr̃a. Quid?
ſi Phalarim crudelẽ tyrannum & immanẽ, vir bonus, ne
ipſe frigore cõficiatur,veſtitu ſpoliare poſſi,nõ ne faciat?
hæc ad iudicãdum ſunt facillima. nam ſi quid ab hoĩe ad
nullã partem vtili vtilitatis tuę cauſſa detraxeris,inhuma
ne feceris,cõtraq́. naturæ legem.ſin aũt is tu ſis,qui multã
vtilitatem reip.atq; hoĩum ſocietati,ſi in vita remaneas,
afferre poſſis; ſi quid ob eam cauſſam alteri detraxeris,
nõ ſit reprehendendum. ſin aũt id non ſit eiuſmodi ; ſuũ
cuiq; incõmodum ferendum eſt potius, q̃ de alterius cõ
modis detrahendũ. Non igitur magis eſt contra naturam
morbus,aut egeſtas,aut qd hmõi,q̃ detractio,aut appeti-
tio alieni. Sed cõis vtilitatis derelictio cõtra naturam eſt:
eſt.n.iniuſta: itaque lex ipſa naturæ,quæ vtilitatem homi
num conſeruat,& continet,decernit profecto, vt ab hoĩe
inerti,atq; inutili ad ſapientẽ,bonum,fortemq́. virũ tranſ
ferant res ad viuendũ neceſſariæ ; q ſi occiderit, multum
de cõi vtilitate detraxerit: modo hoc ita faciat, vt ne,ipſe
de ſe bene exiſtimãs, ſeq́. diligens, hanc cauſſã habeat ad
iniuriã. itaq; ſemper officio fungatur,vtilitati conſulens
hoĩum,& ei,quã ſepæ cõmemoro,humanæ ſocietati.nam
quod ad Phalarim attinet,ꝑfacile iudiciũ eſt. nulla eſt.n.
ſocietas nobis cũ tyrannis,ſed potius ſumma diſtractio :
neq; eſt contra naturã ſpoliare eum,ſi poſſis,quẽ honeſtũ
eſt necare.atque hoc oẽ genus peſtiferum,atque impium,
ex hoĩum cõitate exterminandum eſt. etenim, vt mẽbra
quædam

quædam amputantur, si & ipsa sanguine; & tanq̃ spiritu carere cœperunt, & nocent reliq̃s paribus corporis: sic ista in figura hoīs feritas, & immanitas belluæ à cōi tanq̃ humanitate corporis segreganda est. huius generis q̃ōnes sunt oēs eæ, in quibus ex t̃pe officium exq̃ritur. Eiusmodi igitur credo res Panætium p̃secuturum fuisse, nisi aliquis casus, aut occupatio cōsilium eius p̃uenisset. ad quas ipsas consultationes ex superioribus libris satis multa p̃cepta sunt, quibus perspici possit, quid sit p̃p turpitudinem fugiendum; quid sit id, quod iccirco fugiendum nō sit, quia oīno turpe non est. Sed q̃ñ operi inchoato, ꝓpe tñ absoluto, tanq̃ fastigium imponimus, vt giometræ solent non oīa docere, sed postulare, vt quædam sibi concedantur, quo facilius, quæ velint, explicent: sic ego à te postulo, mi Cicero, vt mihi concedas, si potes, nihil p̃ter id, quod honestum sit, esse p̃p se expetendum. sin hoc non licet p̃p Cratippum: at illud certe dabis, quod honestum sit, id esse maxime p̃p se expetendum. mihi vtrumuis satis est; & tum hoc, tum illud probabilius v̄r, nec præterea quidq̃ probabile. Ac primum Panætius in hoc loco defendendus est, q̄ nō vtilia cum honestis pugnare dixerit aliq̃ñ posse, (neq;.n.ei fas erat) sed ea, quæ vīr vtilia. nihil vero vtile, quod non idem honestum; nec honestum, quod non idem vtile sit; sæpe testatur, negatq́. vllam pestē maiorem vitam hoīum inuasisse, q̃ eorum opinionē, q̄ ista distraxerint. itaque, non, vt aliq̃ñ anteponeremus vtilia honestis, sed vt ea sine errore dijudicaremus, si q̃ñ incidissent, induxit eam quæ videretur esse, non quæ esset, repugnantiam. hāc igitur partem relictam explebimus, nullis adminiculis, sed, vt d̄r, Marte nostro. neque.n. quidq̃ de hac parte post Panætium explicatum est, quod mihi probaretur, de ijs quæ in manus nostras venerunt.

PETR. MARS.

ITAQVE, vt sine vllo errore) Allatis rōnibus supradictis regulam quandam constituit Cicero, vt sine errore iudicari possit, si q̃ñ vtile cum honesto pugnare videbitur. [Formula) Regula; modus quidam, & norma, quæ sit consentanea disciplinę Stoicoꝝ, qui dñt nihil esse vtile, quod non sit honestum. [Disciplinæ) Sectæ, & dogmati Stoicū. [Consentanea) Conueniens, accōmodata, & affert rōnem quare. [Quam) Formulam.i. regulam inuestigandi officij.s. actionis honestæ, ac per hoc laudabilis. [Qui) Peripatetici. dictū est in 1. vol. nullam fuisse d̄riam inter veteres Academicos & Peripateticos in opinionibus tam moꝝ, q̃ etiam rerum naturalium, sed solis nominibus fuisse separatos. [Veteribus) Quoꝝ auctor fuit Plato. & veteribus dicit q̃ñ fuit postea media Academia, & noua, varięq. opiniones. [Tamen) Ab eis Stoicis. [Splendidius) Maiore laude. [Qoā ab his) Peripateticis & Academicis, qui vtilia ab honestis separabant & expetenda esse dicebant, sed cōparatione virtutis nullius pene momenti esse dicebant. Stoici vero asseuerabant nihilo omnino esse vtile, quod non esset honestum. [Nobis aūt) Profitetur Cic. se Academicum. Academici.n nihil affirmabāt, sed disputabant in vtranque partē, & id iure suo defendebant, quodcūque occurreret probabile, & ēt ab alijs diceretur, q non essent eiusdē disciplinæ. Vnde Ciceroni Academico magna dabatur licentia, vt sequeretur formulam consentaneā disciplinæ Stoicoꝝ, quia probabilior videbatur, & id quod in alijs probabile v̄r, Academicus iure suo potest tueri & disputatione defendere. Hanc formulam Cic. sequi nō potuisset, si se Peripateticū professus esset, q̃ñ fuisset contra suum dogma. Certæ.n. erant alioꝝ disciplinæ, & diffinitæ opiniones. Academici vero de omni re disputabant in vtranque partem, & nullas positiones seruabant, sed id quod in quoq; videbatur probabile, sequebātur, nihil affirmātes. [Quodcūque) Omne quod v̄r maxime probabile, ex quocūque decreto. [Nostro iure) Libertate ab oībus concessa nobis, q̃ñ hic est mos Academicoꝝ, ut probabilia sequantur, & nihil ipsi affirmēt. Idque orationis genus auctore Laertio traditum a Platone per interrogationem ac r̄sionem ex vmbra in certamen, ac puluerē primus eduxit Lacides Alexandri filius Cyreneus nouæ Academiæ princeps Arcesilæq. successor. Lacidi successit Carneades, q. nouā Academiā illustrauit Carneadi Clitomachus, in quo Academica p̄hia desijt. Aristoteli successit Theophrastus, in quo atq; Clitomacho & Chrysippo, vt colligit Laertius, Ionica p̄hia desijt. Lacides, vt inq̄t Eusebius, putauit ab hoibus nihil penitus cōprehendi posse. [Sed redeo) q̄a fecit digressionem, redit ad formulam, quam vult constituere. [Detrahere igitur) Hæc est formula, quam Cic. instituit, & ea ponit quæ sunt fugienda, cū sint contra naturā, à qua huius disputationis & formulæ sumitur fundamentum, q̃ñ videndum est e natura.i. s̄m virtutem, quæ honestatem oībus alijs rebus anteponit. Est inquit contra naturam eripere, quòd suum non est, & augere suas vtilitates cum incōmodo aliorum. Ergo si naturam ducem seq̃ volumus, ab eo debemus abhorrere, quod est contra naturam, & sic fungemur offō, & nunq̃ errabimus. [Mors) Quæ est vltimum oīum terribilium, & aufert oē bonum quod est in vita, & impedit perfectionem naturæ, & eius opus dissoluit. [Dolor) q est motus in corpore contrarius sensibus. [Paupertas) Cum s. p̃p inopiam natura sustentari non pōt. Cic. dicit paupertatem esse contra naturam respiciens ad imperitam multitudinem, & ad media officia nondum ingressam, q̃ iudicat paupertatem esse summū malum, nō intelligēs dotes virtutis, & putans paupertatē esse contra naturā, ad hanc multitudinem instituendam hæc orō suscepta est, vt exploratum habeat, & p̃suasum honestatē debere præponi vtilitatibus, & nihil esse magis contra naturam, quam aliena eripere. Sed ꝓfecto paupertas non est indecora, nisi his quibus inuitis accedit, & aius debet esse diues, non arca. Honesta, inq̄t Epicurus, res est læta paupertas, q̃ vt inq̄t Seneca, instātibus desiderijs satisfacere contenta est. contra naturam est non hr̄e virtutes, ad quas natura nos creauit, & principia dedit, sed nunc parenti naturæ, tanq̃ nouercæ, eoꝝ interpretatione sis affertur, q lautiores quam fuerint quondam septem viri Epulonum & Aesopi patinam affectātes, & cœnas Saliares, Persicosq. apparatus, q̄ppe melius palato quam corde sapiunt. Isthmi edones sacris operati, nouo argumentorum gn̄e cō eludunt, & magna voce contendunt, palatum condito pulmēto & succeis replere, Niliacū pulsionem, Gaditanamq. puellam tremulo clune prurientem, crissantemq́ hr̄e, & mensas ex vltima Mauritania aduectas, & indicijs dentibus effulctas, & exotica ostratiaq. vnguenta s̄m naturam esse, quod tñ abest. vt verum sit, vt his naturæ, quæ hoīum ad honestatem creat & frugalitatem, nil possit esse magis contrarium. Non bene intelligunt helluones vim naturæ, quæ paucis contenta est. Vnde dum aqualiculo student, bestijs persimiles efficiuntur, & famam & virtutis laudē amittunt, quorū voces eo loco habendæ sunt, vt Demetrius p̄hs dicere solebat, quo ventre redditi crepitus. Quid.n. inquit mea refert sursum isti, an deorsum ferantur? [Nā principio) ꝓbat quare est id, quod dixit cōtra naturam. [Principio).i. ante oīa. [Conuictum) Vitam cōem & humanam societatem q̃ñ si ita fit, hoīes simul viuere non p̄nt. [Si enim) Rō quare destruitur humanus cōuictus & societas. [Affecti) Dispositi & tali aio, ut bona aliorum eripere velimus, ut nostra cōmoda augeantur. [Secundum naturam) Q̃ñ homo est sociabilis naturaliter, & ab hoie non alienus. [Vt si vnumquodque) Probat & confirmat per similitudinē disrumpi humanā societatem, si alter spolietur & uioletur. [Húc sen.) Si ita sentiret & opinaretur. [Debilitari) In aliqua parte. [Et interire) Oīno dissolui. [Cōmoda) Vtilitates. [Cōitas) Victus cōis. [Nam sibi) Hoc conceditur, ut nobis potius acquiramus ea, quorum usu natura indiget, sed non cōceditur ex bonis alterius dumos nostros locupletare. [Non repugnante natura) Modo iuste acquiramus, quod uult natura, aliter contra naturā est, ut ipse Cic. docet. [Spolijs) Rapinis & calamitatibus aliorū. [Natura) Dispositione naturali. [Iure gentium) Quod est oi humano gn̄i cōe, appellaturq́. Naturale ius ac primum, & tandem diuinum. [Legibus populorum) Iure ciuili. [Quibus) Legibus q̃ñ unaquæq. resp. suas habet leges & ius ciuile. ergo nec iure gentium, nec ciuili licet alteri nocere suę utilitatis causa, sed quāuis non essent leges, tñ natura humana hoc requirit, ut hoi homo non noceat, q̃ñ homo ab hoie non est alienus, & homo hominis causa est gn̄atus, ut alter alteri prosit. [Hoc enim) Ratio est, hoc inquit uolunt leges, ut uictus cōis conseruetur, & ut q̄sque suum habeat, & seruetur societas inter homines, ut uult natura. [Incolumen) Conseruatam. [Quid dirimunt) Qui uiolant, aut furto, aut homicidio, leges puniunt eos, ut merentur. nam aliqui ultimo supplicio afficiuntur, aliqui aguntur in exilium, aliqui pœna pecuniaria mulctantur, & in uinculis detinentur, ut rō

delicti

delicti poscit.[Dãno)Pœna pecuniaria &ablatione bonoꝝ.nam
dānum est io rebus,malum aūt io persona & fama. Ideo dicit So
sias Terent. Quid facies illi q dederit dānum,aot malum ? [Atq;
hoc)Vt humana societas seruet incolomis.[Multo magis) Quā
ipsæ leges.[Ratio oaturæ) Quæ oil aliud est nisi lex diuina & hu
mana cui magis q̃ legibus parendū est, & illi obediunt q volunt
è natura viuere,ratio.i.norma & pscriptum. [Quæ est lex) Quæ
cōplectitur legem diuinā & humanam.[Nunq̃ cōmittet)Nunq̃
incidet in hūc errorem.[Assumas)Accipias & ascribas quod tibi
iure nō debetur. [Celsitas animi) Aius excelsus qm̄ hab virtutū
semina habemus à natura. [Cōitas) Cōitas.i.officioꝝ vicissitu-
do, & cōis fauor atque caritas iustitia,quæ vna cum liberalitate
est ad cōem vtilitatem tuendam,& declarat se,nam dicit,cōitas i
quę.s.cōitas constat ex his duabus iustitia & liberalitate atq; ma
gnificentia,quibus cōitas humana seruatur.[Quàm voluptas) q̃
animi lumen extinguit & est cootra naturam, qm̄ impedit illius
perfectionē &opus,cum sit esca maloꝝ. [Quàm vita)qm̄ natura
vult, vt magnanimus cum versatur in periculo , vitæ non parcat
suæ, & pro cōi salute mori bonus vir noo recusabit uolēte natu-
ra,quæ hoies ad iustitiam,fortitudinem, ceterasq. virtutes crea-
uit . [Quandiu) Qm̄ natura vult vt oēs diuitias exponamus pro
vtilitate cōi,& magis amat iustitiam & liberalitatem,quam diui
tias,qoas qui cōtemnit magnanimus est. [Quæ)Voluptatem,vi
tam,diuitias.[Cootēnere)Spernere tanq̃ ioferiora hois præstan
tia,& celsitudioe animi,q debet esse iouictus.[Et pro nihilo du-
cere,cōparante)Existimare illum esse oullius momēti & precij ,
q comparat voluptates,& diuitias cum vtilitate cōi. [Compara
tem)Illum q comparat supradicta cum cōi vtilitate.i.qoi compa
rando præponit voluptatē,vitam, & diuitias cōi hoium vtilitati
.i.iustitiæ, liberalitati, & magnificentiæ, quæ sunt ad cōe cōmo-
dum,& q parcit vitæ,cum opus esset illam pro patria effundere ,
& fugit labores deditus voluptati,& amat diuitias,noo potest es
se iostos aut liberalis, & sic humanæ societati erit inutilis . Non
igitur debet qs ea quę vtilia sunt anteponere cōi vtilitati,qm̄ est
contra rōnem naturę,& in hoc volumine agitur de cōparatione
vtilis & honesti,& pluris facienda est cōitas quam vita,quam di-
uitiæ. [Qoam mors) qm̄ naturæ ratio vult, vt homo potios mo
riatur pro cōi salute,quā quod detrahat alijs aliq̃d suæ vtilitatis
causa,quod est alienum ab oi humanitate, & id natura noo pati
tur.[Gōis eiusdem) Similia incōmoda,quod nocere vĩr . [Quā
dolor) qm̄ natura vult,vt dolores perpetiamur pro cōi vtilitate.
[Herculē illum) q.d.illom Herculē magnum & summa laude di
gnum. & sic emphasim habet.nā emphasis altiorem pbet intelle-
ctū,quam quem verba p se ipsa declarāt,vt, Tu oe ille Æoeas? Et
apud Papinium,quē scire oesastum,Illū,sed taceo, prohibet tran
quilla senectus . [Beneficioꝝ memor) In lib.de Nat. Deor.ait:
Vtilitatū magnitudioe cōstituti sunt hi dij, q vtilitates quasq; gi
gnebāt . Suscepit aūt vita hoium,cōsuetudoq. cōis,ut beneficijs,
excellētes viros in cœlum fama ac volūtate tollereot. Hinc Her
cules,hinc Castor,quoꝝ.n.remanerēt animi atq; ęternitate frue
rētur,dij rite habiti sunt,cū & optimi esseot & æterni . [Conci-
lio) Cœtu deoꝝ.sensus est,pstat pati oēs labores,& molestias p
cōi utilitate,quam uiuere in solitudioe & affluere diuitijs,&hre
pulchritudinē. Hercules q s in opprimendis monstris pro vtilita
te cōi laborauerai,hoium fama in cœlum collocatus est.[Quo-
circa)Cōcludit Cic.ex supradictis uitā cum negocijs & laborib⁹
pro cōi vtilitate vmbratili & ociosæ anteponēdā esse.[Optimo)
A natura bene instituto.[Splēdidissimo) Clarissimo & a natura
quodā splendore donatus ingenij,& cognoscit qd natura reqrit
& quātum hō hoi debet rōoe humanitatis & iure naturali.Vnde
q paret naturæ ooo pōt sustinere ut hoi noceat,qm̄ est cōtra oa-
turā.[Illam vitā)Negociosam & laboriosam.[Huic) Vmbratili
ociosæ & affluenti voluptatibus,& bonis corporis & fortuoæ.
[Ex quo efficit) pp hoc quod dictum est,concluditur hoiem hoi
nō nocere q paret naturæ. [Deinde q alteꝝ uiolat) Ponit duo,q̃
qs existimare pōt cui alicui oocet,quæ Cic.refellit, ut imperitia
ostendat,hoiem hoi nullo modo debere nocere. [Aut nihil exi-
stimat)Hoc est unum pōt arbitrari inqt se nihil facere contra na
turā,cum hoiem uiolat.[Aut magis)Hoc est alteꝝ,qm̄ putat ma
gis fugiēdam esse paupertatem,& reliqua incōmoda, quā facere
iniuriam.[Si nihil existimat)Resumit primū.[Qoid differas) qd
disputare possis ? q.d.non est cum eo differendum , cum sit oino
rudis & nomine tm̄ homo, qm̄ ab homine aufert humanitatem.
[Hominem)Humanitatem ipsam,& ipsum hominem separat ab
homine,quod est contra naturam,qm̄ homo ab homine,non est
alieous.[Io uiolandis hominibus) Cum homines oiolat . cum
tali igitur uiro disputandum non est, quoniam ignorat naturā ,
& est ona bestia, cum ab homine humanitatem tollat . [Sin fu-
giendum) Resumit alteꝝ quod non est ita vituperabile, qm̄ pu-
tat ille q ita opinatur fugiendam esse iniuriā , sed peius esse pati
dolorē,mortem,& paupertatem.i.si putat nō esse aliquē violan-
dum,& censet illa esse multo peiora,in eo,inqt,errat, qm̄ putat,
paupertatē & dolorē peiora esse ai vitio, qm̄ talis ai affectio fu-
giēda est magis,quā paupertas,quā dolor,& deniq; ipsa mors.[Vl
lū corporis)Vt dolor & similia corporis incōmoda. [Aut fortu-
næ)Vt paupertas,& ea quæ à fortuna hoi accidūt.[Animi vitijs)
sceleribus,qm̄ peius est esse sceleratū quā pauperem.dū.n.quis in
vitio est,hr infelicissimus.Vñ vitio aiæ nihil est fœdios, nihil te-
trius,nihilq. magis fogiēdū.[Iniuria)Est vitiū aiæ,dolor est vitiū
corporis,& quanto aios est præstantior corpore,tanto vitium ai
est grauius vitio corporis.[Ergo vnum)Cum ita sit,inqt,oēs de-
beot sibi voum pponere.& hoc est optimum præceptū. [Oibus)
q ducem naturam seq voluot.[Propositum) In mente cōstitutū,
& decretū.vnde propositum dr signum,finis,iotētio,summa vitā
sine pposito vaga est,ait Sen. [Vniuscuiusq;) Singuloꝝ.i.vtilitas
vniuscuiusq; noo minus,quam oīa debet esse cara nobis,& vt o-
mnium & singuloꝝ eadem sit vtilitas,& vt oibus & singulis cōsu
latur.[Eadem sit).i.æque cara cōis vtilitas,vt propria siue priua-
ta. [Quā) Vtilitatem cuiusque & vniuersoꝝ siqs ad se rapiet, di-
strahetur humana societas,q est maxime è natura . [Atque si ēt)
pbat Cic.oium vtilitatem esse cōem, & facit rōcinationem sum
ptam a disciplina Stoicoꝝ,qua demōstrat nos prohiberi lege na
turæ,violare hoiem,qm̄ vt volunt Stoici,homo ob id ipsum, qd
homo est,non est alienus ab hoie.[Præscribit)Præcipit & diffi-
nit,mouet,atq; constituit.[Ob eam causam) Ob id ipsom quod
homo est,non ob aliq̃ aliam causam. [Cōsultum velit).i. natura
hoc præcipit,vt hoi quicuoque sit,consulatur. [Necesse est) Qm̄
hoc sequitur ex illo,si aña est veꝝ,& ɔñs erit veꝝ. si homo hoi cō-
sulere debet,oportet oīa esse cōia . quod si veꝝ est,homo non de
bet violari ab hoie,ita præscribente natura. Añs est veꝝ,ergo &
ɔñs,quod Cic.probat.[Quo si ita est) Vt oīs vtilitas cōis sit, oēs
cootinemur vna lege oaturæ. [Id ipsum) Si cootinemur oēs tali
lege.[Primum)Añs naturam.s.velle oībus esse cōem.[Extremū)
ɔñs,qm̄ si natura vult vt oībus consulatur,necesse est oiom utili-
tates esse cōes,et si oēs continemur vna & eadem lege naturæ,ne
cesse est vt violare hoiem à natura prohibeamur. [Nam illud q-
dem)Probatio est añtis seu primi,vt ipse dixit . Et coofutat illo-
rum opinionem,dicentium aliam esse rōnem fratrum , propio-
quorum,& aliam esse ciuium,aliam externorum,qm̄ hæc opinio
distrahit humanam societatem , si uoo oium rō habebitur , & si
hoc non tenetur hoiem ab hoie,quicunque sit , ooo esse alienū .
& sic probatur primum & per ɔñs extremum . Lact. lib. 6. dicit,
Ergo pro immaoibus belluis habendi sunt,qui hoibus oocent ,
q contra ius humanitatis,& fas oē spoliant, cruciant, occidunt ,
exterminant . ob hanc oecessitudioem germanitatis docet nos
Deus mala ounq̃ facere,booum aūt semper. Deus.n.qm̄ plus est,
aial oos voluit esse sociabile . Itaq; in alijs hoibus nos ipsos cogi
tare debemus . non meremur io periculo liberari, si noo succur-
rimus,non meremur auxilia,si negamus.[Absurdum)Non con-
ueniens rōni.[Aliam rōnem)Esse ciuium,non idem debere ser-
uari aduersus reliquos,quam sniam Cic.refellit,oōdeos inter ip
sos ciues esse societatem ciuilem,& quoddam ius naturale inter
cedere.[Aliam reliquoꝝ)Exteroꝝ hoium. dñt aliam esse rōnē
ciuium,aliam reliquoꝝ . [Hi) q talia dōr & refellit primam par-
tem de ciuibus,postea secundam de reliqs hoibus . [Nihil iuris)
o blatioois nullum ius quod natura ipsa præscribit, & vinculum
ciuilis societatis.i.statuunt & putant nullum sibi esse ius oatura
le cū ciuibus,&oullam societatem.[Cōis vtilitatis)Gratia.i.pu-
tāt cioem à cioe alienū esse & nullam esse inter ipsos societatē
pp cōem vtilitatem,qood falsum est,& absurdū . destrueretur .n.
ciuilis societas & concordia.[Qoi aūt) Hæc est altera pars qua
illorum sniam refellit,qui dicebant habendam esse rōnem ciuiū,
sed reliquoꝝ oullam . Nam si sic esset,destrueretur cōis societas
gñis humani,qua sublata virtutes ēt tollentur,quæ sunt ad con-
seruationē gñis humani,maxime iustitia, & liberalitas . [Qoę)
supradicta & societas gñis humani,& virtutes . [Etiam aduersus
deos)Qm̄ non modo offendunt humanam societatem , sed etiā
deum; q hanc societatem inter hoies constituit, cuius societatis
vinculum arctissimum est,si putamus,& persuasum habemus con
tra naturam esse hoi nocere,& oullo modo alicui q̃dq̃ detrahen
dum sui cōmodi causa,sed potius oia incōmoda subeunda.& bo
norum & corporis ipsius etiam , & animi ioiuste . Profecto nisi
ita statuerimos,vinculum societatis humanæ dissoluetur.[Arctis
simum vinculū)Vt arcte & bene coniuncta teneatur, si arbitra-
bimur

SED incidunt, sæpe caussæ,) Cic. id quod supra ꝓposuit aiaduertendum, despiciendumq., docet, cũ vtilitas cũ honesto videatur pugnare, pugnet nec ne, & sic innuit considerandas esse circũstantias tpm, locoꝝ personaꝝ. vt plane cognoscatur, quid ex officio sit, quid contra offm̃. (Plane) Oĩno. (Eius gñis) Similes & hmõi, cum quærimus an aliquid honestum sit, & deceat, an econtra. Et ponit qõnem sumptam ex dogmate Stoicoꝝ, quoꝝ alteri seueritatem eoꝝ, qui sancte ac pure hanc sectam pepererunt imitati sunt, alteri vero talem rigiditatem minime secuti, & sanctitatem, aliter ꝓfiati sunt, q̃uis Stoicũ dogma profiterentur. (Alexandria) Est vrbs Aegypti ad mare, Rhodos est insula etiamnũ clara, & religiosa. (Sapiẽtem) Perfectum & qui sciat iudicare qd sit offm̃, qualẽ antiq. Stoici volebãt. Diogenes imitabatur recentiores Stoicos, qui non nihil a veteribus dissentiebant. Antipater aũt veteꝝ Stoicũ agebat, & partes priscoꝝ tuebatur. (In hmõi caussis) Posset oriri addubitatio, an aliquid sit oĩo turpe, & ideo affert iudicium Diogenis Stoici & Antipatri eius discipuli. Quinque fuerunt Diogenes, auct. Laertio, primus Apolloniates physicus: secundus Sicyonius: tertius Sinopeus, Cynicus cognominatus: quartus hic, de quo nunc agit ex Seleucia, appellatus aũt Babylonius ob vicinitatem: quintus Tarsensis, qui de qõnibus poeticis scripsit. Antipater Tyrius fuit. (Qtũs) Inquantum. (Iure ciuili constitutũ sit,) Quo cauetur vt venditor dicat vitia rei, quam vendit, aliter reticentiæ pœna constituta erat. de hoc paullo post dicetur latius. (Sine insidijs) Fraude & crimine. (Cetera) Oĩa alia posse celare extra crimen insidiarum (Aduexi) Hęc sunt verba venditoris. (Exposui) Ad vẽdendũ. (Exoritur) Opponitur rõni ipsius Diogenis rõ. (Antipatri) Qui vult bonũ viꝝ lege naturæ iubente cõi vtilitati consulere dẽe, & ad hunc finem oẽs actiones dirigere, qd si faciet nihil celabit, nihilq. tacebit, qd ex vsu alioꝝ sit, quibus consulere debeat. ꝓinde, ideo Antipatri rõ laudabilior est, qm̃ ad conseruationẽ humanæ societatis spectat. (Principia naturæ) Quæ vult vt nihil putemus esse nobis vtile, qd alijs noceat, aliter violabitur ius humanæ societatis. (Vicissim) Mutuo. i. debem͂ putare volẽte nã cõem vtilitatẽ esse nr̃am, qd cũ fit nihil celatur, sed hr̃ rõ honestatis, q ceteris rebus bono viro debet esse antiquior. Et affert qd Diog. rñdere potuisset, & dicit aliud esse celare, aliud tacere, celare si quidem est ꝓprie dissimulando decipe, atque impostura facere. (Finis bonoꝝ) Sũmum bonũ, ad qd oĩa referũt. (Plus ꝓdessent) Ad ꝑfectionem & ad bñ beateq. viuendũ. (Siqdem inter hoĩes) Verba Antipatri. i. scis inter hoĩes esse societatẽ nãlem. (Inquit ille:) Diogenes, i. (Vides in hac) Verba sunt Cic. sensus est & ordo. In hac disceptatione non dr̃ a Diog. venditor vẽdet id, qd vult magno ꝓcio, q̃uis talis venditio turpis sit, sed dr̃ ita esse vtile, vt turpitudinẽ non habeat, & hoc est quantũ ad Diog. q dicit talem vẽditionem non esse turpẽ, qm̃ non pluris quã ceteri suum vendit. (Ex altera parte) i. ab Antipatro ostẽditur id nõ esse agendũ, qd sit turpe, & sic Cic. ex tali disceptatione præceptũ elicit. (Ita expedire,) Ita esse vtile. (Ea re) pp id quia turpe est, nisi emptor nouerit ea q venditor. (Vendat ædes vir bonus) Ponit aliud exẽplũ & disceptationẽ ex domo venali. (Et habeãtur) Putentur ab alijs esse salubres, cũ sint pestilẽtes. (Male materiatæ,) Compositæ ex mala materia, vt cęmento, lignis, & tabulis tpe non opportuno cæsis, & sectis, & sic redditi corruptioni obnoxijs, malis lapidibus, male iactis fundamentis, vt ob id ædes casuræ sint. Materies ꝓprie est, ex qua ꝑficiũtur opera, & ędificia, vt lapides, ligna, & cetera id genus. Mã est q suscipit formã aialẽ, vt mã corporis aiam eius formã suscipientis. (Pluris multo,) Maiore ꝓcio, quam si ipsaꝝ ædium vitia dixisset. (Execrationibus) Detestationibus, qm̃ piaculũ erat apud Athen. nõ mõstrare viam erranti. carmen erat apud ipsos qd in publicis cãtabatur sacris, pronũciabaturq. eos esse impios & execrabiles, q viam non monstrarent. (Sancitum) Firmatũ & constitutũ, q. d. id qd de via dr̃ latius patet, & hoc peius est, quã non mõstrare viã. (Nam est) Rõ qm̃ sciens alium ducit in errorem & fraude, qd flagitiosum est. (Scientem) Hoĩem de industria certo consilio, & malitia alium deducẽtẽ in fraudem.

dem.[Proscripsit)Vendere se velle ostẽdit. nam proscribere aliq̃ rem est illam venalẽ exponere, cũ inscriptione, quemadmodum in tabula proscriptionis ponebantur nomina proscriptorũ. Vñ dicit Plaut. in Trin. ædes venales hasce inscribit literis. hoc ẽt fit nr̃o tpe, scribitur.n. in Ianua, hæc domus est venalis, aut locãda. proscribere, inqt iuris peritus 14. digestorũ, sic accipimus claris literis, vt de plano recte legi possint ante tabernam .s. vel eum locum in quo negociatio exercetur. Si, inqt Diog. aliquis villã proscribens addat hæc verba, bonam villam & cũ rõne ędificatam, tñ re uera non sit, non decipit emptorem, q põt considerare & dispicere, an recte sit ædificata. Ergo si venditor non tenetur pstare id, qđ dixit, multo minus id, qđ non dixit. Iura uolunt, et venditor non teneatur ad ea de qbus emptor iudicare põt, sed si quod est vitium latens, & illud reticuerit, præstare debet, & emptor potest eum iure cogere, et aut restituta pecunia vẽditor rẽ recipiat, aut tanti vendat quanti emptor emisset, si vitium illud sciuisset. iure igitur ciuili Diog. nititur. Antipater aũt lege naturæ, & boni viri decreto & ↄscia, facit n. vir bonus id, qđ ex vsu aliorũ sit, nec q̃rit exceptiones iuris & legũ diuerticula [Rõne) .i. nõ bñ recteq̃ ædificatã, vt exposcit rõ ædificandi, & architectura. Villa n. non recte ædificata nõ solũ cõmodo vsui nocet, sed ẽt põt esse ob id insalubris, si ianuæ, valuæ & fenestræ noxios ventos exciperẽt. Vñ in j. lib. de re rust. Varro loquens de fundo pestilẽti dicit, hęc vitia emendari solent dñi scia. Permagni interest vt bñ positæ sint villæ, quantæ sint, quo spectẽt porticibus, ostijs ac fenestris. An non ille Hippocrates medicus in magna pestilentia non vnum agrũ, sed multa oppida scia seruauit? Et idem Varro dicit se cum esset Corcyræ, & exercitus classis & oẽs domus repletæ essent ægrotis & funeribus immisso nouis fenestris aqlone, & obstructis pestilentibus, ianuaq. pmutata, ceteraq. eius gñis diligentia comites suos ac familiam incolumes reduxisse [Quo loc.)Qua rõne villa ædificari debeat, docet idẽ Varro, & Col.[Iudiciũ emptoris) Qm̃ oĩa illa q̃ põt emptor iudicare, non tenetur pstare venditor, vt dcm̃ est, & aufert aliud qđ ex supradictis seqtur. [Sin aũt dictũ non oẽ) Si, inqt, vt dcm̃ est non debet venditor oĩa pstare, q̃ dixit laudando rẽ venalẽ, multo minus id, qđ nõ dixit. exempli gr̃a, dicit venditor vendo bonã bonum, equũ, & similia non tenetur ad hæc pstanda ẽt si mala sint, si de ipsorũ vitio potuit emptor iudicare. Dictum, inqt Vlp. accipimus, qđ verbo tenus pnunciatum est nudoq. sermone finitur. [Absurdũ) Minime consentaneũ prudẽtiæ venditoris. [Prædicet) Palã dicat, & clamet, pco.n. rebus vendendis adhibebatur. vñ Mart. Venderet excultos colles cũ pco facetus. [Sic ergo) Docet Cic. ex his q̃ dicta sunt, in qbusdã dubijs causis ex altera parte honestatẽ defendi, vt faciebat Antipater, ex altera vt à Diogene ita dici de vtilitate, vt si illa relinquatur, turpitudini ascribẽdum sit, qm̃ dicebat Diogenes, nihil esse stultius quam venditorem narrare vitia .i. defectus rei quam vendit.

FRAN. MAT.

SEd incidunt, vt &c.) Dixit peccare vehementer illum cuius aius dubitat pponere ne debeat honestati qđ vtile videatur. Sed qa accidere põt, vt aliquid videatur vtile, & minime ab honesto remotum, concedi dicit tandiu deliberare q̃diu cognitũ fuerit, non esse aut esse in ea vtilitate turpitudinem, sed vbi turpitudo inesse cognita fuerit, oĩs cõsultatio subito amoueri debet, ponit aũt exemplum cuiusmodi sit aliqd vtile in quo q̃ri possit: Sit ne cum eo vtilitas coniuncta an contra sorte ita accidere posset, vt Rhodi magna esset annonæ penuria, Alexandriæ vero copia pmagna Mercator qdã vir haud improbus fromento nauem onerat, vt Rhodũ conueheret. Idem faciunt & alij mercatores. Sed ipse prior soluit & Rhodũ applicat, nesciunt Rhodij paullo post magnã frumenti copiã affuturã, & iccirco carius ab illo vno mercatore emunt, q vir bonus cũ sciat naues alias paullo post affuturas frumẽto onustas, q̃ritur, reticere ne debeat an patefacere. Qđ dubitari põt, & q̃ri an qd vtile sit ille videlicet reticere, sit ne ẽt honestum. Diuersæ fuerunt opiniones, & contrariæ duorũ phorũ quos veluti inter se disputãtes Cic. inducit. [Incidũt.) De manifesta turpitudine dubitãdũ nõ est, q̃n sit penitus respuẽda. de qua ẽt cogitare scelus est, sed cũ vtilitas cũ honestate iũcta esse vr̃ dubitari põt. [An possit) An id qđ est honestũ, possit cũ vtilitate coniungi. [Alexãdria) q̃ est principalis Aegypti ciuitas ab Alexãdro ædificata. [Numerũ) Quantitatẽ. [Idẽ) Mercator vir bonus q frumentũ adduxit dicturus &c. antq̃ frumentũ Rhodijs vẽdat. [Sapientẽ &c.) Nõ q̃rimus, inquit, qd vulgus faceret. Nã dubiũ non est vulgus seq. vtilitatẽ, sed q̃rimus qd vir bonus & sapiens in tali re facturus sit. [Sed dubitet,) Sit ne huic vtilitati honestas coniuncta an cõtra. [Diogeni Babilonio) Fuit hic phs Stoicus ex Seleucia, sed Babylonius est appellatus ob vicinitatẽ, auct. Laert. [Antipatro) Opinio Antipatri fuit, vt mercator ille vir bonus patefaceret Rhodijs plures naues frumento onustas affuturas, emptor & vẽditor noĩa sunt ad aliqd. Nõ põt esse emptor, qn sit venditor, ob eã rẽ, quidqd nouit emptor, nosse debet, & vẽditor, nouit hic vẽditor magnã vim frumẽti affuturã, id & emptores Rhodij scire debuerũt. [Diogeni,) Is ius ciuile seqtur, vult. n. aliã esse rõnem phi, aliã eorũ q in rep. æquo iure viuũt. Nã iure ciuili cauetur, vt si aliqd vendatur, & vitium rei nõ apiatur, vẽditio illa irrita sit, & redhibitio fiat, vitia tñ non oĩa sunt apienda pter ea q̃ emptor cognoscere põt nisi stultus fuerit, vt verbi cã, si vendã equũ cæcũ, vitiũ illud iudicare non teneor, qm̃ emptor ipse plane cognoscere põt. [Qtũs) Quousque inquantũ, quia vitia q̃ emptor nulla rõne cognoscere põt vẽditor apire debet, reliqua vero q̃ cognosci põt facere põt. [Cetera) q̃ legibus excepta nõ sunt, & qm̃. I. vr̃ Diogeni. Aduexi, verba sunt qbus venditor frumenti vti potuisset, aduexi .s. frumentũ ergo pmiũ pro labore posco, & pro periculo. [Exposui;) Vt venderẽ. [Meũ) Frumentũ. [Pluris,) Precij s. [Fortasse ẽt minoris) .s. quã emptũ fuerit, vbi lucrũ & dãnum simul esse pñt, tunc lucrũ illud nullum est. Qui Alexandria velut frumentũ exponit se periculo. Magna itẽ erat inopia cũ portu nauẽ soluit. Quid si interim mercatores aliunde venissent minoris quã emi, vendidissem, ergo periculũ fuit cũ dãno. [Exoritur &c.) Validiorẽ Antipatri argumẽtatio. Diogenis. n. à iure ciuili sumitur, hꝰ vero à iure nã. Nãlis rõ id postulat, vt cõi hoim cõsulamus vtilitati. Nec põt hri bonus vir, & legẽ naturæ seruare, q tacet qđ aperiẽdũ est. Nã ab offõ boni viri penitꝰ discedit, si qđ sæpe dcm̃ est, sicut nã, ita ẽt iudicio hoĩes nihil humani à se alienũ putarẽt, nihil cõtra humanã fieret societatẽ, & nulli inferretur iniuria. [Humanæ societati;) Prima societas est oĩm hoim inter se, de qua nũc loquitur. [Principia naturę,) Cõem uidelicet intelligentiã. [Vt vtilitas &c.) Vt nihil tibi utile sit, & qđ sit utile ceteris, id tibi ẽt utile ducas. [Aliud est celare &c.) Fateor, inqt, celare utile esse sine honestate. [Aliud celare, aliud est tacere) Non.n. si taceo celo. Si nõ dixero finẽ bonorũ & malorũ, q̃ sit nã cœli &c. q̃ occulta sunt uulgo, nunqd te celo? minime. Etsi hæc tibi utiliora essent quã apire uim magnã frumẽti affuturã, & est argm̃ à minori ad maius. Si licet tacere ea q̃ maiorẽ utilitatẽ afferunt, licet ẽt tacere q̃ minorẽ. Maior ppõ nota est, & à nullo negabitur, minor impugnari posset, quã confirmat. Maior utilitas est scire q's finis malorum &c. qa nulli uitium cõmitto, ergo tacere ea q̃ minora sunt, nullum erit uitium. [Qđ tibi utile &c.) Nimis magnũ & difficilẽ laborẽ susciperet, qui oĩa hoĩ dicere uellet quæ ei essent utilia, & ideo recte refert. [Si qdem meministi) Rñdit Antipater nũquid oblitus es qđ naturalis rõ pscribit uidelicet coniunctos esse homines nãli societate? ut nihil proprium uelimus qđ nõ alijs cõicemus. Nã qbus data est rõ, ijsdẽ data est & recta rõ, quæ est lex phibendi & imperandi. hac rõne lex inter se hoĩes coniuncti sunt, ut nihil sit cuiusq̃ propriũ quod non sit alijs cõe. [Memini,) Videlicet esse societatem naturalẽ. Sed dic mihi nunqd ista societas qua hoĩes inter se coniuncti sunt eiusmodi est, ut nemo aliqd pprium possidere possit, quod si ita est &c. Argm̃ est à ↄtri absurdo. Si nihil suum cuiusque est, sequitur hoc absurdum ut donandũ sit. Ex quo probat aliqd suum cuiusque esse, & utitur dilẽmate. Aut, inqt, aliquid pprium cuiusque est, aut non est utrũ cõplexus fueris negari põt. Si aliquid suũ cuiusque esse negaueris, seq̃tur qđ nihil uendere licet, sed donare. Nã si oĩa sunt mihi cũ alijs cõia sequitur nihil uendi posse. Cõtra si aliquid cuiusque ppriũ est, aliquid uendi põt. [Vides in hac tota) Ex hac disputatione infert Cic. quod uterque phs nihil uult utile esse, quod idem honestum non sit. Nec ab eo discedit, qđ ueluti fundamentũ huius ppõnis dispensant, nihil esse utile quod idem honestũ non sit. [Non illud dici:) Vterque.n. illud respuendũ fatetur, qđ utile ur̃, si honestũ non sit. [Ex altera aõt) Ex Diogenis snia disputatur, & colligitur non esse turpe, & iccirco utile uideri. ex Antipatri uero ex re quod turpe sit non esse faciendum. Antipater dicit nõ esse reticendũ, quià sit turpe reticere. Diogenes uero uult reticeri posse, quia non sit turpe, & hoc modo eodẽ uterque finẽ respicit. [Vendat ædes) Aliud exẽplum est. Si q's ædes uendiderit uitiosas quarũ uitia nullus norit pter ipm̃ dñm uenditorem, quæritur nunqd uitia tacere debeat, quo pluris, & facilius ædes uẽdat, an potius indicare. [Pestilẽtes) Nõ salubres, est nõnullarũ ædiũ q̃dã infelicitas. Nã eas Incolẽtibus morbos inducũt. [Habeãtur) Oẽs existiment eas salubres esse. [Male materiatæ,) Hoc est mala mãa constructæ, uidelicet calce resolubili, lapide fragili, lignis putridis, & nõ sua luna cæsis. [Ruinosę:) Vnũ ex reliqs sequit. Nam si male materiatæ sunt, ruinosæ sunt. [Ille uero,) Snia Antipatri, improbe facere q hoc faciat. [Quid.n. est aliud, erranti uiam nõ mõstrare;) qa hoc plus est uiã erranti nõ ondere q̃ uitia emptori

Quę sit prima hominũ societas.

Maior utilitas est scire quis sit finis malorũ, quã bonorum.

non

nõ aperire,& pati ipm ruere in vitia, q̃ visum hoc sit vitiosum nõ ostẽdere viã erranti,ea hoc comphenditur,qđ publicis execrationibus punitur apud Athen.& ꝓbat Antipater hoc mõ,quoꝝ criminũ eadẽ est pœna,eadẽ quoq; crimina sunt æqualia, sed sacrilegij,& eius q erráti viã nõ mõstrauit, apud Athen. pœna est eadẽ, ergo nõ mõstrare viã erráti, & sacrilegiũ cõmittere idẽ est scel⁹, sed execrationib.publicis punit̃ q nõ mõstrauerit viã erráti Athenis,sicut execrationib.puniũtur sacrilegi,ergo &c. Vides maiores nr̃os vidisse naturę legẽ cũ tã detestabile Athen.fuerit nõ mõstrare viã errãti,vt eadẽ pœna puniret̃ qua puniũtur sacrilegi.[Execrationibus publicis) Athenis erãt olympiadæ sacerdotes Iouis olympici .ij publice execrabãtur eos quos res pub. ob aliqđ scelus execrãdos duceret vt sacrilegos. legimus Alcib.in eius vita qđ domi suæ mysteria frequẽtaret, & q̃ occulta esse debebãt, sacrilegij fuisse dãnatũ,& publice execratũ.Deinde,reuocatũ i patriã resacratũ fuisse, & apud Plut. discere licet execrationis illius ritũ. [Hoc) De quo loquor,imo est plus, qa plus patit̃ detrimẽti emptor quã viator,q nõ mõstrauerit viã errãti nocet illi qdẽ.Sed is multo plus q vitia nõ iudicauerit emptori, dãno.n.sæpe afficit quã maximo.[Sciẽtẽ)Eũ q scit vitia rei quã vẽdit.[Diogenes cõtra:)Rõnib.Antipri Diogenes occurrit. (Ille,qđ)q vẽdidit ædes morbosas &c.[Proscripsit.)Venale ꝓposuit.Nã ꝓscribere est in publico aliqd ꝓponere,vñ ꝓscripti dicebãtur,quoꝝ noia i publico ꝓponebant vt oibus liceret eos impune occidere.[Quòd si,q ꝓscribũt &c.)Argm̃ est à minori ad maius. Si qs ꝓtitet̃ se villam bonã vẽdere & dicat,hãc villã ꝓ scribo bñ ædificatã ac instructã, & aliqs emit eã,ac ruinosam repit,nunqd nõ cogit̃ ille redhibere villã? nõ cogitur si licet vẽditori laudare rẽ suã supra veritatẽ q̃to magis licet vẽdere,si nihil de re dicit.Nihil ille laudauit. Sed tm̃mõ venales ædes exposuit.[Quòd si,)Si q laudãt nõ laudanda cũ ꝓscribũt vt vẽdant nõ fefellisse creduntur, multo illi minus fallere putãdi sunt q nihil oio laudãt,nihil dñt [Vbi.n.iudiciũ &c.) Nã cũ liberũ est emptori iudicare de re quã emere velit, dici non põt à vẽditore falli,ꝓpono,inqt,vẽditor tibi rẽ meã venalẽ,videto nũ tibi placeat.Si bonã cẽses accipito.Si cõtra,relinqto .[Sin aũt dcm̃ &c.) Nõ oẽ qđ dixeris ꝓstare debes,ergo qđ nõ dixeris multo minus.Sæpe accidit,idq̃. iure ciuili cautũ est,vt oia q̃ dicimus & ꝓmittimus ꝓstare nõ debeamus,& vt lib.j.ait põt accidere ꝓmissum aliqđ,& cõuentũ esse tale vt effici sit inutile, vel ei cui ꝓmissum sit,vel ei q ꝓmiserit.Itẽ si plus tibi noceat quã ei cui ꝓmiseris standũ ꝓmissis non est. exẽplum ipsi ponit Cic. eodẽ lib. [Dñi iussu)Rẽ ante oculos ponit vt rõnẽ suã euidẽtius cõfirmet. [Sic ergo &c.)Nũc ꝯcludit eiusmodi res icidere posse,vt dispntet̃ nũqd id qđ vtile esse videat̃,sit ẽt honestũ. Ita qdẽ disputat̃ in superioribus qõnibus, vt fateri vitiũ nõ videat̃ honestũ, sed ẽt ipm nõ fateri videat̃ turpe esse.[Ex altera pte) Ex vtraq; pte ita disputat̃ hoc loco.Antipater disputat cęlare vitia mãcipij nõ esse honestũ.Est aũt mãcipiũ nõ solũ seruos,sed qđqd manu capi põt. Vñ mãcipari hoc est qđ meũ est in aliũ trãsferri.Cõtra Diogenes cęlare hæc oia emptori sic dicit esse honestũ,vt nõ si cęlaueris turpe sit. [Nõ mõ facere:) Videlicet nõ cęlare,sicuti volebat Diog.

ASCEN. SEd incidũt,vt supra dixi,sæpe caussæ,cũ.i.in q bus,repugnare vtilitas honestati videatur,vt aiaduertẽdũ sit.i.cõsiderare oporteat,ne.i.an sup. illud vtile repugnet plane cũ honestate,an possit ꝯiũgi cũ honestate. Huius.i.eiusmodi gñis sunt hæ qõnes, si exẽpli gr̃a vir bonus ꝓfectus ab Alexãdria Rhodũ aduexerit magnũ numeꝝ frumẽti inopia Rhodioꝝ & fame,& summa caritate annonæ,si idem sciat cõplures mercatores soluisse.s. naues Alexãdria,& viderit naues onustas frumẽto petẽtes Rhodũ i cursu.i.in nauigatione,ne.i.an sit dicturus Rhodijs id.s.cõplures naues aduẽtare,an vẽditurus est sup.suũ frumentũ q̃ plurimũ.i.valde care,nos fingimus.i.ꝓsupponimus eũ viꝝ sapientẽ, & bonũ, & q̃rimus de deliberatione, & ꝯsultatione eius q nõ sit celaturus Rhodios,si iudicet id turpe,sed dubitẽt an sit nõ turpe. Aliud solet videri in his causis Diogeni Babylonio Stoico magno & graui,aliud solet videri Antipatro discipulo eius hoi acutissimo. Antipatro sup.vñt oia patefaciẽda,vt ne qd oio emptor ignoret,qđ vẽditor norit.i.nouerit. Diogeni sup.vr̃,vẽditorẽ oportere dicere vitia eatenus sup qtũs ꝯstitutũ sit a iure ciuili, & agere cetera sine insidijs,& qm̃ vẽdat sup.dicere velle vẽdere q̃ optime.i.carissime dicendo.s.aduexi sup.has merces ex alienis oris, exposui sup. ꝓciũ eaꝝ,ego vẽdo meũ nõ pluris quã ceteri,& fortasse ẽt minoris.i.minori ꝓcio,cũ maior est copia,cui sit iniuria? q d nulli.Rõ Antip.dicẽtis oia esse reuelãda exoritur ex altera parte. Dicit.n. sic: Quid agis tute.i.tuipse cũ debeas cõsulere hoibus,& seruire societati humanæ , & cũ sis natus ea lege , vt habeas ea principia naturæ,qbus debeas parere,& q̃ debeas seq semp. Vt tua vtilitas sit cõis vtilitas.i.redũdet in cõem vtilitatẽ,&vt ea vtilitas cõis sit vicissim.i.ecõuerso tua,celabis tũ hoies,qđ vtilitatis & copiæ adsit.i. ꝓponatur,aut aduehatur venale his,q.d. nõ decet te id facere . Diogenes rñdebit fortasse sic,aliud est celare.i.occultare,aliud tacere,neque ego celo nunc te,si nõ dico tibi q̃ sit nã deoꝝ,& qs sit finis bonoꝝ,q̃ bona cognita.i.si cognoscerẽtur, ꝓdessent tibi plus q̃ vtilitas tritici.Sed nõ est mihi necesse dicere id tibi, qdquid vtile est tibi audire. Ille.s.Antipater,inqt,immo vero necesse est qdẽ.i.certe si meministi societatẽ esse cõiunctã nã.i. ꝑ nãm inter hoies.Ille.i.Diogenes,inqt,ego memini sup.societatẽ esse, sed nũ.i.nũqd illa societas est talis,vt nihil sit cuiq; suũ .i. ꝓpriũ , qđ si est ita,nec vẽdẽdũ qdẽ est qcq̃ sed donãdũ.Vides(inqt Cic.) in hac tota disputatione non illud dici,q̃uis hoc sit turpe,tñ ego faciã,qm̃ expedit.i.vtile est & expediẽs ꝑ te.Sed ita expedire vt nõ sit turpe,aũt,pro sed,tu vides sup.ex altera parte nõ esse faciẽdũ ea re.i.ea de cã,qa sit turpe.Vẽdat.s.ponamus qđ vir bonus vẽdat ædes.i.domũ suã ꝑꝑ aliqua vitia,q̃ vitia ipse vẽditor norit,& ceteri.s.emptores ignorẽt,vtpote si sint pestilẽtes, & habeãtur .i. reputent̃ salubres,& ignoret̃ serpẽtes apparere in oibus cubilib. & sint ipsæ ædes male materiatæ.i.ex fragili mã factæ,& ruinosæ .i.ad ruinã tẽdẽtes,sed nemo sciat hæc ꝓter dñm.i.nunqd ipse dñs fecerit id iuste an improbe.i.q̃ro si vẽditor nõ dixerit hoc emptoribus,& vẽdituꝝ ædes multo pluris,quã putarit.i.putauerit se vẽdituꝝ nũ.i.nunqd id iuste an improbe Antipr̃,inqt,vero .i. certe, & ꝓ vero ille facit improbe. Quid est.n.aliud nõ mõstrare viã errãti? qđ.s.nõ mõstrare viã sancitũ est.i.firmatũ,& ꝯstitutũ Athenis publicis execrationibus,si nõ est hoc.s.pati emptorẽ ruere & incurrere ꝑ errorẽ.i.ignorationẽ in fraudẽ.i. reꝝ minutionẽ maximã,imo dicit plus ẽẽ est quã nõ mõstrare viã . Nã est sciẽtẽ.i.eũ q sciẽs,& ex cõposito facit inducere alteꝝ in errorẽ.Diogenes e-cõtra.i.ecõtrario sup.dicebat,nũ.i.nunqd coegit emere,q ne hortatus qdẽ est? q.d.minime. Ille.s.vẽditor ꝓscripsit.i.venale inscripsit,qđ nõ placebat,tu emisti,qđ placebat.Qđ si illi q ꝓscribũt.i. venalẽ indicãt villã.i.domũ in agro,bonã & bñ ædificatã nõ existimãtur(à iure.s.eo qđ qlibet eã inspicere põt)fefellisse.i.fraudẽ fecisse.Etiã si nec bona est,nec ædificata rõne,i decẽter vt tõ exigatur. Igr̃ si illi nõ existimãtur fefellisse, multominus fefellerunt sup.q nõ laudarũt.i.laudauerũt.Quę.n.fraus vẽditoris põt ẽẽ ibi, vbi est iudiciũ emptoris,q d.nulla.Sin aũt,i.sed si nõ oẽ dcm̃ in cõtractu.s.est ꝓstandũ.i.exhibẽdũ in facto putat tõ ꝓstandũ sup.esse qđ nõ est dcm̃.Vero, ꝓ sed, qd stultius est quã venditorẽ narrare vitia eius rei quã vẽdat. Quid aũt tã absurdum,quã si ꝓco ꝓdicet .i.venalẽ publicet iussu dñi .i. possessoris domũ sic ergo vẽdo domum pestilentẽ? q.d.nihil.Si ergo honestas defenditur .i. ꝓtegit̃ in quibusdam causis dubijs ex altera parte,& si dr̃ ex altera parte de vtilitate,ita vt id quod videatur vtile,sit non modo honestum facere,sed etiam turpe non facere,hæc est illa dissensio vtilium.

ARGVMENTVM.

Superiori altercationi philosophorum suam interponit sententiam, omnino viro bono neque simulandum esse quicquam, neque dissimulandum sui commodi caussa,etiam si mos,legesq; ciuiles quædam reticeri non vetent.

QVAE dijudicanda sunt: non enim, vt quæreremus,exposuimus, sed vt explicaremus. non igitur vr̃ nec frumẽtarius ille Rhodius, nec hic ædium venditor celare emptores debuisse neque.n.id est celare, quidquid reticeas: sed cum , qđ tu scias id ignorare emolumenti tui caussa velis eos,quorum intersit id scire. hoc aũt celandi genus quale sit, & cuius hois,quis non videt? certe non aperti,non simplicis est,non ingenui,non iusti,non viri boni; sed versuti poti⁹,obscuri,astuti,fallacis,malitiosi,callidi,veteratoris,vafri. hæc tot,& alia plura non ne inutile est vitiorum subire nomina? ꝙ si vituperandi sunt, qui reticuerunt: quid de ijs existimandum est,qui orationis vanitatem adhibuerunt? C. Canius eques R. homo nec infacetus,& satis litteratus,cum se Syracusas ociandi caussa, non negociandi (vt ipse dicere solebat) contulisset , dictitabat se hortulos aliquos velle emere,quò inuitare amicos,& vbi se ob-

lectare

Pœna eorũ qui erranti non monstrãt uiam.

lectare sine interpellatoribus posset. qp cum percrebuisset, Pythius ei quidam, qui argentariam faceret Syracusis, dixit, venales quidem se hortos non habere. sed licere vti Canio, si vellet, vt suis: & simul ad cenam inuitauit in posterum diem. cum ille promisisset, tum Pythius, vt argētarius, qui esset apud omnes ordines gratiosus, piscatores ad se conuocauit, & ab his petiuit, vt ante suos hortulos postera die piscarentur; dixitq́., quid eos facere vellet. Ad cenam tpe venit Canius, opipare paratum erat conuiuium. cymbarum ante oculos multitudo. pro se quisque, quod ceperat, afferebat. ante pedes Pythij pisces abijciebantur. tum Canius, quæso, inquit, quid est ò Pythi; tantum ne piscium? tantum ne cymbarum? & ille, quid mirum? inquit: hoc loco est, Syracusis quidquid est piscium: hic aquatio: hac vlla isti carere non possunt. incensus Canius cupiditate, cōtendit à Pythio, vt venderet. grauate ille primo. quid multa? impetrat: emit homo cupidus, & locuples tanti, quanti Pythius voluit, & emit instructos: nomina facit: negocium conficit. inuitat Canius postridie familiares suos: venit ipse mature: scalmū nullum videt: quærit ex proximo vicino, num feriæ quędam piscatorum essent, qp eos nullos videret. nullæ, quod sciam, inquit ille: sed hic piscari nulli solent: itaque heri mirabar quid accidisset. stomachari Canius: sed quid faceret? non dū.n. Aquillius, collega, & familiaris meus, ptulerat de dolo malo formulas. in quibus ipsis, cum ex eo q̄reretur, quid esset dolus malus; rńdebat, cum esset aliud simulatum, aliud actum. hoc quidem sane luculenter, vt ab hoīe perito definiendi. ergo, & Pythius, & oēs aliud agentes, aliud simulantes, perfidi, improbi, malitioli sunt. nullum igitur factum eorum potest vtile esse cum sit tot vitijs inquinatum. qp si Aquilliana definitio vera est; ex oī vita simulatio, dissimulatioq́. tollenda est. ita nec, vt emat melior, nec, vt vendat, quidq̄ simulabit, aut dissimulabit vir bonus. atque iste dolus malus ēt legibus erat vindicatus; vt tutela XII tabulis, & circūscriptio adolescētium lege Plectoria, &, sine lege, iudicijs, in quibus, EX FIDE BONA, additur. reliquorum aūt iudiciorū hæc verba maxime excellūt, in arbitrio rei vxorię, MELIVS, AEQVIVS: in fiducia, VT INTER BONOS BENE AGIER: quid ergo? aut in eo, quod melius, æquius est, pōt vlla pars inesse fraudis? aut, cum dr̄, inter bonos bn̄ agier, quidq̄ agi dolose, aut malitiose pōt? dolus aūt malus simulatione, & dissimulatione, vt ait Aquillius, cōtinetur. tollendum est igitur in rebus cōtrahendis oē mēdacium, non licitatorē venditor, nec, qui contra se liceatur, emptor opponet: vterque, si ad eloquēdū venerit, nō plus, q̄ semel, eloquetur. Q. quidē Scæuola, P. filius, cum postulasset, vt sibi fundus, cuius emptor erat, semel indicaretur, idq́. vēditor ita fecisset, dixit se pluris ęstimare, addidit centū millia. nemo est, qui hoc viri boni fuisse neget: sapiētis negant: vt si minoris, q̄ potuisset, vēdidisset. hæc igitur est illa pnicies, qp alios bonos, alios sapiētes existimant: ex quo Ennius: Nequidq̄ sapere sapientē, qui ipsi sibi pdesse nequiret. vere id quidē, si, quid esset pdesse, mihi cū Ennio cōueniret. Hecatonē qdem Rhodiū; discipulū Panætij, video in his libris, quos de officijs scripsit Q. Tuberoni, dicere, sapientis esse, nihil cōtra mores, leges, instituta facientem, hr̄e rōnem rei familiaris. neq;.n. solū nobis diuites esse volumus, sed liberis, ppinqs, amicis, maximeq́. reip. singulorū.n. facultates, & copiæ, diuitiæ sunt ciuitatis. huic Scæuolæ factū, de quo paulo ante dixi, placere nullo modo pōt. etenim oīno se negat facturum compendij sui caussa, quod non liceat. huic nec laus maxima tribuenda est, nec gr̄a. sed siue & simulatio, & dissimulatio dolus malus est; perpaucæ res sunt, in qbus dolus iste malus nō versetur: siue vir bonus est is, qui prodest quibus pōt, nocet nemini; recte iustum virum bonum nō facile reperiemus. nunq̄ igitur est vtile peccare, quia semper est turpe. & quia semper est honestū, virum bonum esse, semper est vtile. Ac de iure quidē pdiorum sancitum est apud nos iure ciuili, vt in his vendēdis vitia ēēt dicerentur, q̄ nota essent venditori. nā, cum ex duodecim tabulis satis esset cautū, ea pstari, quæ essent lingua nūcupata; quę q inficiatus esset, dupli pœnā subiret: à iurecōsultis ēt reticentiæ pœna est cōstituta. quidquid enim est in pdio vitij, id statuerūt, si venditor sciret, nisi noīatim dictum esset, pstari oportere. vt, cum in arce augurium augures acturi essent, iussissentq́. T. Claudium Cētimalum, qui ædes in Cœlio mōte habebat, demoliri eas, quorū altitudo officeret auspicijs: Claudius proscripsit, insulā, vendidit: emit P. Calpurnius Lanatius huic ab auguribus illud idē denunciatū est. itaq; Calpurnius, cū demolitus esset, cognouissetq́. Claudiū ædes postea proscripsisse, q̄ esset ab augurib. demoliri iussus, ad arbitrū illū adegit: QVID sibi de ea re facere oportet ex fide bona. M. Cato sn̄iam dixit, huius nr̄i Catonis pater. vt n. ceteri, ex patribus, sic hic, q illud lumē progenuit, ex filio est nominādus. is igitur iudex ita pnunciauit, cū in venundādo rem eā scisset, & nō pronūciasset, emptori dānum præstari oportere. igitur ad fidē bonā statuit ptinere, notū esse emptori vitiū, qđ nosset venditor qp si recte iudicauit; nō recte frumentarius ille, nō recte ædiū pestilentiū venditor tacuit. sed hmōi reticentiæ iure ciuili oēs cōprehendi non pn̄t; quæ aūt pn̄t, diligenter tenētur. M. Marius Gratidianus ppinquus nr̄, C. Sergio Oratæ vendiderat ædes eas, quas ab eo dē ipse paucis ante annis emerat. hæ Sergio seruiebāt: sed hoc in mācipio Marius nō dixerat adducta res in iudiciū est. Oratam Crassus, Gratidianū defendebat Antonius. ius Crassus vrgebat; qđ vitium vēditor nō dixisset, sciēs, id oportere pstari: æqtatem Antonius; qm̄ id vitiū ignotū Sergio non fuisset, q illas ædes vendidisset, nihil fuisse necesse dici; nec eū esse deceptum, q id, quod emerat, quo iure esset teneret. quorsum hæc? vt illud intelligas, nō placuisse maioribus nostris astus. sed aliter leges, aliter philosophi tollūt astutias: leges, quatenus manu tenere res pn̄t: philosophi, quatenus rōne, & intelligentia, ratio igitur hoc postulat, ne qd insidiose, ne quid simulate, ne qd fallaciter. Sunt ne igitur insidiæ, tēdere plagas, ēt si excitaturus non sis, nec agitaturus? ipsæ n. feræ nullo insequente sæpe incidunt. sic, tu cum ædes proscribas, tabulā tanq̄ plagam ponas, domū pp vitia vendas, in eam aliqs incurrat imprudens: hoc q̄q̄ video pp deprauationem consuetudinis neq; more turpe hr̄i; neque aut lege sanciri, aut iure ciuili; naturæ tn̄ lege sancitum est. societas enim est, (quo & si sæpe dictum est, dicendum tn̄ est sæpius) latissime quidem quæ pateat, hoīum inter hoīes; interior eorum, qui eiusdem gentis sunt; proprior eorū, q eiusdē ciuitatis. itaq; maiores aliud ius gentium, aliud ius ciuile esse voluerunt. quod n. ciuile, non idem cōtinuo gētium; quod aūt gētium, idem ciuile esse debet. sed nos veri iuris, germanæq. iustitiæ solidam, & expressam effigiē

nullam

nullam tenemus : vmbra,& imaginibus vtimur : easq́. ip
sas vtinã sequeremur. feruntur.n.ex optimis naturæ prin
cipijs,& veritatis exẽplis.nam quãti verba illa? VTI NE
PROPTER TE, FIDEM'VE TVAM CAPTVS,
FRAVDATVS'VE SIM. q̃ illa aurea? VT INTER
BONOS BENE AGIER OPORTET, ET SI-
NE FRAVDATIONE. sed q sint boni,& qd sit be-
ne agier,magna q̃stio est. Q. quidẽ Scæuola Pont. Max.
summã vim esse dicebat in oĩbus ijs arbitrijs,in qbus ad-
deretur,ex fide bona: fideiq́. bonę nomẽ existimabat ma
nare latissime,idq́. versari in tutelis,societatibus,fiducijs,
mãdatis,rebus emptis,vẽditis,conductis,locatis : qbus vi
tæ societas continetur : in his magni esse iudicis statuere,
pͤsertim cum in plerisq́, essent iudicia cõtraria,qd quen-
que cuiq; pͤstare oporteret. Quocirca astutiæ tollẽdæ sũt,
eaq́. malitia,q̃ vult illa quidẽ videri se esse prudentiã, sed
abest ab ea,distatq́. plurimũ. prudentia est.n.locata in de
lectu bonorũ,& malorũ ; malitia,si oĩa, quæ turpia sunt,
mala sunt,mala bonis anteponit. Nec vero in pͣdijs solum
ius ciuile ductũ à natura malitiã,fraudemq́. vindicat: sed
& in mãcipiorum vẽditione, venditorũ fraus oĩs excludi
tur.qui.n.scire debuit de sanitate,de fuga,de furtis, pͤstat
edicto ædilium. heredũ alia caussa est. Ex quo intelligit̃,
qm̃ iuris natura fons sit,hoc secũdum naturã esse,neminẽ
id agere,vt ex alterius pͣdetur inscitia. nec vlla pñicies vi
tæ maior inueniri põt,q̃ in malitia simulatio intelligẽtię.
ex quo illa innumerabilia nascũtur : vt vtilia cũ honestis
pugnare videãtur. quotus.n.quisq; reperietur,q,impuni
tate,& ignoratione oĩum proposita, abstinere possit iniu
ria? periclitemur,si placet, in ijs qdem exẽplis, in quibus
peccari vulgus hoium fortasse nõ putat. neq;.n.de sica-
rijs,veneficis,testamẽtarijs,furibus,peculatoribus hoc lo-
co differendũ est ; q non verbis sunt,& disputatione phi
losophorũ,sed vinculis,& carcere castigãdi: sed hæc cõsi
deremus,quæ faciũt ij,qui hñt boni. L.Minutij Basilij, lo
cupletis hoĩs,falsum testm̃ quidã è Græcia Romã attule
runt. quod quo facilius obtinerẽt, scripserunt heredes se
cũ M.Crassum, & Q.Hortẽsium,hoĩes eiusdem ciuitatis
potẽtissimos. qui,cum illud falsum esse suspicarẽtur,sibi
aũt nullius essent cõscij culpæ, alieni facinoris munuscu-
lũ non repudiauerunt. qd ergo? satin' hoc est,vt nõ deli
quisse videãtur? Mihi quidem non vr̃. q̃q̃ alterum ama
ui viuũ,alterum nõ odi mortuum.sed cũ Basilius M.Saty
riũ,sororis filium,nomẽ suum ferre voluisset, eumq́. fecis-
set heredẽ ; hunc dico patronũ agri Piceni, & Sabini : (ò
turpẽ notam tp̄um illorum) nõ erat æquum principes ci
uitatis rem hr̃e,ad Satyrium nihil pͥter nomẽ peruenire.
etenim si is,q non defendit iniuriam,neq; ꝓpulsat à suis,
cum põt,iniuste facit, vt in primo libro disserui : qualis
hñdus est is,q non modo nõ repellit, sed ẽt adiuuat iniu
riam? mihi qdem ẽt veræ hereditates nõ honestæ vñr, si
sint malitiosis blãditijs officiorum,nõ veritate,sed simu-
latione quæsitæ. Atqui in talibus rebus aliud vtile inter-
dũ,aliud honestum videri solet : falso : nã eadem vtilita-
tis,quæ honestatis,est regula.q hoc nõ pręuiderit,ab hoc
nulla fraus aberit, nullũ facinus.sic.n.cogitant ; est istud
quidẽ honestum,verũ hoc expedit; res à natura copulatas
audebit errore diuellere.q fons est fraudum,maleficiorũ,
scelerum oĩum. itaq; si vir bonus habeat hanc vim, vt, si
digitis cõcrepuerit, possit in locupletium testamenta no
men eius irrepere,hac vi nõ vtatur,ne si exploratum qui
dem habeat,id omnino neminem vnquam suspicaturum.
at si dares hanc vim M.Crasso,vt digitorum percussione
heres posset scriptus esse, qui re vera non esset heres ; in
foro,mihi crede,saltaret. hõ aũt iustus,& is, quẽ sentimus
virum bonum,nihil cuiquam,quod in se transferat,detra
het. hoc qui admiratur,is se,qui sit vir bonus,nescire fate
tur. At vero,si quis voluerit animi sui complicatam no-
tionem euoluere,iam se ipse doceat,cum virum bonũ es-
se,qui prosit,quibus possit ; noceat nemini,nisi lacessitus
iniuria. quid ergo? hic non noceat, qui quodam quasi ve
neno perficiat,vt veros heredes moueat,in eorum locum
ipse succedat? non ergo faciat,dixerit quis,quod vtile sit,
quodq́. expediat? immo intelligat, nihil nec expedire,
nec vtile esse, quod sit iniustum. hoc qui non didicerit,
bonus vir esse non poterit Fimbriam consularem,audie-
bam de patre nostro puer, iudicem M. Luctatio Pythiæ
fuisse,equiti R. sane honesto,cum is sponsionem fecisset,
NI bonus vir esset : itaque ei dixisse Fimbriam, se illam
rem nunquam iudicaturum,ne aut spoliaret fama proba-
tum hoiem,si contra iudicasset; aut statuisse videretur vi
rum bonum aliquem esse, cum ea res innumerabilibus of
ficijs,& laudibus contineretur. huic igitur viro bono,quẽ
Fimbria ẽt,non modo Socrates,nouerat,nullo modo vi-
deri põt quidquam esse vtile,quod non honestũ sit. itaq;
talis vir non modo facere, sed nec cogitare quidem quid
quam audebit,quod non audeat prædicare. hæc nõ ne est
turpe dubitare philósophos, quæ ne rustici quidem dubi
tent? à quibus natum est id,quod iam tritum est vetusta-
te ꝓuerbium. cum.n fidem alicuius,bonitatemq́. laudãt,
dignum esse dĩt,qui cum in tenebris mices. hoc quã ha-
bet vim,nisi illam,nihil expedire, quod non deceat, ẽt si
id possis nullo refellente, obtinere? vides ne igitur hoc
prouerbio, neque Gygi illi posse veniã dari, neque huic,
quem paulo ante fingebam digitorum percussione here-
ditates oĩum posse ad sese conuertere? vt enim,quod tur
pe est,id quamuis occultetur, tamẽ honestum fieri nullo
modo potest : sic,quod honestum non est, id vtile vt sit,
effici non potest,aduersante ẽt,& repugnante natura. At
enim,cum ꝑmagna pͣmia sunt,est caussa peccandi. C.Ma
rius,cum à spe Consulatus longe abesset,& septimum an
num post præturã iaceret, neque petiturus vnquam Con
sulatum videretur,Q.Metellum,cuius legatus erat,sum-
mum virum,& ciuem,cum ab eo imperatore suo Romã
missus esset,apud populum R. criminatus est,bellum il-
lum ducere ; si se consulem fecissent, breui tp̄e aut viuũ,
aut mortuum Iugurtham se in ptãtem populi R. reda-
cturum. itaque factus est ille quidem consul,sed à fide, iu
stitiaq́. discessit,qui optimum,& grauissimum ciuem,cu
ius legatus,& à quo missus esset, in inuidiam falso crimi-
ne adduxerit. ne noster quidem Gratidianus officio bo-
ni viri functus est tum,cum prætor esset,collegiumq́. pre
torium tribuni plebis adhibuissent,vt res numaria de cõ
sẽnia constitueretur. iactabatur.n. tp̄ibus illis numus, sic,
vt nemo posset scire,quid haberet. conscripserunt cõiter
edictum cum pœna,atque iudicio,cõstitueruntq́., vt oẽs
simul in Rostra post meridiem descenderent. & cęteri q-
dem alius alio : Marius à subsellijs in Rostra recta: idq́.,
quod cõiter compositum fuerat,solus edixit. & ea res (si
quæris) ei magno honori fuit : oĩbus vicis statuæ factæ
sunt : ad eas tus, & cerei. quid multa? nemo vnquã mul
titudini fuit carior. hęc sunt,q̃ conturbant hoies in deli-
beratione

beratione nonnunquam, cum id, in quo violatur æquitas, non hr̃ ita magnum; illud autem, quod ex eo paritur, p magnum vr̃: vt Mario, præripere collegis, & tribunis plebis popularem gratiam, non ita turpe; consulem ob eam rem fieri, quod sibi tunc proposuerat, valde vtile videbatur. sed omnium vna regula est, quam cupio tibi esse notissimam: aut illud, quod vtile vr̃, turpe ne sit: aut, si turpe est, ne videatur esse utile. qd igitur? possumus ne aut illum Marium virum bonum iudicare, aut hunc? Explica, atque excute intelligentiam tuam, vt videas, quæ sit in ea species, forma, & notio viri boni. Cadit ergo in virum bonum mentiri emolumenti sui caussa, criminari, præripere, fallere? nihil profecto minus. est ergo vlla res tanti, aut cõmodum vllum tam expetendum, vt viri boni & splendorem, & nomẽ amittas? Quid est, quod afferre tñ vtilitas ista, quæ dr̃, possit, quantã auferre, si boni viri nomen eripuerit, fidem, iustitiamq́. detraxerit? Quid.n. interest, vtrum ex hoie se conuertat quis in belluam, an in hoĩs figura immanitatem gerat bellua? Quid, qui omnia recta, & honesta negligunt, dummodo potentiam consequantur; non ne idem faciunt, quod is, qui ẽt socerũ hr̃e voluit eum, cuius ipse audacia potens esset? vtile ei videbatur plurimum posse alterius inuidia: id q̃ iniustum in patriam, q̃ inutile, q̃ turpe esset, nõ videbat. ipse aũt socer Græcos versus Euripidis de Phœnissis habebat: quos dicã, vt potero; icõdite fortasse, sed tñ vt res possit itelligi:

Nam si violandum est ius, regnandi gratia
Violandum est: alijs rebus pietatem colas.

capitales Ethe ocles, vel potius Euripides, qui id vnũ solum, quod oĩum sceleratissimum fuerat, exceperit. Quid igitur minuta colligimus, hereditates, mercaturas, venditiones fraudulentas? ecce tibi, qui rex populi R. dñsq́. omnium gentium esse concupierit, idq́. perfecerit. hãc cupiditatem si quis honestam esse dicit, amẽs est: probat.n. legum, & libertatis interitum, earumq́. oppresionem tetram, & detestabilem, gloriolam putat. qui aũt fatetur honestum non esse in ea ciuitate, quæ libera fuit, quæq́. esse debeat, regnare, sed ei, q id facere possit, esse vtile; qua hunc obiurgatione, aut quo potius conuicio à tanto errore coner auertere? potest.n. dij immortales, cuiquã esse vtile fœdissimum, & teterrimũ parricidium patriæ, quãuis, eo qui se obstrinxerit, ab oppressis ciuibus parens nominetur? honestate igitur dirigenda vtilitas est, & quidẽ sic, vt hæc duo verba inter se discrepare, sed tñ vnum sonare videantur. Nunc ab eo ad vulgi opinionem. Quæ maior vtilitas, quam regnãdi, esse possit? nihil contra inutilius, ei, qui id iniuste consecutus sit, inuenio, cum ad veritatem cœpi reuocare rõnem. possunt .n. cuiquam esse vtiles angores, solicitudines, diurni & nocturni metus, vita insidiarum periculorumq́. plenissima?

Multi iniqui, atque infideles regno, pauci boni sunt,

inquit Accius: at cui regno? quod à Tantalo, & Pelope proditum iure obtinebatur. nam quãto plures ei regi putas, qui cum exercitu populi R. populum ipsum Romanum oppressisset, ciuitatemq́. non modo liberam, sed ẽt gentibus imperantem seruire sibi coegisset? hunc tu quas conscientiæ labes in animo censes habuisse? quæ vulnera? cuius aũt vita ipsi potest utilis esse, cum eius vitæ ea conditio sit, vt, qui illam eripuerit, in maxima gratia futurus sit, & gloria? Quod si hæc vtilia non sunt, quæ maxime vĩr, quia plena sunt dedecoris, ac turpitudinis: satis persuasum esse debet, nihil esse utile, quod nõ honestum sit. q̃q̃ id quidem cum sæpe aliàs, tum Pyrrhi bello à C. Fabricio consule iterum, & à senatu nostro iudicatum est. cum.n. rex Pyrrhus populo R. bellum vltro intulisse; cumq́. de imperio certamen esset cum rege generoso, ac potẽte; perfuga ab eo venit in castra Fabricij, eiq́. est pollicitus, si præmium ei proposuisset, se, vt clam venisset, sic clam in Pyrrhi castra rediturum, & eum veneno necaturum. hunc Fabricius reducendum curauit ad Pyrrhum: idq́. eius factum à senatu laudatum est. atqui, si speciem vtilitatis, opinionemq́. quærimus; magnum illud bellum perfuga vnus, & grauem aduersarium imperij sustulisset: sed magnum dedecus, & flagitium, qui cum laudis certamen fuisset, eum non virtute, sed scelere superatum. Vtrũ igitur vtilius vel à Fabricio, qui talis in hac vrbe, qualis Aristides Athenis, fuit; vel senatui nostro, qui nunquam vtilitatem à dignitate seiunxit, armis cum hoste certare, an venenis? si gloriæ caussa imperium expetendum est: scelus absit, in quo non potest esse gloria. sin ipsæ opes expetuntur quoquo modo: non poterunt esse vtiles cũ infamia. non igitur utilis illa L. Philippi, Q. filij, sententia: quas ciuitates L. Sylla, pecunia accepta, ex S. C. liberauisset, vt eæ rursus vectigales essent, neque ijs pecuniã, quam pro libertate dederant, redderemus. est ei senatus assensus. turpe imperio: piratarum.n. melior fides, q̃ senatus. at aucta vectigalia: vtile igitur. quousque audebunt dicere quidquam vtile, quod non honestum? potest autem vlli imperio, quod gloria debet fultum esse, & beneuolentia sociorum, vtile esse odium, & infamia? ego ẽt cum Catone meo sæpe dissensi. nimis .n. mihi videbatur præfracte ærarium, vectigaliaq́. defendere, omnia publicanis negare, multa socijs; cum in hos benefici esse deberemus, cum illis sic agere, vt cum colonis nostris soleremus; eoq́. magis, q̃ illa ordinum coniunctio ad salutem reip. pertinebat. male etiam Curio, cum caussam transpadanorum æquam esse dicebat; semper autem addebat, Vincat vtilitas. potius diceret, non esse æquam, quia non esset vtilis reip. quàm, cum æquam esse diceret, non esse vtilem fateretur.

PETRVS MARS.

QV.Æ) Honesta & vtilia. [Nõ.n.] Ratio quare ab ipso dijudicandi sunt, qm̃ non ideo attulit superiorem disputationẽ, vt quæreret qd in tali re agẽdũ esset, sed vt explicaret .i. rẽ dubiam & inuolutã dissolueret, & s̃niam afferret suã. Explicat igr̃ dicẽs. [Nõ igitur vr̃] Et in hac parte Cic. agẽs optimũ Stoicum id cõstituit, qd' antiquũ dogma Stoicoꝝ, & prisca illius disciplinæ sanctitas exposcit, & lex naturę à qua ius ciuile pẽdet. [Frumẽtarius] Dr̃ is q exercet mercaturã frumentariã, frumẽtator aũt q aliunde q̃rit frumentũ quoquo modo conuehendũ. vñ frumẽtatores dñr in castris. Neq; .n. vt cõfutet Cic. rõnem Diogenis declarat, qd sit celare, nõ ex verbi sign̄ĩone, sed eo qd' in bonũ viꝝ non cadit. [Celare] Inqt est utile alios ignorare, qd' illis expediat. [Reticeas] Vt scio quot sunt stellæ, & reticeo, nõ dicor celare, aut si taceo aliq̃ rẽ quã non oportet aliquẽ scire, sed si alicuius interesset scire & nõ dicerẽ, tunc celarẽ. [Quoꝝ interest id scire] .i. si velim eos ignorare, q̃bus vtile est id scire, qd' quis celat suæ vtilitatis cã, hoc genus celãdi ad malos viros ptinet, q nõ viuunt è lege naturæ, q pscribit, vt cõi vtilitati seruiat, & vt hõ ab hoie alienus nõ sit. [Nõ apti] Sed dolosi. apti dñr, q nõ simulant, aut dissimulant. [Nõ simplicis] Hois q à fraude sit alienus. [Nõ ingenui] Liberi hoĩs. ingenui dñr q naliter fraudẽ oderũt. qd' q nõ est seruile, sed ad hoiem ingenuũ ptinet, nñ ingenue fcm̃ dr̃. Ingenuus, vt sinit Iustin. est, q statim ut natus est, liber est, siue ex duobus ingenuis editos sit, siue duobus libertinis, siue ex altero libertino, & altero ingenuo. Libertini sunt q ex iusta seruitute sunt manumissi. Manumissio aũt est datio libertatis. Nam q̃ diu

quis io seruitute est, manui & ptāti subijcitur, & manumissus liberatus est. ptāte, q̄ res á iure gentiū sumpsit originem. [Versuti) maligni. versuti dn̄r illi quoꝝ mētes crebro ad malitiā vertūtur. (Obscuri) oō xperti, sed dissimulatori. [Veteratoris) deceptoris & callidi. veteratoris auctore Pōpeio callidi dcti sunt, á multarū rerū gerendarū vetustate. [Vafri) Astuti. vñ vafritas. hęc vocabula idem fere signāt, & ad malitiā referuntur. [Nonne inutile est?) q. d. inutile est, qm̄ multo peius est bonū nomen amittere, quam maximas diuitias. nihil. n. est miserius, quam qd̄ qs merito possit vitiosus appellari. [Quod si vit. sunt) Argm̄ a minori ad maiꝰ, si igitur vituperandi sunt qui retinent vitia cū vendūt, multo magis illi qui multa mētiuntur, vt pluris vendant. & affert exēplum Pythij Syracusij: qui Canium decepit. [Vanitate verb.). i. mendacio. nam vanitas dicitus mendaciū. [Causa ociandi) Vt illic animum relaxaret, & ocio frueretur. [Non negociandi) Nō vt negociaretur. qm̄ equites erant publicani. & io scr. io orat. ꝓ Rab. Posth Fuit pater huius C. Curius princeps ordinis equestris, fortissimus & maximus publicanus [Syracusas) Vrbē Siciliæ clarissimam ad mare versus Pelopōnesum. Corinthij duce Archia Syracusas cōdiderūt, quæ auctore Strab. ad tantas diuitias & opes peruenere, vt in ꝓuerbio dissemiaretur, cum de locupletib. & sumptuosis incidisset sermo, illis ne decimā quidem Syracusanorum adesse. adiuuabatur hæc ciuitas agroꝝ felicitate & cōmoditate portuū. Vnde pp has dotes Silius celebrat Syracusas his versibꝰ: Sed decus Aetnæis haud vllum pulchrius oris, Quam q̄ Sisyphio fundauit numē ab Isthmo, Et magis ante alias Ephyreis gaudet alumnis. Ante Syracusas est Ortygia parua insula, q̄ ponte iungebat Syracusis, his fontem Arethusam, ex quo ferunt ꝑ subterraneos cuniculos emergere Alpheū fluuium Elidis. Claris viris cēsentur Syracusæ, & in primis Theocrito, quē Virg. imitatus est i Buc. [Dictabat) crebro dicebat. [Interpellatorib.) Impedientibꝰ ipsius ociū. Interpellatores dn̄t hi, q̄ interuenientes molestiā afferunt, & interpellare est mediam alterius orōnem interrūpere. [Percrebuisset) Diuulgatū esset apud oēs. [Argentariā fac.) Qui erat argentarius, siue numularius, aut trapezita. Vnde dicit Vlp. lib. 2. digest. prætor ait argentariæ mensæ exercitores, rōnes, quæ ad se pertinent edere debent, adiecto die & cōsule. Huius edicti ratio æquissima est, inquit. nam cū singuloꝝ rōnes argentarij cōficiant, &c. Numularios quoq; non esse iniquū rōnes edere Pōponius scribit, & quia numularij sicut & argentarij rōnes conficiunt, q̄a accipiunt pecuniam, & erogant per partes, quarum probatio scriptura codicibusq; eoꝝ maxime cōtinetur. Caius ait officium argentarioꝝ atq; ministerium publicam hēr cām, & hæc principalis eorū opera est, vt ēt actus sui diligēter rōnem ꝯficiāt. facere argentariā est pecuniariā artem exercere, & inde lucrari ac viuere. [Apud oēs ordines) Hoies cuiusq; ordinis pp eius artem, ob quam apud oēs in summā grām venerat, gratiosus dicit, qui apud alios gratia valet. [Quid eos facere vellet). i. dixit quid essent facturi, vt. s. vnusquisq; offerret quod cepisset. [Tempore) Hora qua illi cœnam ꝯdixerat. Condicere est denūciare. inde diximus condixit tibi cœnā. Et Liu. condixit pater Patratus. [Opipare) Laute & sumptuose ab ope & paro as. [Pro se quisq;). i. iuxta suas, vel ad suas vires. i. ꝑ virib. & studiosa. [Tm̄ ne piscium) . s. est hic & tot cymbę. i. nauiculæ piscatoriæ. [Hoc loco). i. pisces qui hn̄t apud Syracusas sunt hic. [Aquatio). i. hinc oēs aquam sumunt. [Contendit) Petit summo studio, inde dicimus audeo á te hoc contendere. [Grauate) Non libenter simulabat se grauiter ferre hortoꝝ venditionē, vt pluris venderet. nam vendidit tanti quāti voluit. [Instructos) Cū oī instrō & apparatu. Vnde est rub. in lib. 33. dig. de fundo instr. & instrō legato, vbi disputatur, quid contineatur sub fundo instructo, & instro alicui per legatū relicto. Emerat Canius hortos instructos, ergo piscatores illi erant sui, si Pythij fuissent, vt ipse arbitrabatur, qm̄ ut inquit Scæuola, cum maritima prædia instructa venduntur, ēt Piscatores qui solebant in ministerio venditoris esse, vendi ione ꝯtinetur, & si in agro venationes sint, q legatur instructus alicui siue venditur, venationes quoq; , & vestigatores & canes & cetera, q̄ ad venationem sunt necessaria instrō ꝯtinentur, maxime si ager ex hoc prouentum habuerit. Et instructis hortis filio legatis, magē argētum muliebre filiæ legauerat, q̄sitū est, an hoc argumētū instrō ꝯtineretur. Rn̄dit Pomp. id argentum muliebre, quod ex in hortis habuerit, vt ibi esset instructios ad filium pertinere. Vlp. dicit, Instrā fundi esse ea, qua fructus q̄rendi, colligendi, cōseruandiq; gratia parata sunt. Instrō piscatorio Atil. ait contineri nauiculas, quæ capiendoꝝ piscū cā comparatæ sunt, & Verrius ait ēt piscatores contineri. Igitur cum Canius emisset hortos instructos, vbi erat piscatio, & tot Cymbas piscatorū viderat, oia se emisse credebat.

PLENVS est sextus liber de officijs Hecatonis talium qõnum; Sit ne boni viri,in maxima caritate annonę familiã nõ alere.in vtranq; partẽ disputat; sed tñ ad extremũ vtilitate putat offm̃ dirigi magis, q̃ humanitate. Quærit, si in mari iactura faciẽda sit,eq ne p̃ciosi potius iacturã faciat, an seruuli vilis.hic alio res familiaris, alio ducit humanitas.Si tabulã de naufragio stultus arripuerit, extorquebit ne eã sapiẽs,si potuerit?negat;qa sit iniuriũ.Quid dñs nauis?eripiet ne suũ?minime,nõ plus,q̃ si nauigãtem in alto eijcere de naui velit,qa sua nõ sit.quoad.n. pueñrũ sit eò, quò sumpta nauis est,nõ dñi est nauis, sed nauigantium. Quid,si vna tabula sint duo naufragi, hiq; sint sapientes; sibi ne vterq; rapiat,an alter cedat alteri?Cedat vero, sed ei,cuius magis intersit vel sua,vel reip.causa viuere. quid, si hæc paria in vtroq; ? nullũ erit certamẽ,sed,quasi forte, aut in micãdo victus,alteri cedet alter.Quid,si pr̃ fana expilet,cuniculos agat ad ærariũ,indicet ne id magr̃atibus filius? nefas id qdem est: qn ẽt defendat pr̃em,si arguat. non igit̃ patria p̃stat oibus officijs? imo vero: sed ipsi patriæ conducit,pios hr̃e ciues in parentes.Quid,si tyrannidem occupare,si p̃riam p̃dere conabitur pater, silebit ne filius? imo vero obsecrabit pr̃em,ne id faciat: si nihil p̃ficiet,accusabit,minabitur ẽt: ad extremũ, si ad pernició patriæ res spectabit,patriæ salutẽ anteponet saluti patris. Quærit ẽt,si sapiens adulterinos numos accipiet imprudens p̃ bonis,cum id rescierit, soluturus ne sit eos, si cui debeat p̃ bonis. Diogenes ait, Antipr̃ negat: cui potius assentior. q vinũ fugiens vendat sciens,debeat ne dicere? nõ necesse putat Diogenes, Antipr̃ viri boni existimat. hæc sunt quasi cõtrouersiæ in iure stoicorũ. in mancipio vendendo,dicenda ne vitia? nõ ea,quæ nisi dixeris,redhibeat mancipiũ iure ciuili;sed hæc mẽdacẽ esse,aleatorem, furacẽ,ebriosum:alteri dicẽda vñr, alteri non dicenda. si quis aurum vendẽs,orichalcum se putat vendere, indicet ne ei vir bonus aurũ illud esse,an emat denario qđ sit millenarium? Perspicuũ iam est,& quid mihi videatur,& q̃ sit inter eos philosophos,quos noiaui,cõtrouersia. pacta, & p̃missa semper ne seruãda sint,quæ nec vi,nec dolo malo(vt p̃tores solent dicere)facta sint? Si qs medicamẽtum cuipiam dederit ad aq̃ intercutẽ,pepigeritq;, ne illo medicamento vnq̃ postea vteretur;si eo medicamento sanus factus fuerit,& annis aliquot post inciderit in eũdẽ morbum,nec ab eo,q cum pepigerat,impetret,vt itẽ eo liceat vti quid faciendũ sit,cũ sit is inhumanus, qui non concedat,vti,nec ei quidq̃ fiat iniurię? vitę,& saluti consulendum est. Quid,si quis sapiẽs rogatus sit ab eo, qui eum heredem faciat,cum ei testamento sestertium millies relinquatur,vt ante quàm hereditatem adeat,luce palã in foro saltet,idq;, se facturum p̃miserit,q alıter eum heredem scripturus ille non esset: faciat,quod promiserat ille, nec ne? promisisse nollẽ, & id arbitror fuisse grauitatis: sed qm̃ promisit,si saltare in foro turpe ducet,honestius mẽtietur,si ex hereditate nihil ceperit: nisi forte eam pecuniam in reip. magnum aliquod tp̃s contulerit,vt, vel saltare eum,cum patriæ consulturus sit,turpe non sit.Ac ne illa quidem promissa seruanda sunt, quæ non sunt ijs ipsis vtilia,quibus illa promiseris. Sol Phaethonti filio (vt redeamus ad fabulas) facturũ se esse dixit,quidqd optasset: optauit,vt in currũ patris tolleretur; sublatus est insanus: ante quã constitit,ictu fulminis deflagrauit. quãto melius fuerat in hoc p̃missum patris non esse seruatũ? Quid, qđ Theseus exegit p̃missum à Neptuno? cui cũ tres optiones Neptunus dedisset, optauit interitum Hippolyti filij sui,cũ is patri suspectus esset de nouerca; quo optato ĩpetrato, Theseus in maximis fuit luctibus. Quid Agamẽnon? cũ deuouisset Dianæ,qđ in suo regno pul-

cherrimum

cherrimum natum esset illo anno, immolauit Iphigeniã, qua nihil erat eo quidem anno natum pulchrius. Promissum potius non faciendum, q̃ tam tetrum facinus admittendum fuit. Ergo & promissa non faciẽnda nonnunq̃. Neque semper deposita reddenda sunt. Si gladium quis apud te sanæ mentis deposuerit, repetat insaniens: reddere, pcc̃m sit: non reddere, offm̃. Quid, si is, qui apud te pecuniam deposuerit, bellum inferat patriæ, reddes ne depositum? non, credo: facies.n cõtra remp. quæ debet esse carissima. Sic multa, quæ natura honesta vñr esse, tpibus fiũt non honesta. facere promissa, stare cõuentis, reddere deposita, cõmutata vtilitate fiunt nõ honesta. Ac de ijs, quidẽ, quę vñr esse vtilitatis contra iustitiam simulatione prudẽtiæ, satis, arbitror, dictũ. Sed qm̃ à quatuor fontibus honestatis primo libro officia duximus, in eisdem versabimur, cũ docebimus, ea, quæ vñr esse vtilia, neq; sunt, q̃ virtutis inimica. Ac de prudẽtia quidem, quã vult imitari malitia; itemq́. de Iustitia, quæ semper est vtilis, disputatum est.

PETRVS MARS.

CARITATE) penuria. [Magis quam humanitate) Et sic ab officio discedebant, qm̃ officium non est nisi sit honestum ergo officium non potest dirigi vtilitate, quæ ab honestate seiuncta sit. [Quę est) Hæc erat quæstio Hecatonis quæ per se clara est. [Hic) In hac quæstione, qm̃ res familiaris hortatur retinere equum multi precij, & humanitas seruulum quãuis vilem. [Si tabulam) Alia quæstio. Tabulam, cui insidens euadit ad littus. [Quod dñs nauis) Alia quęstio, an dñs nauis debeat, aut iure possit eripere tabulam? & dicit quod non, qm̃ nauis tũc est nauigantium & vectoꝝ. [Quo) Ad locum, quo vt perueniremus nauem conduximus, & sumpsimus. [Quid si vna) Alia quæstio. [Sed ei) .s. cedat cuius vita vtilis est magis reip. [Si autem in vtroque paria sunt) Alter alteri cedat, ac si iacta sorte victus esset aut pugnãdo. [Quid si pater) Alia quæstio ipsius Hecatonis. [Cuniculos) Subterraneos meatus, vt furetur pecuniã ex ærario. [Arguatur) Reprehendatur & accusetur id fecisse. Igitur inq̃t Cic. si ita fecerit filius, patria non pponetur oibus alijs rebus. [Præstabit) Erit pstantior & carior oibus officijs, quæ alijs debemus [Immo vero) .s. oibus præstabit, inquit, qm̃ vtile est patriæ hr̃e filios pios in parentes. [Quid si) Alia quæstio. [Prodere) Decipere. unde proditores. oppugnare, inquit Asconius Pædianus inimici & hostis est. prodere grauius, cũ ad eos q amici esse debeant, referatur. [Quærit ẽr) Alia quæstio. [Adulterinos) Nõ veros & bonos, quod nostro tpe vulgo fit, & quotus quisque est, qui dubitet adulterinos nummos soluere. [Ait) Affirmat Diogenes ipm̃ solutuꝝ extra reprehensionem, quod negabat Antipater secutus sanctitatẽ Stoicoꝝ, & præscriptum boni viri, quem sentimus tm̃. [Qui vinũ fu.) Alia quæstio. vinum fugiens dr̃, quod non conseruat bonitatem, quam præ se fert, sed cum mutatur putrescit. vnde fugere est quasi putrefieri. & literæ dñt fugere, cum corrumpuntur. ergo q tale vinum vendit, dicere debet illud esse fugiens. Sunt quædam vina, quæ nõ durant, & si quis illa tanq̃ duratura emeret, faceret iacturam. [In iure) Opinione & sñia, quæ est Stoicis ius quoddã & sancta lex. [Redhibeatur) Opus sit recipere mancipium venditum. Vlp. ait, Redhibere est facere, vt rursus habeat vẽditor, quod habuerat. & qa reddendo id faciebat, iccirco redhibitio est appellata, quasi redditio, cum redditur ab emptore mancipium vẽditori. & à iure cõsultis ponuntur morbi & causæ, qbus mancipium redhibeatur. [Sed hic) In hac parte & re, Diogeni placet, vt nõ dicantur vitia. Antipatro aũt vt dicantur. [Aleatorem) q ludo aleę teneatur. [Si qs auꝝ) Alia quæstio. [Orichalcum) Est æs montanum hñs aliq̃ similitudinem auri in colore, materna lingua dr̃, ottone. [Ne ui) de hoc supra dictũ est, quod ui metus ue causa, & de dolo, qm̃ prætores dolo promissa, aut ui, rata non habebant. Ponit igr̃ exemplum de eo quod promissum est nec ui, nec dolo. [Ad aq̃ intercutem) Ad morbum hydropisim. [Pepigerit) Pactus fuerit. [Eundem morbum) Hydropisim. [Qui eum) .i. cũ quo pactum fecerat. [Vitæ & saluti) Statuit Cic. & iudicat non esse standũ tali promisso, sed uitæ consulendum, vtendumq́. medicamẽto etiam nõ permittente medico, q cum id perneget, ab humanitate discedit. [Quid si qs sapiens) Alia quæstio. [Promisisse nollẽ) Rñdet Cicero propositæ qõni dicens sapientis uiri & grauis fuisse non promittere, sed quia promisit, laudabilius erit in hoc mẽtiri. nihil. s. ex hereditate arripere nisi forte pecuniã illa hereditate relictam collaturus aliqñ sit, in vtilitatem reip. [Grauitatis) Cõstantiæ & virtutis. [Si ducei) Existimabit esse turpe, & pter decorũ viri sapientis saltare in foro. [Honestius) Maiore laude, si nihil capiet ex hereditate, qm̃ oñdit antiquiorem esse sibi virtutẽ, & decoꝝ oibus alijs rebus. [Magnum aliquod tps) .i. in aliq̃ difficultatem & necessitatem reip. cui adesse debemus, & qdqd pro illa facimus, decet. [Tempos) .i. opportunitatem tpis, & vsum. [Ac ne illa qdem) Nunc de promissis non seruandis disputat, de quibus dcm̃ est in j. vol. & ponit exemplum de Sole & Phaetonte, Neptuno & Theseo, Agamẽnone & Iphigenia filia, quam immolauit. Aliqui dñt Agamẽnonem cum græcoꝝ classis Aulide conuenisset, importunitatem interemisse capream pascentem & Dianæ sacram. Numen ob id iratum placari sanguine Agamẽnonis filiæ poposcisse. Vlyssemq́. simulantẽ Achilli desponsatam à Clytæmnestra matre virginem accepisse, & ante aras victatam statuisse. Achillẽ ceterosq́. q sacrificio præerant puellam regi Scythaꝝ clam emandasse, & sic Tauricæ Dianæ tẽplo præfuisse. Fabulę dñt ceruam fuisse suppositam p virgine à Diana. [Tam tetrum) Crudele & horrendũ. [Ergo concludit oñdens hæc esse officia à circũstantia, vt suo loco dcm̃ est. [Quid si) Alia qõ, qua offm̃ & circunstantia ostenditur. [Tpibus) ꝯdõne tpum. [Cõmutata vtilitate) qm̃ si sit promissum, non est vtile illi, cui promissum est, & qa vtilitati consulendum est, mutata vtilitate mutatur offm̃. hæc plana sunt, & in j. lib. tractata vberius. [Ac de his quidem) Postq̃ disseruit, de his quæ pertinet ad prudentiam & iustitiam. Cic. captans attentionem transit ad reliqua quæ pertinet ad fortitudinem & temperantiam. de qbus vsq; ad finem disputat, oñdens nihil esse vtile quod fortem viꝝ dedeceat & temperatum, confutans Epicureorum opiniones statuentium finem bonorum in voluptate, & firma exploratáq. corporis valetudine. [Simulatione) .i. malitia quadam, quæ prudentiam vẽ imitari, cum ab ea differt plurimum. [In eisdem) Fontibus, è qbus officia ducuntur, & manant.

FRAN. MAT.

PLenus est, &c.) Nunc dicit qũo multa eiusmodi ponantur ab Hecatone Rhodio per modum qõnis, quæ vtilia vñr, nec tñ honesta; & ipse disputat quid in eiusmodi qõnibus faciendum sit. [Sit ne boni viri. &c.) Prima qõ si inquit maxima annonæ caritas ingruerit, quæritur an pater familias q seruos habeat & ancillas, possit & debeat tantam familiam in tanta penuria alere, an illos famæ perire sinat, vt suæ consulat vtilitati. in vtrãq; inquit partem disputat Hecato, sed offm̃ magis ad vtilitatem dirigit, q̃ ad honestatem & humanitatem. [Officium dirigi) videlicet vtilitati magis consulendum q̃ honestati, honestum est alere seruos, sed tñ salutis suæ rõnem hr̃e vtile est. [Humanitate) humanum.n. est familiam alere. [Quærit si in naui.) Alia qõ, quidam mercator seruos & equos vehit, exoritur tempestas, iactura facienda est, nisi perire oẽs cum naui maline, sunt serui viles & inutiles, sunt & equi preciosissimi, quærit vtrum facere debeat dñs nauis, nunquid viles seruos in mare abijciat, an equos preciosos, rñdit hoc in loco, alio ducit res familiaris, alio vero humanitas. [Humanitas) Nam humanitas ad hæc trahit vt equos preciosos perire malimus, q̃ seruos, vtilitas vero vt potius seruos, q̃ equos abijciamus. [Si tabulam) Alia qõ, fracta naui, cum naufragio oẽs perirent, forte accidit, vt ex vectoribus alter stultus, alter sapiens sit, stultus fragmentum nauis ceperat, & fragmento illo euadere tentabat, sapiens poterat auferre tabulam illam. quæritur nunqd facere debeat. Nam honestius vr̃ vt sapiens potius viuat q̃ stultus, & tñ dicit iniuriam esse hoc facere. [Quid dñs nauis) Et probat, dic mihi (inquit) tu quæris nunquid sapiens fragmentum illud debeat arripere stulto, sed dic mihi dñs nauis debet ne extorquere, quia suum est, nam quia nauis sua est, ẽt pars sua esse debet, ergo sibi iure id vendicare posse vr̃. Negat, & rõnem affert, quid inquit aliud esse tabulam de manu extorquere, q̃ ipsum incolumen deijcere, & præcipitare? Illud non esset faciendum, igitur neq; hoc. [Quoad.n.) Non iusta causa, est nec eũ de naui deijcere debet, nam cum nauem conduco, mea ẽt dr̃, donec ad locum destinatum deuenero. verbi causa: Venetijs Anconem nauigaturus nauem conduco, illa nauis non dr̃ dñi esse donec ad destinatum locum deuenero. [Quid si in vna tab.) Dixit de tabula quam stultus ceperat, nunqd ei sapiens posset extorquere, nunc dicit se vterq; sapiẽs fuerit nunqd alter alteri possit eripere, & alteꝝ alteri reddere debere, affirmat q vtilior fuerit & quem magis intersit viuere. [Paria) Videlicet, quod tam intersit huius, quã illius viuere vel sua vel reip. causa. Cuniculus est foramen sub terra occultum aut ab aiali, quod est simile lepori, appellati, quod sub terra fossæ latere est solitum, aut à cuneoꝝ similitudine,

Cunicul⁹ est subterraneum foramen.

tudine, q oẽm materiam intrant findẽtes. Pomp. [Quid si pr̃] Alia q̃ō, si pr̃ sacrilegus esset, & deoꝝ tẽpla spoliaret & cuniculos ageret in ærariũ, vt Thesauros inde sibi iperet, nunqd filius hoc sacrilegiũ indicare debeat. [Qui aũt defendat] Nõ modo non indicet, sed ẽt defendat, si possit, neque obest patriæ vt to vis, immo ꝓdest si filij in parentes pij fuerunt. [Quid si tyrãnidem] Alia q̃ō quid faciet filius, si pr̃iam prodere hostibus pr̃ voluerit, aut tyrãnidem in ea occupare, & qd sit facturus ex offõ ondit. [Quærit ẽt] Alia q̃ō, si sapiens inqr falsos nummos acciperet imprudens ab alio, pōt ne id creditoribus suis illos sciens dare? huius q̃ōnis duas punis contrarias opiniones. [Adulterinos] Falsos, sicuti & pueros nõ legitimos adulterinos dicimus. [Qui venenum] Alia q̃ō est, qui vendit quoddam genus coloris quod cito euanescat, nec durat, & is q vendit hoc, scit. s. colorẽ illum euanescere. Quæritur nunqd emptori dicere debeas, hic color euanescit. Venenum colorẽ hic accipe, vt apud Virg. nec Assyrio fucãtur lana veneno. Alij vinum fugiẽs legunt, hoc est nõ diu duratuꝝ, & mutatuꝝ colorem & saporem. [Fugiẽs] Euanescit. [Redhibeatur] Verbum est iuris. Cum rem vitiosam vendideris, cuius vitium tacitũ est, tunc redhibẽda est. i. retro hñda, hoc verbo veteres iurecõsulti vsi sunt. [Si qs aurum] Est qdam q vendit aurum purum, sed existimat se orichalcum vendere. Quæritur nunqd emptor si sapiẽs fuerit vt pl̃ri putant cognoscens debeat admonere venditorem non esse orichalcũ. [Perspicuum] Debeat inqt aurum esse aperire. Quia disputatũ est nihil esse vtile quod non honestũ. Et ꝓpea nihil alteri faciendum quod tibi fieri nõ velis. [Inter pl̃os] Diogenem & Antipatrum. [Pacta & promissa] Ait p̃tos facta seruabo. Idem ait, quod metus causa gestum erit, ratum non habebo. Fiebat mentio ẽt vis ꝓp necessitatẽ impositam contraria voluntati. Est aũt vis maioris rei impetus, q repelli non pōt. Metus aũt instantis vel periculi futuri causa mentis trepidatio. Item prætor ait: Quæ dolo malo facta esse dicentur, si de ijs rebus alia actio fuerit & iusta causa esse videbitur, iudicium dabo. vt dige. lib. 4 discimus: Titulis quod metus causa gestum erit, & dolo malo. Edicere vero magistratuum est verbum iubentium vt p̃tores & consules solebant. [Siquis] Pactum ponit quod censet non esse seruãdum, est qdam hydropicus, huic medicus dat salubrem medicinã hoc pacto, vt hac medicina nunq̃ postea vtatur. Ille accepta medicina statim liberatus est. post aliqnot annos in eundem morbũ incidit. Quæritur nunqd pactum seruare debeat. Si à medico illo obtinere nõ poterit, vt rursus hanc medicinã accipiat, non vẽ honestum. Aq̃ intercutem siue subtercutem Latini vocant, græci hydropisim. Vim morbi exprimit Hora. his verbibus: Crescit indulgẽs sibi dirus hydrops, Nec sitim pellit nisi causa morbi Fugerit venis, & aquosus albo Corpore languor. Medici & Plin. atq; Celsus tres hydropiseos tradũt species. Cato vt scribit Festus hydropicũ veternosum appellauit. veternosus, inqt Cato, q̃ plurimũ bibit tam maxime sitit. [Quid sit sapiẽs] Alia q̃ō. Quærit Hecato sit sapiẽs heres institutos fuerit hac ꝯdõne, vt non prius hereditatẽ adeat quam in foro oĩbus videntibus saltauerit, nunqd si ꝓmiserit, seruare ꝓmissum debeat. [Promisisse nollem] Rñdet Cic. sapiẽtis erat non ꝓmittere rem ineptam, & malle, qm̃ ꝓmisit mendacem esse q̃ stultum, & potius, amittere hereditatẽ non seruando quod ꝓmiserit, q̃ saltare & hereditatem adire. [Nisi for.] Hoc excipit si resp. vtilitatem asseq posset, vt videlicet ex ea magnitudine pecuniæ ciuitas aliquã diu cõtra hostes tueri se posset. [At ne illa] Repetit qđ in principio posuit, videlicet, q̃ ꝓmisseris semper seruãda non esse, & exẽpla ponit qualia. s. ꝓmissa sunt quæ nõ seruari vtile sit & ei q promisit & ei cui ꝓmissum est, & cõtra seruare inutile. [Sol Phaetõti] Quod Phœbus filio promisit, faciendũ non fuit, nocituꝝ erat accipienti, ergo honestius fuerat mẽtiri, fabula nota est quã multis versibus scribit Ouid. [Ictu fulminis] qa Iuppiter metuens terris & cœlo filiũ fulmine percussit, q in Eridanum cecidit. [Quid Theseus] Hoc exẽplũ ẽt lib. 1. posuit. [Exegit] Petijt veloci rem sibi debitã. Ille. n. tria ꝓmiserat quæcunq; peteret. [Quid Agamẽnon] Aliud exẽplum cũ nullus Agamẽnoni nasceretur filius, & creandæ prolis facultas negata esset, vouit Dianæ se immolaturuꝝ primogenitum, nata est Iphigenia filia pulcherrima. Quid facere debuit postq̃ promisit? promissis stare non debuit. [Teterum] Impiũ, crudele. [Neque] Semper deposita reddenda sunt, non est reddendum depositum qñ aliqd mali secuturum est. Exemplum Cic. ponit. [Quid si is] Aliud exẽplum. [Temporibus] Casu & accidentia tp̃is. [Stare conuentis] Pactum est duorum vel plurium in idem placitum & consensus, promissum est quod aliquis alieni ẽt sub iuramento promittit, conuentionis verbum, vt ait Vlp. generale est ad oĩa pertinens, de qbus negocij contrahendi causa transigendiq. consentiunt, q inter se agunt. Nam sicut conuenire dĩr, qui ex diuersis locis in vnum locum colliguntur, & veniunt, ita q ex diuersis animi motibus in vnum consentiunt. i. in vnam sñiam decurrunt. Adeo aũt est conuentionis nomen gñale vt eleganter dicat Pedius nullũ esse contractum, nullam obligationem, quæ non habeat in se cõuẽtionem, siue re siue verbis fiat. Nam stipulatio quæ verbis fit si non habet consensum, nulla est. Idem est cõuentum, quod pactũ, vel conuentio. [Sed qm̃] Multis validissimisq. rõnibus ostendit Cic. nihil vtile esse, quod turpe sit, & nihil oĩno vtile posse esse, quod idem honestum non sit. Nunc idem à partibus honesti ostẽdere nititur, docet aũt, conuerti vtile, & honestum, & quidqd cõtra virtutem fit, cõtra honestum ẽt fieri. Cuius partes enumerat. Quidqd fit contra prudentiam, cõtra iustitiam, fortitudinem, tẽperantiam, cõtra honestum fit, quod si honestũ, & vtile conuertũtur, quidqd contra virtutem fit, esse vtile nullo modo pōt. De duabus aũt partibus iam dixit & ostendit malitiam & calliditatẽ esse, quæ virtutem ad se trahit, & falsa specie prudentiam imitari vult. Sed aliud est calliditas, aliud prudẽtia, illa. n. fallax est imitatio prudẽtię. Idem inqt de iustitia. Quidqd. n. iustum est, vtile est: quidqd iniustum, inutile. Seqtur vt ostendat quæ fiunt cõtra fortitudinẽ & temperantiam, nullo modo vtilia esse posse. [A q̃tuor fontib.] s. prudẽtia, iustitia, fortitudine, temperantia. [Quę imitari vult] qa malitia cum sit vitiũ, vult prudẽtia videri. [Quæ semp est vtilis] Ea. n. hoĩm societas inter se conseruatur, qua sublata, humana societas nulla esset, immo ne ciuitates quidem durarẽt.

ASCEN.

Sextos liber Hecatonis discipuli Panætij Stoici de officijs, est plenus talium q̃õnum, videlicet ne. i. an sit boni viri. i. pertineat ad bonum virum non alere familiam in maxima caritate. i. penuria annonæ. i. victualium, & disputat in vtranque partem, sed tñ ad extremum putat officium dirigi vtilitate, magis quam humanitate. Quærit si in mari facienda est iactura, an faciat potius iacturam equi preciosi, an vilis serui, hic. i. in hoc casu res familiaris ducit alio. i. ad alium videlicet ad saluationem equi, & humanitas ducit alio videlicet ad saluationẽ serui, quia hõis. Si stultus arripuerit tabulam de naufragio, an sapiens extorquebit. i. violẽter auferet eam à manibus stulti si potuerit, negat. s. Hecato, quia sit iniustum. Quid dñs nauis, est sup. eripiet ne suum? Rñdet, minime, non plusq̃ si velit eijcere è naui nauigantem in alto. s. mari, quia. s. nauis non sit sua, quoad. i. vsq; quo peruentum sit eo, quo nauis est sumpta, nauis non est dñi sed nauigantium. Quid si in vna tabula sint duo naufragi æque sapiẽtes, rapiat ne vterque sibi, an alter cedat alteri? cedat vero. i. pro vera alter alteri, sed ei sup. cedat, cuius magis interfit, vel sua reip. causa viuere. Quid sup. fiat si hæc sup. sint paria. i. æqualia in vtroque? Rñdet, nullum erit certamen, sed alter cedat, alteri, quasi victus in sorte, aut in dimicando. forte melius legas haud. i. non in dimicando. Quid sup. dicatur si pater expilet. i. spoliet fana. i. templa, & sit sacrilegus, & agat cuniculos. i. subterraneos meatus, quales faciunt lepores, cuniculi, in ærarium. i. quibus perueniat ad ærarium, indicet ne filios magistratibus? Quidem. i. certe. i. nefas. s. filium reuelare sacrilegium patris, quin etiam defendat. i. defendere debeat patrem, si arguatur. i. accusetur sacrilegij. Igitur patria non præstabit. i. non erit præstantior omnibus officijs, immo uero, sed conducit. i. vtile est ipsi patriæ hre ciues pios in parẽtes. Quid si pater occupabit tyrannidem, si conabitur ꝓdere patriam? Silebit. n. filius, imo vero obsecrabit patrem, ne id faciat. Si nihil proficiet, accusabit & minabitur etiã ad extremum, si res spectabit. i. tendet ad perniciem. i. destructionem patrię, ipse anteponet salutem patriæ, saluti patria. Quærit ẽt Hecato. s. si sapiẽs imprudens. i. nesciẽs quid fecerit, accipiet nomos adulterinos. i. falsos, & non iustæ materiæ pro bonis, cum ipse rescierit. i. postea perceperit falsos esse. i. an sit soluturus eos pro bonis, sicuti debeat. Diogenes ait sup. qđ sic, Antipater negat, cui. s. Antipatro ego (inquit Cic.) potius assentior. Qui sciens uendat uinum fugiens. i. non conseruans bonitatem suam, aut in uase cõtineri nequiens, q n obuertatur, ne. i. an debeat dicere. Diogenes putat nõ necesse esse sup. dicere. Antipater existimat. i. iudicat sup. esse boni uiri sup. dicere. Hæ. i. hmõi sunt, quasi controuersiæ. i. quęstiones ad vtranque partem disputabiles in iure Stoicoꝝ, ne. i. an uitia sup. sint dicenda in uendendo mancipio. Rñsio. Non nisi ea, quæ nisi dixeris mancipium redhibeatur redhiberi à uenditore cogatur iure ciuili. Sed hic. i. in hac re vñr alteri. s. Stoicoꝝ supp. hæc uitia. s. mendacem esse, aleatorem. i. lusorem aleis, furacem & ebriosum esse dicenda. i. oportere dici, & vñr alteri non dicenda. Si quis uendens aurum putat se uendere orichalcum. i. metallum simile auro in colore, ne. i. an sit bonus emptor, scilicet indicet ei illud esse aurum, cum emat denario, quod sit mille denarium

narium siue denariorum. Perspicuum est iam & qd videatur mihi,& quæ sit controuersia inter eos phos,quos noiaui,ne.i.an pacta & promissa sint semper seruanda,quæ facta sint nec vi,nec dolo malo,vt prætores solent sup. præscribere. Si quis dederit cuipiam medicamentum ad aq̃ intercutem.i.hydropisim,& pepigerit.i.in pacto habuerit ne vnq̃ vteretur postea illo medicamēto, si sanus factus fuerit illo medicameoto, & inciderit aliquot annis post.i.postea in eundem morbũ,nec impetret ab eo,q eum.i.cum quo pepigerat.i.tale pactum fecerat, vt licet item .i. iterum vti eo. qd sit faciendum,cum is sit inhumanus, q non concedat vti,nec quidq̃ iniuriæ fiat ei si sup.vtatur.Rñsio.Consulendum.i.auxiliandum,quasi consilio est vitæ & saluti. Quid si q̃s sapiens sit rogatus ab eo q heredem faciat cum sestertium milles.i.mille sestertium siue sestertiorum (sed consuetius dñt perite millies sestertium) relinquatur ei ea testõ,vt anteq̃ adeat hereditatem saltet luce,vel potius luci.i.tpe lucis palam.i.in conspectu oium in foro & promiserit se id facturum,quod.i. quia ille aliter non esset scripturus,cum heredem faciat,illi quod promiserat nec ne.i.an non,dicit Cic.ego nollem promisisse,& ego arbitror id fuisse grauitatis,qm̃ promiserit saltare,in foro,quod turpe ducet, mentietur,honestius si nihil eaceperit ea hereditate, quam si eeperit, nisi forte contulerit eam pecuniam in aliquod magnum tps.i.magnam opportunitatem,vt pote tpe egestatis reip. vt vel .i. ēt non sit turpe eum saltare,cum sit consulturus ēt patrię.At ne illa qdem promissa seruanda sunt,quæ non sunt vtilia his ipsis, q̃bus promiseris illa. Sol (vt redeamus ad fabulas) dixit se facturũ esse filio Phaetonti qdq̃d optasset, & optauit filius, vt tolleretur in currum patris,sublatus.i.sursus latus est, atq; ipse insanus anteq̃ constitit in curru.s.deflagrauit.i.totus exarsit ictu fulminis,quanto melius? q. d. multo melius fuerat promissum patris non esse seruatũ in hoc. Quid quod Theseus eaegit promissum à Neptuno,cui cum Neptunus dedisset tres optiones, optauit interitum Hippolyti filij sui,cui patri,cũ is.s.filius Hippolytus cum esset suspectus de nouerca.s.Phædra,quæ primum fuerat Hippolyto desponsata,& ita amans cum plusq̃ patrem interpellauit eum de stupro,quod recusantem falso crimine apud patrem detulit, quo .s. interitu optato,& impetrato Theseus fuit in maximis luctibus. Qnid Agamẽnon sup.fecit sapientius,cum deuonisset Dianæ qđ natũ esset illo anno pulcherrimũ in suo regno,immolauit Iphigeniam.s.filiam suam,qna nihil illo anno pulchrius natum erat. Promissum sup.erat potius non faciendum quam tam tetrum .s. dictum & immane facinus admittendum. Ergo & promissa sunt sup.nonnunq̃.i.aliqñ non facienda. Neque dep.i.sub fide in custodiam data,sunt semper reddenda. Si q̃s sanæ mentis existens deposuerit apud te gladium,& ipse insaniens repetat, pctm̃ sit reddere,& offm̃ non reddere. Quid si is q deposuerit apud te pecuniam inferat pťiæ bellum? reddes ne depositum? credo inqt Cic. quod non. Em pro quia,tu facies si reddideris contra remp. quæ debet esse carissima. Sic multa quę vñr esse honesta natura.i.p naturam,fiunt tpibus.i.per diuersitatem tpis non honesta, vt pote facere promissa,stare conuentis,reddere deposita,vtilitate cõmutata.i.ablata faciendo,& addita negando fiunt honesta si sup.feceris. at.i.sed ego arbitror satis dctm̃ quidem.i.certe de his quæ vñr esse vtilitatis contra iustitiam, simulatione .i. per simulationem prudentiæ. Sed qm̃ diximus j. lib.officia à quatuor fontibus honestatis,quæ virtutes Cardinales appellantur,nos versabimur in eisdem,cum docebimus ea quæ vñr esse vtilia, neque sint, cum sint virtutis inimica. Ac de prudentia quidem, quæ malitiam vult imitari,itemq́. de iustitia quæ est semper vtilis,est disputatũ.

DOCT. interpr. STare cõuentis.) Pro seruare pacta. Inusitatius, quod dixit Vergilius, Manete dictis, apud Græcos molitus est [Greek word illegible].

DE FORTITVDINE.

RELIQVAE sunt duæ partes honestatis: quarum altera in aĩ excellẽtis magnitudine,& præstantia cernitur; altera in conformatione, & moderatione continentiæ,& tẽperantiæ. Vtile videbatur Vlyssi, (vt q̃dam poetæ Tragici prodiderunt: nam apud Homerum optimũ auctorem, talis de Vlysse nulla suspicio est) sed insimulant eum tragœdiæ simulatione insaniæ militiam subterfugere voluisse. non honestũ consilium. at vtile (vt aliquis fortasse dixerit) regnare,& Ithacæ viuere ociose cum parentibus, cũ vxore, vxore,cum filio. vllum tu decus in quotidianis periculis, & laboribus cũ tranquillitate hac cõferendum putas? ego vero istam contẽnendam,& abijciendam; qm̃, quæ honesta nõ sit,ne vtilem q̃dem esse arbitror. quid .n. auditurũ putas fuisse Vlyssem,si in illa simulatione pseuerasset? q, cũ maximas res gesserit in bello,tñ hæc audiuit ab Aiace:

Cuius ipse princeps iurisiurandi fuit,
Quod omnes scitis, solus neglexit fidem:
Furere assimulauit. ne coiret, institit.
Quòd ni Palamedis perspicax prudentia
Istius percepset malitiosam audaciam.
Fide sacratæ ius perpetuo falleret.

illi vero nõ modo cum hostibus,verum ēt cum fluctibus, id quod fecit, dimicare melius fuit, q̃ deserere consentiẽtem Græciam ad bellum barbaris inferendum. sed dimittamus & fabulas,& externa: ad rem factaq́. veniamus. M. Attilius Regulus cum Consul iterum in Africa ex insidijs captus esset,duce Xantippo Lacedæmonio, imperatore aũt patre Annibalis Amilcare, iuratus missus est ad senatum,vt nisi redditi essent Pœnis captiui nobiles quidam,rediret ipse Carthaginem.is,cum Romam venisset, vtilitatis speciem videbat: sed eam,vt res declarat,falsam iudicauit: quæ erat talis,manere in patria, esse domi suæ cũ vxore,cum liberis; quam calamitatem accepisset in bello,cõem fortunæ bellicæ iudicante tenere consularis dignitatis gradũ. q̃s hæc neget esse vtilia? quid censes? magnitudo animi,& fortitudo negat. an locupletiores quęris auctores? harum.n.est virtutum proprium nil extimescere,oĩa humana despicere,nihil, quod hoĩ accidere possit,intolerandum putare. Itaque quid fecit? in senatũ venit: mãdata exposuit: sñiam ne diceret,recusauit: q̃ diu iureiurando hostium teneretur,non esse se senatorem.atque illud ēt: (ò stultum hoĩem dixerit quispiam,& repugnantem vtilitati suæ) reddi captiuos,negauit esse vtile: illos.n.adolescentes,& bonos duces,se iam confectum senectute. Cuius cũ valuisset auctoritas,captiui retẽti sunt, ipse Carthaginem redijt: neque eum caritas patriæ retinuit,nec suorũ.neq; vero tum ignorabat, se ad crudelissimum hostẽ,& ad exquisita supplicia proficisci: sed iusiurandum cõseruandum putabat.itaq; tum,cum vigilando necabatř, erat in meliori caussa, q̃ si domi senex,captiuus, periurus,& consularis remansisset.at stulte, q non modo nõ censuerit captiuos remittendos, verum ēt dissuaserit. quo modo stulte? ēt ne,si reip.cõducebat? põt aũt,quod inutile reip.sit,id cuiq̃ ciui vtile esse? peruertũt hoĩes ea, quæ sunt fundamẽta naturę,cum vtilitatẽ ab honestate seiungunt. oẽs.n.expetimus vtilitatem,ad eamq́. rapimur; nec facere aliter vllo modo possumus: nam q̃s est,qui vtilia fugiat? aut q̃s potius,q ea non studiosissime persequatur? Sed quia nusq̃ possumus,nisi in laude,decore,honestate,vtilia reperire,ppea illa prima,& summa habemus. vtilitatis nomẽ non tam splendidum,q̃ necessarium ducimus. Quid est igiť,dixerit q̃s,in iureiurando? num iratũ timemus Iouem? at hoc quidem cõe est oĩum philosophorum,nõ eorum modo,qui deum nihil hr̃e ipsum negocij dñt,& nihil exhibere alteri: sed eorum ẽt,q deum semper agere aliq̃d,& moliri volunt, vnq̃ nec irasci deũ, nec nocere. quid autẽ iratus Iupiter plus nocere potuis-

set, quam nocuit sibi ipse Regulus? nulla igitur vis fuit
religionis, quæ tantā vtilitatem peruerteret. An, ne turpi-
ter facere? primum minima de malis. num igitur tm̄ ma-
li turpitudo ista habebit, quantum ille cruciatus? deinde
illud ēt apud Accium, Fregisti ne fidem? neque dedi, ne-
que do infideli cuiq̄. q̄q̄ ab impio dr̄, luculente tn̄ dr̄. Ad
dunt ēt: quemadmodum nos dicamus, videri quædā vti
lia, quæ nō sint; sic se dicere, videri quædam honesta, quę
non sint: vt hoc ipsum vr̄ honestum, conseruandi iusiu-
randi caussa ad cruciatum reuertisse, sed fit non honestū,
quia, quod per vim hostium esset actum, ratum esse nō de
buit. Addunt ēt, quidquid valde vtile sit, id fieri honestū,
etiam si antea non videretur. hæc ferè contra Regulū. sed
prima videamus. Non fuit Iupiter metuendus, ne iratus
noceret, quia neque irasci solet, neque nocere. hæc quidē
ratio non magis contra Regulum, q̄ contra oē iusiuran-
dum valet. sed in iureiurando, non qui metus, sed quę vis
sit, debet intelligi. est.n. iusiurandum affirmatio religio-
sa. quod aūt affirmate, quasi deo teste, promiseris, id tenē
dum est. iam.n. non ad iram deorum, quæ nulla est, sed ad
iustitiam, & ad fidem pertinet. nam præclare Ennius, O
Fides alma, apta pinnis, & iusiurandum Iouis. qui igitur
iusiurandum violat, is fidem violat, quam in Capitolio vi-
cinam Iouis Opt. Max. vt in Catonis oratione est, maio-
res nr̄i esse voluerunt. At.n. ne iratus quidē Iupiter plus
Regulo nocuisset, q̄ sibi nocuit ipse Regulus. certe, si ni
hil malum esset, nisi dolere. id aūt non modo non summū
malum, sed nec malum quidem esse, maxima auctoritate
philosophi affirmant. quorum quidem testem nō medio
crem, sed haud scio an grauissimum, Regulum nolite q̄-
so vituperare. quem.n. locupletiorem quærimus, q̄ princi
pem reip. qui, qui retinendi officij caussa, cruciatu subiret
voluntarium? Nam, quod aiunt, minima de malis. i. vt tur
piter potius, q̄ calamitose: an est vllum maius turpitudi-
ne? quæ si in deformitate corporis habeat aliquid offen-
sionis, quanta illa deprauatio, & fœditas turpificati animi
debet videri? itaque, neruosius qui ista disserunt, solum au
dent malum dicere id, quod turpe sit: qui aūt remissius,
hi tn̄ non dubitant summum malum dicere. nam illud q-
dem, Neq; dedi, neq; do fidem infideli cuiq̄, iccirco re
cte à poëta dr̄, quia cum tractaretur Atreus, personæ ser-
uiendum fuit, sed si hinc sibi sumunt, nullam esse fidem,
quæ infideli data sit: videant ne quæratur latebra periu-
rio. Est aūt ius ēt bellicum, fidesq. iusiurandi sæpe hosti
seruanda. quod enim ita iuratum est, & mens conciperet
fieri oportere, id seruandum est: quod aliter, id si nō fece
ris, nullum periurium est: vt, si p̄donibus pactum pro ca-
pite precium non attuleris, nulla fraus est, ne si iuratus q-
dem id non feceris. nam pirata non est ex perduelliū nu-
mero de finitus, sed cōis hostis oium. cum hoc nec fides
esse debet, nec iusiurandum cōe. non.n falsum iurare, pe-
ierare est: sed, quod ex animi tui snia iuraueris, sicut ver
bis concipitur, more nostro, id non facere, periurium est.
scite enim Euripides:

Iuraui lingua, mentem iniuratam gero.

Regulus vero nō debuit conditiones pactionesq. belli-
cas, & hostiles pturbare periurio: cum iusto.n. & legiti-
mo hoste res gerebatur, aduersus quē & totum ius feciale,
& multa sunt iura cōia. quod ni ita esset, nunq̄ claros vi-
ros senatus vinctos hostibus dedisset. At vero T. Vetu-
rius, & Sp. Postumius, cum iterum consules essent, q̄a, cum
male pugnatum apud Caudium esset, legionibus nostris
subiugum missis, pacem cum Samnitibus fecerant, dediti
sunt his: iniussu.n. populi, senatusq; fecerāt. eodemq. tpe
T. Numitius, Q. Aemilius, qui tum tribuni pl. erant, q̄ eo
rum auctoritate pax erat facta, dediti sunt, vt pax Sāniti-
bus repudiaretur. atque huius deditionis ipse Postumius,
qui dedebatur, suasor, & auctor fuit quod idem multis an
nis post C. Mancinus: qui, vt Numantinis, quibuscum si-
ne senatus auctoritate fœdus fecerat, dederetur, rogatio-
nem suasit eam, quam L. Furius, & Sext. Attilius ex S. C.
ferebāt: qua accepta, est hostibus deditus. Honestius hic,
q̄ Q. Pompeius: quo, cum in eadem caussa esset, deprecā
te, accepta lex non est. hic ea, quæ videbatur vtilitas, plus
valuit, q̄ honestas: apud superiores vtilitatis species fal-
sa, ab honestatis auctoritate superata est. At nō debuit ra
tum esse, quod erat actum per vim. Quasi vero forti viro
vis possit adhiberi. Cur igitur ad senatu proficiscebatur,
cum p̄sertim de captiuis dissuasurus esset quod maximū
in eo est, id reprehenditis. non.n. suo iudicio stetit, sed su
scepit caussam, vt esset iudicium senatus: cui nisi ipse au-
ctor fuisset, captiui profecto Pœnis redditi, essent, ita in-
columis in patria Regulus restitisset. Quod q̄a patrię nō
vtile putauit, iccirco honestum sibi & sentire illa, & pati
credidit. Nam q̄ aiunt, quod valde vtile sit, id fieri hone-
stum: immo vero esse, nō fieri. est.n. nihil vtile, quod idē
non honestum: nec, quia vtile, honestum est; sed q̄a ho-
nestum, vtile. quare ex multis mirabilibus exēplis, haud fa
cile q̄s dixerit hoc exēplo aut laudabilius, aut p̄stantius.
sed ex tota hac laude Reguli, vnum illud est admiratio-
ne dignū, q̄ captiuos retinendo censuerit. nam q̄ rediit,
nobis nunc mirabile vr̄, illis quidem tpibus aliter facere
non potuit. itaq; ista laus non est hoīs, sed tpum. nullū.n.
vinculum ad astringendam fidem iureiurādo maiores ar
ctius esse voluerunt. id indicant leges in duodecim tabu-
lis, indicant sacra, indicant fœdera, q̄bus ēt cum hoste de-
uincitur fides; indicant nationes, animaduersiones censo
rum, qui nulla de re diligentius, q̄ de iniuriando, iudica-
bant. L. Manlio A. filio, cum dictator fuisset, M. Pompo-
nius tribunus pl. diem dixit, quod is paucos sibi dies ad
dictaturam gerendam addidisset. criminabatur ēt, q̄ Ti
tum filium, qui Torquatus postea est appellatus, ab hoī-
bus relegasset, & ruri habitare iussisset. quod cum audi-
uisset adolescēs filius, negocium exhiberi patri; accurris-
se Romam, & prima luce Pomponij domum venisse dr̄,
cui cum esset nunciatum, q̄ illum iratum allaturum ad se
aliquid contra patrem arbitraretur, surrexit è lectulo, re-
motisq. arbitris, ad se adolescentem iussit venire. at ille,
vt ingressus est, confestim gladium distrinxit, iurauitq. se
illum statim interfecturum, nisi iusiurādum sibi dedisset,
se patrem missum esse facturum. iurauit hoc terrore coa-
ctus Pōponius: rem ad populū detulit: docuit, cur sibi à
caussa desistere necesse esset: Manlium missum fecit: tm̄
tpibus illis iusiurandum valebat. atque hic T. Manlius is
est, qui ad Anienem Gallo, quē ab eo prouocatus occide
rat, torque detracto, cognomē inuenit: cuius tertio Cōsu
latu Latini ad Veserim fusi, & fugati? magnus vir in pri-
mis: & q̄ nup indulgēs in patrē, idē acerbus, & seuerus in
filiū. Sed vt laudandus Regulus in conseruando iureiurā
do, sic decē illi, quos post Cānēsem pugnā iuratos ad se-
natum

natum misit Annibal, in castra rediturus ea, quorum erát potiti Pœni, nisi de redimendis captiuis impetrauissent, si nó redierunt, vituperandi. de quibus non oés vno modo. ná Polybius, bonus auctor in primis, scribit ex decé nobilissimis, q tum erant missi, noué reuertisse à senatu re non impetrata; vnú ex decem, q paulo post, q̃ egressus erat é castris, redisset, quasi aliqd esset oblitus, Romę remásisse. Reditu. n. in castra, liberatum se esse iureiuràdo interpretabatur: nó recte; fraus. n. distringit, non dissoluit periurium. fuit igitur stulta calliditas, peruerse imitata prudentiam. itaque decreuit senatus, vt ille veterator, & callidus vinctus ad Annibalé duceretur. Sed illud maximum. octo hoíum millia tenebat Annibal, non quos in acie cepisset, aut q periculo mortis diffugissent, sed q relicti in castris fuissent à Paullo, & Varrone cósulibus. eos senatus non censuit redimendos, cû id parua pecunia fieri potuisset: vt esset insitum militibus nřis aut vincere, aut emori. qua quidem re audita, fractum aîum Annibalis scripsit idem, q senatus, populusq. R. rebus afflictis tam excelso aîo fuisset. Sic honestatis comparatione ea, quæ vnř vtilia, vincuntur. Atilius aût ille, qui græce scripsit historiam, plures ait fuisse, qui in castra reuertissent, eadem fraude, vt iureiurando liberarentur; eosq. à censoribus oîbus ignominijs notatos. Sit iam huius loci finis: perspicuum est. n. quæ timido animo, humili, demisso, fractoq. fiát, quale fuisset Reguli factum, si aut de captiuis, quod ipsi opus esse videret, non quod reip. censuisset aut, domi remanere voluisset; non esse vtilia, qa sint flagitiosa, fœda, & turpia.

PETRVS MARS.

R ELIQVAE sunt duę partes) Fortitudo. s. & temperátia, sed prius agit de fortitudine. Et ponit eaé plum Vlyssis, quem ostendit non potuisse viri fortis & magni decoŧ seruare, si dum remásisset vitans bellicos labores, quâuis id vtile potuisset videri. (Conformatione) Representatione imaginis téperantiæ. Is alicui virtuti se cósurmat, qui & vultu, & cultu corporis officiu illius se accómodat. hæc consuematio maxime pertinet ad téperantiam, quæ motus ét corporis naturę congruétes reqrit. in primo dictum est. (Ithacæ) Quæ erat patria sua, cuius desideriu dicebat apud Homerú se teneri in hæc uerba. Ithaca uium clarissima occasum versut, aspera quidem, sed optima, iuuétutis altrix, qua ego nihil vnq̃ amœnius vidi. (Ociose) Sine laboribus bellicis. (Cû paren.) Laerte & Autolia matre. (Vxore) Penelope. (Filio) Telemacho. (An vllû tu decus) Sensus est, nulla tranqllitas & vita ociosa pôt confecti cum decore & laude, quâ meretur qs ea laboribus & periculis aditis pro decoro seruando. tranqllitas. n. quæ honesta nó est, nó potest esse vtilis. (Ac Aiace) Filiu Telamonis superatu ab Vlysse in iudicio armuŧ. (Cuius ipse princeps) Hæc erát verba Aiacis in Tragœdia, iudiciû armoŧ inscripta Pacuoio, qbus exprobrabat Vlyssi, quod militiá subterfugerit simulatione insanię. (Quod ni Palamedis) Vlysses ne iret ad bellû, furoré simulauit. sed Palamedis perspicaci ingeniu simulatio illa detecta est. Ná cum araret, & salé sereret, vt furés videretur, Palamedes obiecit aratro Telemachû, & sic timés filiu se aperuit. (Id qđ fecit) qm̃ errauit p maria & varios labores ppessus est, ut canit Hom. in Odyssea. (Ius). i. sacrá obligationem. (Sacrata) Tactu sacroŧ sancita. (Barbaris) Phrygibus. (Nostrâ) Romanam, & affert exéplum Reguli q ad suppliciû redire maluit, quá aliqd de constátia & fide remittere. (Cósulis iterû) In secundu cósulatu in quo collegá habuit, L. Manliû. bis cósul fuit Attilius Regulus de secúdo ꝯsulatu, nota est hist. apud T. Liuium & Polybiû. Ex insidijs, Xátippus Lacedæmonius merce de cóductus à Carthaginésibus, & militaris rei peritissimus callide exercitû instruxerat, elephátosq. in hostes immiserat. Vnde pugna tû est quádiu dubia Marte. Sed Xátippus simulata fuga Romanus ad insidias traxit, & Regulus captus est, & Romá missus, vt aut pacé suaderet noie Pœnoŧ, aut captiuoŧ pmutationé. suasit ne fieret pmutatio, additû ét sibi venenû datum ad tps, quo paulatim tabescéti corpore facta permutatione extingueretur. (Vxore) Martia. (Cum liberis) Duobus filijs, quoŧ alter, ut est apud Siliû, Seranus uocabat, alter Regulus. (Quid esset) Rńdet Cic. ea illa nô esse utilia, qm̃ sunt ꝯtra magnanimitatem & fortitudiné, de qbus nunc agitur ut dcm̃ est. (Nam locupletiores) An inqt q̇ris maiores auctores ipsa magnitudine aí, & fortitudine, quæ negát talia nó esse utilia, q a sibi repugnent? q. d. hæ uirtutes ońdûc illam spém utilitatis esse falsam. (Mandata) Carthaginésiû de pace & pmutatione captiuoŧ. (Sniam ne diceret) Qm̃ negabat fas esse captiuu sedere inter ꝯsulares & liberos ciues, ac dicere sententiam. (Atque illud ét) Affert id quod potuisset aliqs dicere cõtra Regulû. (Cum uigilando necabatur) Tenebatur Regulus in tenebris & repéte ardoribus solis obijciebat, cogebaturq. respicere ad solé insutis sursum ac deorsum palpebris. cû somno diu ꝓhibitus decessit. Armariû ex tabulis ligneis Pœni excogitauerát suppositis ét acutis lignis, dispositis stimulis per latera armarij, quo clauserunt Regulû, ita ut nec iacere, nec adherere posset nisi fixus stimulis. Vnde dicit Seneca loqués de supplicio Reguli: Figunt cuté clauis, & quocunq; fatigatum corpus inclinauit, uulneri incûbit, & in perpetuam uigiliam suspensa sunt lumina. (At stulte) Affert aliud, quod qs contra Regulû potuisset afferre fundaméta naturæ. i. rónes, ac principia bene recteq. uiuédi, qm̃ honestum est fm natura. n. & nihil est utile quod non sit honestum, quod qui non tenent, & utile ab honesto separant, peruertút fundaméta naturæ. Vnde Socrates illos execrari solebat, q hæc duo coniuncta natura opinione praua distraxissent. (Rapimur) Vi & imperio naturæ, sed nos corrupti ueŧ utile non dispicimus auaritiæ nubilo aut alterius affectus caligine obducti, æstuq. cupiditatum inflámati, ideo dicit utilia non posse reperire, nisi in laude decore, & honestate. (Et hæc sunt) Prima, & summa inqt, utilitas necessitati naturæ subuenit. illa uero afferût splendorem nois & gloriam pp honestatem qppe laudamur. (Illa) Laudem decoré, & honestatem qbus datur primus & summus locus. utilitas aût expetitur pp necessitatem, ergo præstabiliora magis appetenda sunt, & ceteris ꝑponenda. (Quid est igitur) Affert ea q̇ potuissent dici contra Regulum, quod uoluerit iusiurandû uiolare, ne Iouẽ inuocatum ońderet. Et has rónes Cic. confutabit, ostendetq. Regulum offô boni magniq. uiri functum esse. (Nihil hře negocij) & hi fuerunt Epicurei. Epicurus. n. dicebat, quod beatum æternumq. est, idipsum nec hře quidq̃ negocij, nec exhibere alteri. ita neq; ira, neque gřa teneri, quod quæ talia essent, imbecilla essent oia. & negabat Epicurus in deo esse gřam. (Sed eoŧ) Peripateticoŧ. s. Stoicoŧ, & Academicoŧ. (An ne igitur) Proponit id quod pro Regulo dici potuisset, & introducit rńdentem, & asserentem turpitudinem ipsam esse minimum malum, quod postea Cic. refellit. (Minima de malis). s. est ipsa turpitudo, quæ in se minus habet mali, quam ille cruciatus. (Apud Acciû) In Tragœdia in qua Atreus q fratrem deceperat Thyesté, hæc verba dixit. se. s. nec fregisse fidem, nec dedisse, qm̃ voce tm̃ non méte iurauerat. (Impio) Alienu ab ui pietate, & dei cultu, cui pietaté debemus, & crudelissimo in fratrem. (Luculente) Clare & bene. (Addunt ét) Hæc sunt alia quæ afferebantur contra Regulum. (Sed prima videamus) Refellit Cic. ea quæ contra Regulum dicta sunt, resumens primum de iureiurando, quod interpretatur vt osńdat nullo modo uiolandû esse. (Apta pinnis) Côiuncta summitatibus & fastigijs Capitolinis. aptare apud antiquos sigńabat contíngere. inde apud Virg. Cœlû stellis ardentibus aptû. Pinna sigńat acutû inde muroŧ summitates, & fastigia pinnæ, & p diminutioné pinnacula, quæ dût à Gręcis πτερύγια. (Iusiurandû) Iouis. (In Capitolio) Fidé in Capitolio primus ꝯsecrauit Attilius Calatinus, inde M. Æmilius Scaurus. (Sed nec qdé) Hæc fuit opinio Stoicoŧ statuentium nihil esse numerádum in malis ꝑter vitia, de his rebus abunde dcm̃ est supra. Stoici dicebant doloré non esse malum, & beatam vitam descensuram in oia tormenta. Igitur Regulus in illo dolore, nihil mali habebat, qa non discedebat ab offô & virtutis ꝑscripto. (Phi) Stoici. s. (Nam q aiunt) refellit aliud de turpitudine, quá illi dicebant minimam de malis, & sic concludebát potius uiuendum esse cû turpitudine, quam cum calamitate, qđ est contra ꝑscriptum naturæ, quæ honestum amat, & turpitudini aduersatur, & addit. & oñ dit Cic. nullum malum esse maius turpitudine & vitio. turpitudo. n. maxime refertur ad mores. inde turpis dř infamis. (Quæ) Turpitudo si alios offendit cum est in corpore quáto magis in aío. (Itaq;, neruosi⁹) Et ideo inqt Cic. Stoici q summá vim dabant virtuti, nec illá eneruabant, vt Peripatetici & Academici dicebant id solû esse malû, quod esset turpe. Peripatetici aût dicebant vitiû esse summû malû, & sic relinquebatur esse alia mala ꝑter turpitudiné, vt sunt dolores, cruciat⁹, & cetera id genus, q̇ Stoici mala esse negabant, qm̃ turpitudine vacarent.

ducuntur & fœdera sanciuntur. [Iniā cōia) Obligantia vtrunq;
hostē ad id pstandum, quod pmittitur. [Auctor) Princeps, & qua-
si caput. Auctor is dr, ē cuius snia decernitur aliqd. [Rogationē)
decretum, legē. [Deprecante) Precibus contendente, ne hostibus
dederetur. De, ppositio, inqt Gellius, est anceps. In vno eodemq.
verbi diuersitatem significationis capit, aliqn n. deprecor signat
detestor, execror, vel depello, & abominor. Contra aūt valet cū
Cic. dicit, vitam à Sylla deprecatus est. Et nullæ sunt virgines, q
mea à vobis deprecentur. Deprecari aliqn idem est qd' excusare,
atq; defendere. [Suscepit causam) Patronū se constituit publici
negocij. [Quasi vero forti viro vis possit afferri.) Sensus est suā
cōnem ita confirmant, tanq vis aliqua possit adhiberi viro forti,
qd' est absurdissimum. Aius qppe viri fortis cogi nō pōt, sed mor
tem pponit in decoris promissis. Apud eundem in 3. de Fin. Cato
Stoicus ita loqtur, Sapiens recte vocatur inuictus, cuius ēt si cor-
pus constringatur, aiu tū iniici vincula nulla pōt. Indicant leges
in 12. tabulis. Lex in 12. tab. eodē Cic. auctore in 2. de legibus
hæc erat: Periurij pœna diuina exitiū. humana dedecus. [Indi-
cāt) Sacratæ, leges sacratæ fuerūt plebeiæ, ac tribunitiæ, vt auctor
est Asc. Pæd. Idem Cic. in orōne pro Cornelio agens de plebe,
ac tribunis dicit. Tanta in illis virtus fuit, vt anno 16. post reges
exactos pp nimiam dominationem potentium secederent. Le-
gesq. sacratas sibi restituerent, & montē trans Anienē æternæ me
moriæ consecrarent. Idem in 3. de legib. inqnit: Sunt certa ver-
ba legū, neq; ita prisca, vt in veteribus his, sacratisq. legibus. Pō-
peius vero sic scribit: Sacratæ leges dicebantur, in qbus sancitū
erat, vt si qs aduersus eas fecisset sacer alicui deorū esset cum fami
lia, pecuniaq.. Liu. lib. 2. primæ decadis agens de reconciliatio-
ne plebis opera Mēnij Agrippæ dicit. Agi de concordia cœptū,
concessumq. in cōdōnes, vt plebi sui magistratus essent sacrosan-
cti, qbus auxilij latio aduersus consules esset, neue cui patrū ca-
pere eum magr̄atum, liceret, ibi sacrata lex lata. Vel a Græcis, vt
pleraq. oia, hoc quoq, mutuati sunt Roman. Atheniensiū .n. le-
ges, quarū auctor pcipuus ac clarissimus fuit Solon, bipartitæ fue
rūt. Nam aliæ res sacras, oēmq. ceremoniarū cultum complecte-
bantur, quarū ἀνευρετὴς fuisse dr Orpheus, harumq. legum tabulę.
quæ p curiæ foribus affixę erant κύρβεις vocabantur, alteræ, res
oēs publicas, ac ciuilium controuersiarū varietates continebant,
quæ qnotidie aut abrogabantur, aut cōmutabantur nouis legi-
bus pro tpum cōdōne latis, quarum tabulæ ἄξονες appellabantur.
Illæ triangulæ, hæ qndratæ erant. Vt nō iniuria leges sacratas di
cere eas possimus, quas Græci ἱερὰς ἀξονας vocitāt, & κύρβεις in
cisa pponunt. Constat .n. ius decem tabularū e Græcis, hoc est So
lonis legibus emanasse, quas Decē viri, legum creādarū decē tabu
lis explicauerunt populoq. R. pposuerunt, vt locupletissimus te
stis est Liuius, q subtilissime hac de re agit, quem ēt consulendū esse
censeo. Sed ne malus sit τὸ πάρεργον τοῦ ἔργου, iam ad reliquum orō
nis contextum reuerti tps est. [Indicant notationes) Gel. lib. 7.
sic scribit. Iusiurandum apud Romanos inuiolate sancteq. habi-
tum, seruatumq est. Id & moribus, legibusq. multis ostenditur.
Censores periuros oium notarum, & damnis, & ignominijs affi
REstat quarta &c.) Nõ idem signat hæc, moderatio.n. basis est ipsius virtutis. ex ꝯtinẽtia gignit moderatio quæ modũ adhibet dictis & factis Cũ vero in dictis & factis moderati fuerimus, tũc decus illud ꝯseqtur quod dr̃ temperantia, recte ergo hæc cõiũxit, de qbus superius est à nobis dcm̃ (Choro) recte chorũ appellat qa cõnexæ & sociatæ sunt quasi catenæ qdã. (Atq ab Aristippo &c.) Cõtra eos disputat q dñt oĩa voluptatis cã faciẽda esse. ordo est vsq; ad eũ locũ: At decertãdũ est æqs, & qsq; si snia est honestõ tenere cum his q ab Aristippo Cyrenaici dñr. Cyrenaici vero sunt pħi, q ab Aristippo fluxere. Fuit aũt Aristippus Cyrenaicos. Quod oppidũ erat inter Ægyptum & Libyã. Fuit Aristippus assertor voluptatis, & Socratis auditor. Ste. lib. vltimo. Aristippus Socraticus Cyrenaicam pħiam instituit, & Areta, filia eius in schola successit, & Aristippus filius q matri successit & Metrodidactus cognominatus est, & Anniceris q Cyrenaicam sectam vr̃ emẽdasse, & Anniceriã ab eo deriuasse. Cyrenaici & Epicurei oĩa trahebãt ad cõmodũ suũ, vt intelligamus in quo ij differẽt. Anniceeij ab ijs in ceteris qdẽ rebus nõ dissentiebãt. Relinquebãt aũt amicitiã in vita & grãm, honoremq. aduersus parẽtes, & ꝓ pr̃ia ꝑclaꝝ aliqd facimus. Cũ Cyrenaici & Epicurei dicerẽt nec patriæ qdẽ causa aliqd faciẽdũ esse nec parẽtũ quod à voluptate alienũ esset, summum bonum in voluptate summũ malũ in dolore ponebant, & oĩa ad vtilitatem suam referebant. Cõtra quos Cic Nam quę voluptate inqt quasi mercede aliqua ad offm̃ impellit, ea nun est virtus, sed fallaa imitatio simulatio quę virtutis. Nã nisi illa voluptas esset, non sequeremur virtutẽ sed pp virtutem sequitur voluptas. ea virtute enim, maximam voluptatẽ capimus, sed illi non excludebant amicitiam, de qbus Cic. ait. Est ẽt, inquit, ipsi earum amoris nomẽ, vnde amicitia nominata est, quam si ad cõmoda nostra referimus ea non est amicitia, sed mercatura vtilitatis. Esto.n. agri coluntur, & pecora q ex his fructus ꝑcipitur. (Obsoletis) Antiquatis, sublatis. (Velis & eqs) Prouerbialiter dcm̃. (Nam si non modo &c.) Causam ostẽdit quæ potissimum voluptatem efficiat, est aũt ea bona ualetudo. Nam quia oĩa ad uoluptatem referunt, nihil vtilius vr̃ esse valetudine, sed si hoc inqt Cic. sequi voluerimus, vt vita beata in valetudine consistat, nullo modo sequi virtutem possumus, hocq. ita esse euidentissimis probat rõnibus. (Eiusdẽ cõstitutionis sp.) Metrodorus.n. dixit non solũ in corpore bene composito beatã vitam consistere, sed ẽt in spe bene constituendi corporis, quia ẽt si corpus non bene cõpositum sit, & tñ bene componendi spes sit, nihilominus vitam beatam esse uolunt. Metrodorus aũt is discipulus fuit Epicuri, & Atheniẽsis fuit, & alius eiusdẽ sectæ Stratonicẽsis. (Certe hæc vtilitas) Si hoc beatitudinis fundamentum est. s. corpus bene constitutõ esse, si cum virtute sentiret, dissentit aũt: ideo falsum est. (Nã vbi primum prudẽtiæ) Incipit argumentari ꝯtra sniam illam Metrodori ꝓgrediens per oẽs virtutes, & eiusmodi fundamentũ ab oibus uirtutibus alienũ esse, oñdit, videlicet à prudẽtia &c. nõ igr̃ probandum est fundamentum illud sed potius vituperandum. Dabitur. s. huic fundamẽto qḋ beatitudinis esse dñt. (Suauitates) Ad firmandas corporis cõstitutiones hoc vr̃ prodesse, vt vndiq; conqrat quæ voluptati ꝯsentiant, at vero suauitas & iucũditas voluptati consentiũt, ergo suauitas vndiq; ꝯquiratur, quod si est, qũo cum prudẽtia poterit hr̃e cõmercium? q. d. nullum hr̃e poterit. q vndiq; suauitates & iucunditates quærit, voluptati seruit, qua seruitute nihil esse põt ignominiosius, si pp voluptatẽ virtutẽ seqtur Epicureus, ergo voluptati seruit. Sed vbi uoluptas fuerit illic q esse virtus põt? probat aũt primo per spẽm. prudentia est virtus, q virtutẽ quærunt pp voluptatem, faciunt contra prudentiã, & qa pars seqtur suum genus, faciunt gñaliter cõtra virtutem. (An legere vt intelligãt &c.) Cur inquit quotidie legunt pħi studijs litterarum dedit? Nunquid ut intelligant, quid sit voluptas? Prudens .n. in veri inuestigatione uersatur, nihil certe esset turpius quam ideo legere, ut uoluptate compararet. (Iam qui dolorem &c.) Probauit prius à gñe, deinde à specie, Methrodori fundamentum, uerum non esse, nunc ostẽdit nullũ posse hr̃e cum fortitudine cõmercium. Fortitudo .n. consistit in aggressione periculoꝝ pro patria, pro parentibus, amicis &c. Qui aũt summum bonum in uoluptate ponunt, necessario summum malum in dolore constituunt. Si fortitudo consistit in arduis rebus appetendis, arduæ aũt res sine labore, & ꝯñr sine dolore effici non pñt, intelligitur nullum hr̃e posse fortitudinem cum uoluptate cõmercium. (Quæ est dolorum &c.) Probat à diffinitione non posse locum hr̃e fortitudinem apud eos, qui voluptatem dñt esse summum bonum. (Quamuis.n. multis locis) Tacitę occurrit obiectioni, quia dicere posset aliqs, ò Cic. vide quid dicas, non .n. ita est vt disputas, qḋ dolorem summum malum putent illi pħi, nam multa disputat de dolore Epicurus ostendens nullum tñ dolorem esse dr̃e, vt vir sapiens ab offõ desistat. Rñdet Cic. q̃uis multa disputent de dolore, tñ non considerandum est, quid dicant, sed qd conuenire videatur, nam q bona voluptate terminauerint, mala dolore terminent ꝯsetaneum est. sic aũt de dolore disputat Epicurus: Quouis dolor aut paruus est, aut mediocris, aut intẽsus, si paruus est, contẽnendus est, si mediocris, facile tolerãdus, si vero intensus, breuis, ergo ois dolor contemnendus est. dicebat ppea languorem quantumlibet magnus sit, diminui posse cogitatione uoluptatis, ut qui in eculeo positus sit, si voluptatem aliq̃ aio conceperit quam vel habuerit, vel hr̃e sperat, dolorem non sentire, sed vellẽ, inqt, Epicuꝝ ipsum prius periculũ facere. (In aqua heret) Prouerbialiter dcm̃, hoc est nihil fundamenti habet. (Atque in his tribus) Dicit Epicureos de prudentia, fortitudine, atque modestia probabiliter dicere aliquid, de iustitia aũt nihil esse quod differere possint, nam ab eo prorsus alienum est eoꝝ dogma, quod ad voluptatem oia refertur. q.n. sua ipsius cõmoda tm̃modo respicit, iustitia nullo modo seruare põt. (Tergiuersantur) Disputant. Tergiuersari est dubitare & dubitando tps conterere. Sed hoc loco tergiuersari est fallere, & dcm̃ mutare. Plaut in Amp. Versipellẽ se fecit qñ lubet: sic interpretatur Marcellus, & citat hũc locum. (Prudentiã &c.) Recte inquiũt beatitudinẽ in voluptate ponimus, nam id prudẽtia requirit. Et probant ad diffõne. Diffiniunt.n prudentiam esse sciam suppeditantem uoluptates, & depellentem dolores, quod si est, sine dubio contitendũ est beatam vitam in voluptate positã esse. (Fortitudinẽ quoque &c.) Aliquo modo expediunt. i. explicant fortitudinẽ, ne uideatur esse aliena à dogmate suo si verum est fortitudinem esse rõnem negligendæ mortis & perpetiẽdi doloris, seqtur veꝝ esse qḋ brũs sit qui voluptatis rõnẽ habet. (Tẽperantiam &c.) Sed uescio, inqt, qũo hoc fieri possit, vt qui in voluptate summum bonum ponit, ostendere rõnem possit, cur uoluptas non sit inimica modestiæ. Nam voluptas & modestia contraria vñr, quod cum ita sit, fieri q põt, vt qui in voluptate beatã vitam ponit, modestiæ rõnem hr̃e possit? ppea Cic. ait non facillime illi qdem disputant, sed quoquo modo pñt. (Dñt.n. doloris &c.) Hæc ergo est modestia siue temperantia, si magnitudine, voluptatis minuitur dolor, nunquid in hoc vr̃ esse temperantia? nõ facile apparet quod magnitudine voluptatis minuatur dolor. Si dolor minuitur temperantia, si respicit ad maiorẽ uoluptatẽ, voluptas est quæ tristitiam depellit, sed hæc uoluptas sequitur ex cõtinentia quantoq. maior fuerit uoluptas tanto minor tristitia, tanta poterit esse uoluptas ut nulla tristitia remaneat & hoc modo probat, Continentia siue tẽperantia est abstinere a rebus Venereis, cibo, potu, somno, & ceteris eiusmodi quæ uoluptatẽ afferunt, sed quanto quis diutius abstinuerit à rebus Venereis, tanto is deinde appetentius cupit, & maiori voluptate afficitur. Eodem modo quia cibo & potu abstinuerit, postea auidius capit, & pari rõne q diutius vigilauerit somnũ postea suauiorẽ capiet, hoc est ergo qḋ debent Epicurei, non sine dolore abstinere nos à rebus Venereis, & ceteris eiusmodi. nam & continẽtia tristitiam affert. deinde cum ijs à quibus abstinueris, postea uti cœpis maiorẽ sentis voluptatẽ, q̃ maxima erit doloris diminutio. hanc igr̃ rõnem adducunt cum dñt aliquem hr̃e congruentiã cum tẽperantia voluptatem, magnitudine voluptatis afferentes dolorẽ minui. (Iustitia vacill.) De iustitia, inquit, nihil disputãt. Nã apud eos notat iustitia, & qa parꝝ dixisse uidebatur uacillat, subtinnat, iacet. (Cõferamus igitur in pauca) Satis ꝓbauit ab oĩ virtute dissentire eũ, q summum bonum in mediocritate ponit. quare nunc ꝯcludit, & quæ tã multis uerbis disseruit, paucis complectitur. (Calliphonem &c.) Ij pħi quasi disceptatores esse voluerunt controuersiarum, quæ inter Epicureos erant, & pħos ceteros ut Stoicos, Peripateticos, Academicos, dicebant.n. honestati coniunctã esse uoluptatem, h. d. Cic. non inepte differere, si modo explicent, de qua voluptate sentiant. Nã si de aoimi loquũtur uoluptate illis assentitur, si de uoluptate corporis repugnat. uoluptas.o. corporis uitiosa est nõ simplex, sed ꝑ accñs, uoluptas ai nunq̃ uitiosa est, ut pħi uolunt, nihil est.n. aliud q̃ rõnis operatio. (Directuros) Determinaturos. (Ex rebus dissimilib.) Honestate & uoluptate, q̃ contraria sunt, finis bonoꝝ debet esse unus, & simplex. (Alio loco) Lib. de Fi. bon. & mal. (Nã ut tribuamus) Vt oino alieni uideamur à uoluptate, dicimus uoluptatẽ nihil hr̃e utilitatis, sed aliqd habere ꝯdimẽti, cibus optime cõditus facit iucũditatẽ, eodẽ mõ si honestati uoluptas accesserit, iucundior erit.

Restat)

ASCEN. REstat) Prosequitur de Temperantia dicens, Restat quarta pars virtutum principalium quæ continetur .i. perficitur decore, moderatione, modestia, continentia, temperantia. Igitur nunquid, sup. potest quidq̃ esse vtile qđ sit contrarium huic choro talium virtutum? q.d. minime. Atqui sed tñ phi nominati ab Aristippo Cyrenaici, atque Anicerij posuerunt oẽ bonum in voluptate, & censuerunt virtutem esse laudandam ob eã rem, q esset efficiens voluptatis. Quibus .s. phis obsoletis .i. reiectis floret Epicurus adiutor & auctor .i. assertor fere eiusdẽ sniæ. Decertandum est cum his .s. phis velis & equis .i. oi celeritate, & velox & equox, dr .i. in prouerbio est, nisi forte sit æquis .i. æquatis velis, quæ, vt Hom di. nauis maxime impellitur certandũ est, inq̃, snia .i. si volumus tueri ac retinere honestatẽ oi, nam non modo vtilitas, sed vita beata hois continetur firma cõstitutione corporis, eiusq. constitutionis spe explorata, vt scriptum est à Metrodoro, certe hæc utilitas & quidem summa (censet .n. sic) .i. qđ sit summa, pugnabit cum honestate. Nam vbi .i. in qua re dabitur primum locum prudentiæ, an vt sup. ipsa prudentia coinquinat .i. simul inquinat vndique suauitates, q̃ .i. quantum miset sup. est famulatus seruiẽtis voluptati. Aũt, pro sed, quod munus erit, aut dabitur prudẽtiæ, an intelligerue legere .i. eligere voluptates? fac .i. concede nihil esse iucundius illo, quid põt cogitari turpius ipso? q.d. nihil, nam qui dicat dolorem summum malum, quem locum habet apud eum fortitudo? q d. nullum. fortitudo dico quæ est contemptio .i. vilipensio dolox & malox, q̃uis n. Epicurus dicat in multis locis, sicut hic dicit satis fortiter de dolore, tñ non spectandum est id quid dicat, sed quid consentaneum .i. ceteris dictis ꝯforme sit, ei dicere q terminauerit bona .i. constituerit summum bonum in voluptate, & terminauerit mala .i. summum malum constituerit in dolore, vt si audiam illum de continentia & temperantia: Ille quidem dicit multa multis locis. Sed aqua heret, vt dñt illi in prouerbio est. Aqua aũt di hærere, qõ crassa est, & non profluit, sic & assertio herere dr quæ non approbatur. Nã quo potest is laudare Temperantiam qui ponat summum bonũ in voluptate? Est .n. Temperantia inimica libidinum: libidines aũt sunt coosectatrices .i. imitatrices, & comites perpetuæ voluptatis. Atque ipsi tergiuersantur .i. subterfugiunt non incallide .i. satis callide tñ in his tribus gñibus, prudentia, fortitudine, & tẽperantia. Ipsi introducunt .i. asserunt prudentiam esse scientiam suppeditantem .i. supprimentem voluptates & depellentem dolores. Et expediunt quoquo .i. quouis alio modo, cum tradunt sup. esse rationem negligendæ mortis & perpetiendi doloris. Illi ẽt inducunt temperantiam, non quidem facillime, sed quoquo modo pñt. Dñt .n. sup. temperantiam fieri magnitudine voluptatis & detractione doloris. Iustitia vacillat sup. apud eos, vel iacet .i. reijcitur potius, & oẽs hæ virtutes quæ cernuntur in cõitate, & in societate gñis humani, neq; .n. bonitas, nec liberalitas, nec comites esse potest, non plusq̃ amicitia. Si hæc non expetantur per se .i. referantur ad voluptatem vel vtilitatem. Conferamus igitur in pauca .i. paucis verbis quod volumus, absoluamus. Nam .i. quẽadmodum docuimus nullam esse vtilitatem, quæ esset contraria honestati. sic dicimus oẽm voluptatem esse contrariam honestati. Quo .i. pro quo ego iudico Calliphonem & Dinomachum phos .i. magis reprehendendos, qui putauerunt se dirempturos, aut potius dirempturos controuersiam, si copulauissent voluptatẽ cum honestate tanq̃ pecudem cum homine. honestas non recipit immo aspernatur, & repellit istam coniunctionem. Nec vero finis bonox & malox qui debet esse simplex, potest misceri & tẽperari ex rebus dissimilibus. Sed hactenus, sup. satis dictum sit de hoc. Enim, pro quia est sup. magna res disputata alio loco pluribus verbis. Nunc sup. redeamus ad propositum. Igitur quemadmodum, si qñ ea quæ videretur vtilitas, repugnat honestati dijudicanda fieret, satis disputatum est supra. Sin autem .i. sed si ẽt voluptas dicatur hr̃e ẽt spẽm vtilitatis, nulla coniunctio põt esse ei cum honestate. Nam vt tribuamus aliq̃d voluptati, habebit fortasse nõ nihil ꝯdimenti .i. delectationis, sed certe nihil vtilitatis.

DOCT. interpr. ET Ithacæ viuere ociose) Opinor Ithacam hic vsurpari ꝓ vrbe eius insulæ, alioqui mix non addidisse præpositionẽ, neque .n. permitteret hic sibi Cic. quod permisit Virg. Deuenere locos lætus &c. [Cuius ipse princeps] Sex senarij sunt, quos oportet in exemplaribus distinguere. Cuius, hic non efficit nisi vnicam syllabam, quemadmodũ apud Terent. eius, deos, monosyllaba sunt vbique. sic iustus, simili contractione sit dissyl. Et percepset legendum, pro percepisset. [O fides alma) Trochaicus est tetram. catal. Aptam dixit vndique concinnatam, vt Virg. Stellis ardentibus aptum. Cum quid ita contextum est gemmis, aut similibus, vt inter se contingant, nam ab ἅπτομαι, latina vox dicta videtur. [Iniussu .n. populi] Iussu tuo, iniussu tuo iussus feci iniussus fecisti. [Fœdus fecerat] Inire fœdus, ictum fœdus pactum fœdus, ferire fœdus, percussum fœdus, vsitatiora sunt, q̃uam facere fœdus, & ob id annotare visum est.

DOCT. interpr. O Fides alma) Et ex hoc patet, Fidem coluerunt, atque inter deos habuerũt Romani. [Atqui ab Aristippo) Aristippus Cyrenaicus fuit, unde nomen sectæ fuit. Et Anniceri dicti sunt ab Anniceré Cyrenaico.

PERORATIO OPERIS.

HABES à patre munus, Marce fili, mea quidem sententia magnum: sed perinde erit, vt acceperis. q̃q̃ tibi hi tres libri inter Cratippi cõmentarios, tanquã hospites erunt recipiendi. sed vt si ipse venissem Athenas; quod quidem esset factum, nisi me de medio cursu clara voce patria reuocasset; aliquando me quoque audires; sic, qm̃ his voluminibus ad te profecta vox mea est, tribues his tp̃is, quantum poteris; poteris autem, quantum voles. cum vero intellexero, te hoc scientiæ genere gaudere; tum & præsens tecum propediem, vt spero, &, dum aberis, absens loquar. Vale igitur, mi Cicero; tibiq persuade, te mihi quidem esse carissimum, sed multo fore cariorem, si talibus monimentis, præceptisq. lætabere.

PETRVS MARS. IMPONENS Cicero huic operi quasi fastigiũ & extremam manum, vertit sermonem ad filium captans à re ipsa beneuolentiam, & etiã à se, monens filium vt his præceptis & monimentis gaudeat, quæ ad ipsius eruditionem instituta sunt. [Sed perinde] Sic & tanti precij. [Vt] Sicut acceperis, nam si illud magni facies, magnũ erit, nam res tanti sunt, quãti æstimantur. Habes reuerendus præsul a Marso seruo munus multis vigilijs & sudoribus elucubratum, quod iuuenibus, & litterarum arcana ingressis profuturum arbitror. Sed ꝑinde erit apud te & alios, qui id quidq̃d est auspicio tuo lecturi sunt vt accepis, & nomen auctoritatemq. dederis, quod si mihi vt spero lectione tua & grato aĩo contigerit, ad maiora excitabor, ad quæ actũ me aĩo aspirare scias. Effice igitur quæso, vt prima hæc fœtura patris animum non reprimat, sed nominis & æternitatis ardore flagrãtem & ad altiora currentem admoris calcaribus impellat. Vale.

ADDI. COmmentarios) .i. libellos, & phicas cõmentationes e Peripatetico decreto tanq̃ hospites peregrini & Romana lingua scripti, & ad Stoicox imitationem elucubrati Academico tñ more, ac libertate. [Hoc sciẽ gñr) Morali institutione, ac bene, recteq. viuendi formulis, & institutis. [Monimentis,) Libris meã tibi memoriam subinde referentibus, & rõnem vitæ complexis: Qua parte phiæ nil posset excogitari vtilius, atque honestius.

FRAN. MAT. HAbes à patre) Peroratio est totius operis quod sua quidem sententia maximum esse munus dicit, vt magnam ex eo vtilitatem capere possit filius, si attente legere voluerit.

ASCEN. HAbes a patre) Perorat ostendens opus cõpletum. Ordo aũt est. O Marce fili tu habes à pr̃e munus quidem .i. certe mea snia .i. sm iudicium meum magnum, sed erit perinde ita magnũ, vt acceperis, q̃q̃ hi tres libri erunt recipiendi inter cõmentarios Cratippi, tanq̃ hospites, sed vt .i. quemadmodum si ego venissem Athenas, quod q̃dem esset factũ .i. qđ fecissem nisi pñia .i. negociũ patriæ reuocasset me de medio cursu clara voce tu audires quoq; .i. ẽt me aliqñ. Sic qm̃ mea vox est profecta à te his .i. in his voluminibus, tribue his tm̃ tp̃is quantum poteris, poteris aũt sup. tribuere quantum voles. Cum vero intellexero te gaudere hoc genere sciẽ, tum .i. tunc ego loquar tecum ꝓpediem .i. statim, ut spero, ex ñs pñs & abñs dum .i. qñ aberis. Igitur Cic. vale, q; , pro &, persuade tibi, te quidem .i. certe esse carissimum mihi, sed fore .i. futurũ esse multo cariorem, si lætabere .i. lætaberis & lætum te ostenderis, talibus monimẽtis .i. libris cũ te admonẽtibus. Aut lege monimẽtis, q; ꝓ &, talibus sup. ꝑceptis .i. institutionibus officij.

Habes quoque mi Stephane exemplationes nostras quãtum monuisti familiares, quas si tibi tuisq. gratas ac iucũdas intellexero, ad meliora maioraq. impuleris. Vale & tu virox optime.

M. TVLLII CICERONIS
LAELIVS, VEL DE AMICITIA,
AD T. POMPONIVM ATTICVM.

Dialogi personæ,

FANNIVS, SCAEVOLA, LAELIVS.

Q. MVCIVS augur multa nar
rare de C. Lælio, socero suo,
memoriter, & iucũde solebat,
nec dubitare illum in omni ser
mone appellare sapientẽ. ego
autem à patre ita eram dedu-
ctus ad Scæuolam, sumpta viri
li toga; vt, quoad possẽ, & mihi
liceret, à senis latere nunq̃ dis-
cederem. itaque multa ab eo prudenter disputata, multa
breuiter, & cõmode dicta, memoriæ mandabam; fieriq.
studebam eius prudentia doctior. quo mortuo, me ad põ
tificem Scæuolam contuli: quem vnum nostræ ciuitatis
& ingenio, & iustitia præstantissimum audeo dicere. sed
de hoc alias. nunc redeo ad augurem. cum sæpe multa
narraret, tum memini domi in hemicyclo sedentem, vt
solebat, cũ & ego essem vna, & pauci admodum familia-
res, in eum sermonem illum incidere, qui tũ fere erat mul
tis in ore. meministi .n. profecto, vt opinor, Attice, & eo
magis, ꝙ P. Sulpicio vtebare multum, cum is tribunus pl.
capitali odio à Q. Pompeio, qui tum erat consul, disside
ret, quicum coniunctissime, & amantissime vixerat, quan
ta hominum esset vel admiratio, vel querela. itaque tum
Scæuola, cum in eam ipsam mentionem incidisset, expo-
suit nobis sermonem Lælij de amicitia, habitum ab illo
secum, & cum altero genero, C. Fannio, M. filio, paucis
diebus post mortem Africani. cuius disputationis sniãs
memoriæ mandaui: quas in hoc libro exposui meo arbi-
tratu. quasi .n. ipsos introduxi loquentes; ne, inquam, &
inquit, sæpius interponeretur. atque id eo feci, vt tanquã
à præsentibus coram haberi sermo videretur. cum.n. sæ-
pe mecum ageres, Attice, vt de amicitia scriberem aliqd;
digna mihi res tum omnium cognitione, tum nostra fa-
miliaritate visa est: itaque feci non inuitus, vt prodessem
multis tuo rogatu. sed, vt in Catone maiore, qui est scri-
ptus ad te de senectute, Catonem induxi senẽ disputan-
tem; quia nulla videbatur aptior persona, quæ de illa æ-
tate loqueretur, quam eius, qui & diutissime senex fuisset,
& in ipsa senectute præ ceteris floruisset: sic, cum accepis
semus à patribus, maxime memorabilẽ C. Lælij, & P. Sci
pionis familiaritatẽ fuisse; idonea mihi Lælij persona vi
sa est, quæ de amicitia ea ipsa dissereret, quæ disputata ab
eo meminisset magister meus Scæuola. genus aũt hoc ser
monem positum in hoĩum veterum auctoritate, & eorũ
illustrium, plus nescio quo pacto vr̃ hr̃e grauitatis. itaq;
ipse mea legens sic afficior interdum, vt Catonẽ, non me,
loqui existimem. sed, vt tum ad senem senex de senectu
te, sic in hoc libro ad amicũ amicissimus de amicitia scri
psi. tum est Cato locutus, quo erat nemo fere senior tẽpi-
bus illis, nemo prudentior: nunc Lælius, & sapiẽs, (sic.n.
est habitus) & amicitiæ gloria excellẽs, de amicitia loqui
tur. tu velim à me aĩum parumper auertas, Lælium loqui
ip̃m putes. C. Fannius, & Q. Mucius ad socerum veniunt
post mortem Africani ab ijs sermo oritur; rñdet Lęlius:
cuius tota disputatio est de amicitia: quam legens tu ip-
se cognosces. FAN. Sunt ista vera, Læli. nec.n. melior
vir fuit Africano quisq̃, nec clarior. sed existimare debes,
oĩum oculos in te esse coniectos. vnum te sapientę & ap
pellant, & existimant. tribuebatur hoc modo M. Catoni.
scimus L. Acilium apud patres nr̃os appellatum esse sa-
pientem: sed vterque alio quodã modo: Acilius, q̃a pru
dens esse in iure ciuili putabatur: Cato, q̃a multarum re
rũ vsum habebat, multaq. eius & in senatu, & in foro vel
prouisa prudenter, vel acta constanter, vel rñsa acute fere
bantur, ꝓpea quasi cognomen iam habebat in senectute
sapientis. te aũt alio quodã modo, dñt, non solum natura,
& moribus, verum ẽt studio, & doctrina esse sapientẽ; nec
sicut vulgus, sed vt eruditi solent appellare sapientẽ; qua
lem in reliqua Græcia neminem. nam, qui septem appel
lãtur, eos, qui ista subtilius quærunt, in numero sapiẽtum
non hñt. Athenis vnum accepimus, & eũ quidem ẽt Apol
linis oraculo sapientissimum iudicatum hanc esse in te sa
pientiam existimant, vt oĩa tua in te posita esse ducas, hu
manosq. casus virtute inferiores putes. itaque ex me quę
runt, credo ex hoc item Scæuola, quonam pacto mortem
Africani feras, eoq. magis, ꝙ his proximis nonis, cum in
hortos D. Bruti auguris cõmentandi caussa, vt assolet, ve
nissemus, tu nõ affuisti, q̃ diligentissime semper illum diẽ
& illud munus solitus esses obire. SCAE. Quærunt qui-
dem, C. Læli, multi, vt est à Fannio dictum: sed ego id re
spondeo, quod animaduerti, te dolorem, quem acceperis
cum summi viri, tum amantissimi morte, ferre moderate,
nec potuisse non cõmoueri, nec fuisse id humanitatis tuę:
ꝙ aũt his nonis in collegio nr̃o non affuisses, valetudinẽ
caussam, non mœstitiam fuisse. LAEL. Recte tu quidẽ,
Scæuola, & vere. nec.n. ab isto officio, quod semper usur
paui cum valerem, abduci incõmodo meo debui: nec vl
lo casu arbitror hoc constanti hoĩ posse contingere, vt vl
la intermissio fiat officij. Tu aũt, Fanni, ꝙ mihi tm̃ tribui
dicis, quantum ego nec agnosco, nec postulo, facis amice.
sed, vt mihi videris, nõ recte iudicas de Catone. aut.n. ne-
mo, quod quidẽ magis credo, aut, si quisq̃, ille sapiẽs fuit.
quo modo enim (vt alia omittam) mortem filij tulit? me
mineram Paullum, videram Caium: sed hi nec cõparan-
tur Catoni, maximo, & spectato viro. quamobrem caue
Catoni anteponas ne istum quidem ip̃m, quem Apollo,
vt ais, sapiẽtissimum iudicauit: huius.n. facta, illius dicta
laudãtur. De me aũt, (vt iam cum vtroq; loquar) sic habe
tote.

tote. Ego si Scipionis desiderio mē moueri negem, q̃ id
recte faciam, viderint sapientes: sed certe mentiar. mo-
ueor .n. tali amico orbatus, qualis, vt arbitror, nemo vnq̃
erit, &, vt confirmare possum, nemo certe fuit. sed non e-
geo medicina: me ipse consolor, & maxime illo solatio,
ꝙ eo errore careo, quo, amicorum decessu, plerique angi
solent. nihil .n. mali accidisse Scipioni puto. mihi acci
dit, si quid accidit. suis aũt incōmodis grauiter angi, non
amicum, sed seipsum amantis est. Cum illo vero quis ne-
get actum esse præclare? nisi .n. quod ille minime puta-
bat, immortalitatem optare vellet: quid non est adeptus,
quod homini fas esset optare? qui summam spem ciuiũ,
quam de eo iam puero habuerant, continuo adolescens
incredibili virtute superauit: qui consulatum petijt nũ-
quam, factus est consul bis, primum ante tp̄s, iterum sibi
suo tpe, reip. pene sero: qui, duabus vrbibus euersis, ini-
micissimis huic imperio, non modo præsentia, verum ēt
futura bella deleuit. quid dicam de moribus facillimis?
de pietate in matrē, liberalitate in sorores, benignitate in
suos, iustitia in oēs? hæc nota sunt vobis. q̃ aũt ciuitati
carus fuerit, mœrore funeris indicatum est. Quid igitur
hunc paucorum annorum accessio iuuare potuisset? se-
nectus .n. quamuis non sit grauis. vt memini Catonem
anno ante, quàm mortuus est, mecum, & cum Scipione
disserere, tamen aufert eā viriditatem, in qua ēt nunc erat
Scipio. quamobrem vita quidē talis fuit vel fortuna, vel
gloria, ut nihil posset accedere: moriendi aũt sensum ce-
leritas abstulit. quo de genere mortis difficile dictu est:
quid hoīes suspicentur, uidetis. hoc tamen vere licet dice
re, P. Scipioni ex multis diebus, quos ī vita celeberrimos,
lætissimosq́. viderit, illum diem clarissimum fuisse, cum,
senatu dimisso, domum reductus ad vesperam est à patri
bus cōscriptis, à populo R. socijs, & Latinis, pridie q̃ ex-
cessit è vita: vt ex tā alto dignitatis gradu ad superos vi
deatur potius, q̃ ad inferos peruenisse. neq; .n. assentior ijs,
qui hæc nuꝑ disserere cœperunt, cũ corporibus simul aīos
interire, atq; oīa morte deleri. plus apud me antiquorum
auctoritas valet, vel nostrorũ maiorum, qui mortuis tā re
ligiosa iura tribuerunt: qđ non fecissent ꝑfecto, si nihil
ad eos ptinere arbitrarētur; vel eorũ qui in hac terra fue
runt, magnamq́. Græciā, q̃ nunc quidē deleta est, tũc flo-
rebat, institutis, & pceptis suis erudierunt; vel eius, q̃ A-
pollinis oraculo sapientissimus est iudicatus. q̃ non tum
hoc, tum illud, vt in plerisque, sed idē dicebat semꝑ, aīos
hoīm esse diuinos, ijsq́., cum è corpore excessissent, redi-
tum ad cælũ patere, optimoq́., & iustissimo cuiq; expe
ditissimum. qđ idē Scipioni videbatur: qui, idem quasi
ꝓsagiret, ꝑpaucis ante mortem diebus, cum & Philus, &
Manilius adessent, & alij plures, tuq́. ēt, Scæuola, mecũ ve
nisses, triduũ disseruit de rep. cuius disputationis fuit ex-
tremum fere de immortalitate aīorum: quæ se in quiete
ꝑ visum ex Africano audisse dicebat. Id si ita est, ut opti
mi cuiusque aīus in morte facillime euolet tanq̃ è custo-
dia, vinculisq́. corporis: cui censemus cursum ad deos fa
ciliorē fuisse, q̃ Scipioni? quocirca mœrere hoc eius euen
tu, vereor, ne inuidi magis, q̃ amici sit. Sin aũt illa veriora,
vt idem interitus sit aīorum, & corporum, nec vllus sensus
maneat: vt nihil boni est in morte, sic certe nihil mali. sen
su .n. amisso, fit idem, quasi natus non esset oīno: quem tñ
esse natum, & nos gaudemus, & hæc ciuitas, dum erit, læ-
tabitur. Quāobrem cum illo quidem, vt supra dixi, actũ
optime est, mecum aũt incōmodius, quem fuit æquius, vt
prius introieram in vitam, sic prius exire de vita, sed tñ re
cordatione nostræ amicitiæ sic fruor, ut beate vixisse vi-
dear, quia cum Scipione vixerim. quocum mihi coniun-
cta cura de rep. & de priuata fuit: quocum domus fuit, &
militia cōis, &, id, in quo est omnis vis amicitiæ, volunta-
tum, studiorum, sñiarum summa consensio. itaque non
tam ista me sapiæ, quam modo Fannius cōmemorauit, fa
ma delectat, falsa presertim; q̃, ꝙ amicitiæ nostræ memo
riam spero sempiternam fore: idq́. mihi eo magis est cor
di, ꝙ ex omnibus sæculis vix tria, aut quatuor noīantur
paria amicorum. quo in genere sperare videor Scipionis
amicitiam, & Lælij notam posteritati fore. FAN. Istud
quidem, Læli, ita necesse est, sed. qm̃ amicitiæ mentionem
fecisti, & sumus ociosi, pergratum mihi feceris, spero item
Scæuolæ, si, quemadmodum soles de ceteris rebus, cũ ex
te quæruntur, sic de amicitia disputabis, quid sentias, qua
lem existimes, quæ præcepta des. SCAE. Mihi vero per-
gratum hoc erit. atque id ipsum cum tecum agere cona-
rer, Fannius anteuertit. quamobrem vtrique nostrũ gra-
tum admodum feceris. LAEL. Ego vero non grauarer,
si mihi ipse confiderem. nam & præclara visa res est: &
sumus, vt dixit Fannius, ociosi. sed quis ego sum? aut q́
in me est facultas? doctorũ est ista consuetudo, eaq́. Græ
corum, vt ijs proponatur de quo disputent q̃uis subito.
magnum opus est, egetq́. exercitatione non parua. q̃ob-
rem, q̃ disputari de amicitia possunt, ab eis, cēseo, petatis,
qui ista profitentur. ego vos hortari tm̃ possum, vt ami-
citiam oībus rebus humanis anteponatis. nihil est .n. tam
naturæ aptum, tā conueniens ad res vel secundas, vel ad-
uersas. Sed hoc primũ sentio, nisi in bonis amicitiā esse
non posse. neque id ad viuum reseco, vt illi, qui hæc subti
lius disserunt, fortasse vere, sed ad cōem vtilitatem parũ.
negant .n. quenq̃ virum bonum esse, nisi sapientem. sit ita
sane: sed eam sapiam interpretantur, quam adhuc morta
lis nemo est consecutus. nos aũt ea, quæ sunt in vsu, vitaq́.
cōi, non ea, quæ finguntur, aut optātur, sperare debemus.
Nunq̃ ego dicam C. Fabricium, M. Curium, T. Corun-
canium, quos sapientes nostri maiores iudicabant, ad isto
rum normam fuisse sapientes. quare sibi habeant sapiæ
nomen, & inuidiosum, & obscurum; concedantq́. vt hi
boni viri fuerint. Ne id quidem facient: negabunt id, nisi
sapienti, posse concedi. agamus igitur pingui Minerua,
vt aiunt. Qui ita se gerunt, ita viuunt, vt eorum probetur
fides, integritas, æquitas, liberalitas; nec sit in eis vlla cupi
ditas, vel libido, vel audacia; sintq́. magna constantia, vt
hi fuerunt, quos modo noīaui: hos viros bonos, ut habiti
sunt, sic ēt appellandos putemus; qui sequuntur, quantũ
hoīes pñt, naturam, optimam recte viuendi ducem. sic .n.
mihi perspicere videor, ita natos esse nos, vt inter oēs es-
set societas quædam, maior aũt, vt quisque proxime acce
deret. itaque ciues potiores sunt, quam peregrini, & pro-
pinqui q̃ alieni. cũ his .n. amicitiam natura ipsa peperit;
sed ea non satis habet firmitatis. nanque hoc ꝓstat amici
tia propinquitati, ꝙ ex propinquitate beneuolentia tolli
pōt, ex amicitia aũt non pōt. sublata .n. beneuolētia, ami
citiæ nomen tollitur, propinquitatis manet. quanta aũt
vis amicitiæ sit, ex hoc intelligi maxime potest, ꝙ ex infi
nita societate generis humani, quam conciliauit ipsa na-
tura, ita contracta res est, & adducta in angustum, vt om-
nis caritas, aut inter duos, aut inter paucos iungeretur.

Est

Est aũt amicitia nihil aliud, nisi omnium diuinarum, humanarumq́ rerum cum beneuolentia, & caritate summa consensio. qua quidem haud scio an, excepta sapiã, quidquam melius hoĩ sit à diis immortalibus datum. diuitias alij proponunt, bonam alij valetudinem, alij potentiam, alij honores, multi ẽt voluptates. belluarum hoc quidem extremum est; illa aũt superiora caduca, & incerta, posita non tam in nostris consilijs, q̃ in fortunæ temeritate. qui aũt in virtute summum bonum ponunt, præclare illi quidem, sed hæc ipsa virtus amicitiam gignit, & cõtinet: nec sine virtute amicitia esse vllo pacto potest. iam, virtutem ex consuetudine vitæ, sermonisq́. nostri interpretemur; nec metiamur eam, vt quidam indocti, verborum magnificentia; virosq́. bonos eos, qui hñr, numeremus, Paullos, Catones, Gallos, Scipiones, Philos. his cõis vita contenta est. Eos aũt omittamus, qui oĩno nusquam reperiantur. tales igitur inter viros amicitia tantas opportunitates habet, quantas vix queo dicere. Principio, quis potest esse vita vitalis, vt ait Ennius, qui non in amici mutua beneuolentia cõquiescat? quid dulcius, q̃ habere, quocum omnia audeas sic loqui, vt tecum? quis esset tantus fructus in prosperis rebus, nisi hẽs, qui illis æque, ac tu ipse, gauderet? aduersas vero ferre difficile esset sine eo, qui illas grauius ẽt, q̃ tu, ferret. denique ceteræ res, quæ expetuntur, opportunæ sunt singulæ rebus fere singulis; diuitiæ, vt vtare; opes, vt colare; honores, vt laudere; uoluptates, vt gaudeas; valetudo, vt dolore careas, & muneribus fungare corporis: amicitia plurimas res continet; quoquò te verteris, præsto est; nullo loco excluditur; nunq̃ intempestiua, nunq̃ molesta est: itaque non aqua, nõ igni, (vt aiunt) pluribus locis vtimur, q̃ amicitia. neque ego nunc de vulgari, aut de mediocri, quæ tñ ipsa delectat, & prodest, sed de vera, & perfecta loquor; qualis eorum, qui pauci noĩantur, fuit. nam & secundas res splendidiores facit amicitia, & aduersas partiens cõicansq. leuiores. cumq́. plurimas, & maximas cõmoditates amicitia contineat, tum illa nimirum præstat oĩbus, q̃ bona spe prælucet in posterum: nec debilitari animos, aut cadere patitur. verum .n. amicum qui intuetur; tanquam exemplar aliquod intuetur sui. quocirca & absentes adsunt, & egẽtes abundant, & imbecilles valent, &, quod difficilius dictu est, mortui viuunt: tantus eos honos, memoria, desiderium prosequitur amicorum. ex quo illorum beata mors vr̃, horum vita laudabilis. q̃ si exemeris ex natura rerum beneuolentiæ coniunctionem: nec domus vlla, nec vrbs stare poterit; nec agri quidem cultus permanebit. Id si minus intelligitur; quanta vis amicitiæ, concordiæq́. sit, ex dissensionibus, atque ex discordijs percipi potest q̃.n. domus tam stabilis, quæ tam firma ciuitas est, quę non odijs, atque dissidijs funditus possit euerti? ex quo, quantum boni sit in amicitia, iudicari põt. Agrigentinũ quidem, doctum quendam virum, carminibus græcis vaticinatum ferunt; quæ in rerum natura, totoq́. mundo constarent, quæq́. mouerentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam. atque hoc quidem oẽs mortales, & intelligunt, & re probant. itaque, si qñ aliquod officium extitit amici in periculis aut adeũdis, aut cõicandis, quis est, qui id non maximis efferat laudibus? qui clamores tota cauea nuper in hospitis, & amici mei, M. Pacuuij in noua fabula? cum ignorante rege, vter eorum esset Orestes, Pylades Orestem se esse diceret, vt pro illo necaretur; Orestes aũt, ita vt erat, Orestem se esse perseueraret? stantes aũt plaudebant in re ficta: quid arbitramur in vera fuisse facturos? facile indicabat ipsa natura vim suam; cum homines, quod facere ipsi non possent, id recte fieri in altero iudicarent. Hactenus mihi videor, de amicitia quod sentirem potissime dixisse. si qua præterea sunt, (credo aũt esse multa) ab iis, si videbitur, qui ista disputant, quæritote. FAN. Nos aũt à te potius. quanquam ẽt ab istis sæpe quæsiui, & audiui, non inuitus equidem: sed aliud quoddam expetimus filum orationis tuæ. SCAE. Tum magis id diceres Fanni, si nuper in hortis Scipionis, cum est de rep. disputatum est, affuisse. qualis tum patronus iustitiæ fuit contra accuratam orationem Phili? FAN. Facile id quidem fuit, iustitiam, iustissimo viro, defendere. SCAE. Quid amicitiam? non ne facile ei erit, qui ob eam, summa fide, constantia, iustitiaq́. seruatam, maximã gloriam ceperit? LAEL. Vim hoc quidem est afferre. quid .n. refert, qua me ratione cogatis? cogitis certe. studijs .n. generorum, presertim in re bona, cum difficile est, tum ne æquum quidem obsistere. Sæpissime igitur mihi de amicitia cogitanti, maxime illud considerandum videri solet, num pp imbecillitatem, atque inopiam desideranda sit amicitia, vt in dandis, recipiendisq́. meritis, qđ quisque minus p se posset, id acciperet ab alio, vicissimq́. redderet; an esset hoc quidem proprium amicitiæ, sed antiquior, & pulchrior, & magis à natura ipsa profecta alia caussa esset. amor .n. ex quo amicitia est nominata, princeps est ad beneuolentiam coniungendam. nam vtilitates quidem etiam ab iis percipiuntur sæpe, qui simulatione amicitiæ coluntur, & obseruantur tpis caussa. in amicitia aũt nihil fictum, nihil simulatum; &, quidquid in ea est, id & verũ, & voluntarium est. quapp à natura mihi vr̃ potius, quàm ab indigentia, orta amicitia, applicatione magis animi cum quodam sensu amanti, quàm cogitatione, quantũ illa vtilitatis esset habitura. quod quidem quale sit, ẽt in bestijs quibusdam aĩaduerti põt, quæ ex se natos ita amant ad quoddam tps, & ab eis ita amantur, ut facile earum appareat sensus. Quod in hoĩe multo est euidentius: primum ex ea caritate, quæ est inter natos, & parentes, quæ dirimi nisi detestabili scelere non potest: deinde, cum similis sensus extitit amoris, si aliquem nacti sumus, cuius cum moribus, & natura congruamus; q̃ in eo quasi lumen aliquod probitatis, & virtutis pspicere videamur. nihil est .n. amabilius virtute; nihil, quod magis alliciat hoĩes ad diligendum: quippe cum pp virtutem, & probitatem eos ẽt, quos nunquam vidimus, quodam modo diligamus. quis est, qui C. Fabricij, M. Curij cum caritate aliqua, & beneuolentia memoriam nõ vsurpet, quos nunquam viderit? quis aũt est, qui Tarquiniũ Superbum, qui Sp. Cassium, Sp. Melium non oderit? cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum est, Pyrrho, & Annibale. ab altero pp probitatem eius non alienos aĩos habemus: alterum, pp crudelitatem eius, semp hæc ciuitas oderit. q̃ si tanta vis probitatis est, vt eã vel in eis, quos nunquam vidimus, vel, quod maius est, in hoste ẽt diligamus: quid mirum, si animi hoĩum moueantur, cum eorum, quibuscum vsu coniuncti esse possunt, virtutem, & bonitatem perspicere videantur? quanquam confirmatur amor & beneficio accepto, & studio perspecto, & consuetudine adiuncta. quibus rebus ad illum primum motum animi, & amoris adhibitis, admirabilis q̃dã

exardescit beneuolentiæ magnitudo. quam si qui putant ab imbecillitate proficisci, vt sit per quam quisque assequatur quod desideret: humilem sane relinquunt, & minime generosum (vt ita dicã) ortum amicitiæ; quam ex inopia, atque indigentia natam volunt. quod si ita esset; vt quisque minimum in se esse arbitraretur, ita ad amicitiam esset aptissimus. quod longe secus. vt.n.quisque sibi plurimum confidit, & vt quisque maxime virtute, & sapiã sic munitus est, vt nullo egeat, suaq. oĩa ĩ seipso posita iudicet; ita in amicitijs expetendis, colendisq. maxime excellit. quid enim? Africanus erat indigẽs mei? Minime hercule. at ne ego quidem illius. sed ego admiratione quadã virtutis eius, ille vicissim opinione fortasse nonnulla, quam de meis moribus habebat, me dilexit. auxit beneuolentiam cõsuetudo. sed q̃q̃ vtilitates multæ, & magnæ cõsecutæ sunt, nõ sunt tñ ab earum spe caussa diligendi ꝓfectæ. vt .n. benefici, liberalesq. sumus, nõ vt exigamus gratiã, (neque.n. beneficiũ fœneramur) sed natura ꝓpensi ad liberalitatem sumus: sic amicitiã, nõ spe mercedis adducti, sed q eius oĩs fructus in ipso amore inest, expetendã putamus. Ab ijs vero qui pecudũ ritu ad voluptatẽ oĩa referunt, longe dissentimus: nec mirũ: nihil .n. altũ, nihil magnificũ, nec diuinũ suspicere pñt, q oẽs suas cogitationes abiecerũt in rem tã humilem, tamq cõtemptã. q̃obrem hos quidem ab hoc sermone remoueamus: ipsi aut intelligamus, à natura gigni sensum diligendi, & beneuolentiæ caritatem, facta signĩone ꝓbitatis: quã qui appetiuerũt, applicãt sese, & propius admouent, ut & usu eius, quẽ diligere cęperũt, fruãtur, & moribus; sintq. pares in amore, & æquales, ꝓpensioresq ad bene merẽdũ, q̃ ad reposcendum; atque hæc inter eos sit honesta certatio. sic & vtilitates ex amicitia maxime capiẽtur: & erit eius ortus à natura, q̃ ab imbecillitate, grauior, & uerior. nam si utilitas amicitias cõglutinaret, eadem cõmutata dissolueret: sed, quia natura mutari non põt, iccirco veræ amicitiæ sempiternæ sunt. Ortum quidem amicitiæ videtis nisi quid adhuc forte vultis. FAN. Tu vero perge, Læli. pro hoc .n. qui minor est natu, meo iure rñdeo. SCAE. Recte tu quidem. quamobrem audiamus.

PETRVS MARS.

Q. Mucius augur) Futuræ tractationi de amicitia cõmodissimũ patefacit ꝑfatio hæc aditũ. Siqdẽ recitendis eo disputationib. q prius amãtissime vixerãt, & sanctissime ad explicãdas tãtæ uirtutis dotes, pellẽdasq. velis & eqs ẽ cõr vita discordiã & inimicitiẽ, qbus priuatæ res ac publicæ labefactantur, & corruunt nõ minus utiliter quã apte descẽditur. Nec nõ tõnẽ, & viã disputationis apiens, eo aios ꝯciliat, quos dociles, & ingeniosua parẽs nã creauit, & ad disciplinã ꝓpte ꝯtendẽtes. Iꝫ res cognitione dignissima suis formulis exponẽda ꝓponat & in ꝑsonis decorũ seruetur, qd auctoritatẽ vel maximã orõni cõciliat, & gratiã. [Q. Mucius] Mos fuit auct. Asc. Pæd. cũ aliquo ciuis R. ondẽdus esset, ut signaret aut ꝑnoie suo, aut noie, aut cognomine, aut tribu, aut magratu. [Augur] Munere augurãdi honestatus. de augurũ corpe siue collegio dcm est, ut opinor satis in Diuin. diceturq in Leg. [Memoriter] Recordãter ita dixeri ꝑmpte, ac tenaci memoria, q beniuolũ oñdit aim & gratũ. [Iucũde] delectabiliter. i. cũ caritate, iucunditate, lætitiaq.. [In oi sermone] Quacũque tractatione, colloqoq., & sic innuebat Læl. habuisse ꝯsummatã eruditionẽ in oi gñe rerũ & artiũ, siue disciplinarũ. [Sapientẽ] Perfecta cognitione ꝑditũ. [Deductus] In disciplinam datus. [Ita] Tali forte ꝯdõneq., ut ꝑ ueib. adhæreret ꝯsummatissimo moderatori Scæuolæ, mõ id sp liceret, ne. s. importunitate offenderet occupatione uaria districtus senex. [Sũpta uirili toga] Deposita ꝑtexta post 14. annũ. Tenet memoria, toge Sen. qd gaudium senseris cum ꝑtexta posita sumpsisti uirilẽ togã, & in forum deductus es. [Disputata] Disserẽdo tractata & declarata in ciuili, iure põtificioq.. [Breuiter] Sentẽtiose & cõpendiose. [Cõmode] apte utiliterq., cũ ꝓuerbiales essent sñiæ, vitæq. vsibus cõducentes ĩprimis, qualia sei unt apophthegmata Sapiẽtũ. [Studebã] studiose curabã. [Prũdẽtia] Cognitione, ac experiẽtia rerũ humanarũ, & ciuilis iuris. [Põtificẽ] Sũmũ eo t̃pe ac religione sacerdotẽ. [Ingenio] Naturali acumine atq; prudẽtia. [Iustitia] Bonitate, & æquitate. [Hemicyclo] Loco semirotũdo ꝑpe ianuã in quo senes cõmode de reb. priuatis rõcinabãtur, & publicis poscẽte vsu, cõsulti rñdebãt in iure, qd Scęuolarũ familia vel maxime ꝓfitebatur. In Bruto dicit Cic. Ego aũt iuris ciuilis studio multũ operã dabã Q. Scæuolæ, P. F. q q̃q nemini se ad docẽdũ dabat, tñ cõsulẽtibus rñdẽdo studiosos audiẽdi docebat. hæc Tullius. hũc cõsulẽdi morẽ tetigit Flaccus his versibus ad Augustũ Cæsarẽ, Romę dulce diu fuit, & solẽne reclusa Mane domo vigilare, Clienti ꝓmere iura, Cautos noibus rectis expẽdere nummos, Maiores audire, minores discere, ꝑ quę Crescere res posset, minui dãnosa libido. [Fere erat in ore] i. vniuersum repetebat, nihilq. aliud ferme in tota vrbe loquebãtur ciues. ita dicimus hoc fere sit quasi plerique oẽs id faciũt. [Eo] Tãto magis potes meminisse, qm frequẽs erat tibi vius & cõsuetudo cũ altero eorũ, de qbus erat cõis sermo. lege hist. apud Liu. lib. 77. & App. 1. bel. ciuil. [Capitali odio] ꝑnicioso, & acerbitate ai molestissimo. [Dissideret] Dissentiret, discordaret. [Qui cũ] Cũ quo Põpeio. [Cõiũctissime] Familiarissime. [Amãtissime] Amore ardẽtissimo, & feruẽtissimo. i. mutua caritate maximaq.. [Admiratio] Tanq̃ de re maxima & admiratione dignissima. [Querela] Expostulatio, qm talis magistratuũ discordia rõnibus publicis nocet maxime. vñ dicit cõmode Flaccus, Quidqd delirant reges, plectũtur Achiui. Arist. 8. Mor. dicit: Ciuitates ẽt amicitia cõtineri & legislatores circa hãc magis, quã circa iustitiã studẽt. cõcordia namq; simile qd amicitię vr esse, hãc aũt maxime affectãt. Seditionẽ vero, vt inimicã pellũt in primis. [Mẽtionẽ] Recordationẽ qua iter aperiret aptissime ad explicandas amicitiæ dotes & cõcordiæ cõmoda opportunitatesq. oẽs. [Mortẽ] Repẽtinũ casum Africani minoris. [Sñias] Documẽta, & formulas. [Exposui] Enarraui. [Arbitratu meo iudicio & volũtate] i. eo modo q mihi visus est cõmodissimus. [Ipsos] Læliũ & duos gños. [Quasi] Tanq̃ ipsi loquãtur, & nõ ego, cuius ꝑsona in hoc dialogo muta est, κωφὸν πρόσωπον Græci appellãt. [Ne Inq̃ & Inqs] i. ne dico, & dixit crebro incurrerẽt, qd accidisset, si ve Scæu exposuisse narrare voluissem. Plat. in Theeteto sic scribentẽ Cic. imitat̃. Hic liber nõ ita cõpositus est quasi Scæ. mihi referat, et reuera intulit, sed quasi cũ illis pñs disputet, cũ qbus disputasse mihi narrauit. ne igi molestũ esset sermq, & inqe, sępius interponeret his vitatis Scæ. ipm vna cũ illis disputantẽ induxi. [A põtibus] i. ab his q adesse viderẽtur, & corã. i. ꝑsenetaliter ita dixerim disputare. corã respicit qoasdã ꝑsonas. Virg. Corã quem q̃ritis ad sum. &, Nati corã me cernere lethũ Fecisti. Coram laudat, inquit Don. Terent. interpres, q apud alios aliquem laudat. & corã ad certas ꝑsonas refertur. palam gñaliter ad oẽs. [Ageres] Tractares. [Peteres familiaritate] Arctissima amicitia. [Non inuitus] Volẽti aio, & prõpto. [Floruisset] Claritatẽ habuisset, & quasi apicẽ senectutis, auctoritatẽ cõsequutus esset. [Accepissemus] cõpertũ est historicis monimẽtis hremus. [A patribus] A maioribus natu q illos nouerunt. [Memorabilẽ] Recordatione dignissimã, coniunctionem aiorũ, & consiliorũ oium. [Idonea] Decora & apta. [Dissereret] Disputaret, atq; statueret. [Disputata] Enucleata, & enodata. [Genus hoc sermonũ] i. dialogus grauitate ꝑsonarũ honestatus, & decoratus, & sic ꝓpositũ suũ atq; institutũ laudãs Cic. attẽtos reddit lectores, & tractationi parat auctoritatẽ. [Auctoritate] Excellẽtia, & æstimatione. [Illustriũ] Clarorũ, nobilissimorumq.. [Nescio quo pacto] Occulta quadã via & rõne. [Grauitatis] Pensi, dignitatis, & efficaciæ ad ꝑsuadẽdũ. [Afficior] moueor, & disponor, perinde ac aliena scripta legerẽ, q̃uis mea sint. [Prudẽtior] Experiẽtia rerũ instructior, & doctior. [Habitus] æstimatus, & notatus. [Gloria] Fama, & noie. [Excellẽs] Eximius, ꝑstãsq. ceteris in eo gñe laudis. [Auertas] Amoueas à Scæ. & Lęlio. admoneas quẽ cõmode induxi loquẽtẽ, vt disputationi cõpararet auctoritas. [Cognosces] Intelliges, ꝑcipies. [Sũt ista vera] q̃ de Africano memoras. vt eius casus grauiter ferẽdus esse amicis videat. [Melior] Iustior, & benignior in toga, & laudabili ciuilitate. [Clarior] Illustrior armorũ cauta solertia, & ai magnitudine in rebus magnificis, atq; arduis. [Existimare] Putare, arbitrariq. nõ posse occultũ esse qd agis, & oẽs veluti recte viuẽdi normã cõtẽplari prudẽtiã tuã, & inde casus aduersos prudẽter ferre, moderateq ediscãt, exẽpla siqdẽ celerius, & efficacius erudiũt quã ꝑcepta, quorũ iter lõgius est & sinuosius. [Cõiũctos] immissos, directos.

[Vnū solū.[Sapiētē)In oī gñe disciplinaꝝ & eeꝝ peritissimum.
[Appellāt)Noiant.[Existimāt)Aio iudicāt.[Hoc) Esse sapientē.
[Modo)Paullo ante.[Aciliū)Hic primus à ppło sapiēs appellat⁹
est,vt hr̄ in principio Digestoꝝ.[Patres)Maiores.[Alio mō)Di-
uersis respectib.[Prudēs)Eruditus,& cautus.[Vsum)Experiētiā,
vt dcm̄ est in Catone maiori ex Plutarchi snīa.[In Senatu)In pu
blicis ꝯsultationibus q̇ prudētiā vel maximā reqrūt, & hæc lōgo
reꝝ vsu cōparat.[In foro)In iudicijs q̇ in foro exercebant.[Pro
uisa)p̄cognita,& ꝑspecta in publicis negocijs,& suasionibus.Pru
dētia a pmouēdo dicta est,& idē est qđ ante videre,futuraq. ex p̄-
teritis cognoscere.[Acta)Tractata & dicta i iudicijs grauiter,aio
se,ꝑfracte.[Acute)Ingeniose & salse.collegit ēt Cato Censorius
multa a multis facete dicta,q̇ celeritatē ingenij arguūt & q̇ si dex-
teritatē quādā.[Ferebātur)Vulgabātur.[Quasi cognomē) E re
ipsa ducta appellationē,& noua sapiæ accessione cognominabat,
siqdē Cato sapiēs,et tali cognomēto distinguerer a ceteris & ho
nestaretur.[Alio modo)Diuersa rōne atq; respectu.[Natura)In
genio & dotib⁹ natura ingenitis.virtutes etenim naturales dn̄t,
q̇ suapte natura ingenerātur,vt docilitas,& memoria,q̇ eno inge
nij noie appellātur.[Et mo.) Graui seueraq. vita, quē natura in-
choauit.[Studio)Cura industria.[Doctrina) Exculta eruditiōe,
& ꝯsummata humanaꝝ diuinarūq. reꝝ Sapiā,& pceptione cau-
saꝝ.[Vulgus)Imperita multitudo.[Eruditi)recto iudicio,& ve-
ro p̄diti.nā statuere q sit sapiēs,eē munus esse vel maxime sapien
tis,& magnū est laudari à laudato viro.i.vera laude digno.[Qui
ista quærut subtilius) .i. Stoici eū sapiētē solū appellāt q oēs nu-
meros hēt.i. pfectionē & cōsummationē virtutū oium.[Voū)
solū Socratē.[Oraculo)Sorte,atq; rn̄so,est aūt oraculū snīa diui
na ore humano enūciata.[Hāc Sap.)Tale prudētissimæ mētis iu
diciū,& reꝝ humanaꝝ cognitione,ob quā cūm sapiēs fuerit ap-
pellatus Lælius, lege apud Plutarchū in Tyberio Graccho.[Ve
oia tua bona) .i. et nil aliud bonū iudices pter cumulatas ai do-
tes,& ipsi rōnis pfectiones,& absolutiones.hęc fuit Stoicoꝝ snīa
Peripatetici vero & veteres Academici tria gn̄a bonoꝝ posuerūt,
fortunæ.s.corporis,& ai.[In te)In pfectione ai tui.[Ducas) Pu-
tes,existimes.[Humanos casus)Quæcunq; infortunia,iactu ras,
dāna.[Virtute) Ai robore,ac magnitudine,quā vera ꝯfirmat sa-
piētia.[Inferiores) Minoꝝ viriū,vt virtutē quassare nō possint,
& frangere.ꝑfracta siqdē virtus nulli fortunæ succumbit.[Quo
pacto)Qua sorte ai.i.fortine aio & æquo,an fracto,molli & ini-
quo.[Eo) Tāto magis quærunt.[Proximis nonis).i. die stato ad
cōueniēdū & ꝯsultādū de re ad collegiū auguꝝ spectāte.ꝓximæ
nonæ dn̄t post quas aliæ non fuerūt,vt ꝓximæ literæ post quas
alias nō recipimus.Idem Cic.in j.de Diuin. sic scr. In Persis augu
rātur,& diuināt Magi,q cōgregantur in fano cōmentādi causa,
atq; inter sese loquēdi,qđ ēt vos facere nonis solebatis.[Cōmē
tādi)Cōsultandi,colloquēdi,tractandi qđ ad sciam augurādi ptī
neret,ac publicos vsus.[Illū diē) Illius diei ꝯuentionē,& augura
lē cœtū.[Illud mu.)Offm̄ religionis debitū,& reip.[Obire) Fre-
quētare,celebrare.obire dcm̄ diē est adesse,atq; se sistere.i. repræ
sentare,& cōparere,& obire munus est pficere id quod exigit of
ficiū.[Sūmi)Excellentissimi in quocunq; laudis gn̄e.[Amantissi
mi)Amicissimi.[Moderate) Prudēter,æquanimiter,seruato,de-
coro viri grauis,& nā sapiētiaq. instructi & subnixi.[Cōmouert)
tutẽ,sed ꝓut intelligit votũ multitudinis.[Plures discẽt) plures
sunt illi q discũt istas factiones,quã discãt obsistere ipsis factioni
bus,nõ.n.timẽt pœnas, sed dñt, illi facti sunt magni in ciuitate p
seditiones & factiones,sic ẽt ego intelligo facere,& melius aduer
tã q̃ Gracchus q occisus fuit. [His resistat) Nullus docere uult,
quõ obsistatur istis factionibus.[Quorsum hæc)Ad ꝓpositũ con
cludit qđ istæ factiones & pturbationes nõ fierẽt sine amicoꝫ &
socioꝫ conuentu.[Ignari).i.si boni putauerint aliquẽ esse bonũ
viꝫ & illius amicitiã adepti sint,quẽ postea scioerint flagitiosum,
potissimũ contra remp.illis ꝑcipiendum est,ut illi amicitiam de-
stituant.[Quis clarior)Oñdit exẽplum quod improbi. nil cõtra
pr̃iam statuerent nisi auxilio amicoꝫ,igitur æquali supplicio pu
niẽdi sunt & q eis prosunt.[Themistocles)clarus fuit Imperator
q Atheoas suã ciuitatẽ à seruitute liberauit Xerxis regis Persaꝫ,
deinde in exiliũ missus ad regem illum quẽ cum multis millibus
hoiom profligauerat se intulit, & eum dñm Græciæ Themisto-
cles facere ꝓmisit,hoc.n.nõ promisisset nisi spẽ in amicoꝫ auxi-
lio habuisset,qua ex re ꝓspici põt,qoãts nascũtur mala ex impro
boꝫ amicitia hoinm.[Quam fer.de.)Iniuriã à pr̃ia sibi traditam
æquo aio Themistocles tolerare debebat, qm̃ filius contra ma-
trẽ.i.ciuis ɔtra pr̃iam nunq̃ ius irascendi hẽt.[Coriolanus à 20.
annis)Ante hanc disputationẽ amicitiæ Coriolanus q debellauer
rat Coriolos i exiliũ missus est,q deinde vt tractũ est superius Vol
scorum rex creatus Romam obsedit,de qua qdem obsidione re-
cedere nunq̃ precibus aliquorum nisi fletu matris & vxoris vo-
luit posuit exẽplum vnum externũ & aliud domesticum.[Is ad.)
Themistocles & Coriolan⁹ spe amicorũ cõtra ciuitates suas fue
runt,& tñ nullus est inuentus illis auxiliari. quapp ira & amici
tia ducti se ambos occiderũt.Themistocles de sanguine tauri ma
ctati potauit,quẽ diligere non potuit.& hoc modo cõsumpsit suã
vitã qs spe amicoꝫ Xerxi dominium Græciæ ꝓmiserat, quod tñ
nõ potuit,ideo occidit se:Coriolanus vt dr̃ semet ab amicis desti
tutũ necauit.[Excusatione amicitiæ)Improbi amici q s amico-
rum causa aliqd contra ciuitatẽ fecisse dñt puniẽdi sunt.[Quod
qdẽ vt res ire cœpit)ignoro inqt Læl.si in futuꝫ aliqñ sit sicut iã
incepit.i.si ventura sit calamitas & pnicies ciuitatis,quæ iã ince-
pta est à T.Graccho,q.d puto qđ ueniet,& hæc oia Cic.facit ip-
sum Læ.loq,quæ ipse viderat.hæc.n. pnicies uentura est sicut de
Mario,& Sylla,& bella ciuilia Põp.& Cæs.q̃ tẽpore Læl.nõ fue-
runt,sed postea Cic.uiderat,ideo ipm Læl.diuinantẽ fecit multa
pestes,q̃ a Graccho principiũ habuerunt.[Mihi aũt nõ minori)
tradit qdam ꝑcepta q̃ sunt ad seruandam amicitiam,q̃ frangenda
est,ut diximus in amicis contra patriam conspirantibus,inqt igi
tur non solum ꝑsentia,sed ẽt futura causa reip.prouidenda sunt.

ASCEN. HAec igitur) Quia exẽplis ostendit,q recte q perperã ami
cis vsi sint,infert legẽ dicens.Igr̃ hæc prima lex sanciat.i.
sancte ɔstituat in amicitia,vt neq; rogem⁹ ab amicis sup.
res turpes,nec faciamus res turpes,rogati.i.q̃uis rogati fuerim⁹
ab eis.Enim pro qa,excusatio est turpis, & minime accipienda.i.
admittẽda,cũ.i.ita sit,qđ in ceteris peccatis,tñ sup. maxime verũ
est,siqs fateat se fecisse cõtra remp.causa amici.Etenim ò Fãni,&
Scæ.nos sumus locati.i.cõstituti eo loco,vt oporteat nos ꝓspice
re & cauere ne qs pp amicitiã peccet in remp.Enim pro qa,cõ-
suetudo.i.mos,& institutũ maioꝫ deflcait supp.se.i.declinauit iã
aliqoantulũ de spatio,& curriculo.i.ab instituto cursu,aut ꝓces
su in itinere cœpto,q a instituerũt maiores nihil nisi honestũ ad-
mittere,neq; appetere qdq̃ in pniciem reip. sed T.Gracchus co
oatus est occupare regnũ, vel is qdem regnauit paucos mẽses.s.
post legẽ agrariam latã donec fuit occisus. Nunqd P.R.aud.aut
viderat ante Gracchũ simile,q.d.nõ amici,& ꝓpinqui.vt C.Grac
chus,& quidẽ alij secuti hũc ẽt post mortem imo post necem, qd
effecerunt in.i.cõtra P.Scipionẽ Nasicam iustissimũ virum, q in-
terrogatus qd sibi de morte Gracchi videret iure cæsum ait quã-
obrẽ ab amicis Gracchi sequẽti nocte occisus est,nõ queo.i non
valeo dicere sine lacrymis,qa tam iustũ virum tã turpiter occide
re.Nã nos sustinuimus.i.tolerauimus Carbonẽ,qoaque.i ẽt,quẽ
poluimus modo.i.paolo ante inter amicos & sectatores Grac-
chi,pp recẽtem pœnã T.Gracchi, qa uidebatur satis pœnaꝫ illi⁹
supplicio desumptum.Aũt pro sed,nõ libet.i.nõ oblectat,aut nõ
placet augurari.i.diuinare, quod expectẽ de tribunatu C.Grac-
chi,q.d.nõ dubito ipm idem molituꝫ,quod frater molitos erat,
qđ Cic.bene sciuit,qa cum hæc scriberet ita euenerat,ita Lęlius
quẽ hic loquẽtem inducit,cũ hæc dicere inducitur, nesciũt certo,
sed cõiecturis assequebãtur.Enim pro qa,res.i.amor dominandi:
serpit.i.irrepsit, deinde q labitur ad perniciẽ.i.interitũ reip. ꝓcli
uius.i.pronius & ita celerius,cũ.i.postq̃ cœperit semel. Vos vide
tis quanta labes sit facta iã ante in tabella.i.proscriptoria in qua
ꝓscripti ciues vbicũque repertebãtur occidi,aũt capi impune po
terãt ablatis eoꝫ possessionibus, primo dicto labes facta sit lege
Gabinia.i.quã Gabinius tulit,vt ꝓscriptoꝫ bona publicarentur.
Aũt pro sed,biẽnio post.s.legẽ Gabiniã,lege Cassia q̃ Cassius san
xit vt ꝓscripti occidãtur.Ego videor videre iã.s.a principio P.R.
disiũctũ.s.p seditionẽ à Senatu, & res maximas quæ ad Senatũ
prius ptinebant agi arbitrio multitudinis.Plures.n.dicẽt.aut me
lius plures discẽt quemadmodũ.i.quodãmodo hæc.i.hmõi mala
fiant.i.mala hæc habebũt multoꝫ auctores,quę quẽadmodum.i.
quõ resistatur.i.possit talibus malis resisti,hoc est plures discẽt ea
imitari qoã exterminare. Quorsum.i.quæritis forsan quorsum
.i.quo versum,hoc est ad qđ propositũ dicã hęc,& rñdebo sup.qa
nemo conatur quidq̃ tale.i.talem factionẽ,seditionẽ, aut cõiura
tionẽ sine socijs.i.cõplicibus. Igitur.i.eã ob rem ꝑcipiendum bo
nis, vt si ipsi ignaui inciderint aliquo casu in eiusmodi amicitias
ne.i.vt nõ existimẽt.i.iudicent se alligatos.s.ad amicos tale ita ut
nõ discedant ab amicis peccãtibus in remp.in aliqua re magna.i.
in aliquo isigni facinore,qualis est affectio dominij.Aũt pro sed,
pœna est statuẽda improbis ne sequãtur amicos pniciosos remp.
nec vero minor sup.pœna cõstituenda est ijs, q secuti erãt alteꝫ,
quã ijs,q fuerint duces.i.capita, & principes impietatis.i.impiæ
in patria factionis.Quis sup.fuit in Græcia,ꝑcipue Attica (nã A-
theniẽsis dua fuit) clarior Themistocle,duce illo optimo,qui A-
thenas à Xerxis exercitu liberauit? qs potẽtior sup.eo? q.d.ne-
mo,q tñ cum liberasset Græciã bello Persico.i.quod Xerxes rex
Persaꝫ intulerat seruitute,quã Xerxes inferre minabatur,ꝑpq̃.
.i.pp inuidiã esset missus in exilium, nõ tulit.i.non est perpessus
inuidiã patriæ ingratæ. Quam tñ debuit ferre. Ipse.n.fecit idẽ.i.
oppugnauit patriã.Quod Coriolanus fecerat,apud nos.i.Roma
nos 20.annis ante.s.hanc horã,quæ hæc finguntur disputata.ne-
mo.s.amicoꝫ inuentus est.s.Themistocli & Coriolano, adiutor
cõtra patriam.Itaque.i.& ita vterque cõsciuit.i.ɔcitauit sibi mor
tẽ.Sunt tñ qui putent Coriolanũ in exilio mortuum,alij à socijs
interceptũ cum precibus maternis uictus obsidionem soluisset.
Quare talis cõsensio improboꝫ, non modo.i.nõ solum nõ est te
gẽda.i.protegẽda excusatione amicitiæ.i.excusando amicitiam,
hoc est adducẽdo pro excusatione amicitiã in culpa,sed est uindi
canda.i.puniẽda potius omni supplicio,ut ne qs.i.nemo putet
cõcessum sup.amicitiæ ꝑmissum pp amicitiam sequi amicum in-
ferentẽ patriæ bellum.Quod quidem ut.i.sm quod res cœpit ire
.i.progredi,ego haud.i.nõ scio,an sit aliqñ futuꝫ, euenerat autẽ
cum hæc scriberentur, sed non cum dicta finguntur, hoc est tpe
Ciceronis,non tpe Lælij. Autem pro sed, non minori curæ est
mihi qualis resp. sit futura post mortem meam, quam qualis sit
hodie.Id quoque Cic.inducit dicentem,ut se idem sentire ẽt tuũ ac.

DOCT. interp. AB amico quippiam contendisse)Attende recte dici hoc à me
contendit,pro eo quod erat,hoc à me instanter petijt,

Hæc

HAEC igitur prima lex amicitiæ sanciatur, vt ab amicis honesta petamus, amicorum caussa honesta faciamus; nec expectemus quidem, dum rogemur; sed studium semper adsit, cunctatio absit; consilium libere dare gaudeamus; plurimum in amicitia amicorum bene suadentium valeat auctoritas; eaq. adhibeatur admonendū non modo aperte, sed ēt acriter, si res postulabit, & auctoritati adhibitæ pareatur. Nam quibusdam, quos audio sapientes habitos, in Græcia, placuisse opinor mirabilia quædam. sed nihil est, quod illi non persequantur suis argutijs; partim fugiendas esse nimias amicitias, ne necesse sit, vnum solicitū esse pro pluribus; satis superq. esse sibi suarum cuique rerum curam; alienis nimis implicari molestum esse; cōmodissimum esse, q̄ laxissimas habenas hr̄e amicitię, quas vel adducas, cum velis, vel remittas: caput. n. esse ad beate viuendum securitatem; qua frui non possit aīus, si tanq̄ parturiat vnus pro pluribus. Alios aūt dicere aiunt ēt multo inhumanius; quem locum br̄ perstrinxi paulo ante: p̄sidij, adiumentiq caussa, non beneuolentiæ, neq; caritatis, amicitias esse expetendas. Itaque, vt quisq; minimū firmitatis habeat, minimumq. virū, ita amicitias appetere maxime: ex eo fieri vt mulierculæ magis amicitiarum p̄sidia quærant, q̄ viri; & inopes, q̄ opulenti; & calamitosi, q̄ ij, qui putantur beati. O p̄claram sapientiam. solem. n. è mūdo tollere vīr, qui amicitiam è vita tollunt: qua nihil à dijs īmortalibus melius habemus, nihil iucūdius. Quæ est enim ista securitas? specie quidē blanda, sed reipsa multis locis repudianda est. neque. n. est consentaneum, vllā honestam rem, actionē ue, ne solicitus sis, aut non suscipere, aut susceptā deponere. Quòd si curam fugimus; virtus fugiēda est; quæ, necesse est, vt cum aliqua cura res sibi cōtrarias aspernetur, atque oderit, vt bonitas malitiam, tēperantia libidinem, ignauiā fortitudo. Itaque videas rebus iniustis iustos maxime dolere, imbecillibus fortes, flagitiosis modestos. Ergo hoc propriū est animi bene constituti, & lætari bonis rebus, & dolere cōtrarijs. quamobrē si cadit in sapientem animi dolor, qui profecto cadit, nisi ex eius aīo extirpatam humanitatē arbitremur: quę caussa est, ut amicitiā funditus tollamus è vita, ne aliquas p̄p eam suscipiamus molestias? quid. n. interest, motu animi sublato, non dico inter pecudem, & hoīem, sed inter hominem, & saxū, aut truncum, aut quiduis gn̄is eiusdem? neque. n. sunt isti audiendi, q̄ virtutem duram, & quasi ferream esse volunt: quę quidem est tū multis in rebus, tum in amicitia tenera, atq; tractabilis; vt & bonis amici quasi diffundatur, & incōmodis contrahatur. quamobrē angor iste, qui pro amico sæpe capiēdus est, non tm̄ valet, vt tollat è vita amicitiam; non plus, q̄ vt virtutes, quia nō nullas curas, & molestias afferunt, repudientur. Cum aūt contrahat virtus amicitiam, vt supra dixi, si qua significatio virtutis eluceat, ad quam se similis aīus applicet, & adiungat: id cum cōtingit, amor ibi exoriatur necesse est. quid enim tam absurdum, q̄ delectari multis inanibus rebus, vt honore, vt gloria, vt ædificio, vt vestitu, cultuq. corporis; aīo aūt virtute prædito, eo, qui vel amare, vel (vt ita dicam) redamari possit; non admodum delectari? nihil est. n. remuneratione beneuolentiæ, nihil vicissitudine studiorum, officiorumq. iucundius. q̄ si ēt illud addimus, quod recte addi pōt, nihil esse, quod ad se rem vllam tam alliciat, & tā attrahat, quam ad amicitiā similitudo: cōcedatur profecto verum esse, vt bonos boni diligant, asciscantq. sibi quasi propingtate coniunctos, atque natura. nihil est. n. appetentius similium sui, nihil rapacius, q̄ natura. quāobrem hoc quidem, Fanni, & Scæuola cōstat, vt opinor, bonis inter bonos quasi necessariam beneuolentiā esse: qui est amicitiæ fons, à natura cōstitutus. sed eadem bonitas ēt ad multitudinem pertinet. non est. n. inhumana virtus, neque immunis, neque superba; quę ēt populos vniuersos tueri, eisq. optime cōsulere soleat: quod nō faceret profecto, si à caritate vulgi abhorreret. atq; ēt mihi quidem vīr, qui vtilitatis caussa fingunt amicitias, amabilissimum nodum amicitiæ tollere. nō. n. tam vtilitas parta p̄ amicum, q̄ amici amor ipse delectat: tumq. illud fit, quod ab amico est profectum, iucundū, si cum amore, & studio est profectum: tātumq. abest, vt amicitiæ p̄p indigētiam colantur, vt ij, q̄ opibus, & copijs maximeq. virtute p̄diti, in qua plurimum est p̄sidij, minime alterius indigeant, liberalissimi sint, & beneficētissimi. atq; haud scio, an ne opus sit quidem, nihil vnq̄ oīno deesse amicis: vbi enim studia nr̄a viguissent, si nunq̄ studio, nunq̄ cōsilio, nunq̄ opera nostra nec domi, nec militiæ Scipio eguisset? nō igitur vtilitatem amicitia, sed vtilitas amicitiā secuta est. nō ergo erunt hoīes diuitijs affluentes audiendi, si qn̄ de amicitia, quam nec vsu, nec rōne hn̄t cognitam, disputabunt, nā quis est, proh deum fidem, atq; hoīum, qui velit, vt neq; diligat quenq̄, nec ipse ab vllo diligatur, circūfluere oībus copijs, atq; in omnium rerum abundantia viuere? hęc. n. est tyrānorum vita, nimirum in qua nulla fides, nulla caritas, nulla stabilis beneuolentiæ pōt esse fiducia: oīa semp̄ suspecta, atq; solicita, nullus locus est amicitiæ. quis enim aut eum diligat, quē metuit; aut eum, à quo se metui putat? coluntur tn̄ simulatione amicitiæ dūtaxat ad tp̄s. q̄ si forte (vt fit plerunq;) ceciderint; tum intelligitur, q̄ fuerint inopes amicorum. quod Tarquiniū dixisse ferunt, tum, cum exul esset, se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quosq. infidos, cum iam neutris gratiā referre posset. q̄q̄ miror in illa superbia, & importunitate si quenq̄ hr̄e potuit. atq; vt huius, quem dixi, mores veros amicos parare nō potuere: sic multorum opes prępotentium excludunt amicitias fideles. nō. n. solum ipsa fortuna cæca est, sed eos ēt plerunq; efficit cæcos, quos complexa est. Itaq; illi efferuntur fastidio fere, & cōtumacia: neq; quidq̄ insipiente fortunato intolerabilius fieri pōt. Atque hoc quidē videre licet, eos, qui antea cōmodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis rebus īmutari; sperniq. ab ijs veteres amicitias, & indulgeri nouis. Quid aūt stultius, q̄, vt plurimum copijs, facultatibus, opibus possint, cetera parare, quę parāt, pecuniam, equos, famulos, vestes egregias, vasa preciosa; amicos non parare, optimā, & pulcherrimā vitę (vt ita dicā) suppellectilem? etenim cetera cum parāt, cui parent, nesciūt, nec cuius caussa laborent; eius. n. est istorum quodque, q̄ vincit virib⁹: amicitiarum sua cuiq; p̄manet stabilis, & certa possessio; vt, ēt si illa maneant, quæ sunt quasi dona fortunæ, tn̄ vita inculta, & deserta ab amicis, nō possit esse iucūda. sed hęc hactenus. Cōstituendi aūt sunt, qui sint in amicitia fines, & quasi termini diligēdi. de quibus tres video ferri sn̄ias. quarum nullā probo; vnam, vt eodem modo erga amicū

affecti ſimus,quo erga noſmètipſos; Alterã, vt noſtra in
amicos beneuolentia,illorũ erga nos beneuolẽtiæ pariter
ęqualiterq́. rñdeat; tertiam,vt quãti quiſq; ſeipſum facit,
tãti fiat ab amicis. harũ trium ſniarum nulli prorſus aſſen
tior. nec.n.illa prima vera eſt,vt,quẽadmodũ in ſe qſq;,
ſic in amicũ ſit aĩatus. q̃ multa enim,quę nr̃a cauſſa nunq̃
faceremus, facimus cauſſa amicorũ? precari ab indigno,
ſupplicare,tũ acerbius in aliquẽ inuehi, inſectariq́. vehe-
mẽtius: quæ in nr̃is rebus non ſatis honeſte, in amicorum
fiunt honeſtiſſime. multæ quoq; res ſunt,in qbus de ſuis
cõmodis viri boni multa detrahũt,detrahiq́. patiũtur, vt
ijs amici potius,q̃ ipſi,fruantur. Altera ſnĩa eſt,quæ defi-
nit amicitiã paribus officijs,ac volũtatibus.hoc qdem eſt
nimis exigue,& exiliter ad calculos reuocare amicitiã; vt
par ſit rõ acceptorum,& datorum.ditior mihi, & affluen
tior vr̃ eſſe vera amicitia,nec obſeruare ſtricte, ne pl⁹ red
dat q̃ acceperit. neq; enim verendũ eſt,ne qd excidat,aut
ne qd in terram defluat, aut ne plus æquo qd in amicitia
cõgerať. Tertius vero ille finis deterrimus,vt, quãti qſq;
ſe ipſe faciat,tãti fiat ab amicis. Sæpe.n.in qbuſdã aut ani
mus abiectior eſt, aut ſpes amplificãdæ fortunæ fractior.
non eſt igr̃ amici,talẽ eſſe in eũ, qualis ille in ſe eſt ſed po-
tius eniti,& efficere,vt amici iacentem aĩum exciter, indu-
catq́. in ſpem,cogitationemq́ meliorẽ. Alius igitur finis
veræ amicitiæ cõſtituendus eſt,ſi prius,qđ maxime repre-
hẽdere Scipio ſolitus ſit,edixero. Negabat vllã vocem ini
micìorẽ amicitię potuiſſe reperiri,q̃ eius,q dixiſſet,ita a-
mare oportere, aut aliqñ eſſet oſurus: nec vero ſe adduci
poſſe,vt hoc quẽadmodum putareť, à Biante dictum eſſe
crederet, q habitus eſſet vnus è ſeptẽ; ſed impuri cuiuſ-
dã,aut ambitioſi,aut oĩa ad ſuã potentiam reuocãtis, eſſe
ſnĩam. quonã n.modo quiſq̃ amicus eius eſſe poterit,cu-
ius ſe putabit inimicum eſſe poſſe? qn ẽt neceſſe erit cu-
pere,& optare,vt quãſępiſſime peccet amicus,quo plures
det ſibi tanq̃ anſas ad reprehẽdendum. Rurſum aũt re-
cte factis,cõmodiſq́. amicorum neceſſe erit angi, dolere,
inuidere. Quare hoc quidem p̃ceptum,cuiuſcunq; eſt,ad
tollendum amicitiã valet. Illud potius p̃cipiendum fuit,
vt eã diligentiam adhiberemus in amicitijs cõparandis,
vt neqñ amare inciperemus eum,quem aliqñ odiſſe poſſe
mus qn ẽt ſi minus felices in diligendo fuiſſemus; feren-
dum id Scipio potius,q̃ inimicitiarum tp̃s cogitandũ, pu
tabat. His igitur finibus vtendũ arbitror,vt,cum emẽdati
mores amicorum ſint,tum ſit inter eos oĩum rerum, cõſi
liorum, & voluntatũ ſine vlla exceptione cõitas; vt ẽt ſi
qua fortuna acciderit,vt minus iuſtæ amicorum volunta
tes ſint adiuuandæ,in qbus eorum aut de capite agať, aut
de fama,declinãdum ſit de uia,modo ne ſumma turpitu-
do ſequať.eſt n.quatenus amicitiæ dari venia poſſit. Nec
vero negligenda eſt fama: nec mediocre telum ad res ge
rẽdas exiſtimare oportet beneuolẽtiam ciuium,quã blãdi
tijs,& aſſentationibus colligere turpe eſt.virtus,quã ſeq-
tur caritas,minime repudianda eſt. Sed (ſæpe.n.redeo ad
Scipionẽ,cuius oĩs ſermo erat de amicitia) querebatur, q̧
in oĩbus rebus hoĩes diligentiores eſſent: capras, & oues
quot quiſq; hr̃et,dicere poſſe; amicos quot hr̃et,nõ poſſe
dicere: & in illis quidem parãdis adhibere curã,in amicis
eligẽdis negligentes eſſe,nec hr̃e quaſi ſigna quædã,& no
tas,qbus eos,q ad amicitiã eſſent idonei,iudicarent. Sunt
igitur firmi,& ſtabiles, & cõſtãtes eligẽdi: cuius gñis eſt
magna penuria.& iudicare difficile eſt ſane,niſi ex p̃tum:

experiẽdum aũt eſt in ipſa amicitia:ita p̃currit amicitia iu
diciũ,tolliťq́.ex p̃iendi p̃tãtem.eſt igiť prudẽtis ſuſtinere,
vt curſum,ſic impetũ beneuolẽtiæ,quo vtamur,quaſi aqs
tẽtatis,ſic amicitijs,aliq̃ parte p̃iclitatis morib⁹ amicorũ.
Quidã ſępe in parua pecunia p̃ſpiciuntur,q̃ ſint leues.q-
dã aũt,quos parua mouere nõ potuit,cognoſcunť in ma-
gna.ſi vero erunt aliq reperti,q pecuniã p̃ferre amicitiæ,
ſordidũ exiſtimẽt: vbi eos inueniemus,q honores,magr̃a
tus,imp̃ia,p̃tãtes,opes amicitię nõ anteponãt; vt,cum ex
altera parte,p̃poſita hęc ſint,ex altera ius amicitię,nõ mul
to illa malint? Imbecilla n.natura eſt ad cõtemnendã po
tentiã: quam ẽt ſi,neglecta amicitia,cõſecuti ſunt,excuſa
ri ſe arbitrãtur;qa nõ ſine magna cauſſa ſit neglecta amici
tia. Itaq;verę amicitię difficillime reperiunť in ijs,q in ho
norib. req́. publica verſantur. vbi.n.iſtum inuenias,q ho
norem amici anteponant ſuo? quid? (hęc vt omittam)
q̃ graues,q̃ difficiles pleriſque videntur calamitatum ſo-
cietates? ad quas, non eſt facile inuentus, qui deſcendat.
quanquam Ennius recte,

Amicus certus in re incerta cernitur:

tñ hæc duo leuitatis, & infirmitatis pleroſq; cõuincunt;
aut ſi in bonis rebus cõtemnunt;aut ſi in malis deſerũt. q
igr̃ vtraq; in re grauem,cõſtantem,ſtabilemq́. ſe in amici
tia p̃ſtiterit,hunc ex maxime raro hoĩum genere iudicare
debemus,& pene diuino. Firmamentum aũt ſtabilitatis,
cõſtantiæq́. eius,quã in amicitia quærimus,fides eſt:nihil
eñ ſtabile eſt,qđ infidum eſt. ſimplicem p̃terea,& cõem,
& cõſentientem.i.q rebus iſdem moueatur,eligi par eſt:
quæ oĩa pertinent ad fidelitatem. neq;.n.fidum põt eſſe
multiplex ingenium,& tortuoſum.neq; vero, q non iiſ-
dem rebus mouetur,& natura cõſentit,fidus,aut fidus,aut
ſtabilis põt eſſe. Addendũ eodem eſt,vt ne criminib. aut
inferendis delectetur amicus,aut credat illatis. quæ perti
nent oĩa ad eam,quam iãdudum tracto,cõſtantiam.ita ſit
verum illud,quod initio dixi,amicitiã niſi inter bonos eſ
ſe nõ poſſe. eſt.n.boni viri, quem eũdem ſapientem licet
dicere,hæc duo tenere in amicitia; primum,ne quid fictũ
ſit,ne ue ſimulatum, (aperte.n.vel odiſſe, magis ingenuũ
eſt,q̃ fronte occultare ſnĩam) deinde nõ ſolum ab aliquo
oblatas criminationes depellere, ſed ne ip̃m quidẽ eſſe ſu
ſpicioſum ſemper aliqd exiſtimantem ab amico eſſe vio-
latum. Accedat huc ſuauitas quædã oportet,ſermonum,
atq; morum,haudquaq̃ mediocre cõdimentum amicitię.
triſtitia aũt,& in omni re ſeueritas abſit. habet illa qdem
grauitatẽ: ſed amicitia remiſſior eſſe debet,& liberior,&
dulcior,& ad oẽm comitatem,facilitatemq́.p̃cliuior. Exi
ſtit aũt hoc loco quædã quęſtio ſubdifficilis; num qñ a-
mici noui,nõ indigni amicitia,veteribus ſint anteponen-
di,vt eqs vetulis teneros anteponere ſolemus.idigna hoĩe
dubitatio.nõ.n.amicitiarũ eſſe debent,ſicut aliarum rerũ,
ſatietates.veterrimæ quæq; (vt ea vina,q́ vetuſtatẽ ferũt)
eſſe debent ſuauiſſimæ verumq́. illud eſt, qđ vulgo dr̃,
multos modios ſalis ſimul edẽdos eſſe,vt amicitiæ munus
expletũ ſit.nouitates aũt,ſi ſpem afferunt,vt tanq̃ in her-
bis nõ fallacibus fructus appareat, nõ ſunt illæ qdem re-
pudiãdæ:vetuſtas tamen ſuo loco cõſeruãda eſt:maxima
eſt.n.vis vetuſtatis,& cõſuetudinis. atq; in ipſo equo,cu-
ius modo mentionẽ,feci ſi nulla res impediat,nemo eſt,q
nõ eo,quo conſueuit,libentius vtatur,q̃ intrectato, & no
uo.nec modo in hoc,qđ eſt animal,ſed in ijs ẽt,quæ ſunt
inanimata,conſuetudo valet; cum locis ẽt ipſis mõtuoſis
dele-

delectemur,& siluestribus,in quibus diutius cõmorati su mus. Sed maximum est in amicitia, su piorẽ parẽ esse infe riori.sæpe.n.excellẽtiæ qdam sunt; qualis erat Scipionis in nr̃o(vt ita dicã)grege. nunq̃ se ille Philo,nunq̃ R utilio, nunq̃ Mũmio antepoſuit,nunq̃ iferioris ordinis ami cis.Quinctũ vero Maximũ,frẽm,egregium virum,oio ſi bi nequaq̃ parẽ,q̃ is anteibat ætate,tanq̃ ſupiorẽ colebat; ſuosq. oẽs p ſe eſſe poſſe ampliores volebat.qđ faciendũ, imitãdumq. eſt oĩbus; vt,ſi quã pſtantiã virtutis,ingenij, fortunæ cõſecuti ſunt,im ptiant eam ſuis, cõicentq. cũ p ximis; vt,ſi parẽtib⁹ nati ſunt humilibus, ſi ppinquos ha beant imbecilliores vel aio,vel fortuna,eorũ augeãt opes, eisq. honori ſint,& dignitati : ut in fabu lis, q aliquãdiu, p p ignorantiã ſtirpis,& gñs,in famulatu fuerint,cum co gniti ſunt,& aut deorum,aut regum filij inuenti,retinent tñ caritatem in paſtores , quos patres ſuos multos annos eſſe duxerunt.qđ quidẽ eſt multo pfecto magis in veris pr̃ibus,certisq. faciendũ . fructus.n.ingenij,& virtutis, o mnisq. pſtãtiæ tũ maxime capitur,cum in pximum quẽ que confertur. Vt igitur ij,q ſunt in amicitia, coniunctio nisq. neceſſitudine ſupiores, exæquare ſe cũ inferioribus debent : ſic inferiores dolere nõ debẽt,ſe à ſuis amicis aut ingenio,aut fortuna,aut dignitate ſu pari . quorum pleri que aut q̃runtur ſem p aliqđ,aut ẽt exprobrant, eoq. ma gis ſi aliqđ hr̃e ſe putant, qđ officioſe,aut amice,& cũ la bore aliquo ſuo fcm̃ queant dicere . odioſum ſane genus hoim officia exprobrãtium: q̃ meminiſſe debet is, in quẽ collata ſunt,non cõmemorare,qui cõtulit. q̃obrem vt ij, qui ſuperiores ſunt , ſubmittere ſe debent in amicitia , ſic quodã modo inferiores extollere. ſunt.n.quidã,qui mo leſtas amicitias faciunt,cũ ipſi ſe contẽni putant,quod nõ fere conting it niſi ijs,qui ẽt contemnendos ſe arbitrãtur : qui hac opinione non modo verbis , ſed ẽt opere leuandi ſunt. tñ aũt cuique tribuendum eſt,primum, quantũ ipſe efficere poſſis ; deinde ẽt,quantum ille,quẽ diligas, atque adiuues,poſſit ſuſtinere . non .n. tu poſſis,quantũuis licet excellas,oẽs tuos ad honores ampliſſimos pducere: vt Sci pio P. Rutilium potuit conſulẽ efficere,frẽm eius Luciũ non potuit . q̃ ſi ẽt poſſis quiduis deferre ad alterum ; vi dendum eſt tñ, quid ille poſſit ſuſtinere . oino amicitiæ, corroboratis iam,confirmatisq. & ingenijs,& ætatibus iu dicandæ ſunt : nec, ſi qui ineunte ætate venandi, aut pilæ ſtudioſi fuerint,eos hr̃e neceſſarios oportet,quos tũ eodẽ ſtudio pditos dilexerunt. iſto.n.modo nutrices, & pæda gogi iure vetuſtatis plurimum beneuolentię poſtulabũt: qui neq ligendi quidem non ſunt,ſed alio quodam modo colendi.aliter.n amicitiæ ſtabiles pmanere non pñt. diſ pares .n. mores diſparia ſtudia ſequuntur . quorum diſ ſimilitudo diſſociat amicitias . nec ob aliam cãm ullã bo ni improbis,improbi bonis amici eſſe non pñt,niſi q̃ tan ta eſt inter eos,quanta maxima põt eſſe, morum, ſtudio rumq. diſtantia . Recte ẽt pcipi põt in amicitijs,ne q̃s in temperata quadã beneuolentia, qđ perſæpe fit,impediat magnas vtilitates amicorum . nec.n. (vt ad fabulas redeã) Troiã Neoptolemus ca pe potuiſſet,ſi Lycomedẽ , apud quẽ erat educatus,multis cum lacrymis iter ſuũ impediẽ tem audire voluiſſet ; & ſæpe incidunt magnæ res, vt diſ cedendũ ſit ab amicis : quas q impedire vult, q̃ deſideriũ nõ facile ferat ; & infirmus eſt, molliſq. natura,& ob eam ipſam cãm in amicitia parum iuſtus. Atque in oĩ re con ſiderandum eſt , & q̃d poſtules ab amico, & q̃d patiare à te impetrari. Eſt etiam quaſi q̃dam calamitas in amicitijs dimittendis nõ nunq̃ neceſſaria. Iam .n. à ſapientum fa miliaritatibus ad vulgares amicitias oratio noſtra delabi tur . erumpũt ſæpe vitia amicorum tum in ipſos am.cos, tum in alienos, quorum tñ ad amicos redundet infamia . tales igitur amicitiæ ſunt remiſſione vſus eluendæ,&,vt Catonem dicere audiui,diſſuendæ magis, q̃ diſcindendæ ſunt; niſi q̃dam admodum intolerabilis iniuria exarſerit, vt neque rectum,neque honeſtum ſit, neq; fieri poſſit, vt non ſtatim alienatio,diſiunctioq. facienda ſit. Sin aũt mo rum,aut ſtudiorum cõmutatio q̃dam, vt fieri ſolet, facta erit,aut in reip. partibus diſſenſio interceſſerit:(loquor.n. vt paulo ante dixi,non de ſapientum,ſed de cõibus amici tijs)cauendum erit,ne non ſolum amicitiæ depoſitæ, ſed inimicitiæ ẽt ſuſceptæ videantur. nihil.n.turpius, q̃ cum eo bellum gerere , qcum familiariter vixeris . ab amicitia Q.Pompeij meo noie ſe remouerat,vt ſcitis, Scipio : p p diſſenſionem aũt,q̃ erat in rep alienatus eſt à collega nr̃o, Metello. vtrunq; egit grauiter,auctoritate, & offenſione aĩ non acerba. quamobrem primum danda opera eſt , ne qua amicorũ diſſidia fiant : ſin tale aliqđ euenerit, ut ex tinctæ potius amicitiæ, q̃ oppſſæ videantur . Cauendum vero eſt,ne ẽt in graues inimicitias cõuertant ſe amicitiæ: è quibus iurgia,maledicta,contumeliæ gignuntur q̃ tñ ſi tolerabiles erunt,ferendæ ſunt: & hic honos veteri amici tiæ tribuendus eſt,vt is in culpa ſit,qui faciat, nõ q patiaẽ iniuriam. oino oim horum vitiorum,atque incõmodorũ vna cautio eſt,atque vna prouiſio, vt ne nimis cito dilige re incipiamus,ne ue indignos.digni aũt ſunt amicitia,qui bus in ipſis ineſt cauſſa,cur diligantur . rarũ illud genus : & quidem oĩa pclara rara,nec quicquã difficilius , q̃ repe rire,quod ſit oi ex parte in ſuo genere pfectum.ſed pleri que neque in rebus humanis quicquam bonum norunt, niſi quod fructuoſum ſit ; & amicos , tanquã pecudes eos potiſſimum diligunt, ex quibus ſperant ſe maximum fru ctum eſſe capturos : itaque pulcherrima illa, & maxime naturali carent amicitia, p ſe, & p p ſe expetenda. nec ſibi ipſi exemplo ſunt, hæc vis amicitiæ qualis, & quanta ſit, ipſe.n.ſe q̃ſque diligit,non ut aliquam à ſeipſo mercedẽ exigat caritatis ſuæ,ſed q̃ p ſe ſibi quiſque carus eſt . qđ niſi idem in amicitiam transferatur,verus amicus nunquã reperietur. eſt.n.is amicus quidem,q eſt tanquã alter idẽ . q̃ ſi hoc apparet in beſtijs,volucribus,agreſtibus, natanti bus,cicuribus,feris,primum,vt ſe ipſæ diligant ; (id .n.pa riter cum oĩ aĩante naſcitur) deinde,vt requirant, atq; ap petant,ad quas ſe applicent,eiuſdem generis aĩantes; idq. faciunt cum deſiderio,& cum quadam ſimilitudine amo ris humani : quanto id magis in hoĩe fit natura ? qui & ſe ipſe diligit ; & alterum acquirit , cuius aĩum ita cum ſuo cõmiſceat ,vt efficiat pene vnum ex duobus . Sed pleriq; peruerſe,ne dicã impudenter,amicum hr̃e talem uolunt , quales ipſi eſſe non poſſunt : quæq ipſi non tribuũt ami cis,hæc ab ijs deſiderant. pat eſt aũt,primum, ipm eſſe vi rum bonum ; tum,alterum ſimilẽ ſui q̃rere . in talibus ea, quã iam dudum tractamus,ſtabilitas amicitię confirmari põt ; cum hoĩes beneuolentia coniuncti, primum cupidi tatibus iis, q̃bus ceteri ſeruiunt, imperabunt ; deinde æq̃ tate,iuſtitiaq. gaudebunt,oĩaq. alter pro altero ſuſcipiet; neque quicquam vnquã, niſi honeſtum, & rectũ alter ab altero poſtulabit;neq; ſolũ colẽt ſe inter ſe,ac diligẽt,ſed ẽt uerebuntur. nã maximũ ornamentum amicitiæ tollit,

qui

qui ex ea tollit verecundiam.itaque in ijs pniciosus est er ror,q̃ existimant libidinũ,pctõrumq́. oium patere in ami citia licentiam.virtutũ .n. amicitia adiutrix à natura data est,non vitiorum comes: vt,qm̃ solitaria non posset vir tus ad ea,q̃ summa sunt,puenire coniuncta, & sociata cũ altera pueniret.q̃ si quos inter societas aut est,aut fuit,aut futura est; eorũ est hñdus ad summum naturæ bonũ opti mus,beatissimusq́. comitatus. hoc est,inq̃,societas,ĩ qua oĩa insunt,q̃ putant hoĩes expetenda,honestas,gloria,trã quillitas aĩ,atque iucunditas; vt cũ hæc adsint, beata vita sit,& sine his esse non possit. qđ cum optimum, maxi- mumq́. sit; si id volumus adipisci,virtuti opera dãda est: sine qua neque amicitiã, neque vllam rẽ expetendã conse qui possumus. ea vero neglecta,qui se amicos hr̃e arbitrã tur,tũ se denique errasse sentiunt,cũ eos grauis aliquis ca- sus experiri cogit.Quocirca, (dicendum est.n.sæpius) cũ iudicaueris,diligere oportet;nõ,cũ dilexeris,iudicare.sed cum multis in rebus negligentia plectimur,tũ maxime in amicis & deligendis,& colendis. pposteris.n.vtimur con silijs,& acta agimus: qđ vetamur veteri pverbio. nã im plicati vltro & citro vel vsu diuturno,vel et officijs,repẽ te in medio cursu amicitias,exorta aliqua offensione, di- rũpimus. quo ẽt magis vituperanda est rei tam maxime necessariæ tanta incuria. vna est.n amicitia in rebus huma nis,de cuius vtilitate oẽs vno ore cõsentiunt. q̃q̃ à multis ipsa virtus contẽnitur,& venditatio q̃dam, atque ostenta tio esse dr̃: multi diuitias despiciunt,quos paruo conten tos tenuis victus,cultusq́. delectat: honores vero, quorũ cupiditate quidã inflãmantur, q̃ multi ita contẽnunt, vt nihil inanius,nihil esse leuius existiment? itẽ cetera,q̃ qui busdam admirabilia vĩr,pmulti sunt,qui p nihilo putẽt: de amicitia oẽs ad vnum idẽ sentiunt,& ij,qui ad remp.le contulerunt; & ij,qui rerum cognitione,doctrinaq́. dele ctantur; & ij,qui suũ negocium gerunt ociosi; postremo ij,qui se totos tradiderũt voluptatibus; sine amicitia vitã esse nullã; si modo velint aliqua ex parte liberaliter viue re. serpit.n.nescio quo modo p oĩm vitam amicitia; nec vllã ætatis degẽdæ rõnem patitur esse expertẽ sui. Quin etiam,si quis exasperitate est,& immanitate nature,vt cõ gressus,societatem hoĩm fugiat,atque oderit, qualẽ fuisse Athenis Timonẽ nescio quem accepimus, tñ is pati non possit,vt nõ acquirat aliquẽ, apud quẽ euomat virus acer bitatis suæ. atq; hoc maxime iudicaretur,si quid tale pos set contingere, vt aliquis nos deus ex hac hoĩm frequetia tolleret, & in solitudinẽ vspiam collocaret,atque ibi sup- peditãs oĩm rerum,quas natura desiderat,abũdantiam, & copiam, hoĩs oĩno aspiciendi ptãtem eriperet: quis non esset ferreus,qui eã vitam ferre posset? cuique nõ auferret fructum voluptatũ oĩum solitudo? verũ igitur illud est, qđ a Tarẽtino Archyta,vt opinor,dici solitum, nostros senes cõmemorare audiui, ab alijs senibus auditum; si qs cęlum ascẽndisset, naturamq́. mundi, & pulchritudinem siderũ pspexisset,insuauẽ illã admirationem ei fore,q̃ iu- cũdissima fuisset,nisi aliquẽ,cui narraret,habuisset.sic na- tura solitarium nihil amat; semperq́. ad aliq̃d tanq̃ admi niculum annititur: qđ in amicissimo quoque dulcissimũ est.sed cum tot signis eadẽ natura declaret,q̃d velit,ac q̃- rat,quid desideret: obsurdescimus tñ nescio quo modo, nec ea,q̃ ab ea monemur,audimus. est.n.varius,& multi- plex vsus amicitiæ; multæq́. caussæ suspicionũ, offensio numq́. dantur. quas tum euitare,tũ eleuare,tum ferre sa-

pientis est.vna illa subleuãda offensio est, vt & vtilitas in amicitia,& fides retineatur. nam & monendi amici sæpe sunt,& obiurgandi: & hæc accipienda amice,cum bene- uole fiunt.sed nescio quomodo verum est, qđ in Andria familiaris meus Terentius dixit:

Obsequium amicos, veritas odium parit.

molesta veritas est, si quidem ex ea nascitur odium quod est venenum amicitiæ: sed obsequiũ multo molestius,qđ peccatis indulgens,pcipitem amicum ferri sinit.Maxima aũt culpa in eo est,qui & veritatẽ aspernatur, & in fraudẽ obsequio impellitur.Oĩs igitur hac in re hñda rõ,& dili- gentia est: primum,vt monitio acerbitate: deinde,vt ob iurgatio contumelia careat.In obsequio aũt (qm̃ Teren- tiano verbo libenter vtimur)comitas adsit, assentatio ui- tiorum adiutrix procul amoueatur, q̃ non modo amico, sed ne libero quidẽ digna est aliter.n.cum tyranno, aliter cum amico viuitur. Cuius aũt aures clausæ veritati sunt, vt ab amico verum audire nequeat,huius salus desperãda est.Scitum est.n.illud Catonis,multo melius de quibusdã acerbos inimicos mereri,q̃ eos amicos, qui dulces videan tur,illos verũ sæpe dicere,hos nunq̃. Atque illud absur- dum est,quod ij.s. qui monentur,eam molestiam, quã de bent capere,non capiunt: eam capiunt, q̃ debent carere. Peccasse.n.se non angũtur,obiurgari moleste ferunt: qđ contra oportebat delicto dolere, obiurgatione gaudere. Vt igitur & monere, & moneri proprium est veræ amici tiæ: & alterum libere facere,non aspere: alterũ patienter accipere,non repugnanter: sic hñdum est,nullam in ami citijs pestem esse maiorẽ,quam adulationem, blanditias, assentationem: q̃uis .n. multis noĩbus est hoc vitium no tandum,leuium hoĩm, atque fallacium, ad voluptatẽ lo- quentium oĩa,nihil ad veritatem. Cum aũt oĩum rerum simulatio est uitiosa (tollit.n iudicium veri, idq́. adulte- rat) tũ amicitiæ repugnat maxime: delet.n. veritatẽ,sine qua nomen amicitiæ valere nõ põt.Nam cũ amicitiæ vis sit in eo,vt vnus quasi aĩus fiat ex pluribus: qui fieri pote rit,si ne in vno quidẽ vnus aĩus erit,idemq́. semp sed va- rius,cõmutabilis,multiplex? Quid.n. põt esse tã flexibi- le,tam deuium,q̃ aĩus eius,qui ad alterius non modo sen sum,ac voluntatẽ, sed ẽt vultũ atque nutum cõuertitur?

Negat quis, nego: ait, aio.

postremo imperaui egomet mihi,

Omnia assentari:

vt ait idem Terentius: sed ille sub Gnathonis psona: qđ amici genus adhibere, oĩno leuitatis est. multi aũt Gna- thonum similes cum sint,loco,fortuna, fama superiores; horum est assentatio molesta, cum ad vanitatem accessit auctoritas. secerni aũt blandus amicus à vero, & interno- sci tam põt,adhibita diligentia,q̃ oĩa fucata,& simulata à sinceris,atque veris. concio, q̃ ex imperitissimis constat, tñ iudicare solet,quid intersit inter popularem.i.assenta- torem, & leuem ciuem, & inter constantem, seuerum, & grauem.Quibus blanditijs C.Papirius consul nup influe bat in aures concionis,cum ferret legẽ de tribunus pl.refi ciendis? dissuasimus nos. sed nihil de me: de Scipione di cam libentius. quãta illi,dij immortales,fuit grauitas,quã ta in orõne maiestas: vt facile ducem populi R.non co- mitẽ,diceres.sed affuistis: & est in manibus oratio.itaque lex popularis suffragijs populi repudiata est. Atque (vt ad me redeam) meministis,Q.Maximo fratre Scipionis, & L.Mancino cos. q̃ popularis lex de sacerdotijs C.Li-

cinij Crassi videbatur. cooptatio .n. collegiorum ad populi beneficium trāsferebatur. atque is primum instituit in forum versus agere cum populo. tñ illius vendibilem orōnem religio deorum immortalium, nobis defendentibus, facile vincebat. atque id actum est ptore me, quinquennio ante, q̄ consul sum factus. itaque re magis, q̄ auctoritate caussa illa defensa est. quod si in scena .i. in concione, in qua rebus fictis, & adumbratis loci plurimū est, tñ verum valet, si modo id patefactum, & illustratum est: quid in amicitia fieri oportet, q̄ tota veritate perpenditur? in qua nisi (vt dr̃) apertum pectus videas, tuumq́. ostendas; nihil fidum, nihil exploratum habeas; ne amare quidem, aut amari possis, cum, id q̄ vere fiat, ignores. q̄q̄ ista assentatio, quamuis perniciosa sit, nocere tñ nemini pōt, nisi ei: qui eam recipit, atque ea delectatur. ita fit, vt is assentatoribus patefaciat aures suas maxime, qui ipse sibi assentetur, & se maxime ipse delectet. oīno est amans sui virtus: optime .n. seipsa nouit; quamq́. amabilis sit, intelligit. ego aūt non de virtute nunc loquor, sed de virtutis opinione. virtute .n. ipsa non tam multi præditi esse, q̄ videri volunt. hos delectat assentatio, his fictus ad eorum voluntatem sermo cum adhibetur, orationem illam vanā testimonium esse laudum suarum putant. nulla est igitur hæc amicitia, cum alter verum audire non vult, alter ad mentiendum paratus est. nec parasitorū in comœdijs assentatio nobis faceta videretur, nisi essēt milites gloriosi,

Magnas vero agere gratias Thais mihi?

satis erat respondere, Magnas: Ingentes, inquit. semper auget assentatio id, quod is, cuius ad voluntatem dr̃, vult esse magnum. quamobrem q̄q̄ blanda ista vanitas apud eos valet, qui ipsi illam allectant, & inuitant: tamen etiā grauiores, constantioresq́. admonendi sunt, vt aīaduertant, ne callida assentatione capiantur. aperte .n. adulantem nemo non videt, nisi qui admodum est excors: callidus ille, & occultus ne se insinuet, studiose cauendum est. nec .n. facillime agnoscitur, qppe q̄ aduersando sæpe assentetur, & litigare se simulans, blandiatur, atque ad extremū det manus, vinciq́. se patiatur, vt is, qui illusus sit, plus vicisse videatur. quid aūt turpius, quàm illudi? quod ne accidat, magis cauendum est: vt in Epicureo,

Hodie me ante omnes comicos stultos senes

Versaris, atque luseris lautissime:

hæc .n. in fabulis stultissima persona est, improuidorum, & credulorum senum. Sed nescio quo pacto ab amicitijs perfectorum hominum .i. sapientum, (de hac dico sapia, quæ vr̃ in hominem cadere posse) ad leues amicitias defluxit oratio. quamobrem ad illa prima redeamus, eaq́. ipsa concludamus aliquando. Virtus, inquam, C. Fanni, & tu Q. Muci, & conciliat amicitias, & conseruat. in ea est enim conuenientia rerum, in ea constantia: quæ cum se extulit, & ostendit lumen suum, & idem aspexit, agnouitq́. in alio, ad id se admouet, vicissimq́. accipit illud, qd̄ in altero est: ex quo eorum exardescit siue amor, siue amicitia. vtrunque .n. dictum est ab amando: amare aūt nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere, quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quæsita: quæ tamen ipsa efflorescit ex amicitia, etiam si tu eam minus secutus sis. hac nos adolescentes beneuolentia senes illos L. Paullum, M. Catonem, C. Gallum, P. Nasicam, T. Gracchum, Scipionis nostri socerum, dileximus. hæc etiam magis elucet inter æquales, vt inter me, & Scipionem, & L. Furiū, P. Rupilium, Sp. Mummium: vicissim autem senes in adolescentium caritate acquiescimus, ut in vestra, & Q. Tuberonis: equidē ēt admodum adolescentis, P. Rutilij & A. Virginij familiaritate delector. Quoniamq́. ita ratio cō parata est vitæ, naturæq́. nostræ, vt alia ætas oriatur ex alia: maxime quidem optandum est, vt cum æqualibus possis, quibuscum tanquam è carceribus emissus sis, isdē ad calcem, vt dicitur, peruenire: sed qm̃ res humanæ fragiles, caducæq́. sunt, semper aliqui acquirendi sunt, quos diligamus, & à quibus diligamur. caritate enim, beneuolentiaq́. sublata, omnis est è vita sublata iucunditas. mihi quidem Scipio, quanquam est subito ereptus, viuit tamē, semperq́. viuet. virtutem .n. semper amaui illius viri; quæ extincta non est; nec mihi soli versatur ante oculos, qui illam semper in manibus habui; sed ēt posteris erit clara, & insignis. nemo vnquam animo, aut spe maiora suscipiet, qui sibi non illius memoriam, atque imaginem proponendam putent. Equidem ex omnibus rebus, quas mihi aut fortuna, aut natura tribuit, nihil habeo, quod cum amicitia Scipionis possim comparare. in hac mihi de rep. consensus, in hac rerum priuatarum consilium, in hac requies plena oblectationis fuit. nunquam illum ne minima quidem re offendi, quod quidem senserim: nihil audiui ex eo ipse, quod nollem. vna domus erat, idem victus, isq́. cōis. neque solum militia, sed etiam peregrinationes, rusticationesq́. cōes. nam quid ego de studijs dicā cognoscendi semper aliquid, atque discendi? in quibus, remoti ab oculis populi, omne ocium, tempusq́. contriuimus. quarum rerum recordatio, & memoria, si vna cum illo occidisset, desiderium coniunctissimi viri, atque amātissimi ferre nullo modo possem: sed nec illa extincta sunt, alunturq́. potius, & augentur cogitatione, & memoria; &, si plane illis orbatus essem, magnum tamen afferret mihi ætas ipsa solatium. diutius .n. iam in hoc desiderio esse non possum: omnia autem breuia, tolerabilia esse debent, etiam si magna sunt. Hæc habui, de amicitia, quæ dicerem. vos autem hortor, vt ita virtutem locetis, sine qua amicitia esse non potest, ut, ea excepta, nihil amicitia præstabilius esse putetis.

PETRVS MARS.

DVAS. Quousque, qm̃ oīs benignitas pperat, inqt Sen. & nō tulit gratias, q cū rogasset accepit. Arist. i 9. Mor. sic pcipit, est amici bñficia pferre, psertim in eos q indigēt, & anteq̄ illi reqrāt. [Studiū) Cura, volūtas. [Cūctatio) Mora. gratissima sunt bñficia, inqt Sen parata, facilia, occurrentia, ubi nulla mora fuit nisi in accipientis verecundia. optimū est antecedere desideriū cuiusque, pximū seq illud, melius occupare anteq̄ rogemur, qm̃ vt maioribus nr̄is grauissimis viris visum est, nulla res carius cōstat, quā q̄ pcibus empta est. Ideo diuināda cuiusque uoluntas, & cū intellecta est necessitate grauissima rogādi liberāda. Illud bñficiū iucundū, victurumq́. in aīo scias, qd̄ rogātis verba intercidamus, ne rogari videamur. [Libere) Solute, apte sine aliqua retractatione. [Auctoritas) Grauitas, æstimatio. [Ea) Auctoritas, & seueritas. [Apte) Libere citra simulationē, & dissimulationē. [Acriter) Aspere. [Pareatur) Obijceretur. [Nā qbusdam) Refellit Lælius Democriti, Stoicorū, & Epicureorū opiniones de amicitia. [Habitos) Existimatos. [Mirabilia qdā) Admirabiles opiniones. [Illi) Democriti & Stoici. [Prosequātur) Tractēt, disputēt. [Argutiꝰ) pressius, subtilius, minutius, enucleatiꝰ. [Nimias) Multas & arctas. [Solicitū) Anxiū. [Curā) Studiū. [Quā laxissimas) Valde remissas. translatio ab eqs quos nūc immittēdos, nūc cōtrahēdo habenas moderat, & regit insessor. & habenas p vinculis amicitiarū ponit & vsibus. [Adducas) cōtrahas. [Remittas) Relaxes. [Caput) Primū, ac maximū. [Securitatē) animi trāqllitatē. Idē Cic. in vlt. de Fin. dicit. Democriti aūt securitas, q̄ est aī tranquillitas eo separanda fuit ab hac disputatione, quia isti aī tranquillitas

MARCVS Pomponius Atticus præclarus ciuis Romanis fuit, & Romæ perturbationibus multis,ingentibus,Cinneis scilicet atque Syllanis necessitatem in voluntatem vertens Athenas decessit, vbi literis græcis, & bonis artibus inuigilans in eisdem euasit præstantissimus , vnde Atticus cognomen accepit,vt Romam reuersus est. coniunctissimus sane fuit & amantissimus Ciceroni,qui ad eum non modo hoc,sed complurimas scripsit epistolas,quod quidem volumen quidam conferunt , quod ad Atticum appelletur . Sed plura de vita huius non est opus scribere . Extant enim ornata verba Cornelij Nepotis auctoritate dignissima,qui vitã Attici & præclaros mores scripsit ad vnguem,quare ad titulum progrediamur : hic autem talis est : CATO MAIOR, SIVE DE SENECTVTE. *In quo Platonem imitatus est,qui in aliquibus suis codicibus titulum consimilem scripsit . Maiorem Catonem autem dixit,ad differentiam minoris , quia duos constat fuisse Catones fama & gloria celebres,vnde Iuuen. Tertius è cælo cecidit Cato . Minor enim ille maioris nepos fuit,& Vticensis appellatus ab Vtica Africæ ciuitate,vbi vitam cum morte cõmutauit, ne in Cæsaris seruitutem deueniret . Maior vero primum Censorius à censura dictus est , præclarus historiarum scriptor & orator optimus . Vnde ceteri Catones originem duxerunt hoc modo,vt inquit Aulus Gellius de noctibus Atticis.Duos ille Cato,qui & orator & Censor fuit filios habuit ex matribus diuersis, & ætatibus longe dispares . Nam iam adolescente altero,matre eius amissa,ipse quoque multum senex,Solonis clientis sui filiam virginem duxit in matrimonium,ex qua natus est ei M.Cato Solonianus,hoc enim illi cognomentum fuit à Solone patre matris datum . Ex maiore autem Catonis filio,qui prætor designatus patre viuo mortuus est,& egregios de iuris ciuilis disciplina libros reliquit,nascitur hic de quo quæritur , M.Cato M. filius M. Nepos cuius liber ita inscriptus est M C nepotis : is vehemens Orator fuit multasq. orationes ad exemplum aui scriptas reliquit , & consul cum Q . Martio rege fuit,& in eo consulatu in Africam profectus mortem obijt : sed is non,vt dixi,Catonis prætoris viri , qui se Vticæ occidit,& quem Cicero laudauit in librõ qui inscribitur laus Catonis , pater fuit, nec enim quia hic nepos Catonis Censoris, ille Vticensis ac pronepos fuit, propterea necesse est hunc ei patrem fuisse . Hic enim cuius nepos,cuius modo plorata oratio hæc est, filium quidem maiorem Catonem habuit, sed eum qui Vticæ perijt, sed qui cum Aedilis Curulis,& prætor fuisset,in Galliam Narbonẽsem profectus,ibiq́ victus,vita functus est . Ex altero vero Censoris filio longe natu minore,quem Solonianum appellatum dixi,duo nati sunt,L.Cato,& M.Cato . It.M.Cato tribunus plebis fuit,& præturam petens mortem obijt . Ex eoq. natus est M.C.prætorius,qui se bello ciuili Vticæ interemit, de cuius vita laudibusq. , cum M.Tullius scriberet, pronepotẽ Catonis Censoris dixit fuisse,sed tot,duo dicuntur fuisse Catones, maior & minor celeberrimi viri, pro quorum laudibus duo volumina Cicero fecit,hoc quod de senectute ad Catonem maiorem,in quo ipsum de senectute disputantem inducit . Alterum vero : quod de minoris Catonis scilicet Vticensis laudibus extat. Contra Cæsarem ad ipsum Catonem,pro quo quidem C.Cæsar libros duos edidit illius vituperatione plenos,& hos Anticatones appellauit, de quibus Iuuenalis mentionem fecit,Vt duo Cæsaris Anticatones . De titulo satis dictum est . Igitur expositionem aggrediamur, qua prore sciendum est à scriptura sumpsisse principium . Legimus enim in arte cum honestum genus causæ fuerit,posse vel vti, vel non vti principio,hoc est exordio. Si vti principio volemus,à lege,à scriptura,ab aliquo firmissimo nostræ causæ adiumento principium hoc est initium capere oportebit, quod quidem Ciceronem hoc loco fecisse videmus . . A scriptura enim assumpsit initium, siue ab exemplo . Est enim exemplum,vt à Cicerone diffinitum est alicuius dicti, aut facti cum certi auctoris nomine posito. Sumpsit autem hoc ab Ennio,de qua si pauca dicemus ad rem pertinens erit facta digressio . Ennius autem,vt alij volunt Rudijs,vt & alij Tarento ciuitate fuit oriundus,antiquissimus,quidem poeta vir profecto bonus & magnæ fidei, sed paruæ rei id est scientiæ fuit , quod ipse meminit,Haud magna cum re : sed plenus fidei sum . verum illis temporibus sapientissimus est habitus , fuit autem Ennius tanta beneuolentia , Africano coniunctus vt corpus eius in Corneliorum monumento Scipio ipse recondi voluerit , quod meminit Hieron. in libro de temporibus Eusebij . Ennius poeta & septuagenario maior articulari morbo perijt , sepultusq. in Scipionis monumento via Appia,inter primum ab vrbe milliarum . Quidam ossa eius Rudias ex Ianiculo translata affirmant. Ennius ergo hæc tria crimina : quæ sibi pro principio fecit Tullius ad Titum Flaminium scripsit familiarem suum . Hic vero,vt scribit Plutarchus Græcus ille præclarus Traiani magister , cui res Romanæ plurimum debent,ciuis Romanus fuit illis temporibus imperator militiæ,qui ea quidem tempestate magno dolore affectus erat, eo quòd frater eius propter intemperantem vitam senatu à Censorio Catone priuatus fuit,quem postea talibus versiculis consolatur : O Tite &c.*

PETRI MARSI RECOGNITIO, ET INTERPRETATIO DIALOGI M. T. CICERONIS DE SENECTVTE, AD ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM FABRICIVM COLVMNAM.

DIVINAE *legis interpretes magnanime Fabrici, necnon certa vita & ratione humani offi
cij veritatem indagantes magistri vitæ philosophi summum nobilissimi animalis bonum esse
congruenter naturæ viuere perspexerunt, & decreuerunt. Illa siquidem indulgentissima pa
rens virtutum omnium semina humanis animis ingenerauit, et quosdam veluti igniculos in
primigenijs accendit, qui fida doctrina, & solerti vsu tanquam leui flatu adiuti eam excicant
flammam, quæ iter naturæ penitus illustrat, & proprias dotes rationi, ac prudentiæ patefa-
cit. Ad hoc diuini nutus præscriptum, atque exemplar viuentes veram humanitatis induũt
formam, & prudentiam, iustitiam, constantiam, modestiamq. sectantes amicitiam, immo ne-
cessitudinem supremi numinis, virtute illam conciliante, ineunt. Et discipuli atque æmulato
res tanti doctoris constituuntur, & appellantur. Qualem suspexit antiquitas Tusculanum illum Catonem, & vt verio
ribus vtar notis, viam & consummatissimam virtutum omnium imaginem spectatu vndecunque dignissimam. Opti-
mus etenim habitus est, & fuit ætate sua Orator, Optimus Senator, optimus Imperator. Quo nil seuerius Roma vidit
vnquam, nil animosius, nil frugalius, nil iustius, nil denique publici vsus & gloriæ studiosius. Testis quæstura, testis con
sulatus, testis rigidissima censura, testis denique Sena & Metaurus, necnon Thermopylarum angustiæ, atque Callidro-
mos, vbi supra humanas vires depugnans magnanimus heros cum ea fortuna, quæ ignauissimum quemq. auersatur et
reijcit: acri animo, & præfracto vigore compositus, non solum hominibus admirandum, verum & deo optimo, maxi-
moq. gratissimum spectaculum exhibuit. Et quoniam senectutem, vt postremum, ac maximum naturæ munus grato
animo excepit, atque consummatissimi viri officio functus illam in primis honestatem ab omnibus imprudentium ho-
minum calumnijs vindicauit. Iccirco Ciceroni Philosophorum omnium instituta tenenti, & Academica libertate, arbi
trioq. præcepta tractanti Catonis popularis tui persona visa est idonea, quæ prudentissime grauissimeq. de senectute
dissereret, & dialogum tanti viri rationes ac præcepta complexum Catonem maiorem inscriberet. Quod præclarum
Ciceronianæ sapientiæ, ac eloquentiæ monimentum, sed nonnullis quasi neuis, & mendis dehonestatum, & obscuritate
nonnulla inductum emendatoris ac interpretis officio functus, ab informi situ vindicaui, & illustraui. Quæ lucubratio-
nes tibi sacrantur iucundissime, ac moderatissime Princeps Fabrici, qui Porcij Catonis vestigijs insistens, togatus, & ar
matus decorum seruas tuum. Subiectorum commodis, & quieti studiose prospicis: Generosam indolem tuæ sobolis,
qua te nobilissima, & pudicitiæ quoddam sacrarium coniux Lysina singularis, & viri, & Imperatoris Federici Vrbina
tis ducis filia, priscis quibusque heroinis non æquanda solum, sed præponenda honestauit: tuo exemplo instruis, & ad
veram imaginem, vt patrem decet, dies, noctesq. effingis. Ignauum siquidem ocium fugiens, quod viro è natura viuen-
ti, atque industria pœna est: nunc tua oppida inuisendo, nunc venando honestissimis laboribus frueris. Qui generosos
animos nutrire, & ad omnia officia erectiores, & promptiores reddere consueuerunt. Et vt te tanquam alterum Cato
nem fortuna exploraret per aspera quæque adegit, in quibus enituisti in primis, & opima spolia tanquam nouus quidã
Marcellus Ioui Feretrio triumphans retulisti. Maximam etenim gloriam id tantum affert, quod cum ancipiti, & maxi
me arduo periculo tractatur et vincitur. Pacificam Neapolitani regni possessionem maxima ex parte prudentiæ tuæ,
ac bellicis periculis, & sudoribus, necnon magnanimi Prosperi solertiæ, cuius læta grauitas, sublimis spiritus, robur in-
uictum, consultus ad ardua quæque impetus, & prouidæ mentis amabile pondus Brutos, Decios, Torquatos, Coruinos,
Fabios, & Scipiones vndique redolent, acceptam refert grato animo Rex Catholicus. Sed de his alias hoc quantulũcun
que est Petri Marsi clientis tui munusculum innata tibi benignitate suscipere dignum ducas. Nec rem ipsam, sed ani-
mum rebus etiam minimis gratiam & æstimationis nonnihil imponentem expende. Qui te colit, & maximam tibi, ac
tuis optat felicitatem. Vale igitur, ac viue felix, & curis aliquando vacuus, quibus pro communi vsu distringeris cum
tuo Catone te oblecta. Qui rationibus, & exemplis leuem esse, ac iucundam senectutem demonstrabit, & immortalita-
tem animorum asserens, contra vltimum terribile te armabit, & erecto animo te illud excipere docebit, quod omnibus
natura constituit. Cuius institutis, ac legibus æquanimiter parendum esse, sapientiæ professores censuerunt, & parue-
runt. Ius etenim quod quibuslibet latum est, ac latissime patet, æquissimum ducere par est, & decet in primis.*

M. TVLLII CICERONIS
CATO MAIOR, VEL DE SENECTVTE,
AD T. POMPONIVM ATTICVM.

PRAEFATIO.

O TITE, *si quid ego adiuto, curam ue leuasso,*
Quæ nunc te coquit, & versat sub pectore fixa,
Ecquid erit premy?

licet.n. versibus eisdẽ mihi affari te Attice, qbus affatur Flamininũ ille vir, haud magna cũ re, sed fidei plenus. q̃q̃ certo scio, nõ, vt Flamininum, solicitari te, Attice, sic noctesq;, diesq;. noui.n. moderationẽ animi tui, & æqtatem; teq. nõ cognomẽ solum Athenis deportasse: sed humanitatẽ, & prudentiã intelligo. & tñ suspicor ijsdẽ rebus te, qbus me ipm, interdum grauius cõmoueri. quarum consolatio & maior est, & in aliud tps differenda. nunc aũt mihi visum est aliqd ad te de senectute cõscribere. hoc.n. onere, qd mihi tecum cõe est, aut iam vrgẽtis, aut certe aduentãtis senectutis, & te, & me ipm leuari volo. etsi te quidẽ id modice, ac sapiẽter, sicut oia, & ferre, & laturũ esse certo scio. sed mihi, cũ de senectute vellem aliqd scribere, tu occurrebas dignus eo munere, quo vterq; nr̃m cõiter vteretur. mihi quidẽ ita iucunda huius libri cõfectio fuit, vt nõ modo oẽs absterserit senectutis molestias, sed effecerit mollem ẽt, & iucundã senectutem. nunq̃ igitur satis laudari philosophia poterit: cui q pareat, omne tps ætatis sine molestia possit degere. sed de ceteris & diximus aliàs multa, & sæpe dicemus. hũc vero librũ de senectute ad te misimus. oẽm aũt sermonem tribuimus non Tithono, vt Aristo Chius, ne parũ esset auctoritatis in fabula; sed M. Catoni seni, quo maiorẽ auctoritatem hr̃et oratio: apud quẽ Lælium, & Scipionẽ facimus admirantes, q is tã facile senectutẽ ferat, ipsq; eum rñdentem: q si eruditius videbitur disputare, q̃ consueuit ipse in suis libris, attributio græcis litteris, quarum cõstat eum perstudiosum fuisse in senectute. sed quid opus est plura? iam.n. ipsius Catonis sermo explicabit nostram oẽm de senectute sententiam.

PETRVS MARS.

TITE, si qd ego adiuto,) pfatiũcula hæc opi cõsentanea iucũdissime id agit cuius gr̃a inuẽta est & vsurpata. hoc siqdẽ quasi vestibulo, qd artifex designet, aperit, & aĩus lectoris veluti ad opa quædã sacra pnoscẽda inuitat, & instruit. Auspiciũ facit ab Enniana ꝯsolatione ad T. Flaminiũ ægerrime ferentẽ censoriã nucã inultã L. Flaminio fratri è Senatu moto à Catõe, Flaccoq. cẽsoribus. lege hist. apud Liu. lib. 1 1. Decadis bel. Maced. Valer. 2. excẽploꝝ & Plut. in T. Flaminio, & seniore Catone. (Siqd adiuto) Si in aliquo tibi opẽ fero. (Curã) Lãguorẽ animi & ægritudinẽ. (Leuasso) Minuo, & leuẽ facio. verbũ Ennianis tpibus aptũ. vt illud Virgil. Cetera qua iusso mecũ manus inferat arma. (Coqt) Vrẽdo macerat. (Versat) Quatit, solicitat. (Deprimeris) grauaris atq; ꝯterneris. (Ecqd precij) q merces, & cõpensatio erit ope, ac medelæ. (Enim) Certe inqt te Ennianis versibus appellabo, sed è phico quasi narthecio iucundiora, & efficaciora cõpromã medicamenta. (Ille vir) Calaber Ennius Rudiaꝝ alumnus. vnde Silius, Rudiæ genuere vetustæ, Nũc Rudiæ solo memorabile nomẽ alũno. & Ouid. Ennius emeruit Calabris in mõtibus ortus Vicinus poni Scipio magne tibi. (Haud magna cum re) Non subnixus, & subornatus phico instr̃o, & rõnibus ægritudinẽ ꝯuellere, ac eius vel minimas fibras extirpare idoneus. Idem Cic. in prima schola Tusc. sic scribit. Alcidamas qdam Rhetor antiquus, scripsit laudationẽ mortis, quæ ꝯstat ex enumeratione humanoꝝ maloꝝ, cui rõnes hæ quæ exqsitius à phia colliguntur defuerunt, vbertas orõnis non defuit. (Plenus fidei) Puræ simplicitatis & bonitatis. est igr̃ hic hoꝝ verboꝝ sensus Enniana consolatio fidam veram & bonã auctoris affectionem oñdit, q̃uis exqsitis vacet phiæ rõnibus, quæ affectibus medetur & angoribus. Vir magnæ rei dr̃ grauis, frugi, ꝯstans, cõtra nullius rei, leuis, neq̃, erro, nebulo, nauci, nihil. (Solicitari) Vexari, affligi, cruciari. est aũt solicitudo aĩ & corporis conquassatio. (Moderationem) Temperamentũ docto viro, ꝯstanti, forti, & frugi dignum, quẽ videlicet nec secunda extollunt, nec aduersas deprimunt, sed in oĩ ætate ac vita nãm sequitur dñe. hac siqdem repugnante irritus est mortaliũ labor. (Et æqtatem) Parem in oĩ fortuna tenorem, & tranqllitatem, constanti naturæ consentaneã. (Humanitatẽ) Eruditionem atticismo dignã. (Prudentiam) Acre iudicium reꝝ, humanaꝝ, & fortuitaꝝ. (Suspicor) Puto. (Iisdem rebus) Priæ ruinis, interituq. legum, & libertatis. & sic ad intermissam libertatẽ suspirans Cæs. sigillat tyrãnidem. (Grauius) Vehementius & molestius. (Cõmoueri) turbari, & solicitari. (Maior) Maiora fomẽta desiderãs & lenationes, qm̃ talis mœror non facile tollitur. est siqdem ingratissimi ciuis, leuiter ferre priæ interitum. (In aliud tps) Ne in nr̃am perniciem tyrãnum irritemus, nam sapiens q sibi pdesse nescit, nequidq̃ sapit. (Onere) Molestia ingrauescentis ætatis. (Vrgentis) instãtis, & grauãtis. (Aduentãtis) ppinquæ. aduẽtare est veniẽdo pximũ fieri. (Leuari) Exonerari. (Modeste) Tẽperate, æquanimiter. (Sapiẽter) Prudẽti ꝯsilio & acri iudicio, qđ parẽti nãæ semper adhæret. (Iucũda) Suauis & grata. (Confectio) Cõpositio. (Absterserit) Exarserit, expulerit. (Mollẽ) Lenem, facilẽ, & gratam, qm̃ senectus pclaras hẽt dotes, existimationẽ siqdem afferẽ, & auctoritatẽ. (Phia) Quę reꝝ oium veꝝ habet iudicium. falsas aũt & inanes eijcit opiniones, docetq. ea timẽda nõ esse, quæ naturalia sunt, & in se nihil hñt mali, ideoq. laudat tanq̃ vitæ dux atq; magistra. (Degere) Viuere citra pturbationes, q̃ ex opinione bonorũ, & maloꝝ oriuntur. Ois ætas ppria trutinula metiri debet prudẽter, atq; aĩ æqtate lustrare, decorumq. suum tueri p uiribus, & à pscripto naturæ nunq̃ discedere. (De ceteris instituc.) Phicia, & pceptis ad bene, beateq. viuendum spectantibus. & id egerat Cic. cum hæc cõmentaretur in quinq; lib. de Fin. & totidẽ Tusc. scholis. (Tribuimus) Adscripsimus, assignauimus. Tithonus diu vixisse fingitur à poetis & tandẽ in cicadam versus. (Aristo) Hic fuit ex Co insula, inde Cous denominatus est è Peripatetica familia Lyconis siue Lysiæ discipulus, de quo sic scribit Idem Cic. in vlt. de Fin. Concinnus & elegans Aristo, sed ea quæ desideratur à magno pho grauitas in eo non fuit, scripta sane multa & polita, sed nescio quo pacto auctoritatẽ orõ non habet. (Auctoritatis) Existimationis & dignitatis ĩ fabulosa psona. & sic latẽter notat Aristonis iudiciũ in psonis diligendis. (Facile) leniter, iucũde. (In suis libris) Originibus & cõcionibus, necnon de re Rustica Catonẽ græcas literas sero didicisse, dicit Plut. plerią auctorea sunt in summa etenim senectute Græcos libros in manu somẽa breues è Thucydide cõmentariolos, plures aũt è Demosthene confecit quos in causis orandis magna vsui fuisse constat. scripta quoque sua Græcis & sententijs & historijs distincta ẽt atque ẽt exornauit pleraqne grauiter & sapienter dicta ad verbum è Græco in Latinum transtulit. (Sententiam) Opinionem, iudicium. (Grauem) Molestam, onerosam. (Aetna) Mons & vrbs Siciliæ.

MART. PHIL.

O Tite, si quid ego adiuto,) Adiuto frequẽtatiuum à iuuo uas, ab vltimo supino formatũ mutatione u in o. Et sciendũ sane quod oia frequẽtatiua primæ coniugationis sẽ

uant

uāt significationem primitiuo℞, tametsi quædā ex his in alium sensum trāsire videātur, ut trabo tracto, cogo cogito, dico dicto, habeo habito, ut Virg. Atq; humiles habitare casas, & figere ceruos. [Cura) Quasi cor vrens appellatur, quā μελεδῶνα Græci dñt μέλη mēbra ἔδειν, corrodere, qđ corrodat mēbra, qđ vocabulū quasi exponēs inqt ille. [Quæ nūc te coqt) .i. vrit. vnde interdū cura amorē sigñat, vt Virg. in 4. At regina graui iandudum saucia cura. [Leuasso) Antiquū verbū desideratiuū, amasso, capesso. [Deprimeria) Vrgeria, à premo cōpositū. [Ee) Pro ecce apocope est. [Præmij) Legitur & pcij, sed melius pmij, nisi ponat pmiū pro precio. vt Sal. in Iugurtha. Vicit tñ in Senatu pars illa, q vero pciū aut grām ante ferebāt. pciō. o. illud ,ppric est, qđ re empta datur. [Licet.n.) Seqtur Tullius, Licet hoc est possum, interdū Licet significat tametsi. & tūc est ꝯiūctio. [Attice) M. Pōp. (vt diximus) suū cognomē est Atticus, nomē Marcus, cognomē ēt Pōponius. nā sua familia Pōponia vocabat. Dictus.n. est Attic⁹ ab Athenis, q ēt, Attica ab regina quadā Atti vocitata est, sicut Athenæ ἀπὸ τῆς ἀθηνᾶς .i. Minerua, q ei suū imposuit nomē. [Flaminiū) principē Romanum, de quo diximus q viam strauit Romæ, & de suo noīe Flamineā noīauit. de qua Iuuen. Experiar qđ ꝯcedatur in illos, Quo℞ Flaminia tegitur cinis atq; Latina. [Haud m.) Cum re .i. nō magna cū sapia & doctrina. [Plenus fidei) .i. amicitię & bonitatis. Fides.n. vt Cic. in lib. de off. docet, est dicto℞ ꝯuētorumq. ꝯstātia. Dicta aūt est fides, vt Non. ait, qđ fiat qđ dcm̄ est. Plen⁹ ac & cū ablatiuo, & cū genitiuo iūgitur. Iuuen. Plena ipso. Terent. Plenus sum rima℞. [Solicitari) Angi, dolere, vñ solicitudo dicta est .i. anxietas. Afficiebat.n. Atticus magno dolore, tū pp Rēp. occupatā, tum pp perturbationes multas, tum pp fratrem interēptū sorori sui, q Cinneis pturbationibus fuit occisus. qr Cinna socer Cæs. fuit. & cauēdū est ne solicitū p diligēte dicamus, vt pleriq; dñt, cū anxiū sigñet. vt Cic. Solicitus eqdē erā de rebus vrbanis. Ouid. Res est soliciti plena timoris amor. [Noctesq. diesq) .i. sp. & honestius est loq, p accusatiuū, quā p ablatiuū, vt in lib. de off. Annū iā audiētē Cratippū. Facimus & ꝓterea in hoc dñam, qñquidem cū dicimus per accusatiuum, tp̄s integrum & cōtinue significamus, cū vero p ablatiuum tp̄s intermissum. vt in hoc anno studui, & p hūc annū studui. [Moderationē) Quod bene scias moderari in rebus aduersis, & secūdis. & à modo, hoc est, mēsura nomē accepit. vnde captat beneuolētiā ab eo q. captatur, si eos q audiūt laudamus, vt ipse in Rhetoricis docet, si res eo℞ fortiter, māsuete, sapiēter, magnifice iudicatas ꝓferemus. [Aeqtatē) Tolerātiā. sigñat.n. æqtas duo, iustitiā vt seruātissimus æqui. & tolerantiā vt æquo aio tulit .i. forti & patiēti. [Cognomē) ,pprie dicit, quia aliter videatur. nā cognomē agnomē, & nomē i hoc discrepāt, qđ cognomē est à gñatione & à familia, vt Pōp. vt Cor. Agnomē ab euētu rei, vt Scip. Afric. ab Africa superata agnomē est sortitus. & sic Att. esset Agnomē & nō cognomē. Sed Tul. respexit tp̄s futu℞ suæ cognitionis, qđ posteri oēs illius Attici sunt cognominati. sicut Virg. Cui nūc cognomē Iulo additur. itaq; principiū ab Attic. Nomē vero est qđ à partib. imponitur pueris, vt Scip. vt Mac. [Humanitatē) dupliciter intelligit, est.n. primo humanitas mo℞ suauitas, dexteritas, & aptitudo, & ipsa ai mansuetudo, quā φιλανθρωπίαν Græci dñt, secundo sigñat doctrinam, & disciplinam. [Iisdē rebus suspicor) statu reip. & pturbationibus multis in ciuitate. [Grauius) Molestius, aut q ōnnq̄ grauē tibi senectutē esse sensurum. [Cōsolatio) Doloris diminutio, quā Græci dñt παραμυθίαν. [In aliud tp̄s) qa alias rebus illis pditis publicis & priuatis doloribus cōsolationē afferemus. [De senectute) Docilē facit auditorē. qa summā causæ bř exposuit. [Hoc.n. opere,) Attētū reddit auditorē Atticū. qa ōndit se esse dictu℞ de rebus, q ad eū ipsum q audit pertinent. s. qū o leuare possis onera senectutis, & hoc modo subiungit vtilitatē operis. secundo cōmendationes pħiæ, q est. illa q dat medicinā .s. ꝯsolationē senectutis, tertio & vltimo totius operis huius formā & modū, velut maiorē Catonē inducit disputātem de senectute. qa vt ait Nonius Marcel. Senes omnibus sunt tædio & odio, & ab onere dř oneratus, honustus vero ab honore, & in hoc differūt quod oneratus est qualicūque depressus onere inqt Ser. honustus vero cui onus ip̄m honori est. vt si qs spolia hostiū ferat. sed oneratus nō aspiratur, qa ab onere venit: honustus aūt, q a ēt ab honore descēdit retinet aspirationē. [Vrgentis) Tanq̄ ad tp̄s pñs. est.n. vrgere premere. [Aduentātis) Futu℞. qa nō est pñs sed futu℞ illud quod aduētat, quasi pñtis, & futuræ senectutis onere, & vsus est frequētatiuo, vt anni celeritatē ostenderet. cito.n. pede labit ætas, sic Seneca in Hercule furēte. Rota ꝓcipitis vertit anni. Horat. Heu Posthume, Posthume labuntur anni, & nihil est annis velocius. [Et me ip̄m) Addit ip̄m q solet medentur alijs, & dare ꝯsilia & remedia, se ip̄m ēt velit, & sciat curare, ne videatur, sicut inqt Sulpitius, imitari malos medicos q in alienis morbis se ꝓfitētur tenere medicinæ sciētiā, & seipsos curare non pñt. [Modeste) Moderare, quātū ad intolerabilia mala. [Et sapiēter) Quātū ad mala tolerāda, quæ sapienter scit tolerare. Duo.n. sunt gña malo℞. Vnū intolerabile quod tu modice fers. Alte℞ tolerabile, qđ sapiēter toleras. [Certo scio) Liberius Cic. hac vtitur locutione, quam q dicit certe scio. [Vellē) .i. eligerē. nā volūtas est alic⁹ rei faciēdę electio. [Occurrebas) in mēte veniebas, sed occurrere plura sigñat, & iterdū obuiare sonat. Occurrit matrona potēs, q molle calenum. p u. m. s. & est obstare, vt Persius. Venienti occurrere morbo. [Iucūda) Cū voluptate fructuosa, dicta sunt iucūda à iuuādo nō à iocādo, & qa magna erat affinitas inter, u. & , o, dř iucūdus iucūda iucūdū. & iocūdus iocūda iocūdū, & differt ab amœno. qa amœnus est voluptuosus sine fructu, dictus ab à qđ est sine munere. & cū diphthōgo scribit. qa u fit ex œ facit u: & ecōtra œ facit u sicut est apud Græcos, quod œ facit eu. Festus tñ inqt amœna esse loca q ad se amāda alliciāt & trahāt. [Nunq̄ igř) Cōmendatio pħiæ quæ medetur nō modo senectuti, sed oibus dolorib. & morbis, dicta pħia qđ amica sit sapiæ, hāc vero Latini studiū dñt sapiētiæ. Cic. in 4 de off. nihil aliud est pħia, si interpretari volumus, quā studiū sapientiæ. Item in proœmio Tuscul. qōnum. Studio sapiētia, quæ pħia dicit, continetur. Quæ qdem pħia triplex est. Vna quæ facit hoiem doctum quam Græci φυσικὴν, nři nālem appellāt. altera quæ reddit hoiem politū, & bene loquētē, quæ apud Græcos λογικὴ, & apud Latinos rōnalis nuncupatur, q habet grāmaticā, dialecticā, & Rhetoricam. Tertia vero reddit hoiem bonū, & bene operantem, quā Græci ἠθικὴν, moralē, nři vocāt. [Sed de ceteris) Diximus multa & sæpe dicemus. verba dicit Cic. se multa dixisse de ceteris rebus. nā multa extāt ꝓclara & admirāda volumina, quæ multū linguæ Latinę, cūctoq. humano gñi ꝓsunt, in qbus mores hoium, iuuenumq., senumq., ceterumq. re℞ oium doctrina tractatur. [Hunc librū) hoc dicit de ceteris rebus multa diximus, sed ad te hūc librū misimus de senectute. [Oēm aūt sermonem) Beneuolentiā captat ab aduersario, & à rebus ipsis. quod facimus qñ nřam rem laudando extollimus, aduersario℞ p contemptionē deprimimus. [Nō Tithono sed Catoni) Tithonus aūt Laomedōtis filius fuit, q cū magnanimus esset, ne domi torpesceret, ꝓfectus est in Orientē, ubi eius amore capta Aurora eū duxit in maritū, & in cœlū leuauit, cū qua Tithonus lōgo tpe dř vixisse, adeo quod p lōgam ætatē fingūt poetæ in cicadā esse mutatū. Horat. Longa Tithonū minuit senectus, quē Aristo Chius in suo lib. induxit disputantē de senectute. Aristo.n. orator fuit in Chio insula & ciuitate natus. [Ne parū auctoritatis esset in fabula) qa quod de Tithono dř fabulosum est .s. in cicadā esse mutatū, & Aurorā habuisse vxorē. qa Aurora nihil aliud est nisi splēdor solem ꝓcedens, & in cicadā esse mutatū natura nō patitur humana, sed veritas hæc est. Quod Tithonus in Orientē iuit, & ibi splēdidissimā reginā accepit vxorē, cum qua vsq; ad decrepitā vixit ætatē. & qa in senibus nihil aliud nisi verbū remanet, ideo in cicadā dř esse mutatus, quæ cantādo vitā finit. In hoc itaq; quod fabulosum est Arist. Chiū Cic. noluit imitari, sed in ceteris bene secutus est eū. [Maiorē auct.) Est aūt auctoritas snia imitatione digna. & bene disputāte Catone maiorē auctoritatē habet ōrō, cuius verba, vt ait Plin. de naturali hist pro oraculis apud Rom habita sunt, q ēt dř tria in se habuisse ꝓclara. qđ summus orator, summus Senator, summ⁹ imparator fuit, & quartū ēt recte adiungere possumus, qđ summus & optimus paterfamilias fuit. [Læliū & Scipionē) Vnū par amico℞ & singulare. sicut Pylades & Orestes apud Græcos. Læl.n. fuit Romæ adolescēs ꝓclarissimus. Scipio itē Rom. & ille minor ꝓstātissimus, q Carthaginē funditus deleuit. Multi.n. fuerunt Scipiones, sed duo potissimū hisce libris à Cic. memorati. Ille aūt primus Scipio Cor. Afric maior dictus, q Carthaginē P.R. tributariā fecit. Secūdus uero q in hoc opere inducitur ad loquēdū, Scip. Cor. Aemil. Afr. minor est appellatus. [Admirātes) admiramur.n. virtutes, & hoies virtute ꝓditos. Miramur aūt opera & mœnia, arces, domus, tēpla. [Qui si eruditius videbitur disputare) Quasi tacitæ tñ. det qōni. qa auctores oēs suis in operib. deco℞ seruare debēt loquētiū persona℞ hoc est qđ qsq; p sua qualitate loquatur. vnō dicit Horat. in poetica, Intererit multū Dauus ne loquatur, an heros, Maturus ne senex &c. Et qđ Cato loquatur polite, & ornate, & erudite i hoc opere nō ꝯueniret. qa Cato ita doctus qdē est & peritus, q plurima cōposuit volumina, vt de originibus, de agricultura, & alijs rebus, sed nō politus, & ornatus, & nesciebat qdē linguā Græcā. Ve℞ dicit nunc Cic. qđ effectus est politus & eruditus ex literis Græcis, qbus pōt optime tā ornata, & polita vti orone in hoc opere de Senectute. Cōllat .n. Catonē iam senē perstudio

sum fuisse literarum Græcarum. Vel eruditus inquit, vt tacite seipsum cómendaret hac figura dicendi. Scimus.n.non Catoné, sed ipsum Cic. verba factum. (Disputare) Tractum verbum ab arte putationis. qua superflui rami, & sarmẽta amputãtur. sic in sermonibus superflua verba dimittuntur, & bona cum rõne dicta tenentur. vnde dicta est disputatio, q̃ est docta & emendata, & polita & erudita elocutio. (In suis libris) De originib. & agricultura, & alijs in quibus docte dixit, sed nõ polite, & erudite. (Perstudiosum) Valde studiosum, adeo vt in ẽcilio, & in scena Græcas legerit libellos. Studium aũt est quædã voluntas, & ai applicatio ad aliqd peragẽdum. (Sed qd opus est plura) Facit finẽ dicẽdi Cic. sed sermoné cõmittit Catoni de senectute disputãti, & ipse interea dormiet Cic. Sed sane sciendũ hunc librũ a multis dialogũ appellari, vt ait Plut. dictus vero dialogus est ἀπὸ τῶ διαλέγεσθαι quod plurium sit sermo & disputatio, non solum duorum, vt qdam dñt literarum Græcarum imperiti. Valde enim errant, qui à δύο & λόγῳ dictum potant.

ASCEN.

O Tite siqdego adiuto &c. Tãetsi hic liber ante superiorẽ, vt in illius pfatione patet cõpositus est, iuxta tñ sõnem eum sequr in legendo. Nam quemadmodũ post officia vniuerso hoium gñi præscripta bene secutum est opus de amicitia, vt egregiũ in amico colendo significetur offm, ita nunc q a inter amicos ex officio viuentes in extremam vsq; vitam est caritatis cõiunctio, bene sequr de senectutis onere, si quod habe ret consolatio. affatur aũt in præfatione Cic. Titum Pomp. Atticum ijsdem versibus, quibus Ennius T. Flaminium consulseuros eum, qd' frater eius Senatu priuatur fuerat, dico frater L. Flaminios, vt Cato dicet in hoc opere post rubricam, sequr tertia &c. Hic aũt dictus est Marcus Titus Pomponius Atticus, vbi Marcus proprium est nomen à Martia, tñ virtute inditum. Titus pronomen à tuendo dcm, vnde ingentes Titos dicit Persius. Põponius cognomen q a cognationis & familiæ nomen. Atticus agnomen ex euentu impositum, quod Atticam eloquentiã reportauerat, vt hic Cic. innuit. Ceterum q a oia in cõmentarijs graphice declarantur satis instituto meo fecero si ordinem contexuero. Hoc tñ præmittam pp carmen melius legi precij quam præmij. accipiq. precium vt a comico. ego precium ob stulticiam fero. dicit itaq; Ennius. O Tite Flãmini nisi ego adiuto lup. te. qd. i. in aliquo, vt, pro vel leuasso. i. leuem facio & imminuo curam, quæ coqt nunc te & versat te existens fixa sub pectore. i. in pcordijs. Et quã. s. curã tu deprimeris. i. deijceris & deorsum premeris, hoc est demissio sic. ecqd. i. ecce qd precij. s. laboris. i. qd præmij erit mihi? Et si Atticus quærat. At q mihi hæc carmina scribis Cic. Rñdet. Non ab re, licet enim. i. licitum est mihi ò Attice affari. i. alloq te ijsdẽ versibus, qbus ille vir. i. notissimus. s. Ennius, haud cum magna re. i. supellectile rerum & diuitiarum, sed plenus fide. i. fidelitatis. affatur Flaminium. s. Titum à Senatu deiectum, q̃q̃ certe aut certo scio ò Attice non solicitari sic noctes, & dies, vt Flaminium. i. quemadmodum aut quantum audiui Flaminium solicitari. Noui.n. moderationem & æqtatem. i. æquanimitatem ai tui. Et intelligo te deportasse Athenis non solum cognomen, vt Atticus dicaris, sed ẽt humanitatem & prudentiam. Et tñ suspicor te cõmoueri interdum grauius ijsdem rebus, qbus meipsum. s. nunc cõmoueri. i. tyrãnide Cæsaris & desolatione reip. Dico. s. noui. q a non suspicatur sed certo scit, qbus rebus ipse cõmoueatur. Quarum. s. rerum cõsolatio est, & . i. simul maior, quam. s. quæ hoc codice possit explicari, & differenda in aliud tps. Aũt pro sed, visum est mihi. s. velle scribere nunc ad te aliqd de senectute. Enim pro q a. ego volo, & te & meipsum leuari hoc onere senectutis, aut vrgentis iam, aut certe aduentantis. quod. s. onus senectutis est mihi cõe tecum. Et . i. tamen, scio certo te qdem, q. d. vt de me mihi affirmem, & ferre . s. nunc & laturum esse. s. in posterum modeste ac sapiente id. s. onus senectutis. Sed cũ ego vellem scribere aliqd de senectute, tu occurrebas mihi dignus eo munere, quo vterq; nrm vteretur cõiter. i. vt re cõi. Quidem. i. certe confectio huius libri fuit mihi ita iucũda, vt non modo. i. nõ solum absterserit oẽs molestias senectutis, sed ẽt effecerit senectutẽ mollem. i. non duram & facile tolerabilẽ & iucundam, quod adhuc plus est. Nuoq̃ igitur. Quia ex phiæ studio ad senectutis onus leuandũ inuenerat, spe ad eius laudationem pgreditur dicens: Igitur qua ista ex phia discuntur, phia nũquam poterit laudari satis digne, cui. s. phiæ Mortalis q pareat . i. obediat, possit degere. i. de agere, & deplere oẽ. i. totum tps ætatis sine molestia. sed de ceteris. i. cõmodis phiæ, & . i. simul diximus multa, & dicemus sæpe multa. Vero pro sed, nos misimus ad te hũc librum de senecture. Aũt pro sed, tribuimus oẽm sermonem . i. disputationem nõ Tithono (quem fabulæ antiqssimum fuisse fingunt, ita vt in cicadã præ senio verteretur.) Vnde Horat. Lõga Tithonũ minuit senectus. vt. i. quẽadmodum Aristo Chius sup. fecit in eo libro quẽ de senectute scripsit. Ne parum auctoritatis esset in fabula. i. si fabulosa admiscerẽ, vt ille, sed tribuimus sop. sermonẽ Marco Catoni seni. non igẽ Vticẽsi. quo. i. ideo vt orõ hẽet maiorẽ auctoritatẽ. Apud quẽ. i. in cuius colloquio nos fecim' Læliũ, & Scipionẽ amicos illos inter se sapiẽtissimosq. viros admirãtes, qd is. s. Cato ferret tã facile. i. tã patienter senectutẽ. Et fecimus eũ . s. Catoné rñdẽtẽ ijs. s. Scipioni & Lælij Qui. s. Cato si videbit disputare eruditus quã ipse. i. dũ ex pprio ingenio loqueretur in libris suis. attribuito. i. volo attribuas literis Græcis, quarum cõstat eũ fuisse perstudiosum. i. valde studiosum in senectute? q. d. ne putetis qd cõtra decorum psonæ fecerim plus eruditionis illi tribuẽs in disputatione quã apud me habet quã in libris. Sed qd opus est sup. dicere plura? q. d. nihil. Enim pro q a, sermo ipsius Catonis explicabit eem. i. proximo libro oẽm sententiam nostram de senectute.

DOCT. interpr.

TErtios versus ita mutilus est, vt ne consitet qdem ea pars, nisi in deprimeris, elidas vltimã consonãtem. Integer erit, si post hoc verbũ addas, post, aut mox, aut dein, tum in fine adijcias mi. Vtranq; vocẽ addit Theodorus hæc Græce vertens, ἔπειτ' ἂν ἐμοί, siue vetustum aliquod exẽplar secutus, siue vt expleret metrũ. In multis cod. deprauate scriptũ erat, pmij, pro precij. In eodẽ carm. vt elidẽdum, s, in deprimeris. Est aũt versus imperfectus. (Ille vir haud magna cum re.) Quidam deprauarũt, haud magna cum re, nõ agnoscentes Rom. serm. elegantiam, qua vsus est Horat. in epist.

Me libertino natum patre, & in tenui re
Maiores pennas nido extendisse loqueris.

Fortunæ tenuitatem, & rei familiaris angustiam significans: Rursus in Satyris:

Validus male filius in re
Præclara sublatus,

diuitem indicãs. Ad eum modũ Ennios, opinor, describitur, Fortuna qdẽ tenui vir, sed egregiæ fidei, Nam vt & hoc esse fragmentum Enniani carminis, vt finis Heroici carminis sit, ille vir haud magna in re, initium alterius, Sed plenus fidei. Non refellam hic vel Petri Marsi vel aliorum cõmẽta, cum ipse Theodorus videatur non animaduertisse M. Tullij sensum, vt qui verterit, καὶ πράγματι μὲν οὐ πεπλησμένος, quasi Flaminius de re leui sit discruciatus Alioq addidisset articulũ Græcum, ὃ οὐ πεπλησμένος πράγματι. Sed quid hoc ad rem, aut q cohæret, sed plenus fidei? Certe καὶ πράγματι, Græcis ad facultates referri nõ põt. (Quibus meipsum) Nouum sermonis genus neq;.n. hoc sentit se suspicari, iuuenes ijsdẽ rebus cõmoueri, qbus suspicatur seipsum cõmoueri. Quis.n. suspicatur de seipso? (Et si te quidem) Quod hic absolute subijcit, etsi, id vsitatius est tñ q̃q̃, neque tamen verebimur imitari Ciceronem.

Dialogi personæ,

SCIPIO, CATO, LAELIVS.

SAEPENVMERO admirari soleo cũ C. hoc Lælio, cũ ceterarum rerum tuã excellentẽ, M. Cato, pfectamq. sapientiã, tum vel maxime, q nunq̃ grauẽ tibi senectutẽ esse psenserim: quæ plerisq; senibus sic odiosa est, vt onus se Aetna grauius dicãt sustinere. CATO. Rẽ haud sane, Scipio, & Læli, difficilẽ admirari videmini. qbus.n. nihil est in ipsis opis ad bene, beateq. viuẽdum, ijs oĩs ętas grauis est: q aũt oia bona à se ipsis petũt, ijs nihil põt malum videri, quod naturæ necessitas afferat: quo in gñe est in primis senectus: quã vt adipiscantur, oẽs optant; eandẽ accusant adeptã: tãta est incõstantia, stultitia, atq; peruersitas. Obrepere aiunt eã citius, q̃ putassent. primum, qs coẽgit eos falsum putare? qui.n. citius adolescẽtiæ senectus, quã pueritię adolescẽtia, obrepit? deinde, q minus grauis esset ijs senectus, si octingẽtesimũ annum agerent, q̃ si octogesimũ? præterita.n. ætas, quãuis longa, cum effluxisset, nulla cõsolatione permulcere posset stultã senectutem. quocirca, si sapientiam meã admirari soletis, quæ vtinam digna esset opinione vestra, nroq. cognomine; in hoc sumus sapien

tes, q̶ naturã optimam ducem, tanq̃ deum, fequimur, eiq́.
paremus : à qua nõ verisimile est, cum ceteræ partes æta-
tis bene descriptæ sint, extremum actum, tanq̃ ab inerti
poëta, esse neglectum. sed tñ necesse fuit esse aliquod ex-
tremum, & tanq̃ in arborum baccis, terræq́. frugibus, ma
turitate tempestiua quasi vietũ & caducum : quod feren-
dum est molliter sapienti. qd.n.est aliud, gigãtum more
bellare cũ dijs, nisi naturæ repugnare? LAE. Atqui, Cato,
gratissimum nobis, vt ẽt pro Scipione pollicear, feceris, si
qm̃ volumus (speramus quidẽ certe) senes fieri, multo an
te à te didicerimus, qbus facillime rõnibus ingrauescentẽ
ætatem ferre possimus. CA. Faciam vero, Læli, p̃sertim
si vtriq; vrm̃ gratum, vt dicis, futurũ est. LAE. Volumus
sane, nisi molestum est tibi, Cato, tanq̃ longam aliq̃ viam
cõfeceris, qua nobis quoq; ingrediẽdum sit, istuc, quò p-
uenisti, videre quale sit. CA. Faciã, vt potero, Læli : sæpe
enim interfui querelis æqualium meorũ, (pares aũt cum
paribus, veteri ꝓuerbio, facillime congregantur) quas C.
Salinator, quas Sp. Albinus, hoĩes cõsulares, nr̃i fere ęqua
les, deplorare solebãt; tum, q̶ voluptatibus carerent, sine
qbus vitam nullam putarent; tum, q̶ spernerentur ab ijs,
à quibus essent coli soliti. q mihi non id videbantur accu
sare, quod esse accusandum. nã si id culpa senectutis acci
deret, eadem mihi vsu euenirẽt, reliquisq́. oĩbus maiorib[9]
natu; quorum ego multorũ cognoui senectutẽ sine que-
rela; q se, & libidinum vinculis laxatos esse non moleste
ferrent, nec à suis despicerentur. sed oĩum istiusmodi que
relarũ in moribus est culpa, nõ in ætate. moderati.n. & nec
difficiles, nec inhumani senes tolerabilẽ senectutẽ agunt:
importunitas aũt, & inhumanitas omni ętati molesta est.
LAE. Est, vt dicis, Cato. sed fortasse dixerit quispiã, tibi
p p opes, & copias, & dignitatem tuã, tolerabilem senectu
tem videri, id aũt non posse multis cõtingere. CA. Est
istud quidẽ, Læli, aliquid, sed nequaq̃ in isto sunt oĩa. vt
Themistoclem ferunt Seriphio cuidam in iurgio rñdisse,
cum ille dixisset, nõ eum sua, sed patriæ gloria splendore
assecutum. Nec hercule, inqt, si ego Seriphius, nobilis, nec
tu, si Atheniẽsis esses, clarus vnq̃ fuisses. quod eodẽ modo
de senectute dici põt. nec.n. summa inopia leuis esse sene
ctus põt, ne sapiẽti quidem, nec insipienti, ẽt in summa co
pia, nõ grauis. Aptissima oĩno sunt, Scipio, & Læli, arma
senectutis, artes, exercitationesq́ virtutum : quæ in omni
ætate cultæ, cũ diu multumq́. vixeris, mirificos afferunt
fructus; nõ solum, quia nunq̃ deserunt, ne in extremo q-
dem t pe ætatis; (q̃q̃ id maximum est) verum ẽt, quia cõ
scientia bene actæ vitæ, multorumq́. benefactorum recor
datio iucundissima est. Ego Q. Maximum, cum, q Tarẽ
tum recepit, senẽ adolescens ita dilexi, vt æqualem. erat
enim in illo viro comitate cõdita grauitas : nec senectus
mores mutauerat. q̃q̃ eum colere cœpi non admodum
grandem natu, sed tñ iam ætate prouectum. anno.n. post,
q̃ Consul primum fuerat, ego natus sum : cumq́. eo quar
tum consule adolescentulus miles ad Capuam profectus
sum, quintoq́. anno post ad Tarentum q̃stor : deinde ędi
lis, quadriẽnio post factus sum prætor : quem magistratũ
gessi consulibus Tuditano, & Cethego, cum quidem ille
admodum senex suasor legis Cinciæ de donis, & muneri
bus fuit. hic & bella gerebat, vt adolescens cum plane grã
dis esset : & Annibalẽ, iuueniliter exultantem, patiẽtia sua
molliebat : de quo præclare familiaris noster Ennius :

Vnus homo nobis cunctando restituit rem :
Non ponebat enim rumores ante salutem.
Ergo magisq́., magisq́. viri nunc gloria claret.

Tarentum vero qua vigilantia, quo cõsilio recepit? cum
quidem, me audiẽte, Salinatori, qui, amisso oppido, fuge-
rat in arcem, gloriãti, atq; ita dicenti, mea opera, Q. Fabi,
Tarentũ recepisti; certe, inquit, ridens : nã, nisi tu amisis
ses, ego nunq̃ recepissent. Nec vero in armis præstãtior,
q̃ in toga; qui cõsul iterum, Sp. Caruilio collega quiescẽ
te, C. Flaminio tribuno pl quoad potuit, restitit, agrũ Pi
cenum, & Gallicum viritim cõtra senatus auctoritatẽ di-
uidenti : augurq́. cum esset, ausus est dicere, optimis auspi
cijs ea geri, quæ pro reip. salute gererẽt? quæ cõtra remp.
fierent, cõtra auspicia fieri. multa in eo viro p̃clara cogno
ui : sed nihil est admirabilius, q̃ quo modo ille mortẽ M.
filij tulit, clari viri, & cõsularis. est in manibus laudatio :
quam cum legimus, quem philosophum non contemni-
mus? Nec vero ille in luce modo, atq; in oculis ciuiũ ma
gnus, sed intus, domiq́ p̃stantior. qui sermo? quę p̃cepta?
quãta notitia antiquitatis? scientia iuris, augurij? multæ
etiam, vt in hoĩe Romano, litteræ : oĩa memoria tenebat
nõ domestica solum, sed ẽt externa bella. cuius sermone
ita tum cupide fruebar, quasi diuinarem id, quod euenit,
illo extincto fore vnde discerem, neminem. Quorsum igi
tur hæc tã multa de Maximo? qa profecto videtis, nefas
esse dictu, miserã fuisse talem senectutem. nec tñ oẽs pñt
esse Scipiones, aut Maximi, vt vrbium expugnationes, ut
pedestres, nauales ue pugnas, vt bella à se gesta, vt trium-
phos recordentur. est ẽt quiete, & pure, atq; elegãter actæ
ætatis placida, ac lenis senectus : qualem accepimus Plato
nis, qui vno, & octogesimo anno scribens mortuus : qualẽ
Isocratis; qui eum librum, q Panathenaicus inscribitur,
quarto & nonagesimo anno scripsisse dr̃, vixitq́. quinquẽ
nium postea : cuius magister Leõtinus Gorgias, centum,
& septem cõpleuit annos; neq; vnquã in suo studio, atq;
opere cessauit. q, cum ex eo quæreretur, cur tãdiu esse vel
let in vita nihil habeo, inquit, q̶ accusem senectutem. prę
clarum rñsum, & docto homine dignum. sua enim vitia
insipientes, & suam culpam in senectutem conferunt : qd[r]
non faciebat is, cuius modo mentionem feci, Ennius :

Sicut fortis equus, spatio qui sæpe supremo
Vicit Olympia, nunc senio confectus quiescit.

equi fortis, & victoris senectuti cõparat suam : quem qui-
dẽ meminisse probe potestis : anno.n. vndeuigesimo post
eius mortem, hi cõsules, L. Flaminius, & M. Atilius, facti
sunt : ille aũt Cæpione, & Philippo iterũ consulibus mor
tuus est, cum ego, quidem & LX. annos natus, legem Vo-
coniã magna voce, & bonis lateribus suasissent. sed annos
LXX. natus (tot.n. vixit) Ennius ita ferebat duo, quæ ma
xima putantur onera, paupertatem, & senectutem, vt eis
pene delectari videretur. etenim, cum cõplector aĩo, qua
tuor reperio caussas, cur senectus misera videatur; vnam,
q̶ auocet à rebus gerendis; alteram, q̶ corpus faciat infir
mum; tertiam, q̶ priuet oĩbus fere voluptatibus; quar-
tam, q̶ haud procul absit à morte. earum, si placet, caussa
rum quantum quæque valeat, quamq́. sit iusta, videamus.
A rebus gerendis senectus abstrahit : quibus? an ijs, quæ
iuuentute geruntur, & viribus? nullæ ne igitur res sunt
seniles, quæ vel infirmis corporibus, aĩo tñ administrẽt?
nihil ergo agebat Q. Maximus? nihil L. Paullus, pater

tuus, Scipio, socer optimi viri, filij mei? ceteri senes, Fabricij, Curij, Coruncanij, cum remp. consilio, & auctoritate defendebant, nihil agebant? ad Ap. Claudij senectutem accedebat ēt, vt cæcus esset: tñ, cum sententia senatus inclinaret ad pacem cum Pyrrho fœdusq. faciendum, non dubitauit illa dicere, quæ versibus persecutus est Ennius:

Quò vobis mentes, rectæ quæ stare solebant
Antehac, dementi sese flexere ruina?

ceteraq. grauissime. notum.n. vobis carmen est: & tñ ipsius Appij extat oratio. atq; hæc ille egit septem & decem annis post alterum consulatum, cum inter duos cōsulatus anni decem interfluxissent, censorq. ante superiorē consulatum fuisset. ex quo intelligitur; Pyrrhi bello grādem sane fuisse: & tñ sic à patribus accepimus. Nihil igitur afferunt, qui in re gerenda versari senectutem negant: similesq. sunt, vt si quis gubernatorem in nauigando nihil agere dicat, cum alij malos scandant, alij p foros cursent, alij sentinam exhauriant; ille autem clauum tenens, quietus sedeat in puppi nō facit ea, quæ iuuenes. at vero multo maiora, & meliora facit. non.n. viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporis res magnæ geruntur, sed cōsilio, auctoritate, & sñia: quibus non modo non orbari, sed etiam augeri senectus solet. nisi forte ergo vobis, qui & miles, & tribunus, & Legatus, & Consul versatus sum in vario genere bellorum, cessare nunc videor, cum bella non gero: at senatui, quæ sunt gerenda, præscribo; & Carthagini, male iam diu cogitanti, bellum multo ante denuncio. de qua vereri non ante desinam, q̄ illam excisam esse cognouero. quam palmam vtinam dij immortales, Scipio, tibi reseruent, vt aui reliquias persequare: cuius à morte sextus hic, & trigesimus annus est: sed memoriam illius viri oēs excipient anni consequentes. anno ante me censorem mortuus est, nouem annis post meum cōsulatum, cum consul iterum, me cōsule creatus esset. num igitur, si ad centesimū annum vixisset, senectutis eum suę pœniteret? nec n. excursione, nec saltu, nec eminus hastis, aut cōminus gladijs vteretur; sed consilio, rōne, sñia quę nisi essent in senibus, nō summum consilium maiores nr̄i appellassent senatum. Apud Lacedæmonios quidem ij, q amplissimum magistratum gerunt, vt sunt, sic ēt nominātur senes. Quòd si legere, aut audire voletis externa; maximas resp. ab adolescentibus labefactatas, à senibus sustentatas reperietis. Cedo, qui vestram remp. tantam amisistis tam cito? sic enim percunctanti, vt est in Næuij ludo, respondentur & alia, & hæc in primis.

Prouenìebant oratores noui, stulti, adolescentuli.

temeritas est videlicet florentis ætatis, prudentia senectutis. At memoria minuitur. credo, nisi eam exerceas, aut ēt si sis natura tardior. Themistocles oīum ciuium perceperat nomina: num igitur censetis eum, cum ætate processisset, q Aristides esset, Lysimachum salutare solitū? equidem no modo eos, q sunt, noui, sed eorum patres ēt, & auos. nec, sepulcra leges, vereor (quod aiunt) ne memoriā perdā. his.n. ipsis legendis in memoriā redeo mortuorū. Nec vero quenq̄ senum audiui oblitū, quo loco thesaurū obruisset. oīa, quæ curant, meminerunt, vadimonia cōstituta, qui sibi, cui ipsi debeant. quid iurisconsulti, quid pontifices, quid augures, quid philosophi senes? q̄ multa meminerunt? manent ingenia senibus, modo permaneat studium, & industria; nec ea solum in claris, & honoratis viris, sed in vita ēt priuata, & quiéta. Sophoclès ad summā senectutem tragœdias fecit. q pp studium cum rem familiarē negligere videretur, à filijs in iudiciū vocatus est, vt, quemadmodum nr̄o more, male rem gerentibus patribus, bonis interdici solet, sic illū, quasi desipientem, à re familiari remouerent iudices. tum senex dr̄ eam fabulam, quā in manibus habebat, & proxime scripserat, Oedipum Coloneū recitasse iudicibus, quæsisseq;, num illud carmē desipientis videretur. quo recitato, sentētijs iudicium est liberatus. num igitur hunc, nū Hesiodum, Simonidē, Stesichorum, num, quos ante dixi, Isocratem, Gorgiam, num Homerum, nū philosophorum principes, Pythagorā, Democritum, num Platonē, num Xenocratem, nū postea Zenonem, Cleāthem, aut eum, quem vos ēt Romæ vidistis, Diogenē Stoicum coëgit in suis studijs obmutescere senectus? an non in oībus ijs studiorum agitatio vitæ ęqualis fuit? Age, ista diuina studia omittamus, possum nominare ex agro Sabino rusticos Romanos, vicinos, & familiares meos, qbus absentibus nunq̄ fere vlla in agro maiora opa fiunt, nō serendis, nō percipiendis fructib. non condendis. q̄q̄ in his minus hoc mirum. nemo.n. est tā senex, qui se annum nō putet posse viuere. sed ijdem in ijs laborant, quæ sciunt nihil omnino ad se pertinere.

Serunt arbores, quæ alteri sæculo prosint,

vt ait Statius noster in Synephebis nec vero dubitat agricola, quamuis senex, quærenti, cui serat, respondere; dijs immortalibus, qui me non accipere modo hæc à maioribus voluerunt, sed etiam posteris prodere. Melius Cæcilius de sene alteri seculo prospiciente, quàm illud,

** Aepol senectus, si nihil quidquam aliud vitij*
Apportes tecum, cum aduenis; vnum id sat est:
Diu quis viuendo, multa, quæ non volt, videt.

* pro Aedepol. vt sit versus senarij currentes sunt.

et multa fortasse, quæ volt: atq; in ea, quæ nō volt, sæpe ēt adolescētia, incurrit. Illud vero idem Cæcilius, vitiosius:

Tum etiam in senecta hoc deputo miserrimum,
Sentire ea ætate esse odiosum se alteri.

iucundum potius, q̄ odiosum. vt.n. adolescentibus bona indole p̄ditis sapientes senes delectātur: leuiorq. est eorū senectus, q à iuuentute colunt, & diligūtur: sic adolescentes senum p̄ceptis gaudent, qbus ad virtutum studia ducūtur. nec minus intelligo me vobis, q̄ vos mihi esse iucūdos. sed videtis, vt senectus nō modo languida, atq; iners nō sit, verum ēt sit operosa, & semper agens aliqd, & moliens, tale scilicet, quale cuiusq; studium in superiore vita fuit. Quid, q ēt addiscunt aliqd? vt Solonem versibus gloriātem videmus, q se, quotidie aliqd addiscentem, senem fieri dicit: vt ego feci, q græcas lr̄as senex didici: q̄s qdē sic auide arripui, q̄si diuturnā sitim explere cupiēs; vt ea ipsa mihi nota essēt, qb⁹ me nūc exēplis vti videtis. qd' cū fecisse Socratē in fidib. audirē: vellē eqdē & illud: (discebant.n. fidibus antiq) sed in litteris certe elaboraui.

SAEPENVMERO) Incipit dialogus, in quo primum Scipio Catonē alloquitur. Locum aut priorem Scipioni attribuit, velut iuniori, atque ita petulantiori, vel ēt dignitatem potius ac nobilitatē, quam ætatem respiciens. (Cū & tum) Hoc est partim, quæ particulæ ita discrepant, quod cū semper præponitur, & tum, postponitur, & cum gñali causæ iungitur tū vero particulari, vt hoc in loco, cum & tum dicimus qn̄ partes sunt dispares, ut cum lucro, tum uirtute studio operam damus, tunc vero & tum dicimus qn̄ pares sunt partes, ut tum Virgilio

PETRVS MARS.

tum

me℞ demit, aut duos, vt vndeuigesimo .i. decimonono, quasi vno dempto de uigesimo vt Iuuen. Vnceolā Proculeis habet, sed Gillo deuncem. & duodeuigesimo .i. 18. quasi demptis duobus de vigesimo. [L. Flaminius) De quo mentionem fecimus. O Tite, siqd ego adiuto &c. [Iter℞ ꝯsulibus) Iter℞ vero qñ adiungitur signat quod bis fuit ꝯsul, mortuus est aūt Enn. istis cōsulibus cons. [Ego quidem) Probat à seipso qđ senectus non spernitur, & de se posuit exemplum vt probabiliorem faceret senectutem. [Voconiā legem) Sciendum est qđ moris erat Romæ, qđ si qs vnicam hñs filiam moriebatur, eam in oībus bonis suis relinquebat heredē, & quia mulier cum nubit alicui viro, in aliam transit familiā iniustam est visum bonis viris. Itaque quidam Rom. ciuis noīe Voconius vir magna auctoritate legem constituit talem, vt nemo mortem vnicam hñs filiam nisi in tertia, aut in quarta parte eam heredem relinquere posset, & reliquum hereditatis in familiam eius gñis distribueretur, vel fm quod lectum est in legibus. hanc Voconius legem tulit, nequis census hoc est pecuniosus heredē vnicam relinqueret filiam. Erat aūt census ille, qui centū millia in professione detulisset, vnde magna fuit contentio, quod iuniores uetabant, viri boni affirmabant, inter quos Cato surrexit, & legem ipsam approbauit. [Magna voce) Hoc est optima contentione. [Et bonis lateribus) Quibus vox confirmatur. vnde Orator bona latera hr̄e dr̄, qñ bonam & firmam vocem habet. [Suasissem) Aium ad credendum induxissem ad illam legē laudandū. [Putantur) Non aut ut sint, sed ut ab insipiētibus putatur. [Paupertatem) A parua pecunia dicta, est qua non solum Ennius, sed oēs ferme sapiētes delectati sunt, adeo quod multi, ut inqt Lact. qui diuitias hr̄e potuissent, aspernabantur. vnde & dixit ille, nisi vos perissetis, ego perissem. [Sed cu. & fa.) Optima sunt paupertatis exempla. differt aūt ab inopia & mēdicitate, quia inopia est quasi sine ope .i. auxilio. Mendicitas vero à manu qđ patet eleemosynam manu. [Quatuor) Repetitio causæ. Diuisio est totius operis in quatuor causis, quibus & absolutis erit absolutum totum opus. [Auocet rebus gerendis) Remouet à rebus q̄ geri debent .i. fieri. Virg. in 9. Nec tecum talia gessi, Magnanimum Aeneam. Interdum vero est hr̄e. Virg 2. Et nos aliquod nomenq. decusq. Gessimus. [Alteram) .i. secundam, alter n & alius in hoc differunt, qđ alter de duobus, alius vero de pluribus dr̄ [Infirmum) Inualidum natura, firmus validum & beneuolentem signat. Si te firmum q̄primum videro. quod componitur cum in, & priuat & aliqñ auget. vt infractus Virg. Turnus, vt infractos aduerso Marte Latinos Defecisse videt. [Omnibus voluptatibus) Corporis .s. & animi. corporis .n. voluptates sunt ad delenimēta q̄dam sensuum, ai aūt ad aliquid bene vel male cogitandū. Epicuri tria aiebant esse voluptatum gña. Aliquas .n. naturales & necessaria, aliquas vero naturales & non necessarias, nonnulla & neutrū esse. [Haud procul) Non nimis longe. nam procul est quasi procul ab oculis dictum. vnde & satis longe signare pōt, & non valde lōge. Cuius rei manifestatur ꝓbus est Virg. in 5. Est procul in pelago saxum. Item in 3. Nec procul hinc Rhœsi niueis tentoria velis Agnoscit lacrymans. [Si placet) Perhumaniter locutus. vnde capiauit beneuolentiam ab eis. [A rebus gerendis) Quia Rhetoricum est eo ordine quo diuisimus, eodem prosequi debemus. ab illo quod primo proposuit, incipit exponere. vnde dicit ꝓpōnē, Senectus abstrahit hoies à rebus gerendis, & postmodum interrogat dicēs. [Quibus) .s. rebus gerēdis abstrahit senectus hoiem. [An his) .s. rebus, q̄ in iuuentute gerūtur, & viribus. quasi velit dicere quod ea q̄ geruntur à iuuentute .i. multitudine iuuenum, & in viribus non pertinent ad senes, & non sunt officia senū, q̄ li à senibus geri non pñt, tñ dicere non possumus senes à rebus gerēdis esse remotos. nā senes hñt res & officia sua & consilia & prudentiam & grauitatem, q̄ ab ipsis geruntur. [Nullę ne igitur sunt res seniles) .i. ad senes pertinentes, q. d. multæ sunt & optimæ, vt consilium & prudentia. [Nihil ergo age. Q. Max.) Post ꝓpōnē subiungit exemplum, probando quod à senibus multa præclara fiunt, & qđ non sunt remoti à rebus gerendis. vnde interrogādo dicit, nihil ergo est? & aūt sine interrogatione, & quod, sic ironia & melius. [L. Paullus, pater tuus, Scipio) Iste qui introducitur in hoc opere Scip. Aemilianus Cor. Africanus minor appellatur, filius .n. naturalis fuit L. Paulli Aemilij. Primus aūt Scipio, vt ait Macr. de Saturn. fuit Corn. qui eo cognomine patrem luminib⁹ carentem probaculo gerebat Scipio cognominatus, nomē & cognomen posteris dedit. [Socer optimi viri, filij mei?) .s. M. Cato. filij mei qui Aemiliam L. Paulli filiam duxit vxorē. hoc .n. pacto se habet Aemiliorū familia. Paullus Aemilius L. Paullū genuit, hic vero Scipionem Afr. minorem Aemiliam filiam procreauit, q̄ nupsit M. Cat. filio censorini. Scip. aūt ita descendunt, P. Scipio Scipionē Afr. maio. q Carthaginem P R. reddidit tributariam genuit, h⁹ filius fuit Scipio Corn. valetudinarius .i. q deficiebat viribus, sed seipm ꝯsilio recuperabat. hic adoptauit Scip. Aemil. Afr. min. Cn. vero Scipio fuit P. Scipionis. de qbus inqt Virg. duo fulmina belli Scipiades. [Fabricij, Curij, Coruncani) Nobiles R. fuerant magis rebus gestis clarissimi, & paupertate gloriosi, quo℞ Fabricius q legatis Samnitibus rñdit au℞ sibi offerentibus, Romanos non au℞ hr̄e velle, sed au℞ hñtib⁹ imperare. M. vero Curius Dentatus primus de Samnitibus, ut inqt Plin. triumphauit, iter℞ de Sabinis, tertio de Lucanis ouans vrbē introiuit. Pyrrhum Epirotam de Italia repulit, quaterna dena agri iugera viritim populo diuisit. Totidem deinde sibi ꝯstituit dicens, neminem esse dr̄e cui non tñ sufficeret. legatis Samnitium au℞ offerentibus eum ipse in foco rapas torreret: Malo hæc, inqt fictilibus meis edere, & au℞ hñtibus imperare. [Nihil agebant?) Ironice, q. d. oia. [Ad Ap. Claudij) Hic ciuis R. insignis fuit. Erat aūt cæcus, quam qdem cæcitatē pp intelligentiā religionis passus fuit, quam rem Valer. in cap. de neglecta religione ponit. Neglexit aūt App. sacra Herculis hoc pacto, vt scr. Plin. duæ familię ad Herculis sacra fuit destinatæ .s. Poticio℞ & Pinario℞, Poticios Herculis sacerdotes ꝑcio corrumpit, vt sacra Herculis seruos publicos edoceret, vnde cæcatus est, genus Poticio℞ funditus perijt. [Ad pacē cū Pyrrho) Cum Romani Italiam debellassent 40. annos cū Tarentinis potissimū difficillima bella gesserunt, in auxiliū, Pyrrhū Epirota℞ regē euocauerunt. quare cū crudelia bella inferrentur Rom. deliberauerunt pacē & fœdus cū Tarētinis inire, quam rē vetuit magna voce & firmis lateribus Appius q̄uis cæcus fuisset, & senex lectica in senatū latus, fuæ tñ oēs orationi Romani assenserūt. quā rem memorat Plin. Cū de pace Pyrrhi ageretur, & gratia potentiū ꝑ legatū Cyneā ꝑcio q̄reretur, senex & cæcus in lectica in senatū latus, turpissimas ꝯdōnes magnifica oratione discussit. a pactione dicta est pax. fœdus siue a fide dctm est, qa in fœdere interponitur fides, siue qđ in paciscendo fœdere hostia mactaretur. Virg. & cæsa iungebant fœdera porca. [Quæ versib⁹ ꝓsecutus est Ennius) Nā Enn poeta illā orōnem, quam App. habuit versibus suis inseruit, quo℞ duos tñmodo posuit, nimis .n. longum fuisset. nāq; centum fortasse versus erant [Quo) In qua dicit persona Appij. [Recta ꝯstātes) Nō flexibiles ad cōponendā pacem cum Pyrrho. [Ante hac) .i. in prō tpe. [Dementi ruina) Stulta & inepta rōne faciendo pacē cū isto Pyrrho. [Cæteraq. grauissime) qa nimis lōga fuisset illa allegatio versuum, dicit cetera q̄ erāt in illa orōne erant grauissima, & ēt carmen ipsius Ennij erat oībus Rom. notū, sicut nunc Virgilij. & notandū qđ dixit carmē in numero singulari, cum plures essent versus. qa carmē non modo vnum versum, sed totā compōnem libro℞ signat, & opus ipm signat. vt carmen Georgicum & Bucolicū Vñ Virg in Buc. dixit de duob⁹ versibus carmē. & tumulo supaddite carmē. [Atque hanc ille egit) .i. Appius recitauit. & cōputat annos, vt diximus antiquo more. & sciendū est qđ nemo poterat esse ꝯsul nisi 55. annū ageret, poterat ergo Appius annos natus esse circiter 60. aut plus eo qñ istā egit orōnē, cū post 55. annū esse poterāt ꝯsules. Et iste duos habuit ꝯsulatus, & inter duos ꝯsulatus istos anni 10. interfuerunt. & post ꝯsulatū an. 16. egit orōnē, & anteq̄ ꝯsul fuit censor. [Alterū) .i. secūdū ꝯsulatu huic, alter℞ partitiuū est de duobus. [Cēsor) Primū cēsus solū, postea lustris ꝯdēdis & moribus ciuitatis ꝑfuerūt cēsores, & erant duo tñ, & a multis magr̄i mo℞ dicti sunt, à censura vero denoiati, ad quo℞ censionē .i. arbitriū cēsebat ppl's. Lustris aūt qbus ꝑerat tota ciuitas sequēte populo tū publica ꝑcatione ambiebat. [Accepimus) Audiuimus esse ve℞. [Nihil agitē afferunt) Dñt. nihil q negant senes rebus gerendis esse remotos. quia per ꝓbōnem iam factam plus faciunt quā iuuenes. [Alij scansq. sunt) Cōparat senes gubernatori nauis, apta qppe similitudo est cui rñdent oēs partes. [Malos) Malus masc. gñis arborem signat. Horat. Nec malus sceleri saucius Africo. dictos à similitudine malo℞, q̄ pēdent in arbore pomifera quia in arbore nauis ēt aliqua sunt suspensa, & alligata ligna rotūda, circa q̄ voluuntur funes, q̄ formā malo℞ imitantur. Malus qñ arborē ipsam pomiferam significat, fœm. gñis est, & ambæ istæ duæ dictiones sunt longę. qñ vero malus improbum signat, tunc habet primam breuē, vt Virg. O socij, neque .n. ignari sumus ante malo℞. [Foros) Fori tñ declinantur in plurali, & mascul. gñis sunt. & signant locum in naui .i. medium nauis per quem currūt exhortatores nautum. vnde dixit, cursitent. [Sentinam) Fundum nauis, quo oēs sordes defluunt. [Sed consilio) Et bene huic uero rei affeotitne Sal. in Cat. Bello nostra omnis vis in animo & corpore sita est, animi imperio, corporis seruitio magis vtimur, alterum nobis cum dijs, alterum cum belluis cōe est. quo mihi rectius esse videtur ingenui, quā

vtrium

virium opibus gloriam quærere, consilium aūt dictum est à con sulēdo vel à silendo, quo tacitus consilium reperitur. [Nisi forte ergo) Post particula exēplū miscet exēplū de seipso. [Legatus) Quē dīt vicarium in exercitu, alias legatus orator, quē vulgo di cūt ambasiatorē. [Carthagini male cogitāri) Sciebat Cato hæc, q a semel ad cōponendas lites conuicinoꝝ à Rom. illuc missus est potentibus Carthaginensibus, ibi aios Carthaginensium animaduertit, & cognouit eos. Domum Romam reuersus inflāmās oium Romanoꝝ aios exposito negocio à Catone tertium bellum Punicum factū est, & funditus deleta est Carthago. Deinde post annos aliquot alia est in Libya ꝯstituta Carthago haud mul tū lōge à prima, q̄ deleta fuit à minore Scipione. [Vtinā dij immortales, Scipio tibi reseruēt) qđ optauit Cato haud multo tpe post euenit, quod iste Scipio eā deleuit. [Aui). s. Scipionis Africani maioris, q fecit eam tributariam, vt diximus supra. [Cuius) Aui. erat. n. auus p adoptionē, cum valetudinarius ille adoptauit in filium huius Scipionis filium. [Excipient) Et ex p̄cedenti dr̄ excipere. dicit ergo, quod semp manebit memoria eius. [Cum consul) Hoc est designatus. nam sp erant quatuor consules, duo designati & duo existentes consules. semper. n p annum antea creabantur, & postea alteꝝ annum in consolato manebant. [Eminus) dictū aduerbium quasi extra manum cominus vero quasi cū manu, à con & manu. [Gladijs) Ensibus. Iuuen. Mittent bracchæ, cultelli, scena flagellū. Idē alibi. [Senatū) q in senibus est, in quibus sunt consilia. quoꝝ arma sunt prudentia, consilium, auctoritas, ratio. nā si à iuuenibus diceretur, iuuentus appellaretur. [Maiores nostri) Maiores & minores quotiescunq; p superioribus & posteris nostri ponuntur, tm̄modo numeri pluralis sunt & tunc utimur maioribus & minoribus, qū non amplius vocabula habemus q b. eos appellemus hoc modo, pater, auus, abauus, tritauus, ꝓauus, attauus & maiores, sic de minoribus dr̄. [Apud Lacedæmones) Instat ēt, vt probet senectutem non esse remotā à rebus gerēdis. [Summū consilium) Appellatur senatus non tm̄ pp ætatem quantum pp dignitatem, nam eum γέροντες sit senes γερουσία ab eis senatus cognominatus. Lacedæmon aūt ciuitatem quam spartam dīt vnde nomen gentile fit Lacedæmonius, vt Lacedæmoniosq̄. hymenæos. & scito quod in tota græcia duæ erant ciuitates excellētiores ceteris. Lacedæmō & Athenæ, duæq. oculi græciæ nūcupātur. [Legere. s.) apud poeticas & auctores historias & res scriptas. [Et audire) Ab aliqbus, q multa sciunt p̄terita, & nouerūt res gestas vel audire ab alijs legētibus. [Reperietis externa) Peregrina. [Cedo), p dic. & est verbū imperatiuum. & cedo & cedite tm̄ inueniuntur, & accentum habet in fine, & exemplū & textus est Neuij poetæ comici, Vitæ mortui, Roma polsi factione nobilium ac p̄cipue Mete. q lib. composuit, quem ludum appellauit, in quo induxit duos adolescentes, quoꝝ vnus alteri obuians, inqt quo resp. Thebanoꝝ eo pacto labefactata esset, cui rñdet à iuuenibus qđ non amplius à senibus regebatur. p quod ꝓbat Cato, qđ senes sunt q resp. gubernāt & quod sunt remoti a rebus gerēdis. vnde dicit vnus eoꝝ adolescentuloꝝ ab Ennio introductus. [Cedo) Dic rēp nr̄am. s. Thebanā. [Sic. n.) verba Catu. exponētis qđ dixit. [Percōctātur) Quærūt? Terent. in Eun. Quē percōter, qua insistā via. [Rñderetur & alia) . s. ab ipso adolestēte interrogato, quo perueniebāt oratores. Noui stultos adolescētes, q suis temerarijs ꝯsilijs rēp. nr̄am pdiderūt. oratores . n. dicit vtm maximā i dicēdo hñtes. vō Quinti. diffinit oratores esse viros bonos dicēdi peritos, sed hoc loco nō cadit diffinitio. orare aūt prisci dicebāt agere. hinc oratores causaꝝ actores sunt appellati, & legati q reip. mādata peragerēt, vt Cētū oratores. [Temeritas videlicet) Certe. [Florētis) Metaphoricū verbū est, qm̄. Licuit semperq̄. licebit Signatū p̄sente nota ꝓducere nomē. Hora. Prudētia bonoꝝ & maloꝝ discreto, & memoria multaꝝ reꝝ. [At memoria minuitur) ἀνθυποφορά est, qoā aliqs Catoni facere potuisset, dicēs senes obliuiosos esse & in eis minui memoriā, aut qđ sit Læl. vel Scipio. est . n. memoria ai reꝝ & verboꝝ dispositionis firma p̄ceptio. At & sed sp significant dr̄iam reꝝ. [Credo) Rñdet Cato obiectioni factæ, & probat quod in senibus memoria non deficit, nisi in illis q eam non exercent, & q à natura sunt obliuiosi. [Tardior) Crassior ingenio. nam tardus duo signat, & crassum ingenio qđ tarde intelligāt. Terent. q tardus es & lentus, & segnem corpore qđ tarde moueatur. [Themistocles) de quo diximus supra mirabilem memoriam habuit adeo vt oium suorum ciuium noia memoriter teneret iam senex. [Lysimachum salutare) Hoc est ut unum hoiem salutaret pro aliquo ipsum honorans, q. d. nō Lysimachus aūt pater fuit Aristidis Atheniēsis, hic vero Aristides tanta virtute & gloria fuit, vt æqualis ꝑpemodū exiterit Themistocli. Itaq;, vt ait Aemilius Probus, cū eo de principatu ꝯtendit, obtrectarunt inter se, & tātæ hic iustitiæ fuit, qđ cognomine iustus est appellatus, ex ea Aristidis iustitia factum est, qđ se oēs quasi græciæ ciuitates ad Atheniensiū societatem applicauerunt. [Eqdem noui) Scio. ēt de seipso loqtur nec mirꝫ, qa senes de seipsis plerunq; laudatores sunt. [Eqdem) ego qdem iungitur. n. prima secūda & tertia ꝑsona, tum in Cic. tum in alijs auctoribus. Persius. Non eqdem hæc dubites amboꝝ fœdere certo Consentire dies. [Qui sunt) Hoc est viuunt. sed patres & auos ipsoꝝ q fuerūt, hoc est mortui sunt. [Auos) Patris matrisq. patres, ex illa voce nuncupato, quam græci ἀυός. ꝓferunt magnum significātem. cū auus magnus fit in familia. [Quod aiunt) Dīt & est in ꝓuerbio, quod q legūt inscripta & epitaphia & epigrāmata mortuoꝝ memoriam perdunt. hoc ego Cato nō timeo. qa in ipsis legēdis magis memoriā exerceo, & ipsam confirmo meā. [Thesauꝝ) Rē cū preciosaꝝ repositionem. græcum qdē nomen θησαυρός, nō aūt ab auro vt dīt multi. nam non solū auri sed oium reꝝ preciosaꝝ repositionē Thesauꝝ dicimus. [Meminerunt, vadimonia) In prōptu hñt. vnde accusatiuū regit. vt diximus memini. vadimonia n. sunt fideiussiones & ꝓmissa, quæ fiunt ꝓ alijs debitis. [Qui sibi ꝯstituta) q debēt sibi, & cui debeāt, hoc est obligati sunt. [Iurisconsulti) Quos dīt doctores legū, & dīr iurisconsulti & iureconsulti. [Pōtifices) q rebus sacris p̄sunt, quos nūc Papas appellamus. dicti vero a posse & facio. Varro tn̄ arbitratur à pōte. nā ab his Sublicius est factus primū & restitutus sæpe. [Augures) hi ꝓdigijs publicis p̄erant, & in istoꝝ collegio erat ordo hoium prudentium. [Ingenia) Quasi innata à nā dīr ingenia. [Studiū) Est q̄dā vehemens. applicatio ai ad aliqd peragendum summa cum voluptate [Industria) Diligētia quædā ardens circa res honestas. [Quieta) sine armis. [Sophocles) Iste fuit p̄clarus & sapiētissimus poeta græcus Atheniēsis qui multas scripsit Tragœdias de quo Virg. Sola Sophocleo tua carmina digno cothurno. vnde iam factus senex scripsit Tragœdiā quā ἐπὶ κολωνῷ appellauit, cū hēret filios, qui gubernationē rei familiaris cupiebāt, accusatūt eū iudicibus qđ iā desipiebat, & rē domesticam nō bene curabat. vnde vocatus in iudiciū, sciens accusationem factam à filijs secum sub pallio Tragœdiā Oedipi colonei addu xerat, quā illis dieb. absoluerat, qua lecta statim fuit absolutus. [Tragœdias fecit). s. Oedipū coloneū. [Familiarē) Domesticū, sed vt plurimū familiaris signat amicū, vt si negocijs familiaribus impediti, hoc est rebus & negocijs, familiaribus, impediti, hoc est rebus & negocijs & causis amicorū nr̄orum occupati, in quo multi erant exponentes familiaribus ꝓ domesticis. [Nostro more) Romano more. est. n mos bene vel male viuēdi consuetudo. & est ἄκλιτον nomen. vt valetudo, venenū. [Interdici) ne ministrare possit amplius & est verbū iurisconsultorum. [Desipientē) A desipio quod est verbum cōpositum à de & sapio. [Eam fabulam). s Oedipum Coloneum, posuit. n. fabulam pro Tragœdia, sicut Terent. fabulam pro comœdia, Oedipus autem rex Thebanoꝝ fuit, qui Laium patrem ignoranter interfecit & matrem Iocastam ignoranter duxit vxorem, à qua 4. suscepit filius Polynicē, Etheoclem, Ismenē, & Antigonem filios, quā rem vt resciuit Oedipus oculus effodit sibi, & Athenas exulauit. vbi magnificentissime susceptus est, & ibi mortuo sepulturā magnificā & eminentē in altū ꝯfecerunt. vnde Coloneus dictus est, qa κολωνὸς est locus eminens in altum & sublimis, quam rem Sophocles stylo tragico scripsit. Item Stat. Item Eurip. Item & Sen. eidem scripsit, & dr̄ Oedipus, quia pedes inflatos habuit. & adustos, cum fuit expositus à parentibus. nā ꝑforarunt et pedes veru ignito ut moreretur, quia p oraculum acceperant scelus, qđ postmodum contingit, q̄uis euitare conati fuerint. inuentus aūt fuit Oedipus ita expositus puer à quodā viro, & illum ad Corinthiū regē detulit, quem libentissime suscepit in filium cū ab vxore ꝓlem hēre non posset. [Illud carmen) Opus illud metricum. vt diximus carmen appellatur. [Nū igitur) Hunc. n. Sophoclē, & ponit nunc cumulum & frequentiam exemploꝝ, quibus sit manifestū à rebus gerendis senectutem non esse remotā. [Hesiodum) Poetam græcum, quē Virg. imitator est in Georg. [Simonidē) Poetā græcum lyricum qui tpe quo Stesichorus poeta mortuus est clarus habebatur, inquit Eus. Præterea Pindarus & Simonides poetæ lyrici vno tpe habiti sunt insignes. [Stesichoꝝ) Alium poetā. [Socratem) Qui Delphici Apollinis oraculo omnium hoim sapientissimus fuit iudicatus, vt diximus primus p̄hiam de cœlo deduxit in terram, & eo tpe dr̄ natus, quo Themistocles hausto tauri sanguine mortuus est. (Gorgiam) Leontinum. s de quo ante diximus, qui tantum docendæ artis oratoriæ quæstum consecutus fuit, vt oim hoim primus ad sui memoriam in Delphis in templo solidam ex auro statuam posuerit. [Homerum num) an philosophorum, an poetarum principem appellemus in dubio est.

est. Omnium bonarum artium peritissimus fuit, vt cæcus tamen, ideo Hom. ionici.n. ὅμηρος cæcum dicunt. Sum.n.proprium Melesigenes erat. [Principem) Antiquitate & virtute Pythagoram principem dicimus, q relicta Samo patria in Aegyptum profectus est, vti variarum rerum intelligentiam assequeretur. Inde ad Persas commigrauit maiorisq. doctrinæ se tradens erudiendum sidereos motus stellarumq. cursus accepit, hinc Cretam Lacedæmoniamq. petens, tandem in Italiam venit, regnante Numa, vbi tanta seueritate vitam duxit, vt Crotoniatæ ad quos primum diuertit, tanti viri auctoritate ad bonus sanctosq. mores breui tempore reducti fuerint, qui magna prius & intemperata luxuria profluebat, seculis postea quam plurimis sic eius Pythagoreorum qd' viguit in Italia nomen vt alius videretur doctus nemo. Adeo vt Platonem relictis Athenis institutionis illorum cognoscendæ gratia in Italiam aduenisse comperio. [Democritum) Abderitam phm. hic vero tantas fuit sortitus opes, vt pater eius Xerxis Persarum regis exercitum dapibus explere sumptuosissimis facile potuerit, eis tamen opibus donauit patriam, reseruatis quibusdam rebus admodum paruis, quod ideo fecit ne suo studio liberiore quidem aio vacare posset, reliquorumq. semper ipse ridebat ambitionem & curas inanes, de quo Iuuen. ait, Iam ne igitur laudes quod de sapientibus alter. Ridebat quoties à limine mouerat vnum. Sustuleratq. pedem, flebat contrarius alter. [Platonem) Qui in Italiam venit, vt ante diximus, Pythagoræ fama permotus, vbi quam plurimos cognouit. Tum maxime Archytam Tarentinum, Timeum, Aronemq. viros certe phos, & rerum naturæ omnium doctos. [Xenocratem, Zenonem, Cleanthem phos in his artibus claros Athen. non.n.est inuentus phs aliquis Cleãs nomine. Sed Zeon ille præclarus phs Zeno Cleanthes est appellatus a familia Xenocrates vero, vt inquit Val. tanta sapia sanctitateq. fuit, quod ingentissimus ei honos exhibebatur Athenis, adeo quod cum testimonium dicere coactus ad aram accessisset, vt more eius iuraret, se omnia vere retulisse, vniuersi iudicei consurrexerunt, conclamaueruntq., ne iusiurandum diceret, quodq. sibimet postmodum dicendæ fuæ loco remissuri non erant, sinceritati eius concedendum existimauerunt. [Eum Diu.) Hic Romã semel legatus ab Athen. missus fuit. ordo ergo est πρεσβευτής. nis igitur senectus coegit hunc, num Hesiodum &c.q d. no. [Agitatio) Frequentatio & exercitatio a frequentatiuo verbo agito. [Age) Exhortantis est græcum quidé, & transitu est qua vtimur, cum de diuersis rebus dicimus & transitum ad aliam ré facimus. [Vicinos & fam. me.) Quis & Cato agros & prædia habebat in Sabino agro. [Quibus absentibus nunq maiora opera fiunt) Vt est arare, seminare, condere, quæ vocantur maiora opera, ergo ipsis semper præsentibus oia opera maiora fiunt. [Condendis) Reponendis in horrea. [Minus mirum) Non mirum quia laborant pro se vt habeant pro annum futuro qd corrodant, cui rei subiungitur rõ. [Viuere) Vitã ducere. Est aũt viuo verbũ mesum, vt valeo. Nã eaopiãtis est & maledicentis. Virg. in 3. Viuite felices, quibus est fortuna peracta Iam sua. Item in Buc. viuite syluæ.i. perite. Sed ijdé in alijs quidem rebus non mirum est si laborant, quia nemo est tam senex. [Statius nr) Aut latinus, aut proximus ætati suæ. vñ notamus duos Statios, vnum maiorem de quo nunc dr, qui Statius Cæcilius dicebatur, alterum minorem Gallicum qui Vespasiani imperatoris tpe & vsque ad Domitiani Titi fratris peruenit imperium, q & Titus iunior dictus. At hic de quo nunc agit Cato scriptor comœdiarum clarus habitus est, natione Insuber Gallus, & Ennij primum contubernalis, quidam Mediolanensem ferunt, mortuus est anno post morté Ennij & iuxta Ianiculũ sepultus, vt inquit Euseb. [In synephebis) In lib. quem synephebos, appellauit. [Agricola) Quod colat agrũ dictus, vñ sciendum est q apud maiores agricultura in magno erat honore, ad quam ét milites emeriti accedebant. [Posteris) Nepotibus. [Melius) .s. dixit de seoe prospiciente, cum dixit. serit arbores. [Cæcilius) Qué diximus Stat. Cæciliũ. [Quam illud idé) Quod.s.tñ alio lib. dixit. [Quid est ædepol) Est aũt ædepol aduerb. iurantis ab æde & templo Pollucis. [Quæ nõ vult vt morbos & alia huiusce. hoc aũt argm est debile & nullius momenti falsum. quia idem in ceteris ætatibus dicimus. & absurde in hoc vituperat senectuté. Vult aũt est antiquum. qa magna erat affinitas inter u & o, vult volt, quoius cuius, quoi cui. [Et multa fortasse q vult) Rñsio Catonis est ad Cæcilium, qa éc senes vident multa fortasse q volunt, vt honores, reuerentiam, auctoritatem, qua boni hoies uenerantur. [Atque sæpe ét adolescentia diffoluit) Vt diximus argm Cæcili simili in florida ætate. [Iam equ.) Alia verba Statij Cæcilij vitiosissima, & idem dicit Nonius Marc. Hunc textum Statij allegans, & senes nibus odio & tædio sunt. Ad qd' rñdet Cato dicés, iucundũ potius quã odiosum, cuius rei subiungit rõnem optimã dicens p cõparationem. [Indules)

Hæc est.n. iudicium futuræ probitatis. Nec minus probat p exemplum in ipsis adolescentibus Scip. & Læl. [Languida) ocio & lentitudini dedita. [Iners) Sine arte & opera, contra illud Horat. Sæpe longus iners auiduiq. futuri. [Moliens) Faciens aliqd cũ grauitate. [Superiore) Præterita. qa sancte uixit. & studiosus fuit in iuuenis ætate, in senectute. Vñ Virg. illud dcm pclarum est, vsqueadeo à teneris psuescere multũ est. [Addiscũt aliqd) .s. in senectute, de quo ponit exemplũ de Solone, qd'.o. accepit Val. hic aũt Athen. fuit vnus de septé sapiétibus legislator, quorum duo fuerũt Solõ & Draco. Solũ aũt suis versibus gloriatur, qd' senescens addiscebat multa dicens, Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος. [Senẽ sic.) Senex didici. vnde non est mirum si eruditius loqtur, ut diximus supra. nam constat in his perstudiosum fuisse, adeo quod in concilium proficiscens sub pallio libros græcos portabat. sic ét posuit arripui verbum violentũ. [Statim) Trãit similitudinem ab hoie sitibundo, uel cane. [Socraté) Hic iam senex pstudiose fidib9 operã dedit, in quibus magna laus & gloria fuit, sicut in literis, vt Probus Aemil. in proœmio dicit. In fidibus: hæc fides est cithara & chorda eius dicta, qd' tñ inter se chordæ eius pcordent soneq. quantum inter homines fides. [Illud) .i. fides pulsare & ipsam musicam sicut Socr. [Discebant ét fidibus antiqui) Hoc p parenthesin dr. nec mirum si antiqui discebant fidibus. summus.n. honor musicæ erat apud antiquos, cuius rei manifestator est Probus. Themistocles, qui cum clarissimarum rerum gestarum excellentissimus esset & militiæ peritissimus, cum in conuiuio lyram recusasset, habitus est indoctior. hic est quod excellentissimi viri fidibus laborauerunt. Epaminundas Græciæ princeps. Chiron medicinæ peritissimus, & hic Socr. sapientissimus, de quo nũc agitur. [Neque ego) Rhetorico ordine utitur. eo.n. ordine quo diuisit, eo pfecto sequitur. Nam & dixit de prima causa quæ auocata rebus gerendis, nunc aggreditur alteram, quod corpus facit infirmus.

ASCEN.

SAepenumero. quemadmodum dixerat Cic. se facturum, loquũtur cum Catone, Scipio, & Lælius de senectute. vnde dicit Scipio. Ego ò Marce Cato soleo mirari sæpenumero cũ hoc .s. præte amico meo C. Lælio, cum .s. ita quod mireri soleam excellentem & perfectam sapiam tuam ceterarum rerum.i. in ceteris rebus. Cum .s. verum est quod mirari soleam vel maxime quod nunq senserim senectuté tuam esse graué tibi.i. qd' senectus tua, vt sensi, nunq fuerit tibi grauis.i. molesta. Quæ.s. senectus est ita odiosa.i. molesta, & odio habita vt dicat se sustinere onus grauius Aetna.i. monte illo Siciliæ, q sm Virg. Aen 3. impositus est Encelado. vnde dicit, Fama est Enceladum semiustum fulmine corpus Mole hac torqueri &c. Ad q Cato rñdet. O Scipio & Læli vos videmini admirari rem. haud.i. non sane.i. valde difficilem. Enim, p qa, nis ætas est grauius.i. molesta ijs sup. duntaxat quibus nihil opus .i. facultatis inest ad viuendum bene & beate. Aũt, pro sed, nihil põt malum videri quod necessitas naturæ afferat. nihil dico põt videri malum ijs qui petunt oia bona à seipsis.i. qui bñt oia q bona putant in seipsis posita, vt Bias ille dicebat, & Plato in viro bono omnis scripsit vnde & illud Nec te quæsiueris extra. in quo gñe .s. necessitatis naturæ est senectus in primis.i. præcipue, q .s. senectutem oés.s. hoies optant, ut adipiscantur, & ués accusant.i. damnant eandé adeptã.i. acqsitam tãta inconstantia, stultitia, atq; puersitas est.s. in hoibus, primum.s. stulti sunt. Nam q s coegit eos putare falsum.s. qd' senectus, non tã cito obreperet? vñ admonet Meuanius poeta dicens, Iam subrepta iners ætas nec amare licebit, Dicere nec cano blanditias capiti. Et Iuuen. Subrepit enim nondũ intellecta iuuentus. Enim, pro qa, qui.i. in quo obrepit .i. tacite interuenit. Senectus citius adolescentiæ.i. ætati qua adulemus & crescimus, nã oino distinguit eã à iuuentis, q adolescentia obrepit pueritiæ, q. d. in nullo. Et ita si non q̃runtur te factos ex pueris adolescétes, nõ debét q̃ri si ex adolescentibus facti sunt senes. Deinde qd' tacito q̃runtur senectuté obrepere, & ita molestiorem esse dñt, errãt. nãque.i. in quo esset senectus minus grauis .i. molesta & importabilis ijs.s. q de ea q̃runt, si agerét annum 800. quã.s. modo vbi agunt 80. q. d. in nullo, immo multo grauior esset, & ita, quanto citius affuenit, tanto minus grauat. Enim, p qa ætas pterita q̃uis.i. quantũuis lõga cum.i. postq̃ effluxisset. s. illis improuidis. nulla.i. nõ ulla non possit pmulcere.i. mitigare & placare senectuté stultã ulla cõsolatione. Quo circa ò Scipio & Læli si soletis admirari meã sapientiã, q .s. sapientia utinã esset digna opinione vestra, & cognomine nostro, q Cato dr quasi Catonia .i. prudés & circũspectus, nos sumus sapiétes in hoc qd' seqmur naturam .s. à deo institutam, optimam ducem tanq̃ deum. quia quæcunq; à deo sunt ordinata sunt sicut cursus naturæ, qué deus dirigit, & paremus ei.s. naturæ à qua cũ ceteræ partes ætatis sint bene descriptæ.i. cõstitutæ, nõ est verisimile extremũ actũ .s. finé

ætatis

ætatis,hoc est senectutem esse neglectam,tanquam ab inerti poe ta. qui cum arte careat & solo impetu ingenij ad carmina ferat, principia interdum bona facit,sed finē ponere nescit.vñ Horat. i de Ar.Poet.Infelix operis summa,quia ponere totū Nescit. Sed tñ quamuis obmurmurāt,necesse fuit,esse aliqd extremum .s. in ætate,quasi vietum.i.incuruatum & flexum & caducum.i.sponte decidentem maturitate tempestiua.i.suo tpe adueniāte, tanq̄ in bacis .i. fructibus minutis sparsim nascentibus arboꝝ,ut oliuaꝝ, coruoꝝ, & similium, in frugibus terræ, vt sunt legumina & frumentum,quod ferendū.i.patiendum est molliter.i.dulciter & patienter sapientis.Enim,pro quia,quid est aliud pugnare cum dijs more gigantum,vt dñt fabulæ,nisi repugnare naturæ? q.d.nihil. Vñ Læl.Ar qui Cato.Conuenienter inducta occasione de senectute disputandi cohortatur Læl.& rogat Cat.vt de ea dicere ꝑgat his verbis.Atqui.i.quinimmo ò Cato tu feceris gratissimum .i.rem gratissimam nobis.(Et quia ad vtrunque Lælium Scipionem complectitur,ideo addit vt ēt polliceat pro Scipione.s. qđ illi ut mihi grauissimum feceris)si qm̄ nos volumus,& quidem idē certe speramus fieri senes,didicerimus multo ante.s. quod senes simus.Quibus rōnibus possimus ferre facillime ætatem ingrauescentem.i.senilem . Rōdet Cato. O Læli ego faciam.s.qđ petis, presertim si dicis futuꝝ esse gratum vtrique vestrum. Id qđ Scipio confirmans,Volumus sane.i.valde omnino (nisi .i. si non est molestum)ò Cato tanq̄ confeceris.i.finieris aliquam viam longam,qua sit ingrediendū quoque.i.ēt nobis videre quale sit illuc .i.terminus iste quo.i.ad quem peruenisti.Cato rūdet ò Lęli,ego faciam vt.i.qualiter potero.Enim,pro quia,ego interfui sępe qrelis meoꝝ æqualium.i.coæuoꝝ.Aūt,pro sed,pares congregātur facillime cum paribus veteri prouerbio .i. iuxta vetus ꝓuerbiū, aut in veteri est prouerbio.q̄.i.qualis putas Caius Salinator,& q̄ .i.qualis Spurius Albinus hoīes consulares.i.qui aliqñ ꝯsulatum gesserunt,fere .i. quasi æquales .i. coæui nři solebant deplorare? q.d.friuola quidē, sed plurima.Tū simul ꝑpea q̄ carent in senio voluptatibus , sine quibus .s. voluptatibus ipsi putant vitam esse nullam.i.nullius vtilitatis aut momenti. Tum.i.simul i. q̄ spernerentur ab ijs,à qbus essent soliti coli.s.dum fortes essent,& cō sulatū gererent.[Q]ui.s.Salinator & Albinus non videbantur mihi accusare,id quod esset accusandum.Nam si id.s.non hře uolu ptatē aut sperni accideret culpa .i. per culpā senectutis, eadē vsu venirent.i. ꝯtingerent mihi & reliqs oībus maioribus natu.i. senioribus,quoꝝ multoꝝ ego senectutem cognoui.s.degi aut duci sine q̄rela,vt poiē qui ferrent non moleste,nō grauate,nec impatienter se laxatos.i.solutos,aut minus ligatos esse vinculis.i.laqueis & irreptionibus libidinum, ne despicerentur .i. ꝯtēnerent à suis , sed culpa oīum q̄relaꝝ illiusmodi est in moribus senum , non in ętate.Enim,pro qa,senes moderati.i.temperati & non difficiles.i.non morosi nec inhumani agunt senectutem tolerabilē & sibi & alijs.Aūt,pro sed,importunitas.i. insolentia & difficultas importuna,& inhumanitas est molesta oī ætati.ad quod Lęl. est inqt,vt dicis ò Cato. sed fortasse quispiam dixerit , senectutē videri tibi tolerabilem ꝑꝑ opes & copias & dignitatem tuā , qa censorius & ꝯsularis erat. Aūt,pro sed,dicere id non esset cōtingere multis,vt.s.ea tria habeant.Ad qđ Cato qdem.i.certe ò Læli.Istud qđ dicis est aliqd.i.ad senectutem patientius ferendum , sed nequaq̄ oīa.s quæ eam tolerabilē faciunt,sunt in isto.s.per te dicto.Vt.i.quemadmodū ferunt.s.historiographi Themist.imperatorem illum Athen.clarissimum rňdisse in iurgio.i.cum eo obiurgaretur & conuicia audiret,cuidam Seriphio.s. ex Seripho insula modica & barbara vico,cum ille.s.Seriphius dixisset eum .s. Themist.non affectū.i.non obtinuisse eum splendorē.i.celebritatem nois & famæ,sua.i. ꝑpria ipsius Themist.gloria,sed gloria patriæ.i.Athenaꝝ. inquit.n. Themist. hercle .i. per herculem si ego essem Seriphius vt tu,non essem ꝑpea ignobilis vt tu, nec si tu esses Athen. ut ego, fuisses vnq̄ clarus .i. illustris & nobilis,ut ego sup.Quod pōt dici eodem modo de seneċt . Non.n.senectus pōt esse leuis.i.facilis toleratu,in summa inopia .i. pauꝑtate & egestate sine ope.i.subsidio.Ne qdem.i non ēt sapienti,cui tñ maxime tolerabilis videretur,nec pōt esse non grauis.i. non molesta insipienti in summa copia.i.abundantia reꝝ . Quocirca oportet vt ei facultas & animus lætus adsit ac sapia , sic facilis erit senectus. Aptissima,prosequitur per q̄ senectus efficiatur minus molesta dicens,O Scipio & ò Læli,arma.i.instrā senectutis aptissima.i. ꝑ quæ facile dici pōt sunt oīno artes. vnde Pers. Miserisq̄. viaticanis,& exercitationes virtutum quæ cultæ.i. exercitæ in oī ætate afferunt fructus mirificos,cum vixeris multum & diu. Nō solum ideo sup.afferunt fructus. quia nunquam deficiunt.s.hoiem, ne quidem.i.non ēt in extremo tpe ætatis,q̄q̄ .i. maximum.s.cō modum est. quia cetera bona nos deficiunt . Verum etiam ideo, quia conscientia vitę bene.i.laudabiliter actæ,& recordatio multoꝝ benefactoꝝ est iucundissima.Vnde est illud Aen 9 Pulcherrima primum Dij moresq̄. dabunt vestri,tū cetera reddet Actutum pius Aeneas. Ego quidē adolescens dilexi Q. Maximum eū .s.qui recepit.i.in ꝑtātem Romanoꝝ Tarentum.i. oppidum Calabriæ ita.i.intantum senem.i.quamuis esset senex,ut .s.diligere deberem æqualem.i.coæuum mihi.Enim,pro quia,grauitas quædam condita a condita q̄uarte .i quasi sale quodam temperata comitate .i. affabilitate & iucunda conuersatione , nec senectus mutauerat mores.q̄q̄ cœpi eum colere non admodum grandem natu.i.priusq̄ valde senex erat.Sed tñ.i.nihilominus prouectum .i.adultum,& matuꝝ in ætate . Enim,pro quia,ego inquit Cato, natus anno.s.vno postq̄ Q.Maximus consul primum.i.ut dicunt prima vice creatus.Cumq̄. duæ sunt voces,q; pro &,ego sum ꝑfectus cum eo consule quartum.i.quarta vice.(Cogor.n.inepti loqui,vt manifestius loquar) ad Capuam.s. vrbem in Campania Italiæ existens miles adolescentulus,& factus sum Quæstor.i.receptor vectigalium publicoꝝ,quinto anno post.i. postquam sub eo militauetam ad Capuam,factus aūt sum dicit ad Tarentum . deinde factus sum ædilis.i. ædium & edendoꝝ ac mensaꝝ censor & prouisor,postq̄ ædilis fueram factus sum quadriennio .i. spacio quatuor annorum prætor,quem magistratum ego gessi Tuditano,& Cethego Romanis illis existentibus consulibus illi.s. Q.Maximus ille existens tum.i.tunc admodum senex fuit suasor .s.in concione legis Cynthiæ.i.cum ferretur lex Cynthia de donis & muneribus.i.quæ uetabat & dona.s.gratuita,& munera .s. merita conferri in precium artis rhetoricæ tradendæ. Hic & bella.Prosequitur narrationem de Q Fabio Maximo,cuius exēplo vult ostendere quantum virtus & sapientia in senili ætate ꝓsint dicens hic.s.de quo loquor,Q Maximus gerebat,vt adolescentulus .s. gereret,uel tanquam adolescentulus esset, bella cum esset grandis.i.annosus admodum.Et molliebat.i.languentem,& mollem reddebat sua patientia.i. cunctatione & dilatatione sua. qa non faciebat ei copiam pugnandi,Annibalem ducem Carthaginensem exultantem iuueniliter .i. petulanter ut iuuenes solent, vnde est illud Aen.5.Si mihi quæ quondam fuerat,quaq̄. improbus iste,Exultat fidens,si nunc foret illa iuuenta.de quo.s.scripsit præclare familiaris noster,quia fuerat in contubernio Lælij Scipionis,Ennius.s.poeta,vnus homo.s.Q Fabius Maximus restituit nobis s.Romanis, rem .i. imperium pene amissum cunctando .i. moram trahendo . Enim, pro quia, non ponebat rumores.i.sermones populi & inimicoꝝ,qui nescirent quo consilio id faceret,arguebant eum timoris & inertiæ,ante salutem.s.suam & patriæ.i.malebat cum nota infamiæ ad tempus duratura saluti quā famæ consulere.Et ergo gloria ipsius postquam consilium est inuentum vtile claret,tunc & post.i.postmodum magis quam fecisset,si gloriæ cupidus esset citius,sed minus prudenter uixisset. vero,pro sed,qua.i.quasi uigilantia & quo consilio recepit. Tarentum,q.d.summo tñ sup.quidem.i.certe.Cum.i.qñ inquit .i. rňdit me audiente Salinatori qui amisso oppido .s. Tarentino fugerat in arcem .i. in castrum,aut ut dicunt fortalitium oppidi,Salinatori inquam glorianti atque dicenti ita .i. in hanc formam , O Quinte Fabi tu recepisti Tarentum mea opera. ipse dico nō inquit ridens certe tua opera cepi. Nam si tu non amisisses Tarentum,ego nunq̄ recepissem,& ita ignauia illius erat occasio recipiendi oppidi.Nec vero ipse Q F. Maximus erat præstātior in armis,in quibus res bellicas gerebat, quam in toga in qua res pacificas domi tractabat . Qui consul iteꝝ.i.cum iteꝝ,hoc est secundo esset consul factus Sp.Caruilio collega.i.cōsule eius.i.qui fuerat cum eo consul eodem anno quiescente .i.nihil pro rep.agente restitit,quod potuit Ca. Flaminio trib.pl.diuidenti viritim .i. per uiros & per singula capita agrum Picenum.i.quidquid terræ utilis ad culturam circum Picenum iaceret , & agrum Gallicum .s.Cisalpinum,aut ubi Veneti,aut ubi Ligures & Pedemontenses modo sunt diuidenti dico contra auctoritatē senatus . Et augur.i.cum ipse augur erat ausus est dicere,ea geri optimis auspicijs.i.acceptionibus auiū inspectione approbatis,q̄ fierent pro salute reip.& quæ ferrentur contra remp.ferri etiā contra auspicia quasi auspicia nihil approbarent,quod contra remp. esset . Ego cognoui in eo uiro multa ꝑclara,sed nihil est admirabilius in eo quam cum ille tulit.i.passus est mortem Marci filij.s.sui viri clari, & consularis.i.q iam consulatum gesserat,aliqñ consularis dr̄ dignus qui gerat.Laudatio.i.orō funebris ipsius patris de laude uiri Marci filij sui est in manibus.i.est scripta. Quam supple orationem cum legimus quem ꝑhium non contemnimus? q. d. nullum non contemnimus , & ita quemlibet contemnimus cum

non

non pertingat ad sapiam ipsius. Nec vero ipse Fabius erat modo .i.solum magnus in luce.i.in aperto, vt in plateis atque in oculis ciuium, sed erat pstantior intus.i.in occulto & domi. q .i. qualis sermo (vbi notabis puer rato sequentes dici quis, sed q, vt me q sim quæris Alexi. Attñ iste Deus qui sit dat Tityre nobis) q agit sermo, q.d. plane diuinus quæ præcepta sunt erant in eo, aut dabantur ab eo, quãta notitia antiquitatis sup.erat in eo. Quæ scia iuris? i. de iure augurandi, q.d. maxima. Multæ.n.literæ.i.peritiæ latini sermonis, vt in hoie Romano.i. sm quod Romani erant literaꝶ studiosi, & tenebat memoria.i.per memoriam oia bella nõ solum domestica.i.Romana, aut à familia sua gesta, sp.n.gens Fabia bellicosa fuit, sed ẽt externa bella, cuius sermone fruebar ita cupide, quasi diuinarem id quod euenit. neminem vnde discerẽ fore.i.futuꝶ esse illo extincto.i.mortuo. Quorsum, quia prolix[9] locutus uideri posset à proposito deuiasse, reducit se in uiam dicens, quorsus.i.ad quem finem igitur sup.dixi tam multa de Maximo.i.de Q Fabio Maximo. Profecto rñdet, ideo quia videtis esse nefas dictu.i.vt dicatur talem senectutẽ, qualis in illo fuit fuisse miseram. Nec tñ oẽs pñt esse Scipiones, aut Maximi.s.Scipionum, & Maximoꝶ similes, quia Scipiones Carthaginem & Numantiam expugnauerunt. Maximus ut dictum est Tarentum, vt .s.ipsi recordentur vrbium expugnationes.i.deuictiones, & capti uitates, vt recordentur pedestres, & nauales pugnas.s. à se exhaustas, & similiter gestas, & vt recordentur bella à se gesta, & triumphos à se ductos. Est n.placida ac leuis senectus ætatis actæ, quiete, & pure.i.sine vitio, & eleganter.i.cum exqsito honore, & cultu, qualem.s.senectutem, nos accipimus.i.audiuimus fuisse Platonis qui mortuus est scribens.i.inter scribendum, vel dum scriberet adhuc anno vno & octogesimo primo. Qualem sup. accepimus, ẽt fuisse senectutem Isocr. qui dr scripsisse anno quarto & nonagesimo ætatis suæ eum librum, qui inscribitur .i. pnotatur quod vulgares minus latine dñt intitulatur Panathenaicus.i.cõtinens Quinquatria Mineruæ festa. Caue aũt lector ne legas Socrates aut Socratis, quia constat Socratem nihil scripsisse. Nec tñ senex mortuus est cum in carcere electus sit. Oẽsq. qui hunc locum recitant, vt nulla de numeris agens, & Ioannes monachus in dictionario græco, vbi exponit vocabulum Panathenea, legũt Isocratis & vixit quinquẽnium.i.spacium quinque annoꝶ postea.i.post eius libri editionem. Sunt tñ qui legant quinquennio, quia post, & ante ablõs excessus regunt. Cuius.s.Isocratis magr̃, .s.Gorgias Leontinus compleuit centum & septem annos. Diligenter obseruat qđ Valla præcepit, vt ante viginti, & post centũ maior numerus præcedat interueniente coniunctione sed inter viginti, & centum minor. neque cessauit vnq̃ in suo studio atqꝫ opere. Qui.s.Gorgias cum qreretur.i. sciscitaretur ex eo cur vellet esse tandiu in vita, inquit.i.rñdit nihil habeo. quod .i. pp qđ aut cur incusem.i.accusem, & dãnem senectutem. Rñsum, inquit Cato præclaꝶ, & dignum homine docto. Si quærat grammaticus cuius casus sit rñsum, hoc locu dici posset fortasse nominatiui, ut intelligatur erat. sed melius dicetur accusatiui, vt itelligatur particula quã non expressit, quia non est vehemens osõ, vt esset si diceret ò præclaꝶ rñsum & cetera dignum inq̃ hoie docto. enim, pro quia, insipientes conferunt.i.detorquent sua.i.propria uitia, & suam.i.propriam culpam in senectutem. quod nõ faciebat is, cuius Ennius fecit modo.i.paulo ante mentionem. videlicet Q. Fabius Maximus. sed melius legitur, fecit Ennius, vt sit, quod nõ faciebat is uidelicet enius ego feci modo mentionem. Nam Ennius comparat suam senectutem senectuti equi fortis, & victoris dicens Sicut fortis equus qui forte vicit supremo spacio vitæ suę Olympia.i.certamen Olympicum quiescit nũc confectus senio. Ideo dixi melius legi feci, q̃ fecit. quia mala esset reciprocatio si diceres Ennius cõparat suam.i.Q.Fabij senectutem dicens ergo cõparat suam.i.propriam senectutẽ &c. Pro cõne aũt metri norũ est antiquis liquefieri penitus ut pronunciaretur cõfectu qescit, & illud u, sicut us, sequẽte vocali corripitur, qa ideo petit s, vt corripiatur. Quem.s.Enn aut potius, quẽ senectutẽ Ennij vos potestis meminisse probe. Enim, pro qa, hi videlicet T. Flaminius, & M Attilius facti sunt coss. anno vndeuigesimo.i.19. post mortẽ .s. Ennij. Ille aũt mortuus est Scipione .s. maiore, & Philippo coss. iteꝶ i.secundario, cum.i.qñ ego quidem natus annos quinque & sexaginta suasissem.s. in concione legem Voconiam, quã Voconius primus tulerat, suasissem dicit voce magna, & bonis laterib[9] .i.instris quibus vox confirmabatur. Ennius itaque 70. annis natus tot.n.vixit.s.annos ita ferebat duo onera q̇ putãtur maxima, videlicet paupertatem & senectutẽ, vt videretur pene.i. quasi delectari eis Etenim &c. Proponit quatuor causas ob quas senect[9] grauis videri soleat, quibus purgatis finem imponet operi. Ordo est. Etenim cum.i.qñ, ego complector aio.i.considero hanc totã disputationem, reperio quatuor causas, cur senectus uideatur misera.i.afflicta & miseratione digna. vna (non dicit primam) quia ordo non est in his attendendus, quod senectus auocet .s. hoiem senem à rebus gerendis, quia non potest res gerere. Alteram.i.secundam quod facit corpus infirmum. Tertiam quod priuet fere omnibus voluptatibus. Quarta quod senectus absit haud pcul.i. longe à morte. Videamus si placet quantum quæque.i.quæuis earum causaꝶ ualeat, & quantum iusta sit vnaquæque, senectus abstrahit.i.putat ne quod ut etsi si dicatur q̇ret, quibus .i. à quibus, an ab his rebus q̇ geruntur iuuentute à viribus, q.d. ad quidem fateat. sed non continuo concedam, nihil senectuti agendũ. Igitur si hoc veꝶ, & nullæ sunt res seniles.i.ad senes ptinentes, quę administrentur, vel ẽt infirmis corporibus tñ animo.s.firmo, q. d. sunt quidem plurimæ. Igitur qa senex erat Q. Maximus nihil agebat, & L.Paullus Aemilius, non Macedonicus quo adopratus es, sed nãlis pater tuus ò Scipio socer filij mei .s. M. Catonis qui vnicã L.Paulli filiam uxorem duxerat, socer dico filij mei exĩtis optimi viri, nihil agebat, & ceteri senes vt Fabricij, Curij, Coruncani cum defendebant remp.consilio & auctoritate, nihil agebãt, q.d. immo plurimum, & plusq̃ adolescentes. Ad senectutem Ap.Claudij accedebat ob neglectam religionem ẽt ut cæcus esset, s ñ cum snia senatus inclinaret sup.se, aut inclinatet.i.tenderet ad faciendum pacem, & fœdus cũ Pyrrho rege Epirotaꝶ, &.s. Appius, licet cæcus, tñ non dubitauit dicere illa, quæ Ennius poeta ille, est pse cutus versibus. O P.C. Quo.i.in quam sniam mentes, q̇ solebant vobis stare certæ, ante hac.i.ante hoc tps, flexere.i. inclinauere se se directo tramite, ruine dementi.i.ad dementiam festinaoti &c. sup.non dubitauit dicere uel dixit grauissime. non aũt decet cetera eius carminis verba pronunciare. Notum.n.est uobis carmen .s.Ennij, qui eoꝶ familiaris fuerat, tñ.i.nihilominus oratio ipsius Appij extat.i.nõdum deperijt, sed conseruata est. Atque ille egit hanc.s.orationem septem & decem annis post alteꝶ.i. secundum consulatum suum, cum decem anni interfluxissent inter vtrũque consulatum. Et fuisset Censor ante consulatum superiorẽ.i. priorem. Ex quo .i. ex qua supputatione intelligitur Appium fuisse grandem.s.ętate.i.annosum. Sane.i.valde bello.i.tpe belli Pyrrhi .s.à Pyrrho illati, & tñ accepimus à patribus .i. a progenitoribus nostris sic.s.eum fuisse & dixisse. Igitur illi qui negant senectutẽ versari .i. occupari in re gerenda .i. in administratione reꝶ, nihil afferunt.s.argumenti solidi, & sunt similes.i.tales vt.i.quales sup. si qui.i.aliqui dicant gubernatorem.s.nauium nihil agere in gubernando, cum alij ex nautis scandant malos i.arbores in nauib[9] erectas. alij cursitent per foros.i.tabulata nauium quę à ferendo dñr. vnde Aen.4. Implessentq. foros. Careat aũt singulari, nec apud latinos repitur forus. licet à canonistis repertum sit capl'm forus. Alij exhauriant.i.euacuent aquis sentinam .i. receptaculũ aquaꝶ in imo nauis. vnde Iuuen. Sat.6. Tum sentina grauis &c. Autem, pro sed, ille.s.gubernator tenens clauum.i.gubernaculũ, vt 5. Aen. Clauumq. affixus & herens nusq̃ amittebat. sedeat quietus in puppi i. summa parte nauis, & non faciat ea quæ iuuenes sup. faciunt. At vero.i.sed certe facit maiora quo ad artem, & meliora quo ad utilitatem. Enim, pro qa, res magni momenti nõ geruntur viribus corpoꝶ aut velocitatibus.i.agilitatibus, aut celeritate corpoꝶ, sed cõsilio, s.dando, & auctoritate.s.qua valet snia, quam pronunciat & dijudicat, quibus.s.consilio auc.& snia senectus solet non modo.i.non solum non orbari .i. priuari, sed etiã augeri.i.auctius donari & prendi. Nisi forte ego q &miles.i.cum essem miles & tribunus & legatus, & consul sum uersatus in vario gñe belloꝶ, videor uobis cessare nunc, cum.i.qñ nõ geru bella, q.d.scio quod putatis me minime cessare, & ita nec senectutẽ debere censeri cessantem quamuis iuuentia nõ tractet. At senatui. docet se non cessare quamuis bella non gerat dicẽs. At.i.sed, nihilominus ego præscribo.i.diffinio & declaro senatui, quæ sunt gerenda & denuncio multo ante.s.quam fiat, quo bellum inferatur.i.inferri possit aut debeat Carthagini.i. ciuibus Carthaginẽsibus. Cogitanti iandiũ male.i.perniciem Rom. imperij. de qua .s.Carthagine, non desinam vereri.i.timere nobis, ante .i. prius q̃ cognouero illam esse excisam.i.funditus euersam. Quam palmã .i.victoriam, utinam ò Scipio dij immortales reseruent tibi, vt psequare reliquias aui.i.Scipionis maioris, qui Carthaginem tributariam fecit, quam hic Scipio postmodum deleuit, quod quia factum nouit Cic.facile induxit Cat.id optantem & quodãmodo præsagientem. A cuius.s.aui tui morte hic.i.pñs annus & tertius & trigesimus, sed utinam oẽs anni pñtes excipiant.i. amplexentur memoriam illius viri, vt.s.eum imitentur. Ipse auus tuus mortuus est anno ante me censorem .i. priusq̃ censor essem no-

uem

nem annis post consulatum meum. Cum esset creatus cōsul iter.
.i. secundo me consule. Num.i.nunquid igitur si vixisset ad annū centesimum, pœniteret eum senectutis suæ: q.d. minime. Nec.n. quia certe non vteretur in tanto senio excursione, vt faciunt milites agiles, & veloces, qui extra ordinem in agrum inimicorum p̄missu Imperatoris excursionem faciunt. nec saltu, vt q p̄iecta se freti aliquem assiliunt. Nec eminus .i. de longe quasi telo manumisso, nec cominus quasi confecta & coniuncta manu gladijs. sed vteretur consilio, rōne, sententia. s. in senatu dicenda. Quæ.s. eria nisi essent in senibus, maiores nostri non appellassent senatū .i. seniorum ordinem summum consilium. Quidem.i. certe ij q gerunt amplissimum .i. maximum, aut summum magistratum apud Lacedæmonios .i. populos Spartanos, vt sunt senes, sic.n. appellātur senes, hoc est presbyteri, quemadmodum & apud Iudæos. Q' si vultis legere & audire externa .i. externarum gentium historias, vos reperietis maximas resp. labefactatas .i. ad labem & ruinam concussas, per adolescentulos. s. earum gubernatores & sustentatas ue casceni à senibus. Cedo .i. dic, qui .i. quō amisistis iam cito vestram remp. Sic.n. percontantur. i. interrogant vt est in lib. Ennij poetæ. Rn̄dentur & alia, & hæc in primis .i. præcipue. Amisimus sup. remp. nostram q̄a p̄ueniebant oratores .i. legati noui, vt pote adolescentuli. Videlicet .i. videre licet cur id dictum sit, quia temeritas est. s. propria ætatis florentis. s. iuuenilis, prudentia est senectutis. Lælius autem obijcit dicens. At .i. nihilominus memoria minuitur sup. senibus, q. d. quō ergo sunt prudentiores? Ad qđ Cato credo quod minuitur, nisi exerceas eam, aut ēt si tu sis natura .i. per naturā tardior. s. quam par sit .i. tardiusculus. Themist. dux ille Athen. perceperat noīa omnium ciuium, quia quēlibet proprio nomine compellere poterat. Num .i. nunquid censetis igitur eum cum præcessisset ætate .i. cum fuisset productus solitū salutare eum Lysimachum .i. nomine Lysimachi, qui esset Aristides? q. d. minime. Equidem .i. ego quidem vt de Themistocle non affirmem, nō modo .i. non solum noui eos qui sunt, sed ēt patres eorum & auos. Nec ego legens sepulcra .i. epitaphia & inscripta sepulcrorum vereor (quod aiunt) .s. superstitiosi dicunt .i. qui talia legunt memoriam amittere, aut quia populares senes & sepulcris vicini talia legunt, aut quia inuiti sepulcra quasi ea legentes inspiciunt, cum sint senio incuruati. Autem qui legunt .i. eligunt sibi sepulcra iam vicini sunt morti, & ita vim memoriæ amittentes dnr diuerbio ex æquiuocatione sumpto sepulcra legere, non inquit vereor, ne perdam memoriam. Enim, pro quia ego redeo in memoriam mortuorum, his ipsis legendis .i. dum hæc ipsa lego. Nec vero audiui quenquam senum .i. seniorum oblitum quo loco obruisset .i. terra operuisset thesaurum, quia senes natura ad rem propensiores sunt, qui .s. senes curant omnia, & meminerunt .i. memoria tenent vadimonia constituta .i. si quando uadem ad diē comparaturi constituerint, & meminerunt qui debebant sibi .s. senibus & quibus ipsi debeant, & meminerunt quid iurisconsulti .s. præcipiant, quid pontifices, quid augures, quid philosophi, quam .i. quantum multa meminerunt senes, q. d. plurima. Manēt ingenia, concludit senibus naturales vices ingenij & memoriæ non tolli dicens. Ingen .i. ingenij capacitas ad res gerendas, aut intelligendas manent, modo .i. dummodo studium & industria .i. naturalis permaneat. Nec ea sup. manent solum in uiris claris .i. conspicuis & honoratis, sed etiam in vita priuata. s. a magistratu, aut negocio publico & quiete, qualem philosophi, ac poetæ gerunt. Sophocles poeta ille tragicus clarissimus fecit .i. effinxit tragœdias ad summam .i. vsque ætatem, qui cum uideretur negligere rem familiarem .i. vtilitatem domesticam vocatus est à filijs in iudicium, ut quemadmodum solet nostro more .i. Romano interdici bonis .i. vsu & cōmutatione bonorum patribus gerentibus .i. administrantibus rem. s. domesticam, male .i. cum damno & iactura rerum, sic iudices remouerunt illum, uidelicet Sophoclem à re familiari .i. vsu & administratione eius, quasi desipientem .i. delirantem. Senex .s. Sophocles dicitur recitasse .i. pronunciasse tum .i. tunc iudicibus eam fabulam .i. tragœdiam quam habebat in manibus .i. tunc scribebat & tractabat videlicet Oedipum Coloneum .i. fabulam sic inscriptam, aut cuius titulus erat Oedipus Coloneus. & dicitur quæsisse .i. interrogasse. Num .i. nunquid illum carmen .i. poema videretur desipientis .i. insani, aut male sapientis, quo. s. carmine recitato liberatus est. s. à petitione filiorum, sententijs iudicum, num .i. nunquid igitur senectus coegit hunc .s. Sophoclem obmutescere in studijs suis? q. d. minime. Num coegit Hesiodum antiquissimum, poetarum quem in Georg imitatus est Maro: num Simonidem poetam lyricum, num Stesichorum ēt lyricum? Num quos ante dixi philosophos uidelicet Isocratem (ergo illic male scribebatur Socrates) Num Gorgiam ēt philosophum? Num Homerum fontēm ingeniorum & poetarum sine controuersia summum? Num Pythagoram principem philosophorum? quia ante eum non p̄hi .i. amatores sapientiæ, sed sophi .i. sapientes dicti sunt. Num Democritum ēt p̄hm. Num Platonem diuinum p̄hm cui proprium nomen Aristocles erat? Num postea Zenonem principem Stoicorum: Num Cleanthem p̄hm? vnde Iuuen. Et iubet archetypos pluteum seruare Cleanthes. aut eum quē vos ò Læli & Scipio vidistis ēt Romæ, videlicet Diogenem Stoicum. Num inq̄ hos coegit Senectus obmutescere in studijs suis? at sup. dicent quod agitatio studiorum non fuit æqualis vitæ in omnibus his. Agoomittamus ista studia diuina ego possum nominare ex agro Sabino rusticos vicinos & familiares meos. Quibus absentibus .i. in quorum absentia nunq̄ fere fiunt in agro .s. villa, opera maiora .i. maioris momenti, non sup. fiunt eis absentibus, serendis. s. fructibus .i. dum fructus aut fruges serūtur, non ēt percipiendis .i. dum percipiuntur & conduntur, non cōdendis .i. dum conduntur in horrea, q̄q̄ minus mirum est in illis. s. rusticis. Nemo .n. est iam senex qui non putet se viuere annum. s. integrum adhuc, sed ijdem. s. senes laborāt in eis. s. operibus, quæ sciūt nihil omnino pertinere ad se .i. è quibus nullum sperant fructū. Nam serunt .i. plantant arbores quæ prosint alteri .i. proxime sequēti seculo. Vnde Varro à Sene. Seculum deducit, alij à secando qđ homines secat & diuidat. Rari .n. vltra centum annos quod seculum est, viuunt, vt Statius .i. Cæcilius poeta noster. non Papinius ille qui longe post Thebaidem condidit, ait in synephebis, in ea fabula sic dicta, quasi compueris, seu compubescentibus, syn .n. dēcon, & ephebus putrescens, seu adolescens. Nec uero agricola, quantumuis senex, dubitet cādere quærenti cui serat, dijs immoe talibus sup. sero, qui voluerunt me non tantūmodo accipere. s. sata & fructus a maioribus .i. vt dnt prædecessoribus meis, sed ēt p̄dere posteris. Melius Cæcilius & c. hoc puto Lælij esse verbū, qui male signatus est illic loqui. Acdepol & c. quod Cæcilij est. Meli' inquit Cic. sup. dixit de sene prospiciente alteri seculo, quā illud idem quod dixit in comœdia. Aedepol .i. per ædem Pollucis senectus si .i. ēt si nihil aliud uitij apportet secum cum aduenerit. tā sup. id vnum. s. uitium est satis, quod senex sup. uidet diu uiuendo multa quæ non vult, &. i. ēt multa sup. uidet fortasse quæ vult, ubi graphice docemur uerbis modo seculo usitatis uti dre. nam Cæcilius more sui seculi uolt dixit. Cato aūt non uult, sed vult uidet. quæ ēt adolescentia incurrit sæpe non iuste. q̄a nullius ēt lege naturæ senes morbum pati, & funera suorumq̄ iuniores. Vetn, p̄ sed, inq̄ Lælius .i. Cæc. scripsit sup. aut dixit illud uitiosius, tum ēt reputo in senectute .i. ætate hoc sup. esse miserrimum. Sed uidetis ut, qualiter senectus non modo .i. non solum non sit languida .i. lenta atque iners .i. sine arte & grauitate. Verum ēt sit operosa agens & moliens .i. mole & conamine attentans semper aliquid. s. tale quale fuit studium cuiusque in uita superiore .i. ante acta. Quid sup. de eo dicendum, quod senes addiscunt ēt semper aliquid, ut uidimus Solonem gloriantē in uersibus .i. carminibus suis, qui dicit se fieri senē addiscentem quotidie aliquid, ut ego .s. Cato feci, qui didici græcas literas senex, quas. s. græcas lr̄as ego arripui sic auide, quasi cupiens .i. ut qui cuperet explere .i. saturare diuturnā sitim, ut ea ipsa essent mihi nota sup. exempla q̄bus uos uidetis me nunc uti (quæ uerba à Cic. decēter huic data sunt ne contra decorum persona loq uideatur. Dandus est .n. personis sermo aptus. vnde nisi Cato græcas literas didicisset non debuisset græcarum historiarum tam peritus induci.) Quod. s. aliqd didicisse cū ego audirem Socr. p̄hm illum Athen. qui primus de moribus disputauit fecisse in fidibus .i. scientia fidium, seu citharæ, quam senex didici. Equidem .i. ego q̄dem aut certe uellem, & illud .i. ēt fidibus scire aut didicisse. Enim p̄ quia, antiq. s. maiores nostri, aut antiquius .i. olim discebant fidibus .i. cithara & plectris canere. Sed certe elaboraui in literis .i. cognitione literarum, non fidiū, de musico aūt studio habetis hic cōmentarios. Nec nunc quidem. Ingreditur ad purgandum secundò obiectum quod dictum est, quod sint imbecilles atque impotentes uirium senes, dicens.

A Deptam) Dixit passiue, quod iā iuuentu rarius est. [Tāquam deum sequimur) Allusit ad p̄prium, ἕπου θεῷ, vñ θεομαχεῖν dnr, qui naturæ repugnant. [Quasi uictum & caducum) Sic hr̄ in plerisque cod. legendum aūt uietum atque caducum. Nam flaccidum, & uigore carens, uietum dr̄. [Speramus quidem senes fieri) Nouum est, speramus fieri. [Propter opes, & copias,) Nouum est copias usurpari, non pro exercitu, sed p̄ diuitijs. Cōstat hunc locum deprauate legi in omnibus vulgatis exēplaribus, excepta proxima editione, quam multo castigatiorem debemus eruditissimo uiro Baptistæ Egnatio. At ut ille legit, ita uertit Theod. Gaza: οὔτε ἂν εἰ ἐγὼ σέριφιος ὢν, ἔνδοξος ἂν ἐγενόμην.

DOCT. interpr.

Ac recte quidem Theod. sed aliquanto cõmodius extulit Plut. in Apoph. [illegible] [Qui Tarẽtum recepit) Recipit, qui promittit. Recipit se, qui redit vnde venerat. Recipit cui redditur aliquid. Recipit vrbem, qui recuperat. [Ad Capuã) Nomini vrbis addidit ꝑpõnem. [Quæ pro resp. salute fierent) Est ab Hectoris apophthegmate profectum. [illegible] [Contra rẽp. ferentur) Ferri dĩ plebiscita, ac leges. Ceteꝝ quod sequitur, contra auspicia ferri, legendum arbitror fieri, nõ ferri. [Ad Ap. Claudij) Vt vsitatum est, accedit ad hoc, ita infrequens est, accidit ad hoc, vnde mendum arbitror. Vt in alijs rectius legi, accedebat. Gaza vertit [illegible] [Hanc ille egit) Nouum est, egit orationem, pro habuit orationem, & mox. [Septem, & decem annos) Opinor legendum, decem annis. Neque .n. dicimus triduum post tuum abitum profectus sum, sed triduo. [Similesq. sunt. vt si qui, &c.) Noue dictum, & hoc Cic. mollius erat, perinde faciunt ac si, &c. Hoc annotandum putaui, ob quorundam in dicendo morositatem, cũ videamus nec Cic. vsque adeo fuisse superstitiosum, ac paulo inferius. [Cedo qui vestram remp.) Apparet carmen esse iamb. tetr. Et constat adita dictione, tantam, quæ in nostris vulgatis exemplaribus hactenus non habebatur, vt legatur ad hunc modũ, Cedo qui vestram remp. tantam amisistis tam cito. Sed aliter versus non perinde constat suis pedibus, nisi legamus, Porro veniebant Rhetores noui, stulti, adolescentuli. Et verisimile est scribam pro Rhetores posuisse oratores, ceu vocem idem pollentem. Ceteꝝ quod in vulgatis codicib. hr̃ scriptum vt est in Ennij poetæ lib. in alijs, vt est in Ennij posteriore lib. haud dubie mendosum est. legendum aũt, vt est in Næuij ludo, siue in Næuij poetę ludo. Nã & Theod. vertit [illegible]. Præterea quod in nostris hr̃, Sic .n. ꝑcontantur, quemadmodum legisse vr̃ Theodorus: alij legũt, Sic .n. percontanti, vt est in Næuij ludo, rñdentur & alia, & hoc in primis. [Cum ætate processisset) Qui prouectæ sit ætatis, cũ dicit in ætate processisset. [Ne perdam memoriam) Vulgo putabatur officere memoriæ si quis legeret inscriptiones sepulcroꝝ. [Omnia quæ curant) Aliter cura, quibus prospicio, aliter ea, quæ mihi curæ sunt. [Ad summam senectutem) Dixit, sicut ad extremũ, pro postremo loco. Et noue dixit facere tragœdias, ꝓ scribere. [Quã illud idem) Fortasse videbor nodum, quod aiunt in scirpo q̃rere. At mihi videtur locus non carere mendo: si quidem hic sermo, Melius Cæcilius de sene &c. vr̃ esse non Catonis probantis q̃dem superiorem Cæcilij sententiam, sed hanc non perinde probantis, quam his verbis complexus sit:

> Aedepol senectus, si nil quidquam aliud vitij
> Apportet secum, cum aduenerit, vnum id est satis,
> Quod diu viuendo, multa, quæ non volt, videt.

Sunt senarij tres comici, & sermo non sapit orationem Rhetoricam vt nihil quidq̃, & apportet secum, & q̃ non volt. Hæc nimiꝝ comicoꝝ veteꝝ sunt. Quanq̃ uero proximum est Lælij personã ab hoc loco submonendam esse, ut accipiamus Cat. ipm̃ diluere, quod sibi è Comico obiecerat. Hic mecum facit Theodori Gazę interpretatio. Nec apud hunc additur idem, q̃ uox mihi vr̃ adiecta abs quopiam uolente explicare, quid demonstraret pronomẽ illud, qui subiecerit. i. ac rursum ex. i. abbreuiatio factum Idem. [Illud vero idem) Rursus hic sermo vr̃ esse Catonis sibi locum alteꝝ obijcientis ex eodem poeta, citantis alios duos è Cæcilio senarios. Tum ẽt in senecta hoc deputo miserrimum, Sentire ea ętate esse odiosum se alteri. Quod si versus duriusculi sunt, nemo miretur, cum alicubi Cic. scriptorem hunc ferreum vocet. Citantur aũt apud Non. Marcellum ex Hephestione in dictione Senium, vbi non additur etiam, & deputo legitur, non, reputo.

NEC nunc quidem vires desidero adolescentis, (is .n. locus erat alter de vitijs senectutis) non plus, q̃ adolescens tauri, aut elephanti desiderabam. quod .n. hoĩ naturaliter insitum est, eo vti decet: & quidquid agas, agere pro viribus. q̃ .n. vox põt esse contemptior, q̃ Milonis Crotoniatæ? q̃ cũ iam senex, athletas se in curriculo exercẽtes videret, aspexisse lacertos suos dicitur, illacrymansq́. dixisse:

> *at hi quidem mortui iam sunt:*

non vero tam isti, quam tu ipse, nugator. neque .n. ex te vnq̃ es nobilitatus, sed ex lateribus, & lacertis tuis. nihil Sex. Aelius tale, nihil multis annis ante T. Coruncanius, nihil modo P. Crassus: à quibus iura ciuibus præscribebantur: quorum vsque ad extremum spiritum est prouecta prudentia. Orator, metuo, ne languescat senectute. est .n. munus eius non ingenij solum, sed laterum ẽt, & viriũ. oĩno canorum illud in uoce splendescit ẽt nescio quo pacto in senectute: quod equidem adhuc non amisi: & videtis annos meos: sed tñ est decorus senis sermo quietus, & remissus; facitq́. persæpe ipsa sibi audientiam diserti senis compta & mitis oratio. qđ si ipse exequi nequeas, possis tñ Scipioni ꝓcipere, & Lælio. quid .n. est iucundius senectute stipata studijs iuuentutis? an ne eas quidem vires senectuti relinq̃mus, vt adolescentes doceat, instituat, ad oẽ officij munus instruat? quo quidem opere quid põt esse præclarius? mihi vero Cn. & P. Scipiones, & aui tui duo, L. Aemilius, & P. Africanus comitatu nobilium iuuenum fortunati uidebantur. nec vlli bonarum artiũ magistri non boni putandi, q̃uis consenuerint vires, atque defecerint, etsi ista ipsa defectio virium, adolescentiæ vitijs efficitur sæpius, q̃ senectutis. libidinosa .n. & intẽperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti. Cyrus quidem apud Xenophontẽ eo sermone, quẽ moriens habuit, cum admodum senex esset, negat se vnq̃ sensisse senectutẽ suã imbecilliorem factam, q̃ adolescentia fuisset. Ego L. Metellum memini puer, qui cum quadriẽnio post alterum consulatum põtifex maximus factus esset, viginti & duos annos ei sacerdotio præfuit, ita bonis esse viribus extremo tp̃e ætatis, vt adolescentiã nõ requireret. Nihil necesse est mihi de me ipso dicere. q̃q̃ est id quidẽ senile, ætatiq. nostræ conceditur. videtis .n. vt apud Homerũ sæpissime Nestor de virtutibus suis prædicet. tertiam .n. iam ætatem hoĩm viuebat: nec erat ei verendum, ne, vera prædicans de se, nimis videretur aut insolens, aut loquax. etenim (vt ait Homerus) ex eius lingua melle dulcior fluebat oratio: quam ad suauitatẽ nullis egebat corporis viribus. & tñ dux ille Græciæ nunq̃ optat, vt Aiacis similes habeat decẽ, at vt Nestoris: quod si acciderit, non dubitat quin breui sit Troia peritura. sed redeo ad me. Quartum ago annum, & octogesimum. vellem id quidem posse, quod Cyrus: sed tñ hoc queo dicere, non me quidem ijs esse viribus, quibus aut miles bello Punico, aut quęstor eodem bello, aut cõsul in Hispania fuerim, aut quadriennio post cum tribunus militum depugnaui apud Thermopylas M. Acilio Glabrione consule: sed tñ (vt videtis) nõ plane me eneruauit, non afflixit senectus: nõ curia vires meas desiderat, nõ rostra, nõ amici, non clientes, nõ hospites. nec .n. vnq̃ sum assensus illi veteri, laudatoq́. ꝓuerbio; qđ monet mature fieri senẽ, si diu velis senex esse. ego vero me minus diu senẽ esse mallẽ, q̃ esse senem ante, q̃ essem: itaque nemo adhuc conuenire me voluit, quin fuerim occupatus. at minus habeo virium, q̃ vestrũ vteruis. nec vos quidẽ T. Pontij cẽturionis vires habetis. num iccirco est ille ꝓstantior? moderatio modo virium adsit, & tm̃, quantum põt, quisque nitatur: næ ille nõ magno desiderio tenebitur viriũ. Olympiæ ꝑ stadiũ ingressus esse Milo dr̃, cum humeris sustineret bouẽ. vtrũ igitur has corporis, an Pythagoræ tibi malis vires ingenij dari? denique isto bono vtare, dũ adsit: cũ absit, ne requiras: nisi forte adolescentes pueritiam, paululũ ætate ꝓgressi adolescentiam debent requirere. cursus est certus ætatis, &

oīa vna naturæ, eaq́. simplex, suaq́. cuique parti ætatis tēpestiuitas est data. vt .n. infirmitas puerorum est, & ferocitas iuuenum, grauitas iam constantis ætatis sic senectutis maturitas naturale quiddam habet, quod suo tpe percipi debeat. arbitror te audire, Scipio, hospes tuus Masinissa q̄ faciat hodie, nonaginta annos natus: cū ingressus iter pedibus sit, in equum oīno non ascendere; cū equo, ex equo non descendere: nullo imbre, nullo frigore adduci, vt capite operto sit: summam in eo esse corporis siccitatem: itaque exequi oīa regis officia, & munera. pōt igitur exercitatio, & temperantia in senectute ēt conseruare aliquid pristini roboris. nō sunt in senectute vires: ne postulantur quidem vires à senectute. ergo, & legibus, & institutis, vacat ætas nostra muneribus ijs, quæ non pn̄t sine viribus sustineri. itaque non modo, qd' non possumus, sed ne quātū possumus quidē, cogimur. At ita multi sunt imbecilli senes, vt nullum officij, aut oīo vitæ munus exequi possint. at id quidem non ꝓprium senectutis est vitium, sed cōe valetudinis. q̄ fuit imbecillis P. Africani filius is, qui te adoptauit? q̄ tenui, aut nulla potius valetudine? ꝙ nisi ita fuisset, alterum ille extitisset lumen ciuitatis. ad paternā .n. magnitudinē animi, doctrina vberior accesserat. quid mirum igitur in senibus si infirmi sunt aliqū, cum ne id quidem adolescentes effugere possint? resistendum Læli, & Scipio, senectuti est, eiusq́. vitia diligētia cōpescenda sunt: pugnandum, tanq̄ contra morbum, sic contra senectutē: hn̄da rō valetudinis: vtendū exercitationibus modicis: tm̄ cibi, & potionis adhibendū, vt reficiantur vires, nō opprimantur. Nec vero corpori soli subueniendum est, sed ēt menti, atque aīo multo magis. nam hæc quoque, nisi tanq̄ lumini oleum instilles, extinguuntur senectute. Et corpora quidē exercitationū defatigatione ingrauescunt: animi aūt se exercendo leuātur: nam, quos ait Cæcilius comicos stultos senes, hos signat credulos, obliuiosos, dissolutos. quę vitia sunt non senectutis, sed inertis, ignauæ, somniculosæ senectutis. vt petulantia, vt libido magis est adolescentum, q̄ senum, nec tn̄ oīum adolescentium, sed non proborum; sic ista senilis stultitia, q̄ deliratio appellari solet, senum leuium est, nō oīum. quatuor robustos filios, quinque filias, tanta domū, tantas clientelas Appius regebat & senex, & cæcus. intentum .n. aīm, tanq̄ arcum habebat: nec languescens succūbebat senectuti: tenebat non modo auctoritatem, sed ēt imperium in suos; metuebant eum serui, verebantur liberi, carum oēs habebāt. vigebat in illa domo mos patrius, & disciplina. ita .n. senect' honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini mancipata est, si vsque ad vltimum spiritum dn̄atur in suos. vt .n. adolescentem, in quo aliquid senile, sic senem, in quo aliquid est adolescentis, probo. quod qui sequitur, corpore senex esse poterit, aīo nunq̄ erit. septimus mihi liber originum est in manibus: oīa antiquitatis monimenta colligo: causarum illustrium, quascunque defendi, nūc q̄ maxime orationes cōficio: ius augurum, pontificum, ciuile tracto: multum ēt græcis litteris vtor: Pythagoreorumq́. more, exercendæ memoriæ gratia, quid quoq; die dixerim, audiuerim, egerim, cōmemoro vesperi. hæ sunt exercitationes ingenij, hæc curricula mentis: in his desudans, atq; elaborans, corporis vires nō magnopere desidero. adsum amicis, venio in senatū frequens: ultroq́. affero res multum & diu cogitatas, easq. tueor aī, non corporis viribus. q̄ si exequi nequirem, tn̄ me lectulus oblectaret, ea ipsa cogitantē, quæ iam agere non possem: sed, vt possim, facit acta vita. Semper .n. in his studijs, laboribusq́. viuenti non intelligitur, qn̄ obrepat senectus. ita sensim sine sensu ætas senescit, nec subito frangitur, sed diuturnitate extinguitur.

PETRVS MARS.

NEC nunc equidem) Confutat nunc secundam rationem & causam qua senectus misera uidebatur, quod .s. corpus infirmum redderet, concluditq́. omnia bene a natura esse descripta, & eo quemque contentum esse debere quod illa ordinauerit. Nestor Hom. in 4 Il. sic loquitur: Non omnia pariter dij hominibus date consueuerunt, nec mihi uolunt simul adesse senilem prudentiam uiresq́. iuueniles, atque ut tunc iuuenis erā ualens robore, ita nunc senio confectus, nihil tn̄ minus sic quoq; inter equites in ꝑlio uersabor tm̄ instigās, hoc nāque senioꝝ ducum proprium offm̄ est. qui post me nati sunt uiribus uigent, hi bella cōmittant, manusq́. conserant. sed mea tn̄ uoce gubernentur. [Alter locus) Secunda causa miserabilis senectutis. [Insitū) Innatum, proprium, peculiare. [Pro uiribus.) Pro rōne datā à nā uirium & facultate. [Contemptior) Vilior, & insipiētior, qm̄ ignorare vr̄ vim naturæ ordinemq́ diuinum, cui semper est acquiescendum. Croton vrbs Calabrię siue Brutioꝝ patria Milonis robustissimi Athletæ. i. certatoris in prisces conuentibus & spectaculis. [Curriculo) Stadio, circo, cauea, theatro curriculum dr̄ locus & spatium in quo certamina celebrantur, & maxime cursus, Græce dī [illegible]. [Mortui) Lāguidi, affecti. [Nugator) Delirus & vanus. nugæ dn̄r leuia verba & ridicula. hinc nugæ, & nugator q vana loquitur & futila. [Ex te) Ex tui animi dotibus, sed & corporis. [Nobilitatus) Celebratus, nomenq́. adeptus. [Lateribus) Viribus. [Lacertis) Musculis brachioꝝ, & toris. [Tale) Quale tu dixisti de mortuis lacertis. T. Coruncanus primus è plebe factus est pōtifex maximus. [Modo) Paulo ante. [Præscribebātur) dabātur, ordinabantur, ꝓfiniebantur. [Prouecta) Progressa, extensa viris peritia. [Languescat) Flaccescat, debilitetur. [Munus) Offm̄. [Lateꝝ) Spirituum, q bona latera requirūt & ita vt actionibus, & cōtentionibus suppetant oratori. [Canoꝝ) Sonuꝝ & claꝝ in voce, ꝓnunciationeq;. [Nescio quo pacto) Occulto quodā naturæ dono ac munere. [Decorus) Honestus, aptus. [Quietus) Sedatus. [Remissus) Lenis, placidus, grauis citra intentionē & elationē iuuenibus decoram. [Audientiam) Attētionem. [Deserti) Eloquētis & docti. [Compta) Ornata. [Mitis) Lenis, tranqilla, sedata, vt decet senilem prudentiam. [Quod) Facere sibi audientiam. [Exequi) Perficere, ꝓstare. [Præcipere) Præcepta dare iunioriꝰ, & eloquendi & viuendi, si .n. orare causas nequeant senes, alios dicere docent, ꝓcepta ferme auctoritatem non hn̄t, nisi ex ore senis, atq; sagaci, & lōgo reꝝ vsu educto. [Stipata) Circūdata, inde stipatores & latrones. [Studijs iuuentutis) Studiosa pube, ac cœtu honesto, cupidoq́. disciplinæ. [Instituat) Erudiat ad bonas artes. inde institutiones & instituta. Ille ēt reip. prodest, ait Seneca, qui iuuentutē exhortatur, q in tanta bonoꝝ ꝓceptoꝝ inopia virtute instruat aīos, & in priuato publicum negociū egit hoc ab hoīe ratio exigit, vt prosit hoībus si fieri pōt multis, si minus paucis, si minus ꝓximis, si minus sibi. nam cum se vtilem ceteris efficit cōe agit negocium, qm̄ qui se deteriorem facit, non sibi tantūmodo nocet, sed ēt oībus his quibus melior factus prodesse potuisset; sed si qs bene de se meretur, hoc ipso alijs prodest, quod illis ꝓfuturū parat. [Munus officij) Officiosam artem, & actionem priuatā publicamq;. [Instruat) Effingat, omneq́. tribuat instrm̄, quod gerendis rebus necessarium sit. inde instrm̄ Rhetoricum, philosophicum & cetera id genus, & à natura instructus, is dr̄ bene subornatus & cuique negocio idoneus. instrūti nomine, inquit iurisconsultus, ea oīa accipienda sunt, qbus causa instrui pōt. & ideo tam testimonia quam personæ instruꝫ loco hn̄r. Cn. & P. Scipiones, hi fratres bello Pun. 2 claruerunt, pugnandoq́. in Hispania ceciderunt. Publius pater fuit maioris Africani, q per adoptionē auus fuit huius Aemiliani Scipionis. [L. Æmilius) q consul cecidit in Cānensi strage, pater fuit Paulli Æm. q de Macedonia triūphauit, e quo natus est hic Scipio, q in Corneliam trāscriptus est familiā. [Comitatu) Stipatione, assectatione, deductione, reductioneq;. [Magistri) Doctores, & ꝓfessores. [Defectio) Debilitatio. [Vitijs) Intēperantia, nequitia, ignauia. [Libidinosa) Lasciua, ꝓfusa, mollis, & immoderata. [Effoetum) Exhaustum, & languidū. [Cyrus quidē) verba Cyri in extremo octaui Pędiæ hęc sunt, Cū iam ętate ꝓcederē mihi auctas cognoscere visus sum vires meas, itaq; senectutē nunc sensi factam esse iuuēta mea imbecilliorem.

[Ego L. Metellum) Plin. agens de varijs exemplis fortunæ dicit. Metellus in ea oratione, quam habuit in supremis laudibus patris sui. L. Metelli pontificis, bis consulis, dictatoris, magistri equitum xviri agris dandis, qui primus elephantos I. bello Pun. duxit in triumpho, scriptum reliquit decem maximas res consummasse eum. Is Metellus dicit Plin. orbam luminibus exegit senectam, amissis incendio cum Palladium raperet ex æde Vestæ, memorabili causa, sed euentu misero. [Id) De seipso dicere peculiare est, & naturale senibus, si vero senex prius est, inquit Macr. habes occasionem quam plurimum illi cōtulisse videaris, si eum interroges, etiam quæ alium omnino non pertinent, est. n. hæc ætati loquacitas familiaris hæc sciens Homerus quandam congeriem simul interrogationem Nestori fecit offerri. et prurittum senectutis expleret. [Apud Hom.) in 4 & 11. Iliados. [Prædicet) Palam loquatur, & iactanter inuulget. [Insolens) Iactabundus, arrogans. [Vt ait Hom.) Lib. I. Iliados his verbis, surrexit Nestor Pylius & imperio & facundia longe princeps, cuius ex ore dulcior melle fluebat oratio, vir sapientia simul & annis grauis. Siquidem tertiam iam ætatem hominum viuebat, & cum multis qui iam decesserant vna floruerat. [Dux Græciæ) Agamemnon Græcorum imperator cuius verba hæc sunt apud Hom. 2. Iliados: Veneranda senex omnis sine controuersia Græcos senatores vincis in dicenda sententia: Ac vtinam fecisses tu Iuppiter, tuque Minerua, & tu Apollo, vt decem mihi ex omnibus Græcis forent tanto consilio viri, breui profecto Troia nostris manibus capta deleretur. [Thermopylas) Thermopylę sunt angustiæ montis totam Græciam diuidentis ita nominatę ab aquis calidis & portis. Liu. 6. Decadis belli Maced. agens de pugna Attilij. C. Labeonis consulis cum Antiocho rege ad Thermopylas dicit, plures cecidissent, nisi M. Porcius Cato detectis e iugo Aetolis & magna ex parte cæsis supereminentem castris locum aperuisset. [Plane) Omnino ac penitus. [Eneruauit) Debilitauit. [Afflixit) Prostrauit, affligere est prosternere. significat etiam angere, vexare, turbare. fligere id olim significabat quod sternere, profligatus dicitur perditus, prostratus. [Curia) Senatus, & locus vbi publicæ curæ gerebantur. [Rostra) Fora. i. causæ forenses atque iudicia. [Clientes) assectatores, & cultores. quorum sum patronus, & vindex. [Hospites) Externi amici & in primis Rhodienses. Gell. lib. 7. dicit. Tum M. Cato exurgit & optimos fidissimosque socios quorum opibus diripiendis possidendisque non pauci e summatibus viris intenti infensique erant defensum, conseruatum pergit, orationemque inclytam dicit, quæ & seorsum fertur, inscriptaque est pro Rhodiensibus, & in 5. Originum libro scripta. [Laudato) Celebrato communi iudicio. [Mature) Cito ac tempestiue. [Ego vero) Sensus est, nollem diu esse senex quemadmodum senectutem ante tempus nec optaui nec optassem ea sorte contentus, quæ me donatura donasset, e cuius picri pto qui vitam agit nonquam iure queritur. [Conuenire) Repetire. [Quod) Quod non aliquo negocio districtus fuerim, homines nihil agendo dicebat Cato, male agere discunt. [Vteruis) vnus e duobus quiuis. hoc. n. significat vteruis. vter de duobus dicitur, quis de pluribus & quilibet vnus e pluribus quem tibi magis libet. vterlibet vero vnus e duobus quem libeat. [Tritannij Pontij) Lucilius auctore Cic. 2. de Fin. inducit Scæuolam taxantem Albucium his verbis, Græcum te Albuci quam Romanum atque Sabinum Municipem Ponti Tritanni centurionum Præclarorum hominum, ac primorum signiferumque. Maluisti dici. hæc ille Plin. in 7. dicit. Tritanum in gladiatorio ludo Samnitum armatura celebrem, filiumque eius militem magni Pompeij & rectos & transuersos cancellatim toto corpore habuisse neruos, in brachijs etiam manibusque. auctor est Varro in prodigiosa virium relatione. carmen Lucilij foadeet et sic legam potius quam T. Ponti, vt vulgati habent codices. forte hallucinantes critici pro Tritano posuerunt. T. dixeruntque. T. Pontium quem a Ponto reor denominari. Non sum in hoc pertinax, & siue T. Pontium centurionem, siue Tritannum Pontium legas parum refert, vel potius nihil. Lis etenim est de lana caprina, dissimulari iudicij mei, vt Franc. conscius esse non potui. viri maxime valentis exemplum ponitur. adde notam lector quæ tibi magis arriserit. [Moderatio) Temperamentum quoddam & mensura ætati conueniens & necessaria. [Olympiæ) Apud Olympiam regionem Peloponnesi prope Olympum montem, & Olim atque Alpheum, vbi erat lustralis celebritas ludorum. [Stadium) Spatium & curriculum. Crotoniatam Milonem, inquit Plin. in 7. athletam cum constitisset, nemo vestigio educebat malum tenenti, nemo digito corripiebat. [Isto bono) Viribus corporis. [Certus) ratus, firmus, indubitatus quidam, nunquam vacillans. [Vna via) Ratio progressus, & vitæ cursus. [Simplex) Inuariabilis & vniformis, quoniam omnia orta occidunt, & aucta senescunt. [Sua) Propria. [Tempestiuitas) opportunitas temporis. [Infirmitas) Debilitas. [Ferocitas) Animositas. [Grauitas) Seueritas. [Constantis) Firmæ & constitutę. [Maturitas) Lenitas, & mitigatio quædam. Matura ætas dicitur lenitas, mitis, & quasi coacta annis, vt pomum dicitur maturę, mitificatum, & dulce. [Suo) Opportuno. [Percipi) Apprehendi ad vsum, & fruitionem, et maturos fructus decerpimus, & fruges. Hospes tous Corneliæ familiæ amicus. hospites sunt, qui se mutuo in peregrinationibus recipiunt, & hospitalitas est benignitas, & facilitas in recipiendis hospitibus. Masinissa rex Numidarum in amicitiam P. R. receptus fuit a P. Scipione qui primum Africanus appellatus est. [Siccitatem) Optimam corporis habitudinem desiccatis iugi exercitatione humoribus, qui ignauia putrescunt, corpusque corrumpunt. exercitium omne laborque naturaliter siccat corpora & fortia facit, & animæ prodest, sensusque augentur, exercitium leue post cibos, vel deambulatio corpora siccat, & ventrem pinguescere non sinit. Matutinum exercitium vel deambulatio corpora temperat, capiti multum prodest, & oculis exercitium in puluere corpus infrigidat, & tumorem nudis pedibus tollit, exercitium cum oleo calefacit corpus. Cyrus, ut est apud Xenophontem priusquam sudasset nonquam cœnauit. dicebatque primum operando ne esset saturer, deinde per laborem immissa pluma. [Exequi) peragere, obire, perficere actiones regi conuenientes. [Munera) Onera, opera. etenim immunes dicti, & immunitas quæ ad nullum tenetur munus. i. onus & opus. [Temperantia) Sobrietas, & frugalitas in esculentis & poculentis. [Pristini roboris) Iuuenilis vigoris. [Legibus) Formulis vitæ scribendis, atque documentis tradendis. [Institutis) Ciuilibus ordinationibus, & ferendis moribus atque decretis, quibus censeri possit vita communis. [Vacat) Dat operam, incumbit senilis prudentia. [Muneribus his) Hæc per appositionem dicitur. i. his oneribus quæ possunt ingenio portari sine viribus corporis. Munus, inquit Iurisc. de rerb. sig. tribus modis dicitur. vno donum, altero onus, quod cum remittitur, vacationem militiæ munerisque præstat, inde immunitas dicta. tertio officium. vnde munera militaria, & quidam milites munifici vocantur. & municipes dicti sunt, quod munera ciuilia capiant. [Sustineri) Tolerari, & ferri. [Officij) Actionis debitæ amicis patriæque. [Vitæ) Rei pertinentis ad vitæ vsum, qui tali valetudine laborant mortui pene vnt. [Munus) Onus. [Exequi) Exercere, administrare. [Vitium) Incommodum, culpa, malum, moribus [Valetudinis) Infirmitatis, debilitatis, imbecillitatis. [Imbecillis) Debilis, valetudinarius. [Adoptauit) In filium asciuit, atque elegit, inde cooptauit. [Nulla valetudine) Corporis integritate ac robore. valetudo medium vocabulum est bonam siquidem, malumque significat. quapropter adiunctis distinguitur, locisque discernitur. [Alterum lumen) Alter sol & splendor Rom. nominis, qualis fuit pater Africanus maior. [Magnitudinem animi) Militarem & imperatoriam excellentiam in rebus arduis & periculosis. [Vberior) Copiosior, & maior eruditio. [Accesserat) Aduenerat, addita erat, inde accessio adiunctio siue additamentum. [Resistendum) Renitendum, & repugnandum contentione mentis, & gloriosis laboribus. [Vitia) Mala, incommoda morbi. [Diligentia) Vigilantia, industria. [Compensanda) Rependenda, emendanda, superanda, permutanda compensatio inquit Iurisc. debiti & crediti inter se contributio. [Ratio) Cura. [Valetudinis) Sanitatis. [Modicis) Temperatis, suo modum i. mensuram habentibus & rationem. prima corporis curatio, inquit Celsus, exercitatio est, quæ semper antecedere cibum debet, in eo qui minus elaborauit, & bene concoxit, amplior, in eo qui fatigatus est, & minus concoxit remissior. commode autem exercent, clara lectio, arma, pila, cursus, ambulatio, atque hæc non ita plana commodior est. siquidem melius ascensus & descensus cum quadam varietate corpus moueat. nisi tamen id per quam imbecillum est. melior autem est sub diu quam in porticu. melior si caput patitur in sole quam in vmbra. melior in vmbra quam parietes, aut viridaria efficiunt, quam quæ tecto subest. melior recta quam flexuosa. Exercitationis autem plerunque finis debet esse, sudor, aut certe lassitudo, quæ citra fatigationem sit. idque ipsum modo minus, modo magis faciendum est. [Reficiantur) Refocillantur, recuperentur, quoniam laborat semper nostra natura, indigetque fulciri. sed modus tenendus est ne quod infundatur, superfluum sit & noxium. ubi ad cibum ventum est, inquit Celsus, nunquam vtilis est nimia satietas, sæpe inutilis nimia abstinentia, sæpe si qua intemperantia subest tutior est in potione quam in esca. vbi expletus est aliquis facilius concoquit, si quidquid assumpsit potione aquæ frigidę includit, cum paulisper inuigilat, deinde bene dormit. Si quis interdiu se impleuit post cibum, neque frigori, neque æstui, neque labori se debet committere. [Opprimantur) Debilitentur, suffocentur nimia copia & pondere ciborum & potionum, quibus coquendis & conficiendis naturales vires non sufficiunt. [Subueniendum) Succurrendum suis exercitationibus, & commentationibus, ne situ obducatur & languore torpescat. [Grauescunt) Debilitantur, si modum excesserint labores. [Leuantur) Leuiores fiunt, agiliores, & vegetiores. [Stultos) Bardos, insipientes, imprudentes

tes. [Credulos) Leues,futiles,deliros,omnia facillime credẽtes
citra iudicium & prudentiam. prudentis est,inquit Sen.examina
re consilia,& non cito facili credulitate ad falsa prolabi. [Obli-
uiosos)Immemores,& obtusos,citra ingenium.Si prudens est a-
nimus tuus,dicit Sen.tribus tpibus dispensetur. pñtia ordina,fu-
tura prouide,præterita recordare. nam qui nihil de prẽ cogitat
perdet vitam,qui nihil de futuro præmeditatur in omnia incau-
tus incidit. [Dissolutos) Negligentes,incontinentes,hebetes,in-
constantes. [Inertis) Ociosæ,desidiosæ. inertes proprie illi sunt
qui artem non hñt. & artifex atque rudis ignarusq. opponũtur.
[Ignauæ)Pigræ,languescentis. [Somniculosæ) Torpidæ,marce-
scentis,& somno tñ indulgentis,qui est mortis imago. [Petulã-
tia)Lasciuia,procacitas,immoderatio. [Libido)Effrænata cupidĩ
tas voluptatum,& venereaꝝ maxime. [Non proboroꝝ)Impro-
boꝝ, incontinentium, intemperantium, & notam merentium.
[Stultitia)Stoliditas,hebetudo,insipientia,barditas. [Deliratio)
A recte rõnis linea exorbitantes & insanientes. Iactu semine,in-
quit Plin.iteratio sequitur,crate dentata, vel tabula aratro adne
xa,quod vocant lirare,operientes semina. vnde primum appella
ta deliratio est. [Leuium) Vitium,nullo reꝝ pondere subnixoꝝ.
[Tantam domum)Numerosam familiam.familiæ appellatione,
inquit iurisc.a 1.digest.oẽs qui in seruitio sunt continentur, & li
beri hoies qui bona fide seruiunt. [Tanta clientelas) Turbas, &
cœtus clientum,qui patronos adsectantur & colunt. [Regebat)
Prudentia & consilio gubernabat. [Intentum)Paratum,vigilan-
tem,acrem. [Languescens) Torpescens. [Nec succumbat)Nõ ce
debat,vt debilis & victus,sed expugnabat vitijs senectutis, lucta-
baturq. cum illa viribus ingenij,& constanti robore erectæ men
tis,& præfractæ. [Auctoritatem) Aestimationem,dignitatẽ. [Im-
perium)Dñium & principatum. [Verebãtur)Honorabant,cũ ve
recundiam illi reuerentiamq. exhibebant. Vereri est liberi hois,
timere vero serui. hic pœnæ metu tenetur,ille aũt pudoris. [Ca-
rum habebant)Amabant. Caꝝ,inqt alibi Cic.verbũ est amoris.
inde dicta Caritas amor sincerus ἀγάπη dr̃ a Græcis. [Vigebat)flo
rebat,vigorem habebat. [Patrius mos) Auita consuetudo,& re-
ctus ordo vitæ. [Disciplina) Domestica rõ,& honesta eruditio,
normaq. viuendi. [Ius suum) Auctoritatem,imperium,ditionẽ.
[Emancipata)Dedita,& addicta in seruilem morem. Emancipa-
tum,inquit Non.citans hunc Cic.locũ,dr̃ obnoxium,& deditũ.
Ho.in Epod.Romanis(eheu posteri negabitis)Emancipatus fœ-
minæ Fert vallũ & arma miles & spadonibus Seruire rugosis po-
test. [Dñatur)Retinet dñm. [Senile)Graue,matuꝝ. [Aliqd ado-
lescentes)Vegetum,actuosum,celere,promptum. [Animo) Ani-
mi vigilantia,& solerti agitatione. [VII. liber) Cato hic Cen-
sorius in senectute scripsit historias in 7.vol.digestas.primum cõ
tinebat res regum P.R. secundum, & tertium vnde quæque Itali
ca ciuitas orta sit,cui⁹ rei gratia oẽs libros appellauit Origines.
In quarto narrabatur primum bellum Pun. In quinto secudum,
alijs duobus reliqua bella complexus est vsque ad præturã Galbę
qui Lusitanos diripuit. [Est in manibus)Nunc elaboratur & cõ-
ponitur. [Monimẽta)Recordationes,& historias originũ. [Cau
saꝝ)Actionum,& negocioꝝ. [Illustrium)Nobilium, & splendi-
daꝝ. [Conficio)Cõpono,& literis mando,vt prosint posteris,do
ceantq. nepotes,quibus ꝓspiciendum est. [Ius auguꝝ) Auguralẽ
disciplinam,& ptatem, siue auctoritatem quam hñt augures Io-
uis consiliarij diuiniq. nutus p auguria interpretes. [Pontificũ)
Quo pontifices in sacris ceremonijs vtuntur. [Ciuile)Quo ciui
tas gubernatur & regitur.Ius ciuile positum absolute Romanoꝝ
figñat,vt poeta Virg.apud Latinos, & Homeꝝ apud Græcos per
excellentiam. [Exercitationes)Cõmentationes,quibus ingenio
subuenitur,& memoria confirmatur. [Curricula)Spacia per quę
mens exercetur,& rõnis celeritas atque discursus. hæ sunt,inqt,
occupationes q̃ senile ingenium hebescere non sinunt,sed vege-
tum seruant & agile. [In his)Curriculis. [Non desidero) Qm in-
genij viribus exerceutur,magisq. corporis quod ad eum finẽ cu-
randum est,vt aio seruiat. fulcris etenim corporis aius sustentat̃.
[Adsum) Faueo in causis patronus, & aduocatus defendo ami-
cos, eorumq. negocia. adesse amico sigñat aduocatum esse cau-
sam eius defendere,atque id dr̃,inquit Gell.non in compitis tñ,
neque in plebe vulgaria,sed in foro, in comitio apud tribunalia.
[Frequens)Assiduus frequento curiam, in qua publicæ curæ ge-
runtur. frequens dr̃ senator,qui suum frequentat munus, & fre-
quens cura passiue frequentia multoꝝ celebrata.frequens miles
q a signis nõ recedit. [Vltro) Mea sponte,vt gñosam decet nãm.
nõ.n.expectandum est dum rogemur si vero velimus offõ fungi.
non tulit gratis,inquit Sen.q cum rogasset accepit. [Tueor)De-
fenso exerceo,ꝯseruo. [Quæ)Supradicta oia. [Exequi)Exercere,
peragere. [Ante acta)Præterita quæ tales dotes parauit senectuti
atque viaticum. [Studijs) Curis,exercitijs. [Obrepat) Adueniat,
obrepere,adrepere,subrepere ꝓprie est illoꝝ animalium quæ pe
dibus carent.& ob id reptiles dñr.transfertur tñ ad multa.sed ita
vt accessum humilem significet,vt repere per acclinia,angustia,fo
ramina. [Sensum) Paulatim. [Sine sensu) Perceptione & cogni-
tione. sentire proprie est sensuum iudicio aliquid percipere,trã-
fertur & ad animum,inde sensa & sententia. [Frangitur)Debili-
tatur,abrumpitur. [Diuturnitate)Spacio tpis. [Extinguitur)Vi-
talem calorem amittit,& vitam cum morte compensat, & mors
inter naturæ munera reponenda est.

MART. PHIL.

DEsidero) Est proprie de rebus absentibus, vnde ponitur
desiderium pro absentia. [In.n.)Per parenthesim.i. inter
positionem sniæ. [Plus q̃ adolescens) Quia desiderare
vires tauri esset plusq̃ adolescentis vires expetere. [Tauri,aut e-
lephanti) Ista sunt aĩalia miræ fortitudinis. Elephas,tis declinat̃,
& Elephantus,phanti,vt sectoq. Elephanto. Et cum esset adole-
scens ipsoꝝ vires nõ desiderabam qa contra nãm fuisset, nũc aũt
cum senex vires adolescentium non desidero quia esset ꝯtra na-
turam,quod dicit. [Quod est nãliter) A nã datum. [Decet) Deco
rum condecens est, vt cum sis adolescens adolescentium viribus
vtare,cum vero senex senumq. vtare viribus,& sic non sit minu-
ta Minerua. [Pro viribus)Pro aũt multis modis ponitur tam in
appositione,quam in compositione,ut inquit Prisc. nũc vero po
nitur pro ad vel secundum, vt pro viribus.i.ad vel secundũ vires.
[Quæ voa)Vituperat,Milonem Athletam Crotoniatam,qui fa-
ctus senex deplorabat vires suas amissas per senectutem, videns
Athletas,se exercentes & dicebat. [At hi qui.) .s. lacerti mei sunt
mortui,quia amiserant vires suas.Sciendum tñ,quod ille de quo
nunc agitur Milo,fuit quidam Athleta de Crotone Italiæ ciuita
te,vnde est patrium nomen Crotoniata. [Curriculo)Huius uo-
cabuli sigñone non habemus manifestam,sed alia sigñat interdũ
tps & spatium cursus,interdum paruum,currum,& cursum. [La
certos)Latine,brachia Græce dicimus,in Italia.n.erant tres lin-
guæ,Latina,Osca,& Græca. [Non vero)Verba Catonis vitupe-
rantis Milonem. [Isti).s.lacerti tui, vnde nota dñam inter iste &
hic. [Quam tu ipse nugator).s.mortuus es. [Neque.n.)Subiũgit
rõnem,quia nunquam. [Ex te) .i. ex animo tuo,vnde nota illud
quod diximus de Platone,qui dicebat animum esse hominem,&
corpus quidem esse animal, quod est cõe cum bestijs. Sic & Cic.
& in Somnio Scip.Non est homo quem vides,homo autem est à
ratione & sic intelligitur hoc loco, ideo addit contrarium .s.ex
lateribus & lacertis. [Sex.Aelius) P. Crassus, Coruncanus præ-
stantissimi uiri R. fuerunt. [Prudentia) Quæ est præteritarum,
& futurarum,& præsentium reꝝ cognitio. [Orator)Ponit quan
dam obiectionem,quam ei aliquis facere potuisset,pro quo ipse
loquitur,vel quod sint uerba ipsius Lælij. Orator qui est uir bo-
nus dicendi peritus. [Metuo) Sub quodam timore reuerentiæ.
[Munus)Officium,alias donum sigñat. Sed laterum etiam & ui-
rium: ut bonam habeat uocem, & latera fortia & firma, quibus
uox ipsa formatur,& stare possit ad recitandum. [Nescio quo pa
cto)Modus quidam loquendi,cum res ipsa habet nescio quid la-
tentis energiæ,quod uerbis aperire nescimus,quale est illud Iuu.
Hunc qualem nequeo monstrare & sentio tantum. [Quod)Ca
norum. [Non amisi)Probat ea ipso & bene. Nam hoc est decoꝝ
auctoris,ut idem docet Horat. ut seruetur ad imum. Quidquid
ab incepto processerit, & sibi constet. unde etiam debemus scire
illud, quod dixit Plin.de laudibus Cat. quod nullus in vrbe fuit
qui toties fuisset accusatus, & semper absolutus, quadragies .n.
patet accusatus,& gloriose absolutus,quam rem etiam Valer.o-
pere suo complexus est. [Non amisi) Et hoc quod sit uerum Gal
ba probauit Cat. aduersarius. vnde inquit Plin.accusator malo
rum assidu⁹ Galbã octogenarius accusauit. amitto aũt differt ab
admitto.amittere .n. perdere est,admittere uero recipere. Et ui-
detis tñ meos canos, hoc est capillos & hæc dicens demulsit sibi
barbã Græco more. [Sermo) Vox remissa & finitima quotidia-
næ locutioni,est aũt duplex uox vna,q̃ contentio dr̃,altera quam
sermonem appellamus. quam rẽ optime in Rhet. diffiniuit Cic.
[Nequeas)Secunda utitur persona,ut diximus plerunque ꝓ ter
tia,modus quidam loquendi in omni gñe dicendi. Scipioni ꝓci
pere & Læl.docere Scip.& Læl.pro quibus intelligit omnes ado
lescentes. unde probat quod senectus si non habet uocem dicen
di,saltem habet facultatem dicendi,& faciendi bonos uiros. [Sti
pata)Circũdata.Vt magna stipãte caterua. Stipare.n.proprie est
densare.tractũ à stipa,quã interponunt nautæ uasis oibus. [Do-
ceat)Quantum ad literas,& doctrinã. [Instruat)Quantũ ad bo-
nos mores. [Ad omne officij munus) Hoc est ad oẽ officium ho-

nestatis, munus.n.pro officio, officium pro honestate ponitur. officium.n. πολύσημος sermo est, interdum munus, interdum obsequium, interdum debitum, hoc est illud quod debet effici ab efficiendo dictum, non vt quidam dñt ab officiendo. [Cn.& P.Scip.) Isti fuerunt fratres, de quibus inquit Virg Duo fulmina belli Scipiadas, in quo multi errant putantes maiorem & minorem Scip. Africanos, cum isti duo fratres fuissent, qui in Hispania apud nouam Carthaginem insidijs interempti sunt, cum illic fortissime prœliarentur, sed hoc pacto se habet illorum coniunctio Scipionũ. P. Scipio Afr. maior valetudinarium Scipionem genuit ut diximus, qui hunc Scipionem adoptauit minorem Africanum, vnde fit P. Africanus auus huius per adoptionem huius, L. aũt Aemilius est auus eius naturalis, qui P. Aemilium genuit, huius Scip. Afric. patrem. [Comitatu) Est.n.comes proprie in itinere hoc ab omni magistro putandi boni, & beati. magistri aũt dñr non modo artium præceptores, sed quicunque sunt in aliquo magistratu, dicti quidem quod magis ceteris possint. [Etsi ista) Probat qđ si vires defecerunt senibus, euenit ex vitijs & intemperantia, & libidine, & male acta vita iuuentutis. [Effœtum) Debilitatum, tractũ a similitudine puerperæ quæ post debilitatur, vt ab extra, & fœtũ, quasi sine fœtu, nam fœtum dicimus cuiuslibet germen, vel fructum. [Tradit) Quia vna ætas traditur alteri. [Cyrus) Hic de humili statu, & regno ad magnum euenit, de quo Xenophon scripsit lib. quem περὶ παιδείας τοῦ κύρου nominauit, & Iustinus nr̃ eius historias non silentio præteriuit. Xenophon aũt præclarus phs, & orator, & in re militari studiosus fuit. Cyri præterea fuerunt duo, de quo nunc agitur, & minor cum ἀναβάσει Xenophõ meminit. [Imbecilliorem) Debiliorem. nomen quidem dimin. a baculo bacillus, hinc imbecillis debilis ut est senex qui se baculo regit. [Ego L. Metellum) Vt non inferiores externis viderentur latini, de nostris subiungit exemplum, probationis causa. Ordo: Ego puer memini L. Metellum ita bonis viribus extremo tpe ætatis [Viginti & d.) Annos ei sacerdotio præfuit, hoc est per parẽthesim dictum. [Sacerdotio) Hoc est pontificatus, qui omnibus paret sacerdotibus. Erant.n.tria gña sacerdotum, feciales, qui fœderibus faciendis præerant. Salij a saltando dicti a Numa Pomp. instituti qui 12. numero fuerunt quo tpe de cœlo Clypeus cecidit. & Flamines qui a flosculo lanæ quẽ præeminentiæ causa sub apice ferebant denominati sunt. [Alterum) Secundum. [Nihil necesse) Vellet de se dicere Cato, & ne videatur arrogans excusat se & facit quandam digressionem, quam dicit ad rem tñ pertinere causa probationis. [Videtis) Exemplum probationis, & imitationis causa. [Homerum) Patrem omnium bonarum artium. [Nestor de virtutibus suis prædicet) Tertiam hominum viuebat ætatẽ, hoc est quod erat in tertia ætate, hoc est quod habebat circiter octoginta nouẽ annos, quia ætas dicebatur spatium triginta annorum, sed scire debemus quod tribus modis ætas intelligitur, interdũ .n. ponitur pro anno, & tunc vr̃ deriuari ἀπὸ τοῦ ἔτους. s. anno, interdum ordinem ipsum annorum hoium, vt infantiam, pueritiam, interdum vero spacium 30. an. quod appellat Homerus γενεάν, qđ apta sit ad generandum. Hom. autem carmen est huiusmodi:

τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων
ἐφθίαθ' οἵ οἱ πρόσθεν ἅμα τράφεν ἠδ' ἐγένοντο.

Hoc est, duæ ætates hoim inuicem distantium erant consumptæ Nestori. quod sic Cic. in Latinum conuertit, tertiam hoim viuebat ætatem. Possumus ẽt ætatẽ hoc loco, vt superius diximus tripartitam in hoibus esse dicere, & in ea quidem snia melior est sensus. [Aut insolens) Cum quo nemo solere hoc eo cõuersari possit. [Loquax) De se multa magnifica dicens, & elata verba. Ex eius lingua melle dulcior fluebat oratio. [Dux ille) .s. Agamemnon qui cum Achille contendit, de quorum contentione orationem fecit Nestor apud Hom. eorum tractantem concordiam. Vnde Agamemnon eius cognita sapientia, inquit, quod potius optabat habere quinque Nestores quam decem Aiaces in exercitu, qđ breui superaret Troiam. Aiax aũt fortissim' fuit .s. Telamonius. Nã duo fuerunt, Telamonius & Oileus, & furias Aiacis Oilei. Telamon aũt Aiacis filius duos habuit filios Teucrum ex Hesiona, & Aiacem ex alia vxore. hic cum arma Achillis iam mortui hr̃e non posset, in furorem versus seipsum interemit. [At) Sed supoptabat quinque similes Nestoris habere. Atenim, & sed, semper aduersatiuam significant rerum. [Troia) Prouincia Priami in qua est Ilion ciuitas, quam Græci dicunt τροίην. interdum vero signat ludum equestrem puerorum, & ciuitatem quam primo cõdidit Aeneas, cum in Italiam profectus est, ut nec tentoria capit. [Sed redeo) Facta digressione ne videatur arrogans, seipsum laudare incipit & de seipso dicere, & narrare magistratus quos gesserat. [Cyrus) Persarum rex de quo inquit nunquam imbecilliorem senectutem suam sensisse. [Miles) Nomen est professionis militiæ, & habet duas partes in equo .s. vnde eqtes, & in pede vnde pedites dñr, & vtriq; Milites appellantur, dicti vero a Millenario numero, quo conficiebantur legiones, quos & Græci dñt χιλιάρχας quasi χιλίων ἄρχοντας. Sed hic pprie tribunos militum signat. [Bello Punico) .s. secundo qa tria bella Punica fuerunt. [Quæstor.) Vice fungens imperatoria in exercitu, fuit.n. quæstor fortissimus Scipio. [Eodem bello) .s. Pun. [Cõsul in Hispania) Vbi Celtiberos domuit, & ne rebellare possent ad singulas ciuitates literas misit, vt muros diruerẽt, quod executioni mãdarunt singulæ ciuitates. [Tribunus militaris) q erat ad corrigẽdos, & castigãdos, puniẽdos & soluẽdos milites, ideo dicti qđ ternis tribubus modis, Rhãnensium, Lucerium, Tatiensium ad exercitum mittebantur. fuit aũt tribunus militum Cato Syriaco bello, & occupatus Thermopylarum iugis præsidium hostibus depulit, fuit ẽt tribunus militum in Sicilia, Item ptor & in sua ptura Sardiniam subegit, Item Censor qñ L. Flaminium ꝯsularem in Senatu mouit, quod ille in Gallia ad cuiusdam scorti spectaculũ tectum quẽdam ex carcere iugulari iussisset. [Apud Thermopylas) Mõtes longissimos in occidente incipientes, & in Ægeũ mare finientes, & totam Græciã per mediũ diuidẽtes apud quos Antiochus rex cum Romanis bellũ gessit, in quo bello tribunus militũ fuit Ca. dictæ Thermopylæ portæ, calidarum aquarum qa ibi sunt aquarum calidarum venæ, θερμὸν .n. calidũ, πύλαι vero porta. [Curia) Locus Senatorum, & concilia curia dicta quod ibi curaretur status Rom. [Vires meas desiderat) Hoc est deficio à curia. desiderare.n.est rẽ absentem cupere, non.n.est opus, vt vires meas curia desideret, qm̃ qdem me habet assidue in Senatu, hinc sæpe in historia ponitur desiderare p deficere, vt desiderata sunt decẽ millia hoium. vnde nota qđ vt diximus summus orator fuit, & in curia se exercebat in gñe deliberatiuo, in foro aũt in gñe iudiciali, in amicis & populo in gñe demonstratiuo. Scimus .n. tria esse gña causarum, deliberatiuum, demonstratiuum, & iudiciale. [Rostra) Aũt forum signat, in quo rostra nauium pro insigni laude victoriæ habitæ suspensa fuerant, tanq̃ in loco frequentiori, vt oẽs viderent. [Clientes) Quasi colentes a colo dicti cuius correlatiuum est patronus, q eum in causa defendit, sicut filius & pater. vnde est nomen patrocinium, causarum defensio. Hospites. externi hoiẽs & amici, quorum tanta necessitudo & reuerentia fuit adinuicem suscipiẽdorum, quod & deum ipsi hospitalitati præfecerunt, quem Iouem ξένιον dixerunt. vnde Virg. Iuppiter hospitibus nam te dare iura loquuntur. [Minus mal.) Non magis vellem. [Anteq̃ fuissem) .s. senex nanque dum iuuenis fui iuuenilia tractaui, & sic ceterarum ætatum quæ sua fuerunt officia libenter executus sum, nunc cum sim senex senilia mihi cara sunt officia. [Conuenire) Inuenire alioquin. Inuenire.n. & reperire in hoc differunt, quod inuenire est rem quæsitam offendere, reperire aũt est a casu. Ouid. Tu non inuenta reperta es. [At minus) ἀνθυποφορά [Viribus) Vtriq; dicimus & idem est. [Nec vos quidem) Rñdet τῇ ἀνθυποφορᾷ. [Centuriones) Centum militum præfecti, & decuriones, decem militum, centuria vero dicitur quæ sub vno erat centurione, & cum nunc centurio dr̃ & decurio, centurionus & decurionus & curionus dicebatur. [Quantum põt) .s. vt pro qualitate ætatis vires habeat, ne ille quidem, nunq̃ ponitur ne & quidẽ, nisi interponatur aliquid. [Magno desi.ui.) Qm̃ tm̃ habebit virium, quantum .s. satis erit & quod sibi non deficiẽt vires. Ponitur .n. desiderium pro re deficienti. [Per stadium) Curriculum & locum ipsum vbi currebatur, & ludebatur significat. vocabulum autem est Græcum στάδιον, hoc .n. primum ab Hercule ferunt esse constitutum, & eo quidem spacio quod ipse vno spiritu confecisset, & ex illo stadium appellatum quod in fine respirasset, atque stetisset, significat autem octauam miliari partem. [Milo.) .s. Crotoniata, de quo diximus. [Sustineret bo.) Taurum .n. quendam consueuit Milo a teneris annis sustinere suis humeris, & hoc quidem ad multos annos effecit, & cum iam taurus grandis esset admodum Milo non maiore nisi tantundem agebat & id omnibus stadio Olympiæ spectaculo fuit, sed suis istis confidens viribus non abiuit impunis. Forte .n. fortuna nodosam quandam quercum loco deserto iacentem offendit, & cuneos adhuc in se fixos habentem, quam scindere agricolæ robusti non poterant, & vt illic vires suas ostenderet quercum ipsam aperire manibus conatus est, cunei prosiliere quamprimum, quercus vero manus Milonis illic affixas inclusit, & futura nocte cũ discedere nequisset eum lupi cõmanducauerunt. [Vires iug. Py.) q cum Phliuntem aduenisset nobilissimum Aetoliæ ciuitatẽ: ibi de rerum natura omniũ grauiter & ornate & copiose disseruit, & ibi à Rege interrogatus qua potissimũ arte ualeret, & an sapiẽs esset, rñdit nullam artem scire se. Est autem ingenium subtili-

tas quędā naturæ & sapientia. Salust. in Catilinario, ingeniū nemo sine corpore exercebat. (Illo bono) s. virium. (Paullum ætate pro) Ineunte. s. virili ætate. (Cursus) rō bona quod ætas est eer tus cursus, & vna via, quod prima infantia, postea pueritia, deinde ceteræ ætates, & quælibet habet vires sibi conuenientes & ɔgruas (Tempestiuitas) Conueniens tps, vnde tempestiue dr̄, vt tēpestiue venisti, hoc est in ipso tpe. (Infirmitas) Quod non sunt firmi in proposito. has partes Horat. in poetica tangit optime, vt, Reddere qui vocem iam scit puer, & pede certe Signat humum, gestit paribus colludere, & iram Colligit ac ponit temere, & mutatur in horas. Ferocitas. iuuenum. Ho. Imberbis iuuenis tandem custo de remoto Gaudet equis, canibusq́ & aprici gramine campi. (Cōstantia) ætatis, virilis scilicet. Ho. Conuersis studijs, ætas, animusq́. virilis Quærit opes, & amicitias, inseruit honori, Cōmisisse cauet quod mox mutare laboret. (Maturitas) qa qdq́d agit senex, agit quā mature & sapienter. Sed vt hāc partem Horat. intelligit hoc loco Catonis gratia præbeamus. (Percipi) qa dixit maturitas, tracta similitudo est a frugibus quæ maturantur & pcipiuntur. (Audire te) Bene obseruat pceptum Horat. q dicit, Primo ne medium, medio ne discrepet imum. oīa. n. adducit à principio vsque ad finem ad laudationem senectutis. (Malinissa) Hic rex fuit Mauritaniæ, quæ puincia in Africa est, socius & confœderatus P. R. de quo dicit Liu. in 2. de bello Pun. quod sp fauens fuit P. R. & maxime fuit amicissimus istius Scipio, de quo Valerius ēt ponit exēplum. (Hodie) Aduerbiū tpis dcm̄ ab hoc & die. (Frigore) sic ait de seipso Tibullus, Nō mihi pigra nocēt hybernæ frigora noctis, Non mihi cū multa decidit imber aqua. (Summā siccitatē) soliditatē, quod nullum catarrhum passus est, hoc est defluētiam humorꝫ. Nā καταῤῥέω est defluo. Officia) q̄ debent esset a rege. (Tēperantia) Abstinētia a potatione & luxuria, & alijs hmōi. est. n. tēperantia, vt à Cic. diffinitū est, veteri Rhetorica, rōnis in libidinem, atq; in alios non rectos impetus ai firma & moderata dñatio. eius vero partes sunt tres, continentia, clemētia, modestia. (Nō sunt in senectute vires) ἀνθυποφορὰ est. (Nec postulant) qa esset contra naturam, cum naturaliter senectus sit sine virib⁹. (Ergo legibus) Ita legendū est, ergo ætas nr̄a. s. senilis absoluta est p leges, & instituta ciuitatū ab illis muneribus quæ sustineri non pñt, vt est præliari contra hostes, & arma ferre pro patria, & hmōi officia. Cauendū est sane ne legamus, ergo vacat legibus & institutis, ordo est, ergo vacat his muneribus, quæ non possunt sine viribus sustineri. (Vt ergo va.) Hoc est caret, q. d. infinite, & tūc vacat intendit sigñat. Lex aūt ab instituto & iure differt. Lex. n. est iuris species. Virg. Iura dabunt legesq́. vitit. Iuuen. Quod si vexantur leges ac iura citari. ius aūt est gñale, institutum uero particulare a legibus. Sed nec quantum possumus qdem cogimur, quod si ēt possemus aliquod istoꝝ officiorum præstare non cogimur, qa alienum est ēt à nostra ætate, cum senectutis sit consilium & prudentia. (Et multi) Alia ἀνθυποφορὰ cui respondet dicens. (At id quidem non proprium senectutis vitium) qa id quod est pprium rei semper inhæret ei, sicut caliditas igni, frigiditas aquæ, qd̄ in senectute idem dr̄, cum vires non sint proprie senectutis, ijs ergo non inhærent ipsi. (Valetudines) Naturalis cōplexionis. nam valetudo tria sigñat, sanitatem, infirmitatem, & complexionem. (Quidē fuit) pbat id per exemplum Scipionis valetudinarij, qui filius fuit Pub. Afr. (Is) Scipio valetudinarius, (Qui te) Scipionē. (Adoptauit) Filiū suum adoptatū fecit. est. n. adoptatio in alienam familiam trāsitio alicuius, q viuente patre in eius adhuc ptāte est. Arrogatio est transitiū in alienam familiā alicuius, q mortuo patre in sua ptāte est; & hæc fiebant in concione populi rogati, vt illū rogaret q in suam familiā acceptaret ne videretur aliqua fraude fieri. (Alterum ille lumen) Secundus splēdor Romanæ vrbis respectu patris sui, q primus splendor fuit ciuitatis Romanæ. (Vberior) abūdantior doctrina, qa fuit eruditior patre. Pater n. summus fuit PHs, qui Panætium præceptorem habuit, sed iste filius eum doctrina superauerat, qui viribus æquare non potuit. (Infirmi) Sunt imbecilles, & debiles. Resistendum, documenta dat optima qbus resistere possumus senectuti. (Diligentia) Vt à nimia potione & ciboꝝ superfluitate. (Tanq̄ cōtra morbū) Sicut facit aliqs febricitans, q se abstinet à vino & rebus sibi contrarijs. (Hñda rō valetudinis) Modus loquendi. Consideranda est valetudo, & maxima habenda est consideratio, vt recte valeamus. (Exercitationibus modicis) Cū modo & mensura factis. (Non opprimantur) qa pp nimiam potationem & ciborum abūdantiam vires suffocantur, non reficiuntur. (Nisi tanq̄ oleum) per similitudinem ostendit hoc. qa sicut videmus in lucerna, si nimium olei est, papyrus suffocatur, & non ardet. sic in corpore hominum pp nimiam potionem extinguuntur vires animi & corporis. (Animi vero) Et corpora quidem ingrauescunt exercitationum defatigatione, sed animi multo exercitio magis leuātur, & fiunt subtiliores, per qd̄ pbant & ipsi PHi aim esse immortalē, cum motu & exercitatione leuetur, & corpus esse mortale & caducum, cum ingrauescat exercitationum defatigatione, & faciūt drīam inter aim & aiam. Anima. n. qua viuimus, aius vero quo sapimus. (Nam quos ait) Nunc confutat alias obiectiones. (Cæcilius) De quo supra diximus Stat. Cæcilius. (Comicos) Interest inter comicum & comœdiam, qa comicus ille dr̄ q comœdias cōficit. vt Terent. Plaut. Comœdus vero qui comœdias agit vt Histriones. sic tragicus & tragœdus. Credamus tragicis huic qd de Colchida cœna. Pec. fabula funesto ponatur blanda tragœdo. Hos sigñat. s. esse stultos, & qui creduli & q obliuiosi, qui dissoluti sunt. pars. n. stultitiæ est, cito credere & obliuisci præteritaꝝ rerum & necessariaꝝ & esse intemperantes & dissolutos. (Quæ vitia non sunt senectutis. quæ si essent propria senectutis, essent qdem in oībus senibus, & inhærerent ipsi senectuti, sicut diximus calor igni & frigus aquæ. (Sed inertis) Ignauæ, somniculosæq́. senectutis, senum illoꝝ qui sunt somniculosi, inertes & ignaui. Est. n. ignauus ab in & nauus, n, in g, mutatur, & sigñat hominē sine igne & ardore aliquo rei faciendæ. Nauus aūt sigñat strenuum, & promptum alicuius rei faciendæ, a nauis celeritate dictus, & ignauia est ai, inertia vero corporis. (Petulantia) Sine fræno lasciuiæ, vnde petulci & petulces lasciuientes, & libidinosi, & petulantia ipsa lasciuia à peto petis dicta est. (Magis non prob.) Ergo maloꝝ. Sic appetat comparationē. (Deliratio) A recta uia discessio, & Latinum nomen est, vt dicit Non. dictum à lira, quæ est fossa & sulcus rectus q contra agros & tuendos dr̄, & in quē vligo terræ decurrat. hinc delirare à recto recedere. Plaut. in Amphitr. Delirat vxor, & græcum ēt nomen est. & tunc p e, scribitur, vt de lirazo & tractum a græco pūerbio. (Quatuor R.) Subiungit exēplum de Appio cæco, de quo diximus. (Domum) Familiam oīm domesticoꝝ. (Clientelas) Causaꝝ defensiones cuius correlatiuū est patrocinium. (Nec languens) Bis est intelligendum, nec ut lāguens, nec sane accumbebat senectuti. (Tenebat) Habebat, detinebat, alibi pro dirigere. (Metuebant) Proprie seruoꝝ est. (Verebantur) Cum reuerentia timebant, & est proprie filioꝝ. (Liberi) Filij & tm̄ pluraliter declinatur. Liber vero libri duo designat & corticem & codicem, liber liberi Bacchum notat, & hoiem suo iure viuentem. (Mos patrius) Rom. disciplina, interdum pro doctrina, interdū p bonis moribus, ut hic capitur, vn̄ est disciplinatus. (Honesta) Ab onere dicta, & uūt honoratam sigñat, cuius partes sunt quatuor, prudentia, temperantia, iustitia, & fortitudo. (Mancipata) Est serua à manu & capio qd̄ alios in sua capiat ptāte, vn̄ seruum mancipium dicimus. A iure aūt belli antiquitus tractus sermo, quod cum capitalia essent bella, in qbus oēs hoies occidebātur, accessit postmodum in captiuis quędam humanitas, vt nō interficerentur, sed mancipa rentur, & venderentur, & semper essent serui, vnde serui non a seruiendo, sed à seruando dicti, vnde & mācipati serui, & manumissi, hoc est donati libertate, & extra manū .i. ptātem missi, eus debebant peremptionē. (Senile aliquid quantum ad mores) Vt in eo sit maturitas. Aliqd adolescentis, vt in eo sint vrbanitates, ales, & iucunditates. (Probo) Cōmendo, laudo. (Septimus) Ex seipso probat hoc. (Originum) in quo oium ciuitatum Italicaꝝ ponebat originem, id eo originū libros vocauit. (In manibus) Quē tunc scribebat, & in eo oīa antiquitatis monimenta colligebat. Monimēta. n. sunt historiæ, & alia scripta ac facta memoriæ causa. Monumentum vero quidq́d mortuoꝝ causa ædificatum est, & ad aliquoꝝ memoriam factum, vt Pyramides, tēpla carminaq́. ab admonendo dictū, & ideo fm. s. prope viā hmōi erant aliqua vt prætereuntes admonerentur & se fuisse, & illos esse mortales. (Causaꝝ) Discrepatione dicentium, & contradicētium. (Illustrium) Nobilissimaꝝ non vilium personaꝝ. (Conficio) Perficio & limatas facio. Intelligere possumus, qd̄ orōnea q̄ in publico recitabant, domi elimabant, & dñt qd̄ cū recitabant erant quidam notarij tantę velocitatis manus hñtes, quod ad verbum illas totas scribebant. Cic. ergo post recitationem emendasse nulli dubium est. Sed quam pro Milone habuit totum recitare non potuit pp tumultum Clodianoꝝ. (Ius) Quidem humanum est. Fas vero diuinum. (Pontificium) Est aūt pontificium qd̄ nunc ius canonicum dñt. (Ciuile) Quod leges ciuiles appellant. (Pythagoreoꝝ more) Vt diximus Pythagoras Samius fuit, & in nostram venit Italiam in partes. s. quam magnam Græciā vocāt, vbi PHiam docuit, & suis fuit vsus dicere discipulis, vt q̄ in die didicerant in vespere cōmemorarent, & repeterent memoria, & recordarentur quod omnia memoriter tenerent, & memoriā exercerent, & sic viderentur in vesperi quid boni mali ue in die fe-

tissent, quos ipse Pythagoras versibus cõpleaos est, quos aurea appellauit,& interest multum inter Pythagoricos,Pythagoreos & Pythagoristas. Pythagorici .n. sunt Pythagoræ discipuli, Pythagorei Pythagoricorum discipuli, Pythagoristæ dñr illi qui Pythagorexm sectam & opinionem sunt secuti.(Vesperi)Datiuo ꝓ ablatiuo ponitur.i.in vespere,vel melius,ut sit aduerbium. Nun dubitauerunt .n. maiores nostri propter e,& i, literarum affinitatẽ, & vesperi,& vespere dicere,& inani & inane,& heri & here. Iuu. Res hodie minor est here quam fuit, atque eadem cras Diceret exiguis aliquid.(Curricula) Studia quibus adolescentes currendo,saltandoq. exercitantur.(Adsum amic.)Ad defensionem amicorum venio.Adesse.n.sæpe vtitur pro defendere Tullius & prodesse.(Frequens)Pro frequenter, vt libens pro libenter, recens pro recenter,sole recens orto.(Multum) Quantum ad vehemẽtiam cogitationis,& diu quantum ad tps.(Cogitatas) Et bene & prudẽter fecisti Cato.Parum .n. prudens is existimatus, qui accedit ad orandum,nisi prius domi quæ dicenda sunt excogitauerit. Plut. quod per auctoritatem Demosthenis comprobatum est,ter .n. interrogatus in senatu Atheniensi sniam suam ter rndit. Non.n.ꝓmeditatus sum.(Lectulus meus iucundus)Dimin.dixit,lectus est quod ad sese hoies,fessos alliciat. (Acta) .s. bene,temperanter & moderate,qm reseruauis vires.(Obrepat)Clanculum subintret.(Sensim)Paulatim sine sensu quod homo non sentit.

ASCEN. NEc quidem ego desidero nunc vires adolescentis. Is.n. locus qui vires respicit erat alter .i. secundus supra missus de vitijs senectutis,non plus.s.opto aut desidero quã ego adolescens desiderabam vires tauri aut elephantis. Decet.n. vti eo quod insitum est nãliter homini,& agere pro viribus.i.iuxta mensuram virium quidquid agas.Enim,pro quia,q̃ vox.i.quæ oro põt esse contemptior.i.contemptibilior, qua Milonis illius athletæ insignis Crotoniatæ,sic a patria dicti,qui cum esset senex & videret athletas.i. pugiles & luctatores exercentes se in curriculo.i.spatio ad cursum instituto,aut in ipso cursu,dr aspexisse lacertos.i brachia sua & dixisse illacrymans, At hi quidem.i.vos iuuenes nunc vires vestras exercetis. At.i.sed hi.i.mei lacerti olim tam vegeti & robusti,quidem .i. certe iam sunt mortui, ad quod dictum addit Cato,O nugator.i.futilis locutor, & inanis existimator rerum,vero.i.certe nõ tam illi.s.lacerti tui mortui,sup. sunt, quam tu ipse qui tales seuces,mortuus es(vbi plane ostenditur hi ad primam,& illi ad secundam pertinere. vnde hi.i.mei,illi.s. tui exposuimus.) Neque.n.tu es vnq̃ nobilitatus .i. nobilis effectus ex te.i.ex virtute tua,sed ex lateribus & ex lacertis tuis, q.d. ex viribus corporis non animi, qui debeat non minus roboris in senio hre. Nil tale sup.dixit aut sentit Sex. Aemilius Rom. ille, nihil T.Coruncanum multis annis ante sup.dixit tale. Nihil ẽt P. Crassus sup.dixit modo .i. paulo ante, vel hoc ipe tale a quibus iura præscribebantur ciuibus.s.Rom. & quorum prudentia est prouecta.i.vlterius vecta & aucta vsque ad extremum spiritum.i.extremi spiritus exhalationem. Ego metuo.i.vereor forte, ne orator languescat.i.languidus fiat senectute.Enim,pro quia, munus .s officium & exercitium eius,est non solum ingenij .i. per ingenium exercendum,sed ẽt laterum.i.illorum robustorum,& virium.s. vocis & organorum eius, sed sup. nihil metuendum est.Nam illud canorum .i. concinnum & sonorum in uoce splendescit omnino,nescio quo pacto.i.quo modo ẽt in senectute quod.s.canorum equidẽ .i.ego quidem non amisi adhuc,& tñ uideris canos .i. canescẽtes capillos meos.(dicimus aũt canos substantiue,numero tñ pluralipro capillis ipsis)Credetem non esse additum a Cat.aut a Cic. sed à grãmaticis elegantiam non intelligentibus,illud tñ,satis.n. erat,& videris canos(vt Valla locuples est testis)sed tñ.i.quis minus firmitudinis hñs.Sermo senis est decorus,quietus.i.sedatus,& remissus,& oratio senis diserti compta.i.ornata,& polita, & mitis.i.lenis,& dulcis,facit persæpe ipsa.i.per se audiẽtiam sibi. Qđ .s.bñe audientiam,aut decenter orare,si tu senex qcunque es nequeas,possit tñ præcipere Scipioni,& Lælio .i. iuuenibus quæ & qualiter dñt.Enim,pro quia, quid est iucundius senectute stipata .s.circumsepta & de se comitata studijs.i.studiosis obsequijs iuuẽtutis.i.iuuenum? q. d. nihil. An relinquemus senectuti ne eas quidem res,vt doceat adolescẽtulos,vt instituat,& instruat ad oẽ munus officij? q.d. id quidem deberemus eis,q eis proprium est relinquere. Quo quidem opere,qd põt esse præclarius ?q.d. nihil. Vero,pro sed,C.& P.Scipiones,& duo aut tui .s. L. Aemilius Scipio, & P. Africanus videbantur mihi fortunati.i. felicem sortiti fortunam comitatu.i.pp comitatum iuuenum nobilium. Nec vlli magistri.i.præceptores bonarum artium sup. sunt putandi non beati,quamuis vires eorum consenuerint atque defecerint. Etsi .i.quanquam illa defectio.i.defitio,aut derelictio virium efficitur sæpius vitijs.i.per vitia adolescentiæ, quam senectutis. Enim .i. quia certe adolescentia libidinosa & intemperata.i. incontinens tradit senectuti corpus effœtum.i.exhaustum foetura virium. Cyrus &c. Comprobat exemplis senectutem his non debilitatam quibus temperata fuerat adolescentia dicens,Cyrus aũt rex cum esset admodum senex, negat eo sermone quem moriens habuit apud Xenophontem.i.in pãtia Xenophontis de Cyro cõscripta, negat inq̃ se sensisse vnq̃ senectutem suam factam imbecilliorẽ quam adolescentia.s.sua fuisset. Ego memini puer.i. cum essem adhuc puer L.Metell.,qui cum factus esset quadriennio .i. spacio 4.ann.post alterum.i.secundũ consulatum,Pont.Max.præfuit supp. tamen ei sacerdotio.s.summi pontificatus 22. annos,memini esse inquam in extremo tempore.s.vitæ suæ viribus ita bonis,vt nõ requireret adolescentiam. Notis grãmaticus memini cum pñtis spis infinitiuo fere apud doctos cõstrui,vt memini videre & hoc memini esse,non fuisse. Nihil necesse est mihi dicere de meipso, q̃q̃ & id quidem senile.i.de seipso magnifice sentire, & dicere cõceditur ætati nostræ.i.senili.vnde senex est ſm Horat.in Arte,laudatos spis acti se puero. Videtis ne vt.i.qualiter Nestor prædicet apud Hom. de uirtutibus suis. Enim ꝓ quia,Nestor vixerat iam tertiam ætatem hominum.i.ſm quosdam treis cursus Saturnios, & ita erat nonagenarius.Verum poetæ omnia in admirationem trahunt. vnde Ouid.eum dicentem inducit. vixi annos bis centum iam tertia ducitur ætas. Nec erat verendum ei, ne prædicãs de se vera uideretur nimis aut insolens.i. importunus in sermone,& arrogans,aut loquax.i.dicax & verbosus. Etenim,vt Homerus ait oratio dulcior melle fluebat ex eius lingua,ad quam suauitatem nullis .i.non vllis ipse non egebat vllis viribus corporis. Et tñ quamuis non erat viribus præditus Nestor ille .i. notissimus apud Hom. dux Græciæ.s. Agamemnon optabat vt haberet decẽ similes Aiacis sup.moribus at .i. sed sup.optabat vt Nestoris sup. similes haberet decem. Alij vt Nestori quoque leguntur qđ parui refert licet concinnius dicatur verum quantum ad sniam damnatur Cic.memoria,cum ẽt Aiacis similes optauit Agamemnon, quod in a. epist.vol.apud pñm uidebis. Quod.s.habere decem Nestori similes si acciderit non dubitat.i. Agamẽnon quin Troia.i.tota regio Priami sit peritura breui.quod Virg. in laudẽ Aeneæ transferens facit Diomedem sic dicentem: Si duo præterea talis Idea tulisset Terra viros, vltra Inachias venisset ad vrbes Dardanus,& versis lugeret Græcia fatis. sed redeo ad me .i. ad rationem de me. Ego ago annum quartum & octogesimum,quidem.i.certe vellem posse gloriari idem quod Cyrus .s. apud Xenophontem gloriatur,vt in principio huius partis visum est. Sed tamen licet id gloriari non ausim,ego queo.i. possum dicere hoc me quidem non esse his uiribus quibus fuerim aut miles in bello Punico sub Scipione maiore,aut quæstor.i. publicus receptor in eodem bello,aut consul in Hispania,aut quadriennio.i.spatio quatuor annorum.s.post quæsturam gestam,cum eo essẽ tribunus militaris depugnaui in bello Syriaco. Depugnaui.i.debellaui hostes apud Thermo. montes illos longissimus. ab occidente in mare Argeum eminentes,& totã Græciam intersecantes & hoc M.Attilio & C.Labeone coss.sed tñ.i.nihilominus,vt uos uidetis,senectus non eneruauit.i.debilitauit me plane,& non afflixit me plane. curia .s. senatus,aut forum iudiciale,non desiderat uires meas,quia põtes mihi sunt quæ satis sint. Desideratur aũt quod abest,aut drũcit, rostra .i. loca vnde dabantur edicta: seu, vt dñt, mandata pub. ex Thracensium nauium rostris fabricata,nõ sup. desiderant uires meas. quia sat habeo uirium quibus pro rostris agam. Amici ẽt non desiderant, non clientes, qui in tutela mea sunt,& quibus patrocinium debeo,& hospites.i. iure hospitalitatis a me defendendi,non desiderant uires meas. Nec.n.vnq̃ sum assensus.Arguit dissoluit uetus illud adagium.Mature fias senex, si diu uis esse senex. quo sigñt hoiem dñe sibi parcere, & minus indulgere labori corporali more senum, si uelit diu esse senex .i. diu superstes esse ac uiuere. dicit.n.non optandum,ut quis sit diu senex,sed ut diu sit priusq̃ senex esse uideatur. Ordo est. Nec .n. sum assensus.i.non præbui assensum unq̃ illi prouerbio ueteri & laudato,quod monet sup. te hoc est quemuis fieri senem mature .i.satis tempestiue & cito,si uelis esse,diu.i.per longum tps senex. quia qui nihil sibi parcunt,tantisper dum possunt,semel decidũt. Ego uero dixit Cato,mallem .i.magis uellem me esse minus diu senem,quam esse senem.i.fieri imbecillem more senum, aut me gerere senem anteq̃ essem. itaque.i.& ita,quia nondum senex uideor nemo ualuit me conuenire adhuc, quin fuerim occupatus .s.aliquo negocio. At .i. sed econtrario fateor, quod habeo minus uirium quam uteruis .i. alter uidetur uter is sit siue tu Scipio,siue tu Læli.Nec uos quidem habetis uires T.Põtij cẽturionis

nis hois robustissimi, cuios gentilem putant nonnulli Pilatum fuisse, sub quo Christus dñs noster, licet longo interuallo, crucifixus est. potuit.s. familia Pontiorum vel longius deduci. Num.i. nunquid ille est icсirco præstantior vobis? q. d. nequaq̃. Modo .i. dummodo moderatio.i. moderata commentatio virium ad sit, nitatur quisque supp. aliquid efficere tantum, quantum potest. Nec ille.i. talis tenebitur magno desiderio uirium. Milo .s. Crotoniana ille fortissimus dicitur esse ingressus per stadium Olympiæ.i. vbi Olympica certamina Hercules instituerat, cum.i. qñ sustineret .i. sursum teneret & portaret humeris supp. suis bouem viuum, & ita non exenteratum. Igitur an malis has vires corporis dari tibi, an vires ingenij Pithagoræ.i. quas habuit Pythagoras phs perspicacissimus? q.d. scio quod Pythagoræ. denique .i. vt tandem quid de viribus corporum sentio, dicam, vtare isto bono.s. virium corporis dum adest, & ne requiras cum absit, nisi forte adolescentes debeant requirere pueritiam, & progressi paullũ ætate .i. iam iuuenes habiti debeant requirere adolescentiam. Cursus ætatis est certus. q.a vniformis & certis gradibus procedens, & via naturæ est vna, & ea simplex.i. huiõi & cuique .i. vnicuiq; parti ætatis est data sua.i. propria tempestiuitas. Enim pro quia, vt .i. quemadmodum infirmitas est puerorum, & ferocitas iuuenum. vnde Maro Latinus ad Turnum Æn.1 2. O præstans aĩ iuuenis quantum ipse feroci Virtute exuperas, tanto me impensius æquum est Consulere. & grauitas ætatis iam constantis .i. virilis habet quiddam naturale, quod debeat percipi suo.i. opportuno & tempestiuo tpe. sic maturitas senectutis habet qddam naturale, quod &c. Ego ô Scipio arbitror te audire ea his q crebro ad te ab eo veniunt, quæ Masinissa rex Mauritiæ hospes tuus facit hodie natus annos nonaginta.i. cum sit nonagenarius. Cum sup. is sit ingressus iter pedibus.i. cœperit ire pedes, dr̃ non ascendere oĩno in equum, & cum.i. qñ equo sup. sit ingressus iter .i. cœperit proficisci eques dr̃ non descendere oĩno ex equo, & nullo.i. non vllo non adduci vllo.i. quouis magno imbre, & similiter nullo frigore adduci.i. ad hoc induci & permolliri, vt sit capite cooperto, & summam siccitatẽ corporis esse in eo, ita vt non habeat noxius humores vt senes solent. Itaq; sup. fertur exequi oĩa munera & officia reg's.i. sua, q rex est, aut quæ ad regem pertinent. Potest igitur &c. Infert exemplis vires competentes in senectute reperiri dicens, Igitur exercitatio & temperantia.i. continentia & abstinentia, & temperatus rerũ vsus põt conseruare aliquid pristini roboris ẽt in senectute. Non sunt (inquit sup.) vires in senectute. Nec vires qdem postulantur a senectute, q.d. senectus viribus excellentibus cõmode carere põt. Ergo.i. nunquid ppea quod vires non habet ætas nostra.i. senilis vacat.i. vacua est & caret, & .s. simul legibus & institutis .i. bonis moribus, & ijs muneribus, quæ non pñt sustineri sine viribus. Itaque.i. & si ita est nos non modo non cogimur sup. facere quod non possumus facere, sed nec quã tum possumus.i. facere. Læl. At .i. sed inqt Læl. multi senes sunt ita imbecilles, vt nullum munus.i. offm vitæ.i. quod pertinet ad vitam possint exequi oĩno. Ad quod Cato. At .i. sed, id qdem non est vitium proprium senectutis, sed cõe virium valetudinis .i. dispositionis corporum, quod ad sanitatem .i. quantum fuit imbecillis filius. Pub. Africani is videlicet q adoptauit te ô Scipio, quã .i. quantum tenuit.i. exili & modica, aut potius nulla valetudine. Quod nisi fuisset ita .i. nisi tam valetudinarius fuisset, ille extitisset alterum.i. sm à Scipione maiore lumen ciuitatis.s. Romanæ. Enim pro qa, vberior doctrina animi accesserat ad paternam magnitudinem.s. animi. Igitur quid mirum sup. est in senibus, si sunt aliqñ infirmi cum ne adolescẽtes quidem possint effugere id.i. infirmitatem? O Læli & Scipio' resistendum est senectuti .i. vitijs senectutis, & vitia eius sunt compescenda.i. arcenda aut comprimenda diligentia.i. diligenti exercitatione. (Sunt qui legunt cõpescendam, sed minus procedit.) Pugnandum est contra senectutem, si tanq̃ sup. pugnetur contra morbum, & ratio .i. consideratio & diligens respectus valetudinis.i. dispositionis quo ad sanitatem est hñda.i. debet hẽri à quolibet. Et vtendum est exercitationibus.s. corporum modicis, & adhibendum est tm̃ cibi & potionis.i. potus. (Nam vt Valla docet potio fere medicinalis est, potus nutrimentalis) vt vires reficiantur.i. refocillentur, & instaurentur, non vt opprimantur, q a crapula & potatione nimia eneruantur vires animi & corporis, quo aius vritur. Nec vero subueniendum est solum corpori, sed ẽt multo magis menti.i. parti rõnali quæ meminit, & meditatur, & aio .i. parti concupiscibili & irascibili. Nanque hæc.s. mens aut vis aiæ extinguitur quoque? q.d. non solus ignis aut lychnus in lampade per infusionem abundantis olei, aut per subtractionem olei, verũ & vis aiæ nisi instilles .i. moderate infundas tanq̃ lumini oleum .i. moderatum nutrimentum corporum & exercitium animi. In senectute repetit quod primo officio. dcm̃ est, senibus diminuendos esse labores corporis, augendos ai, dicens, vires & corpora.i. corporum vires ingrauescunt.i. graues fiunt, quidem in senectute defatigatione.i. qñ nimis fatigantur, & exercitatione frequenti & vehementi exercitatione. Aũt pro sed, animi leuantur.i. leuiores, & lætiores, atque agiliores fiunt exercendo se. Nam Cæcilius .i. Statius comicus poeta significat hos senes credulos.i. nimis cito credentes, obliuiosos i. nimis cito obliuiscentes & dissolutos.i. circa curam corpoꝝ & rerum suaꝝ negligentes, quos ait amicos.i. in comœdia stultos senes.i. delirantes. Quæ vitia non sunt senectutis ignauæ.i. inutilis, aut inidoneæ ad operandum. inertis.i. nullam industriam & artem habentis, & somniculosæ.i. somnolentæ & nimio somno ac corpori indulgentis. Vt .i. quemadmodum petulantia.i. infestatio quæ fit quemlibet petendo & lacessendo, & vt libido est magis vitium adolescentum, quam senum. Nec tñ omnium adolescentum, sed adolescentum non probatorum.i. improbatorum & malorum. Sic illa stulticia senilis.i. quæ in qbusdam senibus est. Quę.s. stulticia solet appellari deliratio (quia senes delira.i. tramite rõnis flectunt & desipere incipiunt) est senũ non quorumlibet, sed leuium .i. futilium & inconstantium, non alioꝝ.s. constantium & grauium. Probat exemplo Appij supradicti, Appius, inquit, Claudium sub quo militauerat Cato, regebat existens & senex, & cæcus quatuor filios, quinq; filias, & tantam domum, & tantas clientelas, quantum & quantas talis vir habebat. Habebat .n. aium intentum tanq̃ arcum, nec ipse aut aius eius succumbebat senectuti.i. vincebatur à senectute, languescẽs .i. torpens, & ipse in suos non modo auctoritatem patrisfamilias tenebat, sed ẽt imperium .i. exercitium, non solum ius imperandi. Serui metuebant eum, liberi & clientes, filij, filię, & reliqui cõserui verebantur & obseruabant eum filiali quodam (vt dñt) amore. oẽsq. habebant eum carum Mos patrius.i. à patribus & maioribus institutus, & disciplina patria vigebat in ea domo .s. Appiana. Ita.n. est senectus honesta si ipsa defendit se & retinet ius suũ. Et si nemini est mancipata.i. addicta in seruitutem, & si dñatur in suos vsque ad extremum spiritum .i. extremi spiritus exhalationem. Enim pro quia, vt.i. quemadmodum nos laudamus adolescentem in quo est aliquid senile.i. maturitatis ad senem pertinẽtis, sic laudamus senem in quo est aliquid adolescentis probi .i. quo ad adolescentem probum pertineat, quod.i. quam rem is q sequtur.i. imitatur vitam adolescentis pbi, poterit esse senex corpore, sed nunq̃ erit senex aio.i. nunq̃ amittet vires animi. Nam senex dici uĩ quasi se necans. Septimus ad probationem doctorum affert se in exemplum dicens. Septimus liber quia iam sex absoluerat, Originum.s. Italiearum est mihi in manibus.i. scribitur a me. & colligo omnia monimenta antiquitatis .i. quę nos antiquitatis moneant scripta & uestigia. & conficio nunc quam maxime.i. diligentissime orationem oium causarum illustrium, quas defendi, scilicet in foro iudiciali. Et tracto nunc ius augurum, ius pontificium, idest ad pontifices pertinẽs, quale est nobis quod canonicum uocant, & ius ciuile. Vtor enim multum literis Gręcis, & commemoro.i. recito, aut ad memoriam reduco uesperi.i. oriente uespero seu hespero, hoc est ad finem diei.i. more .i. ad imitationem Pythagoreoꝝ.i. Pythagoræ imitatoꝝ gratia memoriæ exercendæ.i. vt memoriam exerceam commemoro, inquam, quod dixerim, audiuerim, aut egerim. unde de vero bono & sapiente; Maro,

Nec prius in dulcem declinat lumina somnum,
Omnia quam longi repetauerit acta diei. &c.

Hæ.i. huiusmodi sunt exercitationes ingenij.s. mei, hæc sup. sunt curricula.i agitationes & exercitia quasi in curriculo mẽtis sup. meæ. Ego desudans.i. multum sudans atque elaborans in his, nõ desidero magnopere.i. vehementer vires corporis. Ego adsum.i. auxilio sum amicis, venio frequens.i. frequenter in Senatum, & vltro.i. etiam non accitus, & affero res cogitatas.s. à me domi, multum & diu. & tueor.i. defendo eas non viribus corporis, sed animi. Quæ.s. omnia iam dicta si ego nequirem exequi.i. efficere, tamen.i. nihilominus lectulus meus in quo me continerem, oblectaret me cogitantem ea ipsa, quæ oõ possem agere iam præ senio. Sed vita acta.i. transacta à me facit vt possim.s. ea quæ dicta sunt exequi. Enim pro quia, non intelligitur.i. non percipitur viuenti.i. ab eo qui viuit in illis studijs & laboribus, unde quãdo senectus obrepat, latenter obueniat. Et ita ætas senescit sensim.i. paulatim sine sensu.i. sine sensione, aut perceptione, nec ipsa ætas.s. frangitur subito, sed extinguitur.i. more ignis in lampade seipsum consumentis, absumitur paulatim diuturnitate.i. longa duratione temporis, in qua omnia senescunt & labascunt.

Facit

DOCT. interpr.

FAcit sibi audientiam) Noue dixit,neque non eleganter tñ
pro eo quod erat,reddit attentum auditorem.[Nec erat ei
verecundum) Opinor pro verecundum legendum veren-
dum,nisi forte idem est,verecundum,& verendum. [At multi ita
sunt) Hoc loco quidam admiscuerant rursus personam Lælij.cũ
sit sermo Catonis sibiipsi hæc obijcientis,ac sibi mox rñdẽtis.[Ni
si tanq̃ lumini) Tanq̃,adhibuit ad significandum similitudinem.

SEQVITVR tertia vituperatio sene-
ctutis,quod eam carere dñt uoluptatibus.
ò præclarum munus ætatis: si quidem
id aufert à nobis,quod est in adolescen-
tia vitiosissimum. accipite.n.optimi a-
dolescẽtes,veterem orationem Archy-
tæ Tarentini,magni in primis,& præclari viri: quę mihi
tradita est, cum essem adolescens Tarenticum Q. Maxi-
mo. nullam capitaliorem pestem, q̃ voluptatem corpo-
ris, hominibus dicebat à natura datam: cuius voluptatis
auidæ libidines,temere, & effrenate ad potiundum incita
rentur. hinc patriæ proditiones,hinc rerump.euersiones,
hinc cum hostibus clandestina colloquia nasci: nullum
denique scelus,nullum malum facinus esse, ad quod su-
scipiendum non libido voluptatis impelleret: stupra ve-
ro,& adulteria, & omne tale flagitiũ nullis alijs illecebris
excitari,nisi voluptatis.cumq́. homini siue natura,siue qs
deus nihil mente præstabilius dedisset,huic diuino mune
ri,ac dono nihil esse tam inimicum, q̃ voluptatem: nec
enim,libidine dominante,temperantiæ locum esse, oĩno
ñec in voluptatis regno virtutem posse consistere. quod
quò magis intelligi posset, fingere aio iubebat tanta inci
tatũ aliquem voluptate corporis,quanta posset maxima,
nemini censebat fore dubium,quin tãdiu, dum ita gaude
ret,nihil agitare mente,nihil rõne, nihil cogitatione cõse
qui posset: quocirca nihil esse tã detestabile, tamq́. pesti
ferum,q̃ voluptatem: si quidẽ ea,cum maior esset,atq; lõ
gingor,oẽ animi lumẽ extingueret. Hęc cum C.Põtio Sã
nite,patre eius, à quo Caudino prœlio Sp. Postumius T.
Veturius,cõsules superati sunt,locutum Archytã,Near-
chus Tarẽtinus,hospes noster,q in amicitia populi R.p-
mãserat, se à maioribus natu accepisse dicebat; cum qui-
dem ei sermoni interfuisset Plato Atheniensis: quem Ta
rentũ venisse L. Camillo, P.Claudio cõsulibus reperio.
Quorsum hęc? vt intelligeretis,si voluptatẽ spernari rõ-
ne,& sapientia nõ possemus, magnam habendã senectuti
grãm, quæ efficeret, vt id nõ liberet,quod nõ oporteret;
impedit.n.cõsilium voluptas,rõni inimica; ac mentis (vt
ita dicã) perstringit oculos; nec habet vllum cũ virtute
cõmercium. Inuitus feci,vt,fortissimi viri, T.Flaminini
fratrem, L.Flamininum è senatu eijcerem septem annis
post,q̃ consul fuisset: sed notandã putaui libidinem. Ille
enim,cum esset consul in Gallia, exoratus in conuiuio à
scorto est, vt securi feriret aliquem eorum, q in vinculis
essent dãnati rei capitalis.hic Tito, fratre suo, censore, q
proximus ante me fuerat,elapsus est.mihi vero,& Flacco
neutiq̃ probari potuit tã flagitiosa,& tã perdita libido,q́
cum ꝓbro priuato coniungeret imperij dedecus. Sępe au
diui à maioribus natu, q se pueros porro à senibus audis-
se dicebant,mirari solitum C.Fabricium, quod,cũ apud Pyr
rhum regem legatus esset,audisset à Thessalo Cinea,esse
quẽdam Athenis,q se sapientem profiteretur,eumq́. dice
re,oĩa,quæ faceremus,ad voluptatem esse referenda:quod
ex eo audientes M.Curiũ,& T.Coruncanum,optare soli
tos,vt id Sãnitibus,ipsiq́. Pyrrho psuaderẽtur; quo faci-
lius vinci possent,cũ se voluptatibus dedidissent. vixerat
Man.Curius cũ P.Decio,q quinquennio ante eum consu
lẽ se pro rep quarto cõsulatu deuouerat. norat eundẽ Fa
bricius,norat Coruncanius: q cum ex sua vita,tũ ex eius,
quẽ dico,P.Decij facto iudicabãt esse profecto aliqd na-
tura pulchrũ,atq, præclarum,quod sua sponte peteretur,
quodq́. spreta,& cõtempta voluptate optimus quisq; se-
queretur.quorsum igr̃ hęc tã multa de voluptate? qa nõ
modo vituperatio nulla, sed ẽt summa laus senectutis est,
quod ea voluptates nullas magno pe desiderat, caret epulis,
extructisq́ mẽsis,& frequentibus poculis: caret ẽt vinolẽ
tia,& cruditate,& insomnijs. sed si aliqd dandũ est volu-
ptati,qm̃ eius blanditijs nõ facile obsistimus.(diuinit⁹.n.
Plato escã malorum appellat voluptatẽ,quod ea videlicet ho
mines capiant, vt pisces) q̃q̃ immoderatis epulis caret se
nectus,modicis tñ delectari põt.C.Duilium,M.filium,q
Pœnos primus classe deuicerat,redeuntẽ à cœna senẽ sæ-
pe videbã puer. delectabatur cereo funali,& tibicine,q́ si-
bi nullo exẽplo priuatus sumpserat: tm̃ licẽtiæ dabat glo
ria. Sed qd ego alios? ad meipsum reuertor. Primũ ha-
bui semper sodales. sodalitates aũt me quæstore cõstitu
tæ sunt,sacris Idæis Magnæ matris acceptis.epulabar igr̃
cũ sodalibus oĩno modice,sed erat qdã feruor ætatis; qua
progrediente,oĩa fiunt in dies mitiora.neq;.n.ipsorũ con
uiuiorũ delectationẽ voluptatibus corporis magis, q̃ cœ
tu amicorũ,& sermonibus metiebar.bene.n.maiores accu
bationẽ epularem amicorũ,quia vitę cõiunctionem hr̃et,
cõuiuium nominarunt,melius,q̃ Gręci,q hoc idem tum
cõpotationem,tum cõcenationem vocãt: vt, quod in eo
gñe minimum est,id maxime probare videãtur. ego vero
pp sermonis delectationẽ tempestiuis quoq; cõuiuijs de
lector,nec cũ æqualibus solũ, q pauci iã admodũ restant,
sed cum vr̃a ẽt ætate, atq; vobiscum: habeoq́. senectuti
magnam grãm,quæ mihi sermonis auiditatẽ auxit,potio
nis,& cibi sustulit.quod si quem ẽt ista delectant,ne oĩno
bellum induxisse videar voluptati,cuius est ẽt fortasse q-
dã naturalis motus: nõ intelligo, ne in istis qdem volu-
ptatibus ipsis carere sensu senectutẽ.me vero & magiste-
ria delectãt à maioribus instituta; & is sermo,q,more ma
iorũ,à summo magr̃o adhibetur in poculo; & pocula,si-
cut in symposio Xenophõtis,minuta,atq; rorãtia; & re-
frigeratio æstate,& vicissim aut sol,aut ignis hibernus: q̃
quidem ẽt in Sabinis psequi soleo i cõuiuiumq́. vicinorũ
quotidie cõpleo; quod ad multã noctem q̃ maxime pos
sumus,vario sermone ꝓducimus. At nõ est voluptatũ tan
ta quasi titillatio in senibus: credo: sed ne desideratio q-
dẽ: nihil aũt molestum,quod nõ desideres. Bene Sopho
cles,cũ ex eo quidã iam affecto ætate quæreret, vteret ne
rebus venereis, Dij meliora,inqt: libẽter vero istinc,sicut
à dño agresti,ac furioso, ꝓfugi. cupidis.n.rerũ talium o-
diosum fortasse,& molestũ est carere: satiatis vero,& ex-
pletis iucũdius est carere,q̃ frui q̃q̃ nõ caret is,q non de-
siderat.hoc ego,nõ desiderare,dico esse iucundius. Quòd
si istis ipsis voluptatibus bona ætas fruitur libẽtius: pri-
mum paruulis fruit̃ rebus,vt diximus; deinde ijs,qbus se
nectus,si nõ abunde potitur,nõ oĩno caret. vt Turpione
Ambiuio magis delectatur,q in prima cauea spectat; de
lectatur tñ ẽt,q in vltima; sic adolescẽtia voluptates ꝓpe
intuẽs magis fortasse lætat̃; sed delectatur ẽt senectus ꝓ-
cul

cul eas ſpectans tm̃, quantum ſat eſt. At illa quanti ſunt,
aĩum,tanq̃ emeritis ſtipendijs libidiois,ambitioni,cõten
tionis, inimicitiarum, cupiditatum oĩum, ſecum eſſe, ſe-
cumq́. (vt dr̃) viuere? ſi vero habet aliquod tanq̃ pabulũ
ſtudij,atq; doctrinæ: nihil eſt ocioſa ſenectute iucũdius.
Mori videbamus in ſtudio dimetieodi pene cœli atq; ter
ræ Gallum,familiarem patris tui,Scipio.quoties illũ lux,
noctu aliqd deſcribere ingreſſum,quoties nox oppreſſit,
cũ mane cœpiſſet? q̃ delectabat eum,defectiones ſolis, &
lunæ multo nobis ante pdicere? Qoid in leuioribus ſtu-
dijs,ſed tñ acutis? q̃ gaudebat bello ſuo Punico Nęuius?
q̃ Truculento Plautus? q̃ Pſeudolo? Vidi ẽt ſenem Li-
uium: q,cum ſeptem annis ante,q̃ ego natus ſum,fabulã
docuiſſet: Cẽthone, Tuditanoq́. cõſulibus,vſq; ad adole
ſcentiã meam pceſſit ætate. Quid de P.Licinij Craſſi,&
põtificij,& ciuilis iuris ſtudio loquar? aut de huius P.Sci
pionis,q his paucis diebus pontifex maximus factus eſt?
atq; eos oẽs,quos cõmemoraui,his ſtudijs flagrantes ſenes
vidimus. M.vero Cethegũ; quem recte Suadæ medullã
dixit Ennius,quanto ſtudio exerceri in dicendo videba-
mus ẽt ſenem? Quæ ſunt igitur epularum,aut ludorum,
aut ſcortorũ voluptates cũ his voluptatibus cõparaodæ?
Atque hæc quidem ſtudia doctrinæ prudẽtibus, & bene
inſtitutis pariter cum ętate creſcũt: vt honeſtum illud So
lonis ſit,quod ait verſiculo quodã,(vt ante dixi) ſeneſce-
re ſe multa in dies diſcentẽ. qua voluptate animi nulla cer
te põt eſſe maior. Venio nunc ad voluptates agricolarũ,
qbus ego incredibiliter delector: quæ nec vlla impediun
tur ſenectute, & mihi ad ſapientis vitam proxime vñr ac
cedere. hñt.n.rõnem cum terra; quæ nunq̃ recuſat impe
rium,nec vnq̃ ſine vſura reddit,quod accepit,ſed alias mi
nore,plerunq; maiore cum fœnore. q̃q̃ me fidem nõ fru
ctus modo,ſed ẽt ipſius terræ vis,ac natura delectat. quæ
cum gremio mollito,ac ſubacto ſparſum ſemen excepit,
primum id occatum cohibet; ex quo occatio,quæ hoc ef
ficit,nominata eſt: deinde tepefactũ vapore, & cõpreſſu
ſuo diffundit,& elicit herbeſcentẽ ex eo viriditatem: quę
nixa fibris ſtirpium ſenſim adoleſcit,culmoq́. erecta geni
culato,vaginis iã quaſi pubeſcens includitur: è qbus cum
emerſit,fundit frugẽ ſpicæ ordine ſtructã, & contra auiũ
mioorũ morſus munitur vallo ariſtarũ. Quid ego vitium
ſatus,ortus,incrementa cõmemorem? ſatiari delectatione
nõ poſſum; vt meæ ſenectutis requietem, oblectamentũq́.
noſcatis. Omitto.n.vim ipſam oĩum,quę gñantur è terra,
quæ ex fici tãtulo grano,aut ex acino vinaceo,aut ex cete
rarũ frugum,aut ſtirpium minutiſſimis ſeminibus tantos
trũcos,ramosq́. pcreat: malleoli,plãtæ,ſarmenta,viuira-
dices,propagines oõ ne ea efficiunt, vt quẽuis cum admi-
ratione delectẽt? vitis quidem quæ natura caduca eſt,niſi
fulta eſt,fertur ad terrã; eadẽ,vt ſe erigat, clauiculis ſuis,
quaſi manibus: quidqd eſt nacta,cõplectitur: quam ſer-
pentẽ multiplici lapſu,& erratico, ferro amputãs coërcet
ars agricolarũ,ne ſilueſcat ſarmẽtis, & io oẽs partes nimia
fundatur. itaq; ineunte vere,in ijs,quæ relicta ſunt,exiſtit
tanq̃ ad articulos ſarmẽtorum ea, quæ gẽma dr̃: à qua
oriẽs vua ſe oſtendit: quæ & ſucco terræ, & calore ſolis
augeſcẽs, primo eſt peracerba guſtatu; deinde maturata
dulceſcit; veſtitaq́. pãpinis nec modico tpe caret, & ni-
mios ſolis defendit ardores: qua qd põt eſſe cũ fructu læ
tius, tũ aſpectu pulchrius? cuius qdem nõ vtilitas me ſo-
lũ,vt ante dixi,ſed & cultura, & natura ipſa delectat; ad-
miniculorũ ordines,capitũ iugatio,religatio,& propaga-
tio vitium,ſarmentorum ea,quã dixi,aliorum amputatio,
aliorum ĩmiſſio. qd ego irrigationes, qd agri foſſiones,
repaſtinationesq́. pferam,qbus fit multo terra fœcũdior?
Quid de vtilitate loquar ſtercorãdi? dixi in eo libro,quẽ
de rebus ruſticis ſcripſi: de qua doctus Heſiodus ne ver-
bũ quidem fecit,cũ de cultura agri ſcriberet. at Homerus,
q multis (vt mihi vr̃) ante ſæculis fuit, Laërtem lenientẽ
deſiderium,qđ capiebat è filio,colẽtem agrum,& eũ ſter
corãtem facit. Nec vero ſegetibus ſolũ,& pratis,& vineis,
& arbuſtis res ruſticæ lætæ ſunt,ſed hortis ẽt, neq; poma
rijs,tũ pecudum paſtu,apũ examinibus, florum oĩum va-
rietate. nec conſitiones modo delectant,ſed ẽt inſitiones:
qbus oihil inuenit agricultura ſolertius. Poſſum perſequi
multa oblectamẽta rerum ruſticarum: ſed ea ipſa,q̃ dixi,
fuiſſe ſentio lõgiora. igooſcetis aũt. nam & ſtudio rerũ ru
ſticarum puectus ſum, & ſenectus eſt natura loquacior:
ne ab oĩbus eam vitijs videar vindicare. Ergo io hac vita
M.Curios cum de Sãnitibus,de Sabinis,de Pyrrho trium
phaſſet, cõſumpſit extremum tp̃s ætatis. cuius ego villã
cõtemplaos, (abeſt.n.non lõge à mea) admirari ſatis nõn
poſſum vel hoĩs continentiam,vel tpum diſciplinã. Cu-
rio ad focum ſedẽti magnum auri põdus Samnites cum
attuliſſent,repudiati ab eo ſunt. noo.n.aurum hr̃e præcla
rum ſibi videri dixit,ſed ijs,q hr̃ent aurum,imperare. Po
terat ne tantus aĩus non efficere iucundã ſenectutem? Sed
venio ad agricolas; ne à me ipſo recedam. In agris erant
tunc ſenatores.i.ſenes; ſiqdem arãti L.Quincio Cincin
nato oũciatum eſt, eum dictatorẽ eſſe dictum: cuius di-
ctatoris iuſſu magr̃ eqtom C. Seruilius Ahala Sp. Meliũ
regnum appetentẽ,occupatum interemit. à villa in ſenatũ
accerſebãtur & Curius,& ceteri ſenes: ex quo, q eos ac-
cerſebãt,viatores nominati ſunt. num igr̃ eorum ſenectus
miſerabilis fuit,q ſe agricultione oblectabãt? mea qdem
ſnĩa,haud ſcio,ao vlla poſſit eſſe beatior vita; neq; ſolum
officio, ꝙ hoĩum gñi vniuerſo cultura agrorum eſt ſalu-
taris; ſed & delectatione, quã dixi, & ſaturitate, copiaq́.
rerum oĩum, quæ ad victum hoĩum, ad cultum ẽt deorũ
pertinent. & qm̃ hæc quidam deſiderant,in gratiam iam
cum voluptate redeamus. ſemper.n.boni,aſſiduiq́. dñi re
ferta cella vinaria,olearia,mellaria, & penaria eſt: villaq́.
tota locuples abũdat porco,hœdo,agno,gallina, lacte,ca
ſeo,melle. iam,hortum ipſi agricolæ Succidiam alterã ap
pellant. conditiora facit hæc ẽt ſuperuacanei operis aucu
pium,atque venatio. Quid de pratorum viriditate,aut ar-
borum ordinibus,aut vinearum, oliuetorum ve ſpecie di
cam? breui pcidam. agro bene culto nil põt eſſe oec vſu
vberius,nec ſpecie ornatius: ad quẽ fruendum nõ modo
non retardat,verum ẽt inuitat, atq; allectat ſenectus. vbi
enim põt illa ętas aut caleſcere vel apricatione melius,vel
igni,aut viciſſim vmbris, aquis ue refrigerari ſalubrius?
Sibi habeant igitur arma,ſibi equos,ſibi haſtas,ſibi clauã,
& pilam,ſibi natationes,atque curſus: nobis ſenibus ex lu
ſionibus multis talos relinquãt,& teſſeras; id ipſum,verũ
lubebit; qm̃ ſine his beata eſſe ſenectus põt. Multas ad res
perutiles Xenophonti libri ſuot, quos legite, quęſo, ſtu-
dioſe,ut facitis. quàm copioſe ab eo agricultura laudatur
in eo libro, qui eſt de tuenda re familiari,qui Oeconomi-
cus inſcribitur? atque,vt intelligatis, nihil ei tã regale vi
deri,

deri,q̄ studium agri colēdi, Socrates in eo libro loqtur cū Critobulo, Cyrū minorem, Persarū regem, pstanti ingenio, atq; imperij gloria, cū Lysander Lacedæmonius, vir summæ virtutis, venisset ad eū Sardis, eiq. dona à socijs attulisset, & ceteris in rebus comē erga Lysandrū, atq; humanū fuisse; & ei quendā conseptum agrum, diligēter cōsitum ostēdisse: cum aūt admiraretur Lysander & proceritates arborū, & directos in quincuncē ordines, & humū subactā, atq; puram, & suauitatē odorum, q afflarent è floribus, tū eum dixisse, mirari se nō modo diligentiā, sed ēt solertiā eius, à quo essent illa dimēsa, atq; descripta: & ei Cyrum rñdisse: atqui ego sum oīa ista dimēsus; mei sunt ordines, mea descriptio: multæ ēt istarum arborum mea manu sunt satæ: tū Lysandrum intuētem purpurā eius, & nitorē corporis, ornatumq. Persicum multo auro, multisq. gēmis, dixisse: recte vero te Cyre beatū ferunt, qm̄ virtuti tuę fortuna cōiuncta est. Hac igr̄ fortuna frui licet senibus: nec ætas impedit, quo minus & ceterarū rerū, & in primis agri colēdi studia teneamus vsq; ad vltimū tp̄s senectutis. M. qdem Valerium Coruinū ad cētesimum annum accepimus vitā pduxisse, cum esset acta iam ętate in agris, eosq. coleret: cuius inter primū, & sextum Cōsulatum, octo & quadraginta anni interfuerūt. ita quātum spatium ętatis maiores nr̄i ad senectutis initiū esse voluerūt, tātus illi cursus honorū fuit. atq; huius extrema ætas hoc beatior, q̄ media, q auctoritatis habebat plus, laboris vero minus. apex aūt senectutis auctoritas. quāta fuit in L. Cæcilio Metello, quāta in Atilio Calatino, in quē illud elogium, Vnicū plurimę cōsentiunt gentes, populi primariū fuisse virū. notum est carmē incisum sepulcro. iure igr̄ grauis, cuius de laudibus oīum esset fama cōsentiens. quē virum nup P. Crassum, pōtificem max. quæ postea M. Lepidum, eodē sacerdotio pditum, vidimus? qd de Paullo, aut Africano loquar? aut iā ante de Maximo? quorum nō in snīa solum, sed ēt in nutu residebat auctoritas. Habet senectus, honorata psertim, tantā auctoritatē, vt ea pluris sit, q̄ oēs adolescentię voluptates. sed in oī oratione memētote eā me laudare senectutē, quæ fundamētis adolescentię cōstituta sit. ex quo efficit id, qd' ego magno quōdam cum assensu oium dixi, miserā esse senectutem, q̄ se orone defenderet. nō cani, nō rugę repente auctoritatē afferre pñt: sed honeste acta superior ætas fructus capit auctoritatis extremos. hæc. n. ipsa sunt honorabilia, quę vñr leuia, atq; cōia, salutari, appeti, decedi, assurgi, deduci, reduci, cōsuli: quæ & apud nos, & in alijs ciuitatibus, vt quæq; optime morata, ita dilīgētissime obseruant. Lysandrum Lacedęmonium, cuius modo mētionem feci, dicere aiunt solitū, Lacedæmone esse honestissimū domicilium senectutis. nusq̄. n. tm̄ tribuit ætati, nusq̄ est senectus honoratior. quin ēt memoriæ pditum est: cum Athenis, ludis, quidā in theatrum grādis natu venisset, magno consessu locū ei nusq̄ datum à suis ciuibus: cum aūt ad Lacedęmonios accessisset, q. legati cum essent, certo in loco cōsederant, cōsurrexisse oēs, & senem sessum recepisse: qbus cum à cuncto cōsessu plausus esset multiplex dat⁹, dixisse ex ijs quēdā, Athenięses scire, q̄ recta essent, sed facere nolle. Multa in nr̄o collegio pclara, sed hoc, de quo agimus, in primis, q, vt quisq; ætate antecedit, ita snīæ principatum tenet: neq; solum honore añtibus, sed ijs ēt, q cum im pio sunt, maiores natu augures anteponuntur. Quæ sunt igitur voluptates corporis cum auctoritatis pmijs cōparandæ? qbus q splendide vsi sunt, ij mihi vñr fabulam ætatis peregisse, nec tanq̄ inexercitati histriones in extremo actu corruisse. At sunt morosi, & anxij, & iracundi, & difficiles senes: si quęrimus, ēt auari: sed hęc morum vitia sunt, nō senectutis. at morositas tm̄, & ea vitia, quæ dixi, hñt aliqd excusationis, nō illius quidem iustæ, sed quæ pbari posse videatur. cōtemni se putāt, despici, illudi: pterea in fragili corpore odiosa oīs offensio est. quæ tm̄ oia dulciora fiunt & moribus bonis, & artibus: idq. cum in vita, tū in sena intelligi pōt ex ijs fratribus, q in Adelphis sunt. quāta in altero duritas, in altero comitas? sic se res habet. vt enim nō omne vinum, sic non oīs natum vetustate coacescit. seueritatē in senectute probo, sed eam, sicut alia, modicā; acerbitatem nullo modo. auaritia vero senilis qd sibi velit, non intelligo. potest enim quidquam esse absurdius, q̄, quo minus viæ restat, eo plus viatici quærere?

PETRVS MARS.

MVNVS) Donum quod senilis ætas affert secū. [Vitiosissimum) Turpissimum, qm̄ voluptas corporis cōis est hominum cum ceteris animalibus & voluptarijs, vt inquit Arist. bruta viuunt animalia non hoies, qui rōnem sequuntur ducem, & in niente bonorū suorū reponunt summam. [Accipite) Audite. [Enim certe) Profecto. [Magni) Docti inter primos. [Pręclari) Nobilis, & illustris. [Quę mihi tradita est à Nearcho) .i. Pythagoreo philosopho, & hospite Catonis, vt auctor est Plut. in Catone. [Capitaliorē pestem) Perniciosiorem morbū, & nocumentum, capitale crimen dr̄ quod capitis pœna luitur. [Corporis voluptatem) Sensibilem delectationem gustatus & tactus. Cōis est is sensus dicit philosophus, circa quem in temperantia versatur, ppea turpe vituperanda est, q hoibus non rōne qua homines sunt accidit, sed animalia, talib' igitur gaudere, maximeq. talia cōsectari ferinum est, præterea voluptates impedimēto prudentiæ sunt, atque quo magis his quispiam gaudet eo magis impeditur, vt in venerea fit delectatione. nemo siquidem dū in illa est mente quidq̄ perspicere pōt. Tm̄ ad virtutem adijcies, ait Seneca, quantum ex voluptate abstraxeris. [Auidæ libidines) Ardētes cupiditates, rōni non obtemperantes. [Temere) Imprudenter, inconsiderate, violenter. [Effrenate) Immoderate, profuse. [Incitarentur) Cōmouerentur, & efferuescerent. [Hinc) Ex talibus libidinibus cupiditatibusq. imodicis. [Clandestina) occulta, ac p hoc fraudulenta. [Magnū facinus) Nefarium flagitiū. [Libido) Appetitus alicuius culpabilis delectationis circa honores, pecunias, opes dominatus, imperia &c. id genus ad quæ plerīq; cupiditate inflāmati rapiuntur. [Stupra) Raptus Virginū Stuprum inqt iurisconsultus, in virginem viduamq. cōmittitur. Adulteriū in nuptam pp partum ex altero conceptum cōpositu nomine. Stuprum cum incesto cōmittitur veluti cum priuigna, nuru, nouerca. [Flagitium) Scelus ad venereum actum pertinens, & cum vestali sacrilegiū. [Illecebris) Blanditijs titillatione, atq; prurituu. [Voluptate) Iucundo motu sensus. [Dominante) Tyrannidē obtinente in regno aiæ. [Temperantiæ) Moderationi circa gustatū & venerem. [Regno) Dominio & imperio, qm̄ nullum seruat modū, quo virtus ipsa terminetur, cum sit inter duo extrema mediocritas, quā effrænata libido seruare nō nouit, sed p extrema quęque debacchatur. [Ludebat) Hortabatur. [Cēsebat) Existimabat, iudicabat. [Quin) Quod. [Dū) Quandiu, & quoad. [Agitare) tractare, meditari. [Mente) Aio. [Rōne) Intellectu, cōmentatione, discursu. [Cōsequi) Attingere, atq; pcipere. [Detestabile) Abominabile ac fugiendū. [Pestifer) Noxium, & venenosum. [Maior) Contra pscriptum naturæ incitatine, & plus æquo ardētior. [Lōgior) Prolixior, & diutius occupās sensus. [Animi lumen) Rōnis iudicium, & cōsilij aciem oculosq. mentis, q voluptate immodica hebetātur & caligine obducūtur, vt verū bonum nō discernāt, & iccirco tēperantia dr̄ à græcis σωφροσύνη, quasi cōseruatrix mētis & iudicij, de rebus ipsis, atque fine, ad quē recta tendit ratio. [Caudino plio) Ad furcas Caudinas in Sānio. Saltus duo inquit Liui, alti, angusti, siluosiq. sunt mōtibus circa se perpetuis inter se iuncti iacet inter eos satis patēs in medio cāpus herbidus aquosusq;, per quē medium iter est, sed anteq̄ venias in eum intrādæ primæ angustiæ sunt. hæc Liu. Caudiū oppidum à quo Caudinæ furcæ dictæ

ctæ prœliumq; Caudinū.[Hospes) Amicus.[Rōne consilio.[Sapientia) Firmo iudicio,& vsu atq; doctrina subnixo.[Liberet) placeret. [Nō oporteret) Necessarium non esset aut opportunū,ac per hoc honestū. nam oportet, vt in orarōn a libris dicit Cic. necessitatē importat officij,quo vtendū est oibus,& semper. [Consiliū) Mentem,rōnem,& rectam viā [Aciem) Acumen.[Præstringit) Hebetat,& retundit.[Vetta dicam) Per quandam trāslatione & similitudinem loquar. nam præstigiatores & ꝑstigiæ illusores & deceptiones.[Cōmercium) Societatem & conuenientiam, qm̄ est vt meretrix,& virtus matronali pudore censetur.[Notandam) Censoria nota,& ignominia puniendā.[Libidinem) Nefariā cupiditatem,voto meretricio emancipatam.[Feriret securi) truncaret.[Rei capitalis) Criminis morte digni.[Proximus) Vltimus post quē alius nō fuerat.[Neutriq;) Nequaq̄,nullo modo.[Probati) Tolerat.[Flagitiosa) Scelerata.[Perdita) Dissoluta,intolerabilis.inde pditi mores,quasi mortui, irrecuperabiles, irreparabiles,& audacia pdita quæ frōtis pudorē penitus amisit.[Proprio) Priuato domestica,& sua turpitudine.[Imperij dedecus) ꝯsulatus infamiā,& publice dignitatis notā.[Porro) Certe.[Legatus destinatū ad eū à senatu, vt de redimēdis captiuis ageret,quos sine pcio Pyrrhus remisit.[Thessalo) Cyneas,inqt Suidas,fuit vnus pfectoꝝ a Philippo Thessalis negocijs.Cyneas dicit Plin.Pyrrhi regis legatus senatui & equestri ordini Romæ postero die quā aduenerat oia reddidit.[Quendā) Epicuꝝ.q ad voluptatē oia retulit,& ante ipm Aristippus.[Profiteretur) Affirmaret se esse phm, & qdem sua opinione summū, cū in vitæ ꝓposito atq; ordine hallucinaretur ac deliraret.[Referēda) Et reducenda, & dirigenda.i.voluptatē esse finem ad quem natura contēderet, qđ est absurdissimū & non viri decretum,sed meretricis.[Sānitibus) De qbus Curius triūphauit.[Deuouerat) Morti se addixerat pro Romanis legionibus ad Viserim Cāpaniæ, vt diffuse narrat Liu. lib. 8. Coruncanus primus è plebe factus est pontifex maximus.[Ex sua vita) Graui ac seuero vitæ suæ tenore.fuit.n. moderatissimus.[Facto) Constanti deuotione ac morte,qppe q nun ad voluptatē respexit,sed honestatē,gloriam,dignitatem, & compendiū,cui vel atroci morte consulendū duxit.[Natura) naturali quadam ꝓprietate,ac dote semota, penitus voluptate corporis.[Pulchrū) Honestū,& decoꝝ,quod est maxime à natura.[Præclarū) Illustre,excelsum.[Sua sponte) Propria nā & qualitate circa quampiā voluptatis illecebrā.[Sequeret) Appeteret,respiceret, & ꝯsequi tueretur,vt bonum summum vel potius solum. Idem Cic.in vlt.de Fin.agens de innata cupiditate sciēdi dicit.Atq; hoc loco q pp aī voluptates debent coli ea studia,q̄ dixi,nō intelligūt iccirco ea esse pp se expetēda,qđ nulla vtilitate obiecta delectentur aī,atq; ipsa sciā ēt si incōmoda datura sit gaudeāt.[Epulis) publicis ꝯuiuijs frequētib.[Extructis mēsis) Lōgo ac multiplici ordine ꝯcinnatis,aq; magnificis.[Frequētibus) Dēsis & crebris,vt in magnis celebritatibus fieri solet, cū se ꝯinuæ ꝓuocāt vicissim ad bibēdū. hæc dicta sunt p quādā obiectionē,qua potuisset is vti,q senectutem ob id taxat,qm̄ talibus careat voluptatibus. Cato autem id ūē in laudem torquet senectutis. careat inqt his malis q bus hi laborāt,q tales epulas mēsasq. sectātur.[Vinolēta) Ebrietate,spiritus fœditate.[Cruditate) Nausea,idigestione marcescētiq. stomacho.cruditatis signa sunt ructus graues,virus aīæ,ventris sonitus ciborumq. fastidia,crudi dn̄r qui male ciboa digerūe [In somnijs) Visis nocturnis,& varijs imaginationibus, quas vinolētia excitat.vnde idem Cic.in 1.de Diuin.dicit,cum dormientibus ea pars animi quæ mentis & rōnis sit particeps sopita langueat,illa aūt in qua feritas quædā atq; agrestis immanitas, cum sit imoderato obstupefacta potu atq; exalcate eam in somno immoderateq. iactari, itaq; huic oia visa obiiciuntur rōne vacua.[Dandū) Tribuendum dūmodo seruetur modus.[Blanditijs) Illecebris & suauitatibus,quas ab infantia eū lacte gustauimus, & aliis innatus,nobis affectus nō facile extrudit.[Obsistimus) repugnamus.[Diuine) pclare.Plato in Timæo sic scribit, Rōnalis aīa grauibus perturbationibus quatitur, quarū prima est voluptas esca maxima mali.[Escā) Illiciū quoddam,& quasi cibū quo pisces decipiuntur & aues.[Maloꝝ) Vitioꝝ quæ per se non appeterentur,cum mala sint,quæ oia fugiunt, vt contra bonum ipsum appetunt oia vt veteres phi determinarunt,sed voluptas ipsa cōcitat humanæ imprudentiæ,quæ scabie quadam & prurite vitiorum capitur.[Capiantur) Attrahantur, & decipiantur, vt pisces unco,quē c sra tetigit.[Immoderatis) nimiis,superfluis, luxuriosis.[Caret) Vacat.[Modicis) Mensuratis & tēperamento quodā moderatis.Modicū,inqt Nonius,moderatum & cum modo dixerūt veteres,& modice,moderate,tēperate,modeste.[Funali) cereo lumine, funalia dn̄r a fune quem cera tegit.[Nullo exem.) nemine ante ipm vsurpāte.[Priuatus) Sine magistratu.[Sumpserat) ppria auctoritate susceperat.Liuius dicit Cn.Duilius ꝯsul aduersus classem Pœnorum prospere pugnauit,primusq. oium R. ducum naualis victoriæ duxit triumphum, ob quam causam ei ppetuus honor habitus est,vt reuertēti a cœna Tibicines canerēt & funale pferretur.[Crebro funali) frequēti,multiplici. funalia elata (inqt Silius) facetq. post epulas tibicen adest.[Gloria) naualis ille triūphus.[Sodales) Inqt iurisconsultus 47.dig.dn̄r,q eiusdem collegij sunt,quos græci [illegible] vocant.Sodalitates dn̄r aliter collegia,& corpora,vnde titulus est in pādectis de collegijs & corporibus.[Sacris Idæis) Phrygijs,Cybelis ab Ida Phrygia. qm̄ è Pessinunte loco Phrygiæ aduectum est Romā simulacrum Magnæ matris in 2.bello Pun.& sodalitas instituta, ludiq. Megalenses.Phryges sub hoc noie Tellurē cōem colebant matrē.vnde Lucr.lib.2.Hanc variæ gētes antiquo more sacroꝝ Idęā vocitant matrē Phrygiasq. catervas Dant comites, qa primū ex illis finibus edūt Per terraꝝ orbē fruges cœpisse creari Gallos attribuunt,qa numen q violarint Matris,& ingrati genitoribus inuenti sunt. Signare volūt indignos esse putādos, Viuā progeniē q in oras luminis edāt.[In qbus) Sacris solēnibus,& sodalitijs ludis.[Mutitare) Gell.in 2.agēs de Priscoꝝ Parsimonia dicit. Parsimonia apud veteres Rom.& victus atq; cœnaꝝ tenuitas nō domestica solū obseruatione ac disciplina, sed publ. quoq; aiaduersione legumq. cōplurium sanctionibus custodita est. legi adeo nuper in Capitonis Atteij cōmentarijs senatus decretū vetus C. Fānio & M. Valerio Coss.factū in quo iubētur principes ciuitatis q ludis Megalēsibus antiquo ritu mutitarēt.i.mutua inter se ꝯuiuia agitarēt,iurare apud cos verba ꝯceptis non amplius in singulas Cœnas sumptus esse facturos,quā centenos vicenosq. æris, pret olus,far,& vinū,neq; vino alienigena,sed patrio vsuros, neq; argēti in ꝯuiuio plus pondo,quā libras centum illaturos.[Epulabar) ꝯuiuia celebrabā,frequentabā epulas.[Oino) Certe.[Modice) Tēperate,modeste,frugaliter,cūta luxū,& inanes delicias, q ad veram & genuinam voluptatem nihil oino faciunt.[Feruor) calor iuuenilis,& studiū circa talia prōptum & ardēs.[Progrediēte) Tendente ad ipsam maturitatem,ēt ipsa studia mitescunt trāquillaq. fiunt,& ponit paulatim,residetq ille flatus qui præcedētem inflabat ætatem.[Mitiora) Maturiora,leniora,tranquilliora.[In dies) Quotidie magis,magisq.. Neque.n.rō quo fiunt,oia, cum ætate mitiora,qm̄ maturum iudicium non considerat voluptatem ciborum,sed honesti conuentus & consuetudinis.[Metiebar) æstimabā,mensurabā,& in ipsis epulis repositā esse arbitrabar,sed in ipso cœtu,& conuentu claroꝝ viroꝝ.[Sermonibus) collocutione ac dissertationibus conuiuio aptis,qm̄ seuerissima phia conuiuium non ingreditur, sed illa quæ rōnes epularum scrutatur,atque venatur,vt in Macr.Saturn.legere licet.[Accubationem) sessionem ad mensam,quæ lectus discubitorius dr̄, accūbere proprie est adiacere. vnde accubitor,& accubitus.[Epulaaem) Conniuialem.[Coniunctionem) Cōicationem humanitati vel maxime conuenientem. Sunt etenim hoies natura coniuncti adbibereq. debent studiose congregandi diligentiam,quę vel maxime relucet in conuiuijs caritate celebritatis. vnde dixit Virg. Qui non risere parentes,Nec deus hūc mēsa,dea nec dignata cubili est.[Quod) compotare,& concœnare, qm̄ hia maiora qoxrunt in conuiuio cōicantes uidelicet consiliorum & rōnum ad vsum vitæ cōis & honestæ pertinentium. combibones autem & deoorones talia non considerant, gulæ tm̄ nati ac ventri cui plerique hoies viuunt.[In eo gn̄e) Tali accubatione, atque conuictu.[Tempestiuis) Opportunis,& tpi,loco personisq. conuenientibus.[Aequalibus) Eiusdem ætatis,qm̄ tales facillime conueniunt pp morum,ac studiorum similitudinem.[Restant) supersunt,remanēt.[Ista) Potio.& cibus.[Indixisse) Quasi solēni ritu denūciasse & classicū cecinisse in voluptatē.[Naturalis modꝰ) mediocritas quædā naturæ humanæ ꝯsentanea.hæc siqdē humanæ vitæ ꝓspiciens in cibo,potu,& venere decentē posuit delectationē,qua vitę opera cōpensantur.itaq; in naturalibus & necessarijs voluptatib.nō peccat,nisi q modū excedit.Alimēti cupiditas naturalis est,inqt Arist.oēs .n. cum indigent nutrimento,siccum aut humidum alimentum.& nonnunq̄ vtrunque cupiunt.Cubile ēt cupit,vt inquit Homerus,iuuenis atq; vegetus. habet aliqd naturale,alios.n.alia delectant. & quædam quibusdam magisq. alia cupiditatibus pauci peccāt,& ad vnum ad ipsum inq̄ plus.cū .n.quispiā quæuis comedit aut bibit,donec superfluo impleatur,fit rei naturalis exuperatio multitudine ipsa,namq. naturalis cupiditas indigētiæ repletio est.Cupiditates,inquit Seneca in lōginquū mittēdæ nō sunt,sed in vicinū illis egredi permittamus,quoniam includi ex toto non patiuntur.[In illis ad voluptatem

sensibilem

sensibilem spectantibus epulis,& potionibus.(Sensu) pceptione sensuum,gustus.s.ac tactus,qui tō a naturæ necessitate,ac præsertim non recedat.(Magisteria) Conuiuioꝝ regna, & moderationes. Magisteria,inquit Pompeius dñr in oibus rebus,quæ magis ceteris pñt. hæc ille. quapp Rex conuiuij apud priscos.& Horatius dicit. Nec regna vini sortiere talis. Nullus,inqr Macrobius, qui se dignum hoc conuentu meminerit, sodalitatem hanc vel ipsum conuentus regem repudiabit. Magistri sunt, inquit Vlpianus de verboꝝ significatione,qbus præcipua cura rerum incumbit,et q magisq̃ ceteri diligentiam rebus debent,quibus præsunt, quinetiam & ipsi magistratus per deriuationem à magistris cognominantur. vnde et cuiuslibet disciplinæ præceptores, magistri appellātur,à monendo,vel monstrādo.(Instituta) Ordinata. (More maioꝝ) Prisco ritu, q à Romulo & Seruio Tullo sumpsit originem in sacrificijs,& sodalitatibus institutis auctore Macrobio (Sermo) Confabulatio,& cōtatio rerum honestarum, qualis est in Macrobianis conuiuijs.(A summo mag.) Rege,ac moderatore conuiuijs. Tp̃s solenniter celebratum,dicit Macrobius de putant nobilitatis Romanæ proceres colloqo liberali,conuiuia quoq; sibi mutua comitate pbentes,nec discedentes a se nisi ad nocturnam qetem.nam per oē spatium feriarum meliorē diei partem seriis disputationibus occupantes cœnæ tpe conuiuiales sermones agitant,estq; immensa sermo iucundior, ut habeat voluptatis amplius, seueritatis minus.(In poculis) In ipsis cōpotationibus in qbus fit ppinatio amicabilis,& inuitatio. Theramenes,inquit idem in 1. Tusc. dixit arridens, propino hoc pulchro Critiæ. Græci.n.in conuiuijs solent noiare cui poculū tradituri sunt. hæc Cic. Virgiliana insuper Dido pateram Butæ propinauit,q pleno se pluit auro.(Symposio) libro quē de inter compotationes cōposuit ad Platonis æmulationē.(Minuta) Breuia. exigua,vt suspicio tollatur ebriositatis. (Rorantia) Humoꝝ de mittentia roris instar. Rorare est rorem demittere Irrorare,pfundere,& aspergere. roscidæ herbæ dñr matutino rore perfusæ, & roculentum rore plenum. (Persequi) Captare,quærere,sectari. (Cōpleo) Frequento,vndiq; impleo. (Producimus) Extēdimus. (Quasi titillatio) Delectatio,pruritus,& sensilis quędā suauitas, & motus. Titillare est voluptatē mouere tactu qbusdā partibus corporis.(Bene Sophocles) Hoc est ex Platone apud quem in 3. de Rep. sic loqtur Cephalus,cum Sophocle nonnunq̃ iui poeta, qui cum à quodam quonam pacto in venereis se hrēt interrogaretur,& an posset mulieribus cōmisceri,rñdit, bona verba queso,amice, libentissime talia tanq̃ furiosum agrestem dñm aufugi. perbelle igr̃,& tunc illi rñdisse visus est,& nunc nō minus oino.n. ab huiuscemodi rebus in senectute multa pax toest,& libertas,qm etenim refrixerunt libidines,certe hoc Sophoclē accidit. nam a multis dñs,& his insanientibus liberamur.(Confecta) pfecta,matura.(Dño) Tyrāno.(Agresti) Duro aspero. (Furioso) insano.vnde Setuius queritur apud Aristophanē,in se factū esse seruum dñi insanientis.est aūt furor cæcitas mentis ad oia.(Qui nūq̃ nō caret) Exprimit Cic. vim hui⁹ verbi de quo sic scribit in 1.scholā Tusc. An pōt is q non est,re vlla carere? triste.n est nomen ipsum carendi,q a subijcitur hæc vis,habuit qs, non habet, desiderat,reqrit,indiget opinor hęc incōmoda sont carentis,caret oculis odiosa cæcitas,liberis orbitas.(Bona ætas) Vegeta, & iuuenilis.(Ambiuio Turpione) Nobili comœdo ætate Catonis. (Prima cauea) Primo ordine theatrali,& pximiore. Cauea pinanitate theatri ponitur,& cauū inqt Pompeius dcm̃ est ab eius inanitate,& caulæ à cauo dictæ. antiqtus.n.ante vsum tectoꝝ oues in atrijs claudebātur.(Quāti sunt) Quāto digna precio,& indicatura.(Emeritis stipēdijs) Defita iā militia,& soluto auctoramēto, quod obligat ad præstandam operam in oibus artibus,quæ mercede,ac stipēdio exercentur,& q seruit affectibus durissima laborat seruiture,militatq. in cupidineis castris.vñ asseuerabāt Stoici solum sapientem esse liberꝝ.atq; solutum. Seneca in libello de beata vita dicit, deinde, vt possit hoc aliqs emeritis iā stipendijs proltigatæ ætatis iure optimo facere. emeriti dñr,qui suo munere iā defuncti sunt,& res ipsæ emeritæ q̃ cessant,& uacatione donātur,& stipendia emerita tam finita,parta,& cōparata. Mereo, dicimus,emereo demereo,emereor.(Libidinis) Venereæ cupiditatis.(Ambitio.) honoris,magr̃atus,principatus quem iuuenilis appetit ætas.(Cōtētiosa) Certaminis in quocunq; gñe causarū & negocioꝝ,inimicitiaꝝ,odiorumq. varia,& dissimilia pariunt vota,& studia.est aūt inimicitia ira vlciscendi tp̃s obseruans. (Cupiditatem oium) Et omnia spectantium. quæ in vita appetuntur tanq̃ bona,& iucunda.(Secum esse) In sua ptāte ac libertate,nec alicui domino emancipatum,cupidinisq. additum. (Vt dicitur) prouerbialis sententia est in eos, qui nobilissima parte fruūtur & secum habitant,& nunq̃ minus soli sunt,quam cum soli primū argm̃ compositæ mentis est,ait Seneca,posse consistere, & secum morari.(Secū viuere) Sua libertate frui,& arbitratu,& nō viuere ad alterius nutū,seruireq. affectibus,quo nihil est turpius,in Paradoxis dicit idem Cicero. Libertas est potestas viuendi,vt velis. qs igitur viuit vt vult? nisi q recta sequitur,qui gaudet officio, cui viuendi via cōsiderata,atq; prouisa est,q legibus quidem non pp metum paret,sed eas seqtur,atque colit,q nihil dicit nihil facit,nil cogitat deniq; nisi libēter ac libere.cuius oia cōsilia, resq. oēs quas gerit ab ipso pficiscuntur.eodemq. referūtur.nec est vlla res,quæ apud eū plus polleat,quam ipsius volūtas, atque iudicium,igitur oēs improbi,serui,sicut est obediētia fracti animi, & abiecti,& arbitrio carētis suo.qs neget leues oēs cupidos,oēs denique improbos esse seruos. (Tanq̃ pabulum) Cibum,& nutrimētum.i.studiosum laborem q gn̄osos aios nutrit,estq. honestæ mētis obsonium,& cōditæ deliciæ.(Studij) Curæ honestioris circa disciplinas,& ingenioꝝ cultus.(Ociosa) Cessant,atque stagnata.(Mori) Vsque ad vltimā lassationem incūbere.(In studio) Cura mēsurandi cœlum, & terram p Mathematicam disciplinam.i. Geometriam, Arithmeticam,& Astronomiam.(Familiarē) Amicū,atque domesticum Paulli Aemilij, q Persen Macedoniæ regē expugnauit pater huius Scipionis, q minor Africanus appellat⁹ est. Fabius agēs de Geometria dicit. Quid quod se eadē Geometria tollit ad rōnem vsque mundi,in qua cū siderum certos cōstitutosq. cursus numeris docet dicimus nihil esse inordinatū, atq; fortuitum, quod ipm nonnunq̃ pertinere ad oratorem pōt. An vero cū Pericles Athenienses Solis obscoratione territos redditis eius rei causis metu liberauit. aut cū Sulpicius ille Gallus in exercitu L.Paulli de lunæ defectione disseruit,ne velut prodigio diuinitus facto militū animi terrerentur, non vñt esse visus oratoris officio? (Ingressum) Incipientę. (Oppressit) Nō sentientem occupauit,& quasi improuidū,& studio abalienatum inuasit.(Leuioribus) Minoribus,& poeticis occupationibus.(Acutis) Ingeniosis,& pspicacibus.(Bello punico) Nonius Marcellus citat sæpe auctoritatē Neuij in bello punico, & in primis exprimens qd sit cōcinnare dicit. Neuius belli Pun.lib.3. Transit melitā Romanus exercitus insulā,integram vrit,popolatur, vastat, rem hostiū cōcinnat. Idem Cic.in Bruto agens de Neuio,& Ennio dicit. Sit Ennius sane,vt est certe,profectior,q si illum,vt simulat,contēneret,non oia bella persequens,primū illud Punicum acerrimum bellū reliqsset,sed ipse dicit cur id facit.scripsere Inqt alij rē versibus,& luculente qdem scripserunt,ēt si minus quam tu polite. (Liuius) Andronicus auct Eus.tragœdiaꝝ scriptor ob ingenij meritū à Liuio Salinatore donat⁹ est libertate. Valerius primo exēploꝝ agens de institutione ludorū dicit,paulatim deinde ludrica ars ad Satyrarū modos perrexit, qbus primus oium poeta Liu. ad fabularū argumenta spectantium oculos,& aios trāstulit, isq. sui operis actor cū sæpius à popolo reuocatus vocem obtudisset, adhibito puero,& tibicinis pcento gesticulatione tacitus plegit. idem Cic.in præfat. Tusc.dicit. Annis fere 410.post Romam cōditam Liuius fabulā,dedit,Appio Claudio Cæci filio. M.Tuditano Coss.anno ante natū Enniū, q fuit natu maior quā Plautus, & Neuius.(Fabulā docuisset) Recitasset,publice,atq; demōstrasses primus. (P.) Licinius Crassus,pōtifex maximus collega fuit in consulatu P.Cornelij Scip.q primū Africanus appellatus est. (Flagrātes) Accensos,inflāmatos.(Suadæ medullā) Suada,& suadela est persuasio,à Græcis πειθὼ dr̃. ille est medulla suadæ, q ad præcordia penetrat suadendo, flectitq. aios. vnde flexanima oratio talis appellatur. Cic.in Bruto agens de Cornelio Cethego,& Ennio dicit.est igitur apud illum in nono,vt opinor Annali. Additur orator Cornelius suauiloquēti Ore Cethegus Veturio collega Philoni & oratorē appellat,& suauiloquentiam tribuit. Is dictus est flos delibatus populi,& suade medulla,πειθὼ quā uocant Græci,cuius effector est orator,hanc suadā appellauit Ennius.eius autem Cethegū medullam fuisse vult,vt quam deam in Periclis labris scripsit Eupolis sessitauisse,huius hic medullam nr̃am oratorem fuisse dixerit.hæc Cicero πειθὼ Græce,dr̃ Latine Suada,suadela,lepor,& gr̃a.(In dicendo) In hctis causis,& declamationib⁹. (Scortorū) Prostitutarum scorta,inqt Pōpeius,appellantur meretrices,quia vt pelliculæ subigantur. oīa nanque ex pellibus facta scortea appellantur.(Prudentibus) Verū,& sanum iudicium habentibus.(Institutis) Educatis ingenue,atque instructis. (Vt) Quantū laudabilis est illa Solonis sententia.(In dies) Quotidianis magis.(Voluptate) Honestissima,& gn̄osissima delectatione. quæ pclarum quodcunq; opus comitatur,perficit, & exornat, & verius delectatio dr̃,quam voluptas,qua sensus quasi perfunduntur,& titillantur. vnde Arist. in vltimo Moralium dicit. Siue igitur

tur vna sit, siue plures pfecti viri actiones, hæ voluptates quę has perficiunt, proprie dicendæ sunt hoīs voluptates, ceteræ vero secundæ, & parum q admodum, & actiones. Ad voluptates, varias oblectationes eo℞ qui rem rusticam curāt, cuius tres partes sunt cultus agro℞, & vinea℞, pecuaria, & villatica pastio. delibat oia Ciceronianus Cato. cuius deco℞ vbiq. seruatur, arte siqdem & vsu callebat hæc oia, quæ apud Xenophontē in Oeconomico Socrates, Critobulus, & Ischomachus explicant. [Ad vitā sapientis] Ad eā delectationem quam consummatissimi viri è rebus honestis, sublimibus, & ad bene, beateq. viuendū spectantibus abunde percipiunt. [Rōnem] Negocium, calculum, cōmercium, & quasi quandā societatem negociationis, & mercaturæ. inde rationarij libri dicti, quibus rōnes continentur societatū. [Imperium] Præceptū agricolæ, ac votum. Virg. Vt quāntis auido parerent arua colono. [Vsura] Augmēto quod vsu acqritur. [Alias] Aliqñ interdū. [Plerunque] Sæpius. [Fœnore] Multiplicatione ipsius sortis, & rei datæ. fœnus dr̄ à fœtu pecuniæ increscētis τόκος dr̄ à Græcis, & τοκιστὴς fœnerator, & iccirco fœnus contra naturam dr̄, qm nummus parit nummū. [Fructus] Vtilitas ipsa rei rusticæ. [Vis] Potētia, efficacia, ingeniū. [Natura] Dos, & proprietas. nā dī à nascendo, a Græcis φύσις. [Gremio] Sinu, & sulco. [Molliro] Bene macerato, resoluto, & fermētato. Colere terram, inqt Columella, est resoluere ipsam, & fermētare. [Subacto] Arato, prosecto, mangonizato, & cōcinnato ad semen opportune recipiendū. [Id occacū] Occatione, & cōminutione glebaℓ opertum, occator, inquit Pōpeius, ab occidendo dictus, qđ grandea terræ cædat globos. Aratione, inqt Plin. p transuersum iterata occatio seqtur, vbi res poscit Crate, vel rastro vineæ occādæ sunt inqt Varro, ne sit gleba dura, qđ ita occidant, occare dñt. [Cohibet] Cōtinet, tegit. [Vapore] Tepore [Cōplexu] Fotu, & quasi quodā incubitu. [Diffundit] Inflat, extendit, alterat, mutat. vnde vinū diffusum mutatū. corrūpitur semen vi callidi, & humidi, mutatorq. in id, cuius seminalē vim habet. [Elicit] Euocat, emittit, extrahit. [Viridē her.] Assurgentē in dies in caulem, culmū, spicam aristas, & frugē. [Nixa] Fūdata, & solidata. [Fibris] Radiculis, & ramulis maiorū stirpium. i. radicum. [Culmo] Stipula siue calamo. [Geniculato] Internodijs distincto, quæ genua, p quandam silitudinem dñt. [Frugem] Granum, fructū. [Structam] Ordinatam, & cōpositam. [Munitur] Sepitur. [Vallo] Sepimento. Aristæ ab ariditate dictę sunt, vt spica a spe. [Satus] Plātationes. [Requiem] Curarū dispositionem, solatium, & delectatiunē. [Vim] Naturam, efficaciam, proprietatem. [Tātulo] Minimo. [Acini] Bacæ, vinaceo, semine vuarū. hic acinus dr̄, & hoc acinū. Semina eligito, inqt Columella, grādi acino, tenui folliculo, paucis minutisq. vinaceis. [Trūcos] Stipites. Malleoli, dicit Columella, sunt palmites innati prioris anni, flagello, cognominatiq. à similitudine rei. quod in ea parte, q̄ deciditur prominētes vtrinque malleoli speciem pbent. [Sarmēta] Palmites citra malleoli effigiem. [Viui radices] Palmites radicem hītes dñt & plantaria. vnde Virg. & viua sua plātaria terra. [Propagines] Dñt uites defossæ, vt plures emergāt, dictę, qm porro panguntur. i. lōge figantur. inde propagare, diffundere, atque extēdere. fit ēt propago è palmitibus defossis stāte matre, & post annū resectia ne illam grauent. [Caduca] Debilis, & facile cadēs. [Fulta] Sustentata pedamentis, ridicis, vinculis. Clauiculæ dñt, à claudendo, & cōtinendo clauiculæ, inqt Plinius, qbus repunt uites tritæ, & aqua, potæ sitiunt vomitionum cōsuetudinem. dñt & capreoli à capiēdo. capreolus dictus, inqt Varro, & vitis caprea, qđ parit capreolum. [Serpentē] Excrescentem, & reptantem plurima sobole, ac fruticatione. [Erratico] Vago. [Coercet] Cōprimit, restringit putādo, & purgando. [Nimia] Immodica, & supra vires. [Ineunte] Incipiēte. [Existit] Emergit, apparet. [Articulos] nodos, & genua. vt sunt articuli digitorum, qbus gēmæ portant in annulis, ideo dixit ad tanq ad articulos. [Gēma] Oculus instar gēmæ, & margaritæ, siue vnionis. [Defendit] Repellit, excludit. vñ illud Quadrigarii, hostes à pinnis defendebāt facillime. [Qua] .i. vite, de qua loquor. [Fructu] Vuis aspectū exhilarātibus. [Lætius] Hilarius, qm vuæ succo ēt durissima corda mitescunt, & hilarescūt. vnde Plato in 2. de Legib. dicit; Ad sacra seniorū, & ludos uocandū esse Liberum, qui hoibus vinum quasi remediū aduersus senectutis duritiē largitus est, vt reiuuenescere videamur, & mœstitiæ nos obliuio capiat. [Aspectu] Visu. [Cultura] Exornatio, cōcinnatio, & amputatio cū fossionibus, ablaqueationibus, pāpinationibus, vt sua sole flauescat, & decoquatur. quod poetæ signarunt Bacchū ad Nysam Aethiopię transmissum fabulantes. [Natura] Vis & pprietas. [Adminiculorū] Pedamentorū, & fulcrorū è palis, & arūdinib. vt ioci fert nā [Ordines] Versus. [Cōiugatio] Cōnexio. multæ sunt species vinearum, inqt Varro. aliq. humiles, & sine ridicis, aliæ sublimes, & iugatæ, quarum noia duo pedamenta, & iuga, quibus stat recta vinea. dnr pedamenta, quæ transuersa iunguntur, iuga ab eo quoque iugatæ vineæ. [Immissio] Extensio, & diffusio per iuga, & tabulata. [Repastinationes] renouationes. Pastinum, dicit Columella, est ferreū siue ligneum instrm bifurcum, quo uites, panguntur. i. figuntur, inde pastinata vinea dicta, & repastinata, quæ iam exhausta iterū foditur, & pangitur. [Bœotius] Ex Ascra vico ad Heliconem Bœotiæ montem. scripsit Hesiodus ad Persen fratrem de Agricultura libros duos, & Opera inscripsit, & dies. [Vt mihi vr̄] Hesiodus in scribit se trāsisse in Euboicam insulam ad poeticum certamē eo tpe, quo classis Græco℞ in Aulide ad bellum Troianum pfectura cōuenerat, ergo multo ante Home℞ fuit, q bellum Troianum postea cecinit. [Lenientē] Consolantē, & mitigantem, de Vlysse filio cupiditatem. [Segetibus] Frugibus. [Arbustis] Maritatis vineis. est aūe arbustum ordo arbo℞ ad maritandas vites, & arbustare agrum est illum cōserere arboribus. Arboreta, inqt Gellius, ignobilius verbum est, arbusta celebratius. [Lætæ] Abundantes, & fertiles. [Pomarijs] Arboreis fructibus. pomaria dñt loca pomiferis arboribus distincta, necnon pomo℞ repositoria. [Pastu] Cibatione in his locis, quæ aratro nō tanguntur. & sic tangit ois rei rusticæ partes. habet illa siqdem cultum agro℞, & vinea℞, pecuariam, & villaticas pastiones, inter quas apes, gallinæ, cetera id genus aialia. [Examinibus] Cœtibus, & sobole. Consitiones, cōplantationes, & seminationes, à ɔsero. i. terræ mādo, & semino. [Solertius] Ingeniosus, acutius. Insitionem, inqt Plinius, casus docuit ad hunc modū. Agricola sedulus casam sepis monimēto cingens, quo minus putrescerēt sudes, limen subdidit ex hedera. at illę viuaci moe su apprehenso suā ex alieno fecere vitam, apparuitq. truncū esse p terra. [Persequi] Narrare. [Studio] Amore, & cura. [Prouectus] Extēsus, & elatus. [Natura] Sua spōte, & peculiari quadā forte. [Vitijs] Mēdis, & malis qualitatib. [Vindicare] Liberare, atq; asserere. [De Sānitibus] Populis incolētibus Samnium. Curius Dentatus ɔsul, auctore Liuio, Sānitibus cæsis, & Sabinis q rebellauerāt victis, & in deditionē acceptis bis in eodē magistratu triūphauit, q cum delectum hrēt eius q citatus non rñderat, bona vēdidit. Pyrrhumq. vicit, & Italia expulit. [Villā] Ruralem domū, q̄ fundo rñdere debebat. modus hic probatur, inqt Plinius, vt neq; fundus villā quærat, neq; villa fundum. quo in gñe censoria castigatio erat, minus arare quā verrere. [Contēplans] Conspiciens, considerans [Cōtinentiam] Frugalitatem, & temperantiā. Manij qdem Curij, dicit Plinius, post triūphos nota concio est, pniciosum intelligi ciuē, cui septem iugera non essent satis. [Disciplinā] Moderationē illius ætatis, & vitæ normam. [Cōcinnato] sic cognominato à forma capillo℞, atq; cincinnis. lege historiam apud Liu. lib. 4 [Occupantem] Inuadentem. [Accersebant] Aduocabant. [Miserabilis] Infelix, & digna miseratione, q d. minime. [Cultione] Exornatione, atque cultura. [Officio] Honesta actione necessaria in primis vitæ. [Saturitate] Abundantia. [Et cultū] venerationem diuini Numinis. Xenophon in Oeconomico agēs de rei rusticæ dotibus dicit. Et fructibus ipsius partim viuimus partim deo℞ aras extruimus. [Hæc] Quæ ad victū, ad delectationē pertinent hi cupiunt, q genium non defraudant suū, & naturali, atq; honesta voluptate tenētur, & ducūtur. [Redeamus in grām] Amorem, & reconciliationem, ne bellū ei à nobis penitus in dictum videatur. tribuamus igitur illi aliquid, seruetur tñ modus fruēdæ voluptatis. [Boni] Iusti, & studiosi. [Assidui] Diligētia, atq; solertis. est siqdem summum, vel optimū fundi, pes ipsius dñi, & oculus. [Cella prnaria ea pars villæ, quæ res cælat, & custodit ad annuū usum. & dī promptuarium, conditoriumq.. vnde promus, & condus dicti. Penus, inquit Gellius, varijs gñibus dictum, & varie declinatū est. nam, & hoc penus, & hæc penus & huius peni, & penitis. & penoris veteres dictitauerūt. quæ ad edendū bibendumq. in dies singulos prandij, aut cœnæ causæ parātur penus non sunt, sed ea potius quæ huiusce gñis longe vsionis grā contrahuntur, & recondantur, ea eo quod non in prōptu sint, sed intus, & penitus habeātur, penus dicta sunt. [Locuples] opulēta copiosa. [Succidiam] .i. rem quotidianis vsibus in primis necessariam, qualis est succidia .i. caro suilla sale condita ad uictum, ne nō semper eundem sit ad lenienam mensam, sed ad carnariū, succidia, inqt Varro, à suibus cædendis. nam id pecus primum occidere cœperūt domi. [Cōditiora] Sapidiora, & gratiora. [Superuacanei] Abūdantis, & superflui laboris, & industriæ cum .s. necessarijs rebus rusticis factū est satis. [Ordinibus] Distinctionib. oculos pascētibus, & oblectātib. [Specie] Forma, decore. [Vsu] Vtilitate, ac fructu. [Allectat] Trahit, allicit. [Atque] S ī, & pariter. [Apricatione] Tempore loci aprici, & solibus. aprica dñr tepi-

da

da loca soli exposita, & vento non obnoxia, & apricari est talia in ea ꝓspectari, & aprici senes his locis gaudentes, & sinentes. [Vicissim) Mutato tpe.i.æstiuis caloribus. (Salubrius) Tutius, citra periculũ valetudinis. [Talos) Talarium ludũ. Talus est os in pedis articulũ quadratum forma, sed altera parte concauũ, altera uero planum, ad cuius similitudinem dñr tali quibus in alueolo ludebantur olim. nunc rarus est eorom vsus, & rari eos nouerũt. quatuor tñ habet latera talus. puncta vero hæc sunt unum, tria quatuor, & sex. duo & quinque deficiũt. [Tessera) ē κύβος dr a Græcis, nři quadrantalia nominauerunt tales figuras, qm ex oi parte quadrata sunt, qualia sunt, inqt Gel. quadrata vndique q̃ κύβος illi, nos quadrantalia dicimus. imperitũ uulgus talos non discernit à tesseris, latera sex hñtibus. sed mirum non est qñ & eruditorũ cateruæ hallucinatæ sunt interdũ. [Vtrum ait) Et si placuerit relinquere talarium ludũ senioribus, q.d. nil refert vtrum concedant an non, qm grauis & honesta senectus tali oblectatione caret facillime. (Beata) Felix, & in nullo immiouta, aut mãca. [Tuenda) Custodienda, & augenda. (Familiari) Domestica ptinente ad familiam. Regale dignũ rege, ac per hoc honestissimũ, & magnificentissimum. [Cyrum minorem) Ad drñam alterius Cyri, cuius Pædiam octo uoluminibus scripsit idem Xenophon, q̃ sub minore Cyro militauit. (Studium) Cura & diligentia. [Summæ uirtutis) Eximiæ fortitudinis, & bellicæ laudis, de qua dictum est a me alim. in cõment. Offic. [Sardeis) In numero multitudinis, urbs fuit Lydiæ, unde Sardiani dicti. accipiens Lysander, inqt Plutarchus, Cyrum sardeis venisse, ut in eius colloquium ueniret eo ꝓfectus est. (A socijs) Lacedæmonijs q̃bus fauebat Cyrus ꝯtra Athenienses in eo bello, quod Peloponesiacum dcm est. (Comem) benignum. [Humanũ) Facilem, beneuolum, & prõptum. humanitas dr amor erga hoies, & studium, φιλανθρωπίαν appellãt Græci. sed miror Ciceronem appellasse hunc Cyrum regem Persarum, & præstantem imperij gloria, cum legimus Persarum rex non fuerit, sed Darij regis filius, & Artaxerxis frater, q̃ hereditario iure soliũ obtinuit regium. Cyrus aũt uiuo patre Lydiæ præfuit, & patre uita defuncto regnũ occupare conatus, ope Parysatidis matris fretus & socijs Lacedæmonijs in ꝓlio cecidit. & temerarij impetus pœnas luit. opinor Ciceronem secutum esse assentationẽ Xenophontis, q̃ bello interfuit & Cyri ἀνάβασιν. i. ascensum ad deturbandum regno fratrem descripsit. lege hist. apud Plut. in Artaxerxe Xenophon in Oeconomico celebrans in omni gñe virtutis, & laudis Cyrum, dicit ad eundem dr̃ quondam Lysander cum donis missus à socijs belli, ut ipse postea cuidã hospiti suo apud Megaram narrauit. deductusq. ab eo in pomarium qđ Sardibus habebat, cum vidisset ordinem arboꝝ in quincuncem dispositarum, & reliqua. [Conseptũ) Conclusum Xenophõ paradisum dixit. latine pomariũ vel viridarium appellatur. [Consitũ) plantis distinctum. (Diligenter) Eleganter, & artificiose. [In quincuncem) Distantiam quinque vnciarum siue pedum. πεντάς dñt Græci. In disponendis arboribus, inquit Plin. arbustisq. ac vineis quincuncialis ordinum ratio vulgata, & necessaria non perflatu modo vtilis, verũ & aspectu grata, quoquo modo intueare in ordinem se porrigente versu. Colum. lib. 4. sic scribit: Minimum est quinque pedũ interordinium, septem maximum. nonnulli tñ oẽm vitem per denos pedes in quincuncem disponunt, ut more noualium terra transuersis aduersisq. sulcis proscindatur. Fab. Quintil. in 5. sic scribit. Quid illo quincunce speciosius, qui in quancũque partem spectaueris rectus est, sed protinus in id quoque prodest, ut terræ sucum æqualiter trahant. [Subactam) Mollitam, maceratam, resolutam ligionibus. (Puram) Mundam, nitidã squalore omni abacto. [Afflarentur) Aspirarent, exirent. [Solertiam) Acumen ingenij, & peritiam in tali cultu, & arte. [Dimẽsa) Ad numerũ & modum posita. (Descripta) Designata, & diffinita suis. [Satæ) Plãtatæ. [Nitorem) Splendorẽ. [Virtuti) Naturali excellẽtiæ, & peculiaribus ingenij dotibus. (Fortuna) Bonorum externorũ affluentia, & regum gẽma. [Hac fortuna) Tali felicitate rerumq. copia honestissimarũ. [Studia) Curas, & exercitationes. [Coruini) Ope auxiliaris corui sic cognominatũ. lege apud Liu lib 12. (Exacta) Prouecta, & senili. M. Valerium Coruinum, inquit Liu. id. nulli deinde cognominis fuit summo fauore populi, tres & viginti natũ annos consulem renũciauit dictator. T. Mãlius Torquatus, collega Coruino de plebe, M. Popilius Lenas datus est. [Cursus honorũ) Magistratuũ, & ciuilium dignitatũ. [Auctoritatis) Æstimationis, & dignitatis. [Apex) Sũmitas, cumulus, fastigiũ. Apex, inqt Pompeius, qui est sacerdotũ insigne, dictus ab eo quod cõprehendere vinculo antiqui apere dicebãt. [Auctoritas) Aestimatio de L. Cæcilio Metello, lege apud Plin. lib. 7. [Elogiũ) Est testificatio meritorum, & sententiæ, atq; iudicij rõ, & causa. [Vno ore) concordi iudicio & opinione. lege hoc elogium apud eundem in 2. de fin. prouerbium esse ostendit Sen. 21. Epist. his verbis. In tanta iudicioꝝ diuersitate referendã benemerentibus grãm, oẽs nbi vno, qđ aiunt, ore affirmabunt, in hoc tã discors turba cõsentiet. [Primariũ) Quasi principẽ ciuẽ & nobilis Romanoꝝ virtute fm. tales viri dicebãtur & optimates & principes. [Grauis) Honestus, auctoritate plenus, nobilis, gloriosus, & inclytus. [Cõsentiẽs) Concors & eadẽ. [Fama) Cõis opinio & testificatio. (Quem viꝝ) .i. in vita priuata publicaq. excellẽtissimũ. [Paullo) Patre Africani minoris. [Africano) qui superato Annibale Carthaginẽ redegit ad tributũ. [Maximũ) Q. Fabiũ qui Annibalẽ cunctãdo fregit, & summã auctoritatẽ consecutus est. [In sñia) ꝓlatione opinionis & iudicij tam in priuatis negocijs quã publicis. (Nutu) Signo capitis & oculoꝝ. vnde nuere dicimus signo aliquo voluntatẽ ostẽdere & abnuere, atq; renuere nec tiõ nutus & renut⁹. [Auctoritas) æstimatio, grauitas. (Honorata) honoribus functa & honesta. [Pluris) Maioris momẽti, & æstimationis. Voluptates, oblectationes, & cõmode iuuenilis ætatis iucũditate sensuum lætę. (Fundamentis) Initijs grauibus & composita ineũtis ætatis via & rõne. [Constituta) Fundata, inchoata, & roborata vnde dixit Vir. Adeo à teneris consuescere multum est, nam frequẽs vsus quasi callũ ducit, & alteram efficit naturam. quapp ipsæ uirtutes dñr habitus. i. dispositiones & qualitates nõ facile mutationem admittentes. [Efficitur) Concluditur, & euenit. [Assensu) Applausu & approbatione. [Miseram) Infelicem, dãnabilem. (Oratione) Verbis causantibus vitia senectutis. cũ illius mores notandi sint qui languidam & importunã effecerũt senectutẽ eamq. penitus labefactarũt. [Auctoritatem) æstimationẽ & dignitatẽ. (Supior) Vegeta & iuuenilis. (Fructus auctoritatis) .i. ipsam auctoritatem & apicem senectutis, quæ honore quouis digna est & cultu, est siquidẽ grauis & honestus sena quasi oraculũ ciuitatis. (Honorabilia) Honorem præ se ferentia. i. præmium senilis maiestatis. Lenia atq; cõia, vilia & uulgaria cum sint maxima. cõsummatæ siquidẽ virtuti præmiũ honore maius dari non põt. vnde Aristoteles agens de magni ai viro dicit, Maximum id asseruerint oẽs esse quod dijs ipsis tribuimus, & quod maxime hoies qui sunt in dignitate affectant, quodq; dari præmiũ ob res pulcherrimas solet, talis aũt est ipse honor, hoc est .n. bonorum maximum externorum. [Salutari) Honorari salutationib. [Appeti) Desiderari. [Decedi) Honorari cessione loci & viæ. [Assurgi) Honestari nudatione capitis, et assurgẽtis corporis flexu. [Deduci) cingi comitatu & affectatione honestoꝝ iuuenum, cum inuisitur curia, tẽplum, & cetera id genus loca; ad quæ deducuntur senes graues, domumq. honestissime reducũtur. (Cõsuli) Interrogari de rebus dubijs, qđ prudentiam arguit senilẽ. hæc est nim virtus vsum reqrit, & ideo rara est in iuuenibus. [Optime morata) optimis moribus & institutis ornata & cõformata. (Honestissimum) Honorificentissimum. [Tñ tribuitur) Tñ honoratur ipsa ætas. (Ludis) Panathenæis in q̃bus olea coronabãtur victores. Iunonij ludi celebrabantur Argis, ꝓmium erat myrtea corona & aheneũ scutum. Lycei in Arcadia in honorem Iouis, ꝓmium vas aheneũ. Herculei & Iolai Thebis ꝓmium tripes ex ære. [Certo) constituto & assignato honoris grã. siquidem sedebant distincte non ꝓmiscue. (Nostro collegio) Auguꝝ cœtu & corpore, cuius magna erat in oi re agenda auctoritas, habebanturq. augures Iouis interpretes. [Primatis) Principatum & primũ locum in dicenda sñia. [Honore) Dignitate aliquo & magistratu. (Antecedẽtibus) Maioribus & superioribus, & taler ꝑtorij aut consulares appellabãtur, appellationemq. sortiebãtur ab honore quẽ habuerat, & imperio, vt Tribunitij, Quęstorij, Ædilitij, Dictatorij: Censorij. [Cũ imperio essent) Ipso magistratu fungerẽtur. sed ꝓprie cũ imperio esse is dicebatur apud antiquos, cui nominatim a populo dabatur imperium. Cum ꝑtãte esse is qui à populo alicui negocio preponebatur. Merum imperium is habebat, qui ad animaduertendũ in facinorosos hoies gladio vtebatur. Mistum uero imperium cui esset iurisdictio in danda bonoꝝ possessione. Magistratus est in ꝑtãte aliqua sit. (Maiores natu) ætate superiores. [Auctoritatis) æstimationis & dignitatis. (Splendide) Magnifice & honestissime functi sunt talibus ꝓmijs & fructibus. [Fabulam ætatis) rectũ cursum vitæ degendæ, vt histriones in fabolaꝝ partibus, nitũtur seruare decoꝝ, & maxime in extremo actu, et plausum referant, commendationem. Seneca in epistolis dicit, Vides aliquem gloriari senectute longa. quis illam ferre potuisset, si cõtigisset centesimum implere? Quomodo fabula, sic uita non quã diu, sed quam bene acta sit, refert. Nihil ad rem pertinet quo loco desinas, quocunque uoles desine, tñ bonam clausulam impone. Si mors vocat licet immatura sit, licet mediam præcidat ætatem

tum, perceptus longissime fructus est. Nam, vt Possidonius ait, vnus dies eruditorum plus patet, quam imperitorum longissima ętas.(Inexercitati)Rudes,& sine vsu histrionicæ artis,quæ humanos actus imitatur,& refert.[Corruisse)Cecidisse,amisisseq. nomen veri histrionis,& mimi . cũ in quinto actu fabulæ aberrauit, q cura vel maxima tractandus est,& industria . vnde celebratur illud Diogenis,cui cum dicerent senex iam effectus qesce a laboribus, rñdit . quid si stadio currerem? oporteret ne prope metá cursum remittere,an magis intendere? quapp idem Cic. præcipit in Offic.ve languorem fugiant,senes atque desidiam. [Morosi)Difficiles in modo viuendi,nec facile contenti sorte præsenti. Morosi dñr qui rectum,& decentem non hñt in moribus modũ, eorumq. mores multi sunt,& varij,sic & verbosi appellantur,quorum verba nimia sunt,& obtundentia . Anxij,queruli,mœsti, solicitudine varia laborantes,& corporis,atque animi cruciatu.Difficiles,asperi,intractabiles.[Morum vitia)Errata quæ parit mõs, varius,& prauum vitæ institutum,nec non ignorantia decori.qđ qui seruat his vacat vitijs,quibus imperitorum vita labneat.[Probari) Probabilis videri, ac per hoc laudari potiusq̃ vitio uerti. (Contemni)Sperni,negligi. [Fragili)Debili, & affecto . [Offensio) Læsio,nocumentum,violatio. [Dulciora)Minora & tolerabiliora.[Bonis moribus)Emẽdatiori,vitæ instituto,& arte,qua mores ad rectum diriguntur, & corriguntur . hæc ars prudentia dr̃, forma videlicet ipsius honesti,& custodia decori . Considerare oportet,inquit Phs, ad quæ nos propensiores sumus . namq. alij ad alia sumus natura procliues,& ad ↄtrarium oportet nos retrahere.longe siqde a delicto abeuntes ad ipsam demum perueniemus mediocritatem.vt hi facere cõsueuerunt q obliqua ligna dirigunt ad normam . Cum .n. virtus inter duo vitia collocata sit, idem est vitium,ad vtrum te contuleris.[Idque).i fieri mutationem morum,& institutorum.[In vita)In cõi modo viuendi. [In scena)Re ficta . vt comœdia quæ mores humanos imitatur,& citulem refert vitam , necnon per se fert theatralem Philosophiã, & vulgarem eruditionem . [Ex his fratribus) Exemplo eoꝝ fratrum,quos Terent.inducit in Adel.quorum nomina diuersos ostendunt mores , qui tñ mutati sunt . nam Demeas lenita asperitate,atque importunitate factus est Mitio . virtute certe, ac vitia in nr̃o locantur arbitrio,&libi quisque dat mores natura ipsa nos inchoat,sed prudentia,& vsus absoluunt.quod nisi ita se hr̃e, dicit Arist. non esset opus docente,sed oẽs boni fierent, aut mali oẽs habitus ex actibus similibus fiunt , quorum dr̃ias habitus ipsi sequuntur.Non dat natura virtutem,ait Sen.ars est bonum fieri, virtus non contingit aio nisi instituto,&edocto.[In altero.) Demea.[Duritas)Asperitas,rigor vitæ seuerioris. Comitas affabilitas,benignitas,indulgentia,qua præditus erat Mitio. [Non ois ætas)Non ois qualitas,& natura bois sit aspera, & morosa in senectute,sed illa tñ,cuius praua fuerunt studia,& mores. [Coacescit) Amara fit, & aspera, vt acetum in quod degenerat aliqñ vinũ.[Seueritatem)Grauitatem prudenti senectute dignam. [Probo) Laudo,& probabilem assero . [Modicam) Temperatam, vt modum non excedat.[Acerbitatem)Duritatem,moram,& asperitatem.[Absurdius)Alienus a præscripto rõnis,atque prudentiæ . [Viatici auxilij ad conficiendum iter)Viaticum id dr̃,quod viatoribus necessarium est . prosecutus eram,inquit Plinius in epistolis,viatico secedentem. [Restat) Superest reliqua est remanet.

MART. PHIL. SEquitur tertia vituperatio senectutis)Reddit docilẽ,& attẽtum,& pusum auditorem transeundo ad tertiam partem superioris diuisionis.[O pclarum) Incipit confutare opinionem illoꝝ,qui senectutem vituperãt,quod voluptatibus careat . [O præclarum admirantis est)Virg.O quante me.[Accipite) Andite vt Virg. Accipite nunc Danaum insidias , & crimine ab vno Disce oẽs.[Veterem oronem)Vetus n.interdum ad vituperationem . Terent.Veteris poëtæ maledictis respondeam. [Archytæ) Hic fuit Tarentinus summus Philosophus ætate Plat.qui Græce vnam egregiam oronem contra voluptatem composuit , quam Catoni illuc profecto cum Q. Fabio , vt vidimus supra quidam suus hospes attulit , & eam ipse traduxit in Latinum , & in hoc suo inserit sermone . [Magni) Quantum ad scientiam quæ facit hoiem,& est cõmendatio testimonij, vt faciat fidem quod genus intercurrens appellatur. [Præclari) Quantum ad famam,& nomen.[Tradita)A quodam hospite suo.[Nullam)Hęc est illa ofo Archytæ,in qua ordinem Rhetoricum seruauit . Primo .n. facit propositionem. Secundo rõnem. Tertio rõnis confirmationem. Quarto exhortationem,postmodum conclusionem . dicit ergo. [Dicebat) .s. Archytas,bene inquit,vt oratoris est apte distincte, & ornate dicere. [Capitaliorem) Mortaliorem à capite denominamus totum quod maximum est in homine.[Cuius ratio est)Regit artem,quod est maxime faciẽdum.[Voluptatis) Est.n. voluptas vocabulum μέσον sicut valetudo,euentum,facinus. Voluptas quidem est delinimentum quoddã sensuum,& sic nunc capitur. Et voluptas ẽt est quædam animi iucunditas, & delectatio qua sæpe vtitur Cic.in epist.& quia ista vocabula μέσα sola per se posita,vt plurimum in malam partem sumuntur,vt hic,qñ in bonã partem accipimus aliquod addimus ἐπίθετον,vt bene vale,bona valetudo,bonum facinus.[Effrenate)Intemperanter.[Ad potiundũ)In sua potestate habendum. & bene elegit verbum aptũ, quod proprie est in voluptatibus. [Hinc)Ex ista voluptate,& est rõnis confirmatio.[Patriæ)Pro qua mortem adire debemus,vt, Dulcis amor patriæ . Item,Vicit amor patriæ, laudumq. immẽsa cupido,& pro voluptate pecuniarum,aut alicuius alterius rei pdimus ipsam.[Cum hostibus) Sunt.n.ab honestamento.i.æquamento dicti,& adeunt.n prœlium ex æqua causa,& indicta,& hostes,& inimici in hoc differunt, quod hostes sunt publici inimici vero priuati,vt nihil est tam inimicum,quam voluptas. [Magnũ facinus) Quia,& bonum,vt diximus . [Ad suscipiendum).i.capere ad perficiendum . [Stupra) In virgines . [Adulteria) In vxores . [Flagitium) Omne magnum scelus,& potissimum in libidinibus,a flagitando dictum,quod est cum quodam ardore,& igne petere. [Illecebris)Attractationibus ab alliciendo.[Quis deus) Aut Prometheus,qui hominem ex limo fecit,& post modum solis calores fudit , aut ipse deus, qui regit oia . [Dono) Quod fit nullo merito intercedente . [Donum) Inquit Donat.dijs datur. Munus, & præmium hoibus, sed donum, & munus tam ante factum , quam post factum datur, Præmium vero non nisi post factum . [Nihil) Dictum quidem a nec,& hilo,quod nec hili sit . Hilum enim est medulla sambuci,siue cannæ . In Tuscul. Saxum sudans nitendo, nec proficit hilum . [Virtutem)Virtus cum uoluptate,& libidine esse non potest . Et virtus, inquit Cic.in veteri Rhet.est habitus animi in naturæ modum rõni consentaneus. [Iubebat)Pro decernere etiam ponebant antiqui,nunc pro velle,& præcipere,& nota quod nẽs istæ sunt exornationes,quæ collocantur in medium orationis . [Quanta percipi)Vt oẽs habeat voluptates ad oẽs sensus delinimenta sũr visum, auditum,gustũ , odoratum,& tactum . [Consequi posset) Quia voluptates ipsæ impediunt oẽm cogitationem,mentem,& rõnem. [Pestiferum) Bene complexus est,quia in propositione dixit capitaliorem pestem . [Longior) Quantum ad tempus . [Hæc cum C.Pontio) Nunc ponit qñ,& cum quo habita fuerit illa oratio , & quis ei tradidit,ordo est,Nearchus Tarentinus hospes noster dicebat se accepisse à maioribus natu Archytam locutum hic cum C.Pontio, & cetera, pro cuius notitia hæc legimus in Liu.lib.8.Ruptis inter Romanos,& Samnites fœderibus , & eodem tpe T.Veturio, Sp Postumio coss. Et Samnites eo tpe Heren. Postumium, & C.Pontium eius filium regem habebant,hic enim C.Pontius ad Rom.legationem misit,& infecta pace legati reuersi sunt, vnde suo,& suorum consilio usus decreuit bellum Romanis inferre . Itaque Rom. exercitum in aliquas angustias engere cogitauit . Simulauit enim Luceriam Apuliæ ciuitatem Rom. Coloniæ obsidere, & illuc dum iret exercitus aggrederetur , quod fecit . Nam quamprimum Romani exercitum Apulis miserunt ad Luceriæ auxilium,ad quam adeundam duæ erant viæ,vna præter oram superi montis quæ tutior,sed longior erat. Altera uero per furcas Caudinas breuior, quam non vlterius considerantes,ut citius irent,elegere . Verum locus est iste,ut scribit Liuius hoc modo angustus erat . Saltus duo alti angusti siluosiq. sunt montibus,monies circa perpleaus inter se iuncti,iacet inter eos satis patens,clausus in medio,campus herbidus aquosusque,per quem medium iter est . Sed antequam uenias ad eum , intrandæ primo angustiæ sunt , & aut eadem qua insinuaueris uia retro repetenda,aut si ire porro perges per alium saltum altiorem impeditioremq. euadendum in eum campum uia alia per cauam rupem Romani remisso agmine , dum ad alias angustias protinus pergerent,septem deiectam arborum saxorumq. iacentium adiacentem molem inuenere, quo protinus captos se esse intellexerunt . C. Pontius uero postq̃ id explorauit Rom. teneri exercitum custodiens exitum , legatos quam primum misit ad patrem quid faciendum esset de capto exercitu Romano.Respondit oẽs liberaliter citissime dimittendos intactos,quod C.Pontius stolidum esse existimauit,& patrem delirare , & iterum misit ad eum Legatos,quibus respondit iterum oẽs simul, & ad vnum esse interficiendos de integro. & tertiam patri misit legationem , ut ad concionem suam veniret . qui statim plaustrum conscendit, & ad filium uectus est , & sua responsa ualidis rõnibus corroborauit,& inter alia uerba hæc dixit. Est ea Rom. gens,quæ uicta qe-

scere nescit, & his dictis patriam remeauit C. Pontius postea vsus consilio fecit furcas fieri humiles, & sub ipsas oēs Rom. spoliatos præterire iussit, & primi quidem consules inclinatis capitibus fuerunt sub iugulo, cum vt quisque gradu primus erat dignitatis, ad hanc ignominiam primus fuit. [Maioribus natu) qa per successionem res gestæ, & historiæ habebantur. Rarus.n. erat vsus literarum apud antiquos, quamuis oēs scirent loqui Latine. Plato, qui sciendi gra ferme terrarum orbem peragrauit, & Pythagorei nois gra in Italiam venit, & Tarenti Archytam, Timæū, Arionemq̧. magna sapientia viros agnouit. [Sapientia) Quia, vt ait Vale. Blandum malum luxuria, quod reprehenditur facilius quam vitatur. [Hndam gram) Hre.n. gram est aio, referre munere, agere verbis Cic. in epistul. ad Varr. Nec enim tu mihi modo gram habuisti. sed accumulatissime retulisti. [Vt id). s. voluptas. [Impedit) A ligatis pedibus, sicut a solutis expedit tractum est. [Consilium) Declaratio rerum faciendarum. [Vt ita dicam) Modus loquendi quo vtimur, qn aliquid improprie dicimus. Vt nunc oculos mentis, cum proprie oculi sint capitis. [Præstringit) præoccupat. inde præstigiatores dnt isti, qui faciunt videre res, q non sunt in esse. [Cum virtute cōmercium) Cōicationem, & consuetudinem uirtus spernit dulcia, & voluptas amat, ea quæ sunt suauia, & virtuti quidem labores, & sudores multi sunt dulcia, ut Lu. ix. Serpens est sitis ardor arenæ. Dulcia virtuti sunt, & sunt quidem verba alterius Catonis. [Inuitus feci) Ponit quid mali consecutum est ea voluptate, & quid ipse fecit contra Lucl. Flaminium voluptuosum. L. Flam. frater T. Flaminij, de quo diximus in principio, fuit consul in Gallia Cisalpina apud Placentiā, & cum ibi suum ageret consulatum cuiusdam meretricis amore inductus, quendam hoiem interfecit quem in carcere detinebat, cum illa dixisset nunq̄ vidisse mortem hois, & cupidam esse videre. quod contra legem, & iustitiam fecit pro voluptate, quia ipsum interfecit non debito loco, & tpe determinato, sed in quadam porticu, sine officio debito, quamuis ille mortem meritus esset, & quia eo tpe frater suus T. Flaminius erat censor non fuit illis annis reprehensus, sed postmodum finita fratris censura, quę durabat per quinque annos, Cato factus est censor, qui Lucium Flaminium pro illo scelere puniuit, quod eum de senatoria dignitate deiecit. [A Senatu eijcerem) Senatoria dignitate eum priuarem. [Notandam) Infamia dandam. Nam nota est infamia. [Ille enim). s. L. Flaminius. [In Gallia). s. Cisalpina apud Placentiam, duæ enim sunt Galliæ, Cisalpina, & Trāsalpina. [A scorto) Meretricio, hoc scortum, scorti, & vtriusque gnis est. [Fratre suo) Dictus enim frater quasi fere alter. [Elapsus est) Euasit pœnam, & nullum de eo verbum factum est. [Mihi & Flacco) Qui Censores fuerunt post Censuram T. Flaminij. [Imperij dedecus) Quia imperio Romano magnum dedecus erat, vt qui erant cum magistratu, talia voluptuosa facerent. [Maioribus natu) Quia, vt diximus rarus erat literarum vsus. [Apud Pyrrhum legatus esset) Qn. s. Pyrrhus erat Imperator Tarentinorum. i. ductor eorum exercitus contra Rom. vt diximus. [Cynea Thessalo) De Thessalia, iste aūt Cyneas præceptor fuit Pyrrhi, & præclarus philosopus cum recitasset aliquas philosophorum opiniones, & Stoicorum summum bonum in virtute ponentium inter eas quinque referebat opinionem Epicuri cuiusdam Atheniensis eo tempore viuentis, per quod profitebatur se esse sapientem, summum bonū in voluptate ponebat, & talia dicenti affuit C. Fabricius legatus Romano. quem solitum mirari de hac re dicebat, quod oia. s. quæ faceremus ad voluptatem esse referenda illius Epicuri opinione. [Optare solitos) Ita quod vtinam diceret, vt Samnites, & ipse Pyrrhus hæc crederent omnia. s. esse referenda ad uoluptatem, quia facilius ipsos vincerent, si voluptatibus se darent, quæ sunt contra oēm virtutem. [Publio Decio) Duo fuerunt Decij, pater, & filius, qui ambo se pro rep. deuouerunt. Decius autem pater in bello Latino, vt inquit Plin. positis apud Viserim fluuiū castris, cum sibi & Manlio Torquato collegæ somnio obuenisset eos fore victores, quorum dux in prœlio decidisset, cum collato cum collega somnio conuenisset, vt cuius cornu acies laboraret, dijs se manibus voueret, inclinante sua parte se cum hostiū exercitu per Valerium Pontificem dijs Manibus deuouit impetu in hostes facto victoriam suis reliquit. P. vero Decius Decij filius, de quo nunc agitur consul cum Fab. Maximo cum Galli, Samnites, Vmbri, Tusci contra Romanos conspirarent, ibi exercitio in acie ducto, cornu inclinante, exemplum patris imitatus adunca-so Mar. Liuio pontifice haste insistens in solennia verba respondens, se & hostes dijs Manibus deuouit, impetu in hostes facto victoriam reliquit suis, corpus à collega laudatum, magnifice sepultum est. hoc aūt non fiebat pro voluptate, sed pro virtute, ergo qui dicebant virtutem esse per voluptatem, errant, quod si virtus per voluptatem esset, virtus quidem esset serua voluptatis, qd est falsum. [Quod sua sponte) Vt fecit ipse Decius, non per voluptatem, sed sponte, & tunc est nomen, quia, & genus, & casum habet, sicut sorte, & mane, vt, Dum mane nouum, dum gramina canent. Pers. Nempe hoc assidue iam claro mane fenestras Intrat. [Spreta) Et contempta. quod spernere est eijcere, & despicere. Contemnere est de aliquo nullam existimationem hre. [Quorsum) Hæc concludit quod male sentiunt, qui senectutem vituperant, quod careat voluptate, cum magis in eo sit laudanda, quam vituperanda, & ei hndæ gratiæ immortales. [Caret epulis) ἀνθυποφορὰ ab aduersarijs facta, quod senectus nō pōsse implere epulis pp debilitatem stomachi, & caret istis sumptuosis conuiuijs, q dnr opipara, bene inquit epulis. Sunt.n. epulæ hoium, dapes deorum. [Caret etiam) Rndet obiectioni factæ, tu dicis quod senectus caret epulis, extructis mensis & poculis, ergo caret vinolentia, & ebrietate, & indigestione, & ineptitudine somnorum, quod est laudabile, & non vituperabile. [Violentia) A vino, & lento. Lentus aūt in compositione significat plenum, vt temulentus, uinolentus, plenus vino. [Cruditate) Indigestione. Iuuen. Et crudum pauonem in balnea portas, hoc est indigestum. [Sed si aliquid) Ordo est, si aliquid est dandum voluptati, q̄q̄ immoderatis, & cetera. Cetera dicta sunt per parenthesim. [Diuinus) Et bene, quia iste Plato, diuino quodam spiritu erat inflammatus, quem Cic. de nat. Deor. tanq̄ quendam philosophorum Deum dicit. præceptor enim Socr. & Arist. fuit, & multorum aliorum sapientum. [C. Duillium) Post regulas ponit exempla. Iste enim Duillius filius fuit M Duillij, ciuis R. præclarissimus in 1. bello Pun. primus ex nauali prœlio profligatis Carthaginensibus Romam victoriam deportauit, qui postea factus senex tali voluptate delectabatur, quod suis cum familiaribus frequentissime cœnitabat, & nocte domum reuertebatur cum multis funalibus accensis, & eum vno tibicine, qui ante ipsum, sonabat. [Redeuntem è cœna) Quæ dr cibus cōis, qui semel in die fiebat. Antiqui enim solum semel in die cœnitabant, & illud cœnam nuncupabāt. Quod autem nos dicimus prandium, erat illis inordinatus cibus, quod dabatur militibus ne penitus ieiuni irent in prœlium. [Crebro) Aut aduerbium, aut nomen. & vsus est numero singulari pro plurali, vt hostis habet muros. [Funalia autem à funere) Quia nōdum erat vsus bombycis cerei. [Tibicine) A tibia, & cano, quod, & facit tibicen, quod per synæresim dicimus tibicen, hic est quod illud bi est longum. Aliud tubicen a tuba, & cano, quia illud bi est breue, quia nulla synæresis fit. Tibia autem dicta est, quod tibijs crurum animalium fiebat, nunc maxime ex buxo. [Gloria) Est fama magna rerum. fama vero est communis ad omnes, & iam ficti prauiq. tenax, quam nuncia veri. [Sodales) Dicti, quasi simul edales, quod in vna mensa edant. [Sodalitates) Sodalitio. [Me quæstore) Præfecto ærario reipublicæ. [Constitutæ) Ab illis temporibus sodalitates sunt constitutæ, quibus statua Cybeles de Phrygia Rōmam portata fuit, de qua ponit Valerius in titu de religione in libro octauo, capitulo octauo. Hanc vero tanta veneratione Romani susceperunt, quod vnusquisque uolebat eam ad domum suam portare, & cum iam ita ferebant ceremonijs, & plurimis conuiuijs, & quam sumptuosis utebantur, & multæ tunc sodalitates fiebant, unde ipsa sodalitia nata sunt, cum antea nulla essent. Cum igitur Romam portata est plaustro, & in porta est inuecta Capena, à Scipione Nasica fuit accepta. Iuuen. Da testem Romæ tam sanctum, quam fuit hospes Numinis Idæi. [Idæis) Quæ fiebant in Ida silua Troiana. Duæ enim sunt Idæ. vna in Phrygia, altera in Creta. [Aetatis) Fortasse uirilis tunc. [Qua progrediente) Grauescente. [Mitiora) A fructibus tractus sermo, ut sunt mihi mitia poma. [Qui hoc idem). s. conniuium. [In eo genere). s. ciborum. [Minimum). s. potu, & cœnatio, & bene. Ca. enim nunc Græcos accusat, quia semper debemus denominare à præstantiori, ut cum sint tria genera uitæ in homine. s. uegetatiua, quæ est in plantis, sensitiua, quæ est in animalibus brutis, rationalis, quæ est in homine, ab hac præstantiori uita hominum denominabatur, & dicitur uita rationalis. [Tempestiuis) Quæ in suo tempore proprio sunt. [Cum æqualibus). s. similibus ætatis vestræ. [Sermonis auiditatem) Quia senes semper sunt loquaces. [Sustulit). s. auiditatem remouit. [Ista) Quæ non sunt in me, sed in alijs, scilicet uoluptatis blandimenta, nam iste ab hoc differt, ut diximus. Vult enim probare, quod senes habēt etiam aliquam uoluptatem, moderatam tamen. [Carere sen.) quia etiam senes sentiunt uoluptates. [Magisteria) Magister dr quidem superior alijs, & hoc quidem in omni arte, cuius officium vocatur magisterium. unde nunc debemus

scire,

scire, quod apud antiquos erat hoc institutum in conuiuijs sodalium, quod præeligebant vnum de ipsis dñm, & principem, & magistrum, qui imperaret in illis conuiuijs. Iste aũt assumpto magisterio habebat imperare illis sodalibus, & inter cetera proponebat aliquas conclusiones, & disputationes, vt mensis remotis illæ disputarentur, vt vtrum elegantior poeta sit, Virgilius, an Homerus, & Xenophon, q inducit vnam disputationem, Amor vtrũ spontanea voluntate, an coacta proueniat. [Is sermo) .s. tales disputationes delectant me. (A summo magistro) Ab illo .s. quem præelegerant, dñt enim magistri non solum doctores artium, sed aliarum rerum, quia magis ceteris põt, & hinc magistratus dicebant, & magistrare antiqui pro moderari, vnde arbitror esse dictos magistros. [In poc.) .i. post cibum, poculum aũt est mẽsura quo bibitur. (Sympósio) Comparatione, ita ipsum appellat. (Minuta) In quibus oia quasi funt degustata, vt est illud Virgilij. Primaq; libato summo tenus attigit ore. (Rorantia) Iam quã rore aspersa, non inundantia. (Refrigeratio æsta.) Ex quæ etiam senes hñt voluptatem. [In locis Sab.) Vbi Ca. habebat prædia. (Compleo) Perfectum numerum facio, vt ex sua prudentia, & sapientia. quia vbi Ca. ibi omnis bene viuendi doctrina, & diuina quædam sapientia. (At non) ἐναντιωσις ab aduersarijs facta. (Titillatio) Irritatio voluptatis. [Sed ne) Desideratio quidem quod est multum laudabile in senectute, non hẽc irritationem voluptatum, & desiderationem reŗ absentium, quod illi vituperant, desiderium aũt semper est de re absente, & qui desiderat est subiectus, & seruus illius rei desideratæ, & eum senes nihil desiderent sunt liberi, & illius rei hñt voluptatem. (Nihil aũt est molestum) Quod non desideres, quia quicquid desideratur est molestum, & graue non hñtibus, v g. aliquis desiderat hẽre alas, quas cum non habeat molestia afficitur, sed multa sunt gña molestiæ. (Sophocles) pclarus poeta Athenienſis de quo diximus. (Rebus venereis) Honesto vocabulo vsus est in re inhonesta. (Meliora) .i. dent, & istam bestialem libidinem auertant a me. [Illinc) A rebus ipsis venereis, quæ non fuerunt in. (Aut furiosa) A quo furore nunq recedit, furiatus vero, qui furit ea causa, vt Chorœbus Virgilianus, furiata mente Chorœbus. (Agresti) Duro, & incorabili. (Cupidis) Hoibus exoptantibus talium reŗ venereatum, ipsis carere molestum est, sed mihi non exoptanti non est graue. (Satiatis) Et expletis, in hoc differunt, quod expleti est tantũmodo plenũ esse, satiati vero vltra modum. hominibus aũt qui sunt satiati, & expleti istis rebus est iucundius carere quam frui, quod est in senibus. (Non care) Ergo habet qui non desiderat, qui a desiderare est de re absenti, & eum non desideramus aliq tem ipsa non caremus, vnde sequitur, quod non desiderare est iucundius, quã desiderare, quod dicit ergo, & cetera. (Bona ætas) Ipsa iuuenta, siue adolescẽtia. (Paruulis rebus) Et pede certo signat bumũ. (Deinde his etiam) .s. voluptatibus, quæ hñt in senectute, non omnino caret, quia si non potest ita bene comedere sicut iuuenis, tñ tantum quantum satis est sumit cibum, & ea eo fruitur voluptate. (Vt Turpione Ambiuio) Nomine proprio mimi, & ponit similitudinem de illis, q sunt ad aspectandum in theatro, qd' appellat caueam, sicut Virg. in 5. Caueæ consessum ingentis. & Horat. dr ẽt Cauea, spectaculum, arena, theatrum, quo conueniebat populus ad spectandum aliquas comœdias recitandas, vbi erant tres gradus consessus, primus, medius, & extremus, mimi etiã in medio Theatro, vnde dr sicut prima cauea .i. in primo gradu Theatri. (Sic adaptat) Comparationem. (Spectant) Venatur vocabula rudentia similitudini. (At illa) Nunc ponit quoddam singulare donum, quod est in senectute non in iuuenibus. (Quãti) .i. precij, & honestius est quam si addamus precij. (Animum secum) Hoc est cum virtute, & rõne coniuncti. (Emeritis) Sepositis à militia, quos dñt essatos quasi extra militiam. mereo .n. milito significat, vt Luc. Aere merent paruo. (Stipendijs) Salarijs militaribus, a stipe hoc est numo. (Ambitionis) Cupiditatis honoris, quæ omnia sunt in iuuenibus, & remota a senibus. (Secumq;) Vt dr viuere, & est in prouerbio Latino, tecum habita, quod Persius inseruit carmini. Tecum habita, vt noris quam sit tibi curta supellex. quod Græci dicunt μετὰ σοῦ κατοίκει. (Tanq pabulum) Quia studium, & doctrina est in senibus quoddã pabulum, & sustentamentum. (Ociosa) Quod dimissis oibus alijs rebus vacet doctrinæ duplex. n. est ocium, iners, & industriosum. (Mori) Dimissis cõmoditatibus vtar vehementer intenium esse alicui rei, vt dicimus emoriebatur risu. (Dimetiendi cœli, atque terræ) Latine dicit, quod Græce Geometriam, & Astrologiam, quibus dies noctesq; inuigilat iste Gallus, adeo quod iam cibũ dimittebat, vt obseruaret cursus stellaŗ, & ea eo magnam voluptatem capiebat. Iste aũt præclarus fuit, & familiaris Paulli Aemilij patris istius Scip. q cum contra Persen apud Lacedæmonios bellũ gessit, quod dictum est bellũ Macedonicum, de quo scripsit Liu. hunc Gallum secum duxit, & ibi cum eclipsis facta esset solis oẽs obstupuerunt, credentes malum prodigum belli futuri, quos ipse Gallus aiauit, & oẽm timorem ademit eis rõnem eclipsis oñdens. hæc aũt fit per interpositionem Lunæ. Lunarijs aũt Eclipsis fit interpositione terræ inter Lunam, & Solem, qdqd luminis luna baber recipit à sole, per se .n. est corpus obscurum, vnde luna quasi lux aliena dicta est. huiusce vero rei rõnem Cic. de Nat. Deorum graphice scribit. (Lua) .s. oppressit, bis .n. est repentendum oppressit. (Noctu) Obseruando sidera, quo studio nunq diuertebat, dimittens ẽt cibum. (Defectiones) Latine dicit, quod Græci ἐκλείψεις dñt. (Multo ante) Quasi per vnum annum (Prædicere) Ante dicere. (Quid in leuioribus studijs) Quia respectu Astrologiæ, & Geometriæ sunt leuiora studia ista humanitatis, vult ergo per exempla probare ẽt in ceteris literarijs studijs magnam esse voluptatem. (Actis) Quia ea subtili, & acuto ingenio bello punico. Neuius hic comicus fuit tertius numero qui vt dicit Hieron. Vticæ mortuus est, pulsus Roma factione nobilium, ac præcipue Metelli, & quandam comœdiam fecit quam bellum Pun. appellauit. (Liuium) Qui Liuius Andronicus dicebatur. Liuius aũt à dño suo Liuio Salinatore, de quo supra diximus, denominatus, & quia erat doctissimus poeta tragœdiarum scriptor ob ingenij meritum, & quia liberos eius erudiebat, ab ipso Salinatore donatus est libertate, & multas fabulas fecit. (Elicuisset) .i. emisisset in pronunciationem. (P. Licinij Crassi) Hic doctissimus homo iurisconsultus fuit, qui multa cõmentaria in iure ciuili, & in iure pontificio fecit. (De huius P. Scip.) Qui sua ætate primus erat, ideo dicit huius. (Flagrantes) Ardentes senes, contra dicimus ignauos, & differt a fragrans, id .n. est redolens. Virg. Redolentq; thymo fragrantia mella. (M. Vero Cethegum) Hic præclarus vir fuit, qui vim eloquentiæ indagauit, quod est vocabulorum proprietatem, quem suadam medullam Ennius appellauit, & recte quia aliud ore loqui, aliud summo pectore, & medullitus est; nam loqui, & ore, & summis labris est inepte, & inconsiderate, & temere. Suadam aũt dicit, quia suasio, & persuasio est finis oratoris, qua inducitur aius auditorum ad credendum. vnde Virgilius Malesuada fames. (Quæ voluptates sunt comparandæ) q. d. nullæ. (Scortorum) Scorta .n. sunt corta, quæ trabuntur, & detrahuntur, hincinde a coriarijs, vt mollita cædantur. hinc à similitudine dicimus in vtroque gñe (Crescunt cum ætate) Et oñquam deficiunt senescere. (Venio nunc ad voluptates agricolarum) Vult ostendere quod in agricultura senes maximas habent voluptates. vnde nota quod apud maiores nostros maximi precij, & singularis honoris erat agricultura. vnde emeriti milites illi vacabant. præterea ea aratro ad magistratus Senatorios creabantur, vt Cincinnatus. (Delector) Et delecto in via, & eadem significatione, sed delector deponens, delecto neutrum. (Hñt.n.) Rõnem cum terra, probat quod vt vĩ accedere ad vitam sapientis viri. nam vt vidimus in Geor. & Astrologiæ, & aliaŗ rerum multarum scientia agricola debet esse peritus. vnde dicit, Hñt rõnem cum terra. & duplex est sensus, aut computationem, aut quã tum expendat in arando, & in alijs officijs, & quantum lucretur, aut rõnem .i. causam, vt pro qualitate terræ cõmittat semina. Plerunque .n. vt in Ægypto pro vno centum, & ducentum reddunt in Lib. (Cum fœnore) A fœtu dicto quod credita pecunia altam gignat. (Ipsius terræ) Dicta est aũt à terendo, eo quod teritur. (Natura) Huius vero duo sunt potissimum loca, vt inquit Var. Terra, & cœlum, deinde particulatim vtriusque multa. (Quæ gremio) Trahit similitudinem a mulieribus, & describit oẽs ferme agriculturæ particulas, quibus ostendit illis delectari multum, & scire debemus quadripartitam esse rõnem agrorum, quam Virg. complexus est in Geor. 4. libris. est .n. primus saturalis ad seminandum, & iste proprie vocatur aruum. est alter consitus, ad plantandum, tertius pascuus ad pascua, quartus florẽs ad olera, ad flores, & apes. (Subacto) .s. aratione, & occatione domito. (Excepit) Quasi tem cadentem accepit. Est ẽt excipere aliquem honorifice domi suscipere. (Occatum) Per syncopem quod occæcatum dicimus i. occultatum, & opertum. ab ob & cæco cæcas, ea quo nominata est occatio, quæ aũt sic se habet quod primo iacimus semina, & illud satum, & illa semina, eum occamus. Operiamus, & tegimus aratione, vocatur occatio. (Vapore) Calore, & humore, quibus oia oriuntur. (Nixa) Firmata. (Fibris) Radicibus. (Stirpium) In arboribus, & plantis masculum gñis, in prosapia vero fœminium. (Culmo geniculato) Est enim culmus à radicibus, vsque ad aristas, quo ante vsum tegulæ coopertiebamur domus, vnde culmina dicebantur, vnde adhuc nomen seruatur. Virg. Hor

rebant culmina tegum.Geniculatus aũt dr̃,quod habet genua .i.
nodos ad similitudinem genuum.[Vaginis) Illis leuibus spolijs,
quas Seruius dixit stipulas.[Pubescens)A similitudine herbescẽs
[Frugem) Fruges à struendo,aut à frumine .i. palatu,vt dicit Ser.
[Spicæ)Hæ a spe dictæ sunt,& vt ait Seruius,& spicus, & spicum
dr̃ . Cic.in Arat.Spicum illustre ferens insigni corpore virgo . sed
a neutro tm̃ singularem numerum inuenimus, spicos aũt de ma-
turis abusiue dicimus , nam proprie spicus est cum aristæ adhuc
tenues in modum spiculi eminent.[Munitur) A similitudine ca-
strorum,quæ dñr muniri vallo.[Aristatum) Ne aues ipsas come-
dant,hic vallus est palus,hoc vallum est ipsum repagulum ex val-
lis factum . Arista aũt dicta est ab areo , quod sit arida. [Vitium)
Hæ enim vt ait Varro, à vino dictæ sunt, id aũt à vi , hinc vinde-
mia quasi vindemia .[Requiem) Hunc textum allegat Priscia-
nus,& dicit declinari posse tam tertiæ, quam quintæ declinatio-
nis, & hæc requies, tis , & a quies compositum . [Omitto enim
vim ipsam)Perstat in contemplatione naturæ ipsius terræ,vt ostẽ
dat magnam,& singularem in ea esse voluptatem . & facit vnam
occupationem,colorem rhetoricum.[Vim) Potentiam . vt Lon
gam multam vi muniet Albam.[Ex fici)Ficus fici,& ficus ficus se
cũdæ,& quartæ declinationis pro arbore,& fructu dicimus.sic fre
quẽtissime vtitur Tullius,& Plinius dicti,hic ficus pro vitio cor-
poris secundæ declinationis.[Ex acino) Vinaceo ex grano,quod
est in vua.[Malle.)Rami vitis,q abscinduntur ex ea,vt plantentur
alibi . dicti malleoli,quia formam malleoli hñt, cum eis abscissio
modico trunco vitis veteris,q a aliter plantati non tinerent.[Plã
tæ)Quę fiunt ex ipsis malleolis. [Sarmenta) Purgamenta ipsaꝝ,
à Serpo serpis,quod est purgo,aut serpus,serpa,serpum, quod est
purus,pura,purum,vnde serpe vinea putata,hoc est pura facta dr̃.
[Propagines)Quæ fiunt cum rustici vitem supprimunt,vt ex vna
plures faciant in similitudinem arcus,& tunc habet primam lon-
gam . Virg. in 2. Georg. Siluarumq́. aliæ flexo propaginis arcu,
qñ vero habet primam breuem , tunc progeniem significat . vt
Virg. gñosa propago,& dicta est a propagando,vt rustici faciunt
in vitibus.[Caduca) Quæ cadit ad terram,ni sustentetur furcis ,
& vitilis. [Etenim.f.) .i. sustentata à fulcio fulcis,quod est susten-
to,& sursum erigo,vnde furcæ dictæ sunt,quæ sustentant aliq̃ ar-
borem cadẽtem,vel aliquid aliud.[Claiculis).f hos dñt capreo-
los,qui tanq̃ manus complectuntur arborem,vel ramos, vel val-
los aliquos. [Quidquid est enim).i.inuenit . sunt aliqua verba ,
quæ aliud in præsenti,aliud in præterito perfecto significant , vt
nanciscor acquiro,nactus sum,inueni,vt fruor .i. vtor,fretus sum
.i.confisus. [Quam).f.vitem extendentem,& explicantem se per
ramos multiplici,& vario lapsu. [Amputans) Superflua demens,
& puta reddens. Vnde dñt purum aurum.i.putum.[In oẽs actus)
Quod est pluralis numeri. [Partis) Est & alia regula, quod oĩa
in his,noĩatiuo potius in is,quam in es,faciunt accusatiuum plu
ralem . Vel oĩa noĩa,quæ in genitiuo plurali in ium faciunt. [In
eunte) Incipiente, hoc nouo vere, quia dr̃ nouum, adultum, &
præceps.[Existit)Eminet,ab extra,& sisto. [Articulos) Digitos ,
qui sicut digiti flectuntur. [Gemma) Quam oculos ramorum,di-
cunt,qñ in vere incipiunt apparere,vt Virgil. in Georg. 2. Nam
quæ de medio trudunt se cortice gemmæ.[Succo terræ)De calo
& solis,quia ab his oriuntur cũcta duobus,vt inquit Ouid.[Per
acerba)Immatura. Vnde vocantur omphaces vuæ,quæ nondum
maturæ sunt,& vinum omphacium.[Pampinis) Palmitibus.Fru-
ctu lætius)Aspectu pulchrius bene maritauit hæc verba,quia fru-
ctus lætificat hoĩes,pulchritudo mouet, vt pulchra mouent ocu-
los.[Cultu)Ars ipsa colendi.[Adminiculorum)Vallorum,& can
narum,quæ sustentant vites per ordinem positas, & ex ad,& ma-
nus dñt adminicula.[Coniugatio)Quasi in iugum positæ.[Reli
gatio) Cum religantur stipis vallo.[Irrigationes) Quas faciunt
agricolæ per riuos,vt irrigent plantas. [Fossiones) Quas,aut ad
irrigandum, aut ad plantandum faciunt . [Repastinationes) Per
remotionẽ terræ à radicibus vitium,& per adiunctionẽ,sicut res
ipsa postulat. [Stercorandi) Quod fit per stercus sparsum supra.
[Quem de rebus rusticis scripsi.) Cato.n. librum vnum de agri-
cul. scripsit,q adhuc inuenitur,& in eo tractauit de vi agricultu-
ræ,vtilitate stercorandi. Vnde accusat Hesiod.poetã Græcum , q
de agricultura ad fratrẽ Perseo scripsit librum,quem ἔργα καὶ ἡμέ-
ρας inscripsit,quod in carmine Georg.Virg.inseruit.Quid faciat
lætas segetes,hoc est quo sidere terram.in quo nullam fecit men
tionem de stercorandis agris,qđ est in arte agriculturæ potissi-
mum.[Doctus)In eo quod dixit doctum momordit eũ. [Ne ver
bum qdem)Notanda est hæc locutio.quod cum ponitur ne sem
per qdem est tertium,vt nunc ne verbum qdem . [At Homerus)
adhuc ne diceret aliquis pro Hesiod. quod ad illud tempus non

erat vsus stercorationis , & ideo de eo non dixit , commemorat
Hom.de ea re mentionem fecisse in Odyssea, vt patet de Laerte
Vlyssis patre.Sed in magna dubitatione fuit,& est tam apud Lati
nos,quam apud Græcos quis fuerit ante Hom.an Hesiod. & id-
eo nunc dicit Cato,vt mihi vr̃,vt inquit Euseb. quidam Hom. &
Hesiod.tpibus fuisse aiunt, quibus Vlyssis patrem Laertem desi-
derare absentiã ante diximus . [Nec vero) Nunc tangit illa qua
tuor gña agroꝝ,quæ diximus . [Segetibus) Terris à ferendo vel
à semine , vt inquit Virg. Maro. Quid faciat lætas segetes . [Et
pratis)Quæ dicta sunt quasi parata,quod sine opere parata sunt,
quibus nihil põt nocere,& sunt sine labore agricolaꝝ. [Vineis)
Vineæ a vite dictæ sunt, sicut & vinea. [Pecudum pastu) Inquit
Var.de lingua Lat.ad Cic.& standi fundamentum parens, à quo
dr̃ in ædificijs area parens magnus, & qui negocium instituit pe-
dem posuisse à pede pecudem appellarunt.[Examinibus) Apum
collectionibus,& significat ẽt linguam illam mediam bilancis,&
subtile iudicium alicuius rei.Apes dictæ sunt à pedibus, quod si-
ne pedibus nascantur,vel quod admutem teneant se pedibus,ad
similitudinem racemi vuarum.[Consitiones) Ordines plantaꝝ,
quos faciũt semper ad imitationem alicuius literæ. [Insitiones)
Impositiones surculoꝝ de vna arbore in aliam. [Et senectus est
natura loquacior) Re vera senes pp experientiam multaꝝ reꝝ,
& copiã. [Eam)Senectutem. [Vindicare)Liberare . [M.Curius)
Subijcit exemplum p̃clarum, vt probet maximam in agricultura
esse voluptatem. Curius.n.præstantissimus ciuis Rom.pręclaris-
simus fuit imperator , q paruo contentus erat . Triumphauit de
Sãnitibus,Sabinisq́;, & Pyrrho,& postea in villa sua cõtemnens
diuitias maxima cum paupertate viuere voluit,adeo quod semel
est inuentus in foco apud ignem coquens rapas, quæ res Samni-
tum peruenit ad aures , & ad ipsum quamprimum magnũ pon-
dus auri miserũt quod negleait,vt patet in textu.[De Pyrrho) q
pro Tarentinis multauit,vt diximus.[Triũphallet)Est.n.trium-
phus honor victoriæ habitæ,q fiebat cum curru,& equis albis cũ
maxima laude,& cũ clangentibus tubis,& omni gñe musicoꝝ vi
ctori Romã reuertenti,quem duplicẽ esse diximus.[Curios)Cu-
rij.[Villam)Domũ,& habitationem rusticamã dictam à uehẽdo,
quod illuc vehitur quidqd in toto rure colligitur,aut dictã a val
libus,qbus circundatur,& differt à rure. quia rus est ipse ager,in
quo est villa.[Cõtemplans) Quasi quandã religionem, qa nihil
in eo erat splendidi,cũ magnificæ villæ antea fuissent.[A me).i.à
rure,& villa mea qa erant vicini p̃dijs,& villæ,& est modus loquẽ
di,quo multũ vtitur.[Admirari)Cum laude virtutis. [Cõtinen-
tiam)Qui paruo cõtentus,& diuitias vilipendebat.Est aũt contĩ
nentia,p quam cupiditas consilij rõne regitur,vt inqt Cic. & est
species temperantiæ.[Tpum)Cum antea multæ magnifice villæ
factæ essent,quasi theatra.[Ad focum)Ecce quod diximus supra.
focus.n dr̃ vbi fouetur ignis . Ignis aũt est ipsum elementum, vt
fer sine igne focum. [Non enim) Præclarum tõsum.[Tãtus ani
mus) qui multa cõtemnebat,pauca vero desiderabat.quod idem
legitur de Fabricio,vt paruoq́. potentem Fabricium. & bene,tã
tus aius,quis.n.est, qui auri auiditatem non habeat ? Virg. Quid
non mortalia pectora cogis Auri sacra fames ? [Acie) Pugna, si-
gnificat aũt tria,& oculi visionem,& culteri acumẽ,& structos mi
lites ad pugnam . [Pecunia) Est.n.à pecoribus dicta pecunia, eo
quod antiquoꝝ vniuersa substantia in pecoribus constabat . [A
me ipso) Hoc est ab oratione mea agri colendi,quia iam ingres-
sus erat in cõtemptionem diuitiaꝝ.Dicit ne recedam a meipso ,
& subiungit nobilitatem agriculturæ,in qua præclaros homines
fuisse cõmemorat,& vocatos ad senatoriam dignitatem,& subiũ
git exemplum de L.Q. Cincinnato, hic aũt agriculturæ inuigi-
labat,& cum Romani maxima annonæ caritate laborarent,erat
quidam Romanus clarissimus frumenti eo tpe maximam hñs
copiam,& ipsam vulgo distribuens cogitauit patriam occupare ,
& fieri dñs Romæ,alliciendo aĩos illoꝝ dono frumenti,quod vt
cognitum est a Senatoribus , quamprimum L.Q.Cincinnatum
Dictatorem creauerunt,qui tunc erat ruri, & qñ fuit ei nuncia-
tum,arabat,& dimisso aratro venit Romam,& Dictatoriam acce
pit dignitatem,& illum quem diximus diuitem.f.Sp.Melium re-
gnum affectantem per magistrum equitum C. Seruilium ad se
vocare fecit, & si ire negasset ipsum traheret vi,vel interimeret ,
vnde cum ad eum venit fugere cœpit , quem persecutus interfe-
cit , & domum eius, vt inquit Plin. solo æquauit.vnde locus ille
æquimelium dr̃,& hoc fecit in secunda Dictatura.[Magister eq-
tum)Quem vulgo dñt,el senescalco de campo, hic vero proxi-
mus erat dictatori,& præfectus erat regendis equitibus.[Occu-
patum) Præuentum, antequam fuga euaderet . [Et ceteri senes)
Vt L. Q. Cincinnatus. [Officio) Beneficio , & honestate . [Sa-
lutaris)

lutaris) Quia inde viuunt hoies. [Ad cultum deo℞) pp sacrificia vitulo℞, & agno℞, & alia℞ terũ, quæ dijs hunt. [Qm̃ hæc) Instat contra gulosos, & probat quod in senibus est volupeas sensuũ, vt in gustu, & visu. [In grãm redeamus) Pacem faciamus cum volu ptate, de qua male diximus, & litem cũ ea habuimus. redire.n. in grãm est contrarium illius, quod diximus indicere bellõ. [Assiduiq.) .i. diuites. Nam assiduus diuitem sigñat, & diligentẽ, & attentum, & tunc dr̃ ab assideo, quod est intẽto alicui rei. Id aũt ex ad, & sedeo, & diuitem sigñat, & tunc ex asse, & do das componiẽ quasi quod assem det. [Refert) A farcio, cis, qđ est impleo. [Cella) Gũsle nomen, vnde addidit vinaria.i. cella, vbi stat vinum, qđ vulgo dr̃ cellarium. [Olearia) Vbi oleum. Penaria vero vbi sunt oia necessaria ad victum, vt panis, caseus, carnea salitæ, candelæ. [Locuples) Oibus bonis plena, sed proprie locuples dr̃, q multa prædia possidet, & possidet locoa, & possessiones, dictus à loco, & plenus, quasi loco℞ plenus. [Porco) Honestius p singularem auait, & est intellectio. vt, hostis habet muros. & est alius color, q dr̃ articulus [Caseo) Qui à coacto lacte dictus est. [Hortum appellant alteram succidiam) .i. pernam, quis debent hĩc duas pernas.i. succidias agricolæ viuam in carnibus salitis porcinis, & potissimum in lumbis porco℞ quos pernas dñt. Alteram in hortis, & in oleribus, quibus maxime viuunt, dicta aũt est succidia, qđ paulatim succiduntur.i. inciduns, hanc vero Nonius successionem necessariam appellauit, & tam fœmineo quã, neutro declinauit, & dixit lardum sigñare. [Conditiora) Saporem meliorem babẽtia, à condio, condiui, conditum. [Superuacanei) qa qñ est opus laborandi, tunc non debent venari, & aucupari, sed qñ cessant ab opere. [Nec vsu) Ad vsum, & vtilitatem. [Vbertus) Bene mutatauit hæc verba. Vber aũt, & substantiuum est, & mammam significat, & adiectiuum, vt hic, & hæc, & hoc Vber, vt, atq; vbere glebæ. [Specie) Aspectu, aspicio, cis, antiquo verbo, quo nunc per compositionem vtimur. vnde inspicio, a quo ẽt auspicium dcm ab aue spicienda. [Allectat) Attrahit, frequentatiuum est ab allicio. [Apricatione) Ipsa statione loci aprici. Est.n. locus apricus sine frigore, & gaudens sole. [Salubrius) Quod magis sanitati conducat. [Arma) .i. homeris dependentia dicta sunt, itue ab arcẽdo, vt inqt Varro, qa his arcemus hostes, & est repetitio. Tale, & illud est Plauti in Curcul. Sibi sua habeant arma reges, sibi diuitias, sibi honores, sibi virtutes, sibi pugnas, sibi p̃lia, dum mihi abstineãt inuidere. [Talos) Taxillos. [Tesseras) Genus est ludi cum lapillis quadratis intinctis aliqbus maculis aureis. hinc ẽt dñt ipsum ludum alearum, & schacorũ tesseras. Vnde ẽt aliqua edificia cum istis lapillis quadratis ornata, & insignita appellantur Tessellata. [Ad multas res) Quia quasi ad oẽm institutionem humanæ vitæ scripsit volumina. Iste aũt Atheniensis fuit Socratis discipulus, q inter alia de Cyris scripsit, de maiore, & minore. [Oeconomic°) .i. de re familiari οἶκος domus νέμω distribuo. [Inscribitur) Intitulatur. [In eo libro) .s. Oeconomico. [Critobulo) Nomine proprio, quod boni sit consilij dicto, βουλὴ enim est consilium. [Præstanti ingenio) Et ablatiuo, & genitiuo in locutione vti possumus, vt summa virtute, & summæ virtutis. Virg. & talem ablatiuum Ser. appellat septimũ casum, vt, Et pulchra faciat te prole parentẽ. [Lysander) Iste venit legatus ad Cyrum noie Lacedæmoniorum q tunc erat Sardibus ciuitate p̃clara Asiæ, quæ hæ sardes. plur. declinatur. [Vir summæ uirtutis) Atqui, inqt Aemilius Probus, quod magnã reliquit sui famam magis felicitate quã uirtute partã. [A socijs) Lacedæmonijs cõfœderatis. [Comem) .i. benignum, & suauem. vt hic & hæc comis, & hoc come, inde comes comitis. [Proceritates) Eminẽtias. [In quin) Hoc est in spatium quinque vnciarum, & p separationem unius arboris ad alteram in ordinem positæ. unde nota quod uncia tam ponderandarum, quã mensurandarum rerum est terminus. [Humũ sub. & pu.) hoc est exaratã. [Dixisse) Sup. loqtur So. [Solertiam) Acutam, & subtilem artem, & subtilitatẽ ingenij. [Dimensus) Passiuæ sigñonis est nunc, & actiuæ paulo post. ut, Atqui ego illa oia sum dimensus. metior, tiris. [Ornatũ persicum) Vno verbo expressit quidqd dixit Xenophon in eo lib. [Gẽmis) Hoc interest inter gẽmas, & margaritas, quod margaritæ sunt pertusæ, & albæ, gẽmæ uero diuersi coloris, & integræ. [Ceterarũ rerum) Et rei familiaris, & militaris. [Marcũ quidem Valerium Coruinum) Ponit exempla de Latinis, ne minoris existimationis videantur Latini quã Græci: Coruinus.n. præclara familia Romanorum, quæ Coruina dicta est, appellatur, quæ miraculo quodam est nata. Nam olim cũ quidam Romanus cum uno Gallo pugnasset, Coruus quidã auxilio fuit Romano, & illi Gallo maximo impedimento cũ alijs, & unguibus, adeo ut Rom. ille Gallũ superarit unde Coruinus ille dictus Roman° est, à quo familia Coruina est cognominata. [Eosq. colerent) Arando, lingonizando, vt de Cincinnato diximus. [Cuius) M. Valerij, ne paruæ auctoritatis vir videretur, laudat ipsum à dignitate, & est genus intercurrens. [Quintũ spatium. s.) Quadraginta sex anni. qa ab hoc spacio annorum 46. nostri maiores voluerunt esse principium senectutis. [Fuit in cursu hono℞) & in hac senectute maximæ habitus est auctoritatis, in qua ẽt beatior fuit, quod dicit. Atque huius. s. M. Valerij. [Media) s. ætas. [Plua laboris) Labor.n. differt a dolore, vt nr̃ inqt Cic. Tuscul. qõnum, Labor est quædam functio ai, vel corporis grauioris operis uel muneris. Dolor aũt motus asper in corpore alienus à sensibus. [In quẽ) .i. Attilium Calatinum. [Eulogium) Benedictum εὖ bene, λέγω dico, quod. s. dicebat Populo R. primarium fuisse. [Virũ) certe maxima laus, q primarius Populus R. diceretur consensu oium ciuium. hic vero est ille de quo inqt Plin. & dux aduersum Carthaginẽses missus, maximis, & munitissimis ciuitatibus, Aetna, Drepano, Lilybeo hostilia p̃lia deiecit, Pachynum cepit, totamq. Siciliã peruagauit, paucis nauibus magna hostiũ classem duce Amilcare superauit [Carmen) Epitaphiũ quod erat tale. Atilius Cala. vir primarius Populus R. oibus consentiẽtibus. [Grauis) Venerabilis. [Pontificẽ) vel à ponte sublicio ligneo, q est vbi sacra fiebant, vt diximus, vel à ponte q fit q dam potus ad diuina [Paulio Æmil.) patre tuo. [Africano) Auo tuo. [De maximo. Q. Fa) Maximo, de qbus supra diximus. [In snia) .i. in explicatione mentis suæ in concilio qd faciendum, & qd non faciendum esset, cum habebant aliqd in Senatu deliberare, & oẽs Senatores suam sniam dicebant. [Nutu) Signo capitis annuentis alicuius faciendæ, vel nõ faciendæ rei. Id aũt differe ab annuo, & nuto. nã nutare est capite annuere Nuere vero labro vel uare, nictare oculis. [Honorata) Non aũt contempta, quæ oino grauis est. [Sed in oi orone) .i. in oi meo sermone. vnde nota quod ponit modum comparandæ auctoritatis, quæ quidem auctoritas, vt diximus, est snia imitatione digna sine rõne, hoc est ratio.i. causa non quæritur in ea, vt solebant de Pythagora dicere. [Efficitur) Concluditur. [Oratione) .i. verbis laudatione, & iactatione de seipso cũ non veneretur pp ignauiam suam, & postulat venerari per canos, & rugas. [Quia non cani) Capilli albi. [Rugæ) Cõtractæ cutes. [Sed honesta) Hoc est cũ virtute, & continentia. [Superiore) .i. præterita. [Vñr) Cum non sint leuia atq; cõta, sed singula atque præcipua. s. & salutari, vt summo mane ire salutatum senes domum suam, si aliquid velint, habeantq.. de quo Iuuen. fecit mentionem, ut Me ne salutatum, & cetera. [Appeti) Adiri, dare locũ ipsis in oibus locis. [Assurgi) Cum prætereunt. ipsi iuuenes assurgere, & debitam reuerentiam, & voris, & gestu persoluere festinent. [Deduci) De domo ad tẽpliũ comitari. [Cõsuli) Peti ab eis consilium. [Quæ) Oia hæc prædicta Lysandrum, de quo diximus. [Tributus) Expectationis & existimationis datur. [Nusq̃) quam Lacedæmone. [Memoriæ proditũ est) Scriptum, & manifestum, & mandatum memoriæ. [Ludis) Tpe ludorum. [Ad Lacedæmonios) Legatos .s. qui eodem spectaculo erant apud Athenas. [A cuncto) Vniuerso coniuncto. quasi coniunctus dictus cũctus est, totus vero à tot q̃uis habet primam longam, & vnius corporis plenitudinem significat. Ois vero vñem, sed ista sæpissime confunduntur. Virgil. Omnemq. reuerti per Troiam. Stati. Et toto imponam ordine nepotes. [Consessu) Atheniensium. [Plausus) Signum approbationis, & cõmendationis, cum percussionibus manuum datum Lacedæmonios bene fecisse, & ipsi tñ nõ facrebant, & laudãdo Lacedæmonios vituperabãt seipsos. [In nostro) Romano. semper.n. cum Græcis latina coniungit, ne Latini qdem Græcis viderentur esse minores. [In primis) Ante omnia. [Sniæ) Explicationis mentis suæ in consilio. [Honore) aliqua dignitate præcedentibus. [Sed ijs q cum imperio) .i q pñt imperare in ciuitate, vt Senatores, & consules, & dictatores, non autem quod hoc loco intelligatur pro officio militari, imperatores enim appellabantur, quos dñt capitaneos, & exercitui præerant, & singuli ab aliqua re gesta, vel ab exercitu, vel a Senatu hoc nomine nũcupãtur. [Maiores natu) Seniores augures. [Voluptates corporis) Vt cibi, & potionis. [Fabulã) .i. comœdiam. per similitudinem loqtur, qa sicut comœdia in actus est diuisa, ita ætas nostra in actu tũ pueritiæ, tum adolescentię, & cetera. [In exercitati) qa nullas exercitiones habuerunt in recitandis comœdijs. vnde in fine.i. in vltimo actu. [Corruerint) .i. defecerint nimium defatigati. Exercitatus aũt ab exercito differt in hoc, quod exercitatus q est expertus, & exercitationẽ, & peritiam habuit alicuius rei dicitur. Exercitus est defatigatus. vt Virgilius, Nate ilia eis exercite fatis. [Histriones) Enim sunt actores comœdiarum, dicti ab Histro quodam, q primo cœpit recitare. & de Tuscia Romam ductus fuit. [At sunt morosi) ἀνθυποφορὰ facta a Catone. ex p̃sona il

loꝝ adolescentuloꝝ qui audiebant. morosus aũt dr̃, quod varijs moribus cõtrarijs, & peruersis instructus est, & fastidiosus, & nulla re contentatur, & modo ait, modo negat. (Anxij) Molesti ab angore. (Iracundi) In oĩbus indignationem hñtes. (Difficiles) Queruli, cum quibus nemo viuere põt, cuius contrarium est faciles. (Etiã auari) Ab aueo, & ære, quod auidus sit æris. Vñ Terent. Quãto seniores sunt, tanto auidiores. Et Ho. Et inuẽtis miser abstinet, ac timet vti, Vel quod res oẽs timide gelideq. ministrat, Dilator, spe lõgius, iners, auidusq. futuri, Difficilis, querulus laudator tp̃is acti. (Non senectutis) Quia si senectutis essent, in oĩ quidem senectute essent, quod non est in oĩ senectute, vt patet in exẽplis. (At morositas) Et adhuc vult excusare illa vitia, quæ dñr esse in senectute, quãuis non sint senectutis, sed moꝝ sint. & subiungit aliquas excusationes debiles. Est.n. excusatio reprehensionis, & culpæ diminutio, sed quæ excusatio. (Contẽni) In contemptu filioꝝ esse, qm̃ non sit quod iubeat. (Despici) Non venerari a filijs, cuius cõtrarium est suspici, hẽri in honore. (Illudi) Quoꝝ illusio grauissima est senibus. (In fragili corpore) In vulnerato digito, si qs tangeret. (Moribus bonis) Et bonis addidit. q̃a mos est verbum μέσον, & bonus, & malus, sicut nobilis, & illustris. (Artibus).i. disciplinis virtuosis. (In Adelphis) In comœdia Terent. quæ Adelphi dr̃ i. fratres. quia duo fratres in ea diuersis moribus inducuntur. Demea durus, & Mitio benignus, & comis. (In altero). s. Demea. (Duritas) Ita legunt multi, sed Nonius Mar. diritas legit, hũc textum allegans, & dr̃ diritas à deoꝝ ira missa. (Comitas) Benignitas. (Sic se) Conclusio ætatis senilis. (Coacescit) Acetum fit, quod ὄξος dñr. (Seueritatem) Veritatem sequentem. (Seuerus) Grauis, maturus, quasi sequens verum dictus. (Absurdius) Inaudibilius, sine loco. (Quo minus viæ) Ad fossam mortis, p̃ similitudinem viatoꝝ dicit, quod si lõgius ab vrbe irent, & magnũ viaticum ferrent, esset quid absurdum, & vituperabile, sic senes q̃ non multum distant a morte, est absurdum hr̃e, & plus quærere quam oportet, & sufficiens sit ad paruum sui tp̃is spatium, peragendum, sed illud verum est Terent. dictum. Id n. vitium cõe omnium est, quod nimium ad rem in senectam intenti sumus.

Non censet lugendam esse mortem, quam immortalitas cōsequatur. Iam, sensus moriendi, si quis potest esse, is ad exiguum tp̄s durat, p̄sertim seni : post mortem quidem sensus aut optandus, aut nullus est. sed hoc meditatū ab adolescentia debet esse, mortem vt negligamus : sine qua meditatione tranquillo esse animo nemo potest. moriendum.n. certe est; & id, incertum, an eo ipso die. mortem igitur oībus horis impendentem timens, qui poterit animo consistere? de qua non ita longa disputatione opus esse vr̄, cum recorder non L. Brutum, qui in liberanda patria est interfectus; non duos Decios, qui ad voluntariam mortem cursum equorum incitauerunt; non M. Attiliū, qui ad supplicium est profectus, vt fidem hosti datam cōseruaret; non duos Scipiones, qui iter Pœnis vel corporibus suis obstruere voluerunt; non auum tuum L. Paullū, qui morte sua luit collegæ in Cannensi ignominia temeritatem; non M. Marcellum, cuius interitum ne crudelissimus quidem hostis honore sepulturæ carere passus est; sed legiones nostras, quod scripsi in Originibus, in eū sæpe locum profectas alacri aīo, & erecto, vnde se nunq̄ redituras arbitrarentur. quod igitur adolescentes, & ij quidem non solum indocti, sed ēt rustici contemnunt, id docti senes extimescent? oīno, vt mihi quidem vr̄, rerū oīm satietas, vitæ facit satietatem. sunt pueritiæ certa studia : num igitur ea desiderant adolescentes? sunt & ineuntis adolescentiæ : num ea iam constans requirit ætas, quæ media dr̄? sunt etiā eius ætatis : ne ea quidem à senectute quæruntur. sunt extrema quædam studia senectutis. ergo, vt superiorum ætatum studia occidunt, sic occidunt ēt senectutis. quod cum euenit, satietas vitæ tempus maturum mortis affert. Equidem non video, cur, quid ipse sentiam de morte, non audeam dicere. quod eo melius mihi cernere videor, quo ab ea propius absum. Ego vestros patres, Pub. Scipio, tuq. C. Læli, viros clarissimos, mihi amicissimos, viuere arbitror, & eam quidem vitam, quæ est sola vita numeranda. nam, dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis, & graui opere perfungimur. est.n. cęlestis animus ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram, locum diuinæ naturæ, æternitatiq. contrarium. sed credo deos immortales sparsisse aīos in corpora humana, vt essent, q terras tuerentur quiq. cælestium ordinem contēplantes, imitarentur eum vitæ modo, atque constantia. nec me solum rō, ac disputatio impulit, vt ita crederē, sed nobilitas ēt summorum philosophorum, & auctoritas. Audiebam Pythagorā, Pythagoreosq., incolas pene nostros, qui essent Italici philosophi quondam noīati, nunq̄ dubitasse, quin ex vniuersa mente diuina delibatos aīos hr̄emus. Demonstrabantur mihi p̄terea, q̄ Socrates supremo vitæ die de immortalitate aīorum disseruisset, is, qui esset sapientissimus oraculo Apollinis iudicatus. Quid multa? sic mihi persuasi, sic sentio, cū tanta celeritas sit aīorū, tāta memoria p̄tōrum, futurorumq. prudentia, tot artes, tot sciẽ, tot inuenta, non posse eam naturam, q̄ res eas contineat, esse mortalē : cumq. aīus semper agitetur, nec principium motus habeat, quia ipse se moueat, nec finem quidē habiturū esse motus, quia nunq̄ se ipse sit relicturus : &, cum simplex animi sit natura, neque habeat in se quidq̄ admixtum, dispar sui, atque dissimile, non posse eū diuidi : qđ si non possit, non posse interire : magnoq. esse argō, hoīes scire pleraque antea q̄ nati sint, q̄ iam pueri, cū artes difficiles discant, ita celeriter res innumerabiles arripiant, vt eas non tum primum accipere videantur, sed reminisci, & recordari. Hæc Platonis fere. Apud Xenophontem autem moriens Cyrus maior hæc dicit : Nolite arbitrari, ò mihi carissimi filij, me, cū à vobis discessero, nusq̄, aut nullum fore. nec.n. dum eram vobiscum, aīum meum videbatis; sed, eū esse in hoc corpore, ex ijs rebus, quas gerebā, intelligebatis. eundem igitur esse creditote, ēt si nullū videbitis. Nec vero clarorū virorū post mortē honores p̄manerēt, si nihil eorū ipsorū aī efficerent, quo diutius memoriā sui teneremꝰ. mihi q̄dē nunq̄ p̄suaderi potuit, animos, dum in corporibus essent mortalibus, viuere; cū exissent ex ijs, emori : nec vero tum aīum esse insipientē, cum ex insipiēti corpore euasisset; sed, cum oī admixione corporis liberatus, purus, & integer esse cœpisset, tum esse sapientē. atq; ēt, cum hoīs natura morte dissoluitur, ceterarum rerum, perspicuum est, quo quæq; discedat : abeūt.n. illuc oīa, vnde orta sunt : aīus aūt solus, nec cum adest, nec cum discedit, apparet. Iam vero, videtis nihil morti tam esse simile, q̄ somnum. Atqui dormientium animi maxime declarant diuinitatem suam. multa enim, cum remissi & liberi sunt, futura prospiciūt. ex quo intelligitur, quales futuri sint, cum se plane corporis vinculis relaxarint. Quare, si hæc ita sunt, sic me colitote, inquit, vt deū. sin interiturus vna est aīus cum corpore; vos tñ deos verētes, qui hanc oēm pulchritudinem tuentur, & regunt, memoriam nostri pie, inuiolateq. seruabitis. Cyrus q̄dem hæc moriens : nos, si placet, nr̄a videamus. nemo vnq̄ mihi, Scipio, persuadebit, aut patrem tuum Paullū, aut duos auos, Paullū, & Africanum, aut Africani patrem, aut patruum, aut multos præstantes viros, quos enumerare non est necesse, tanta esse conatos, quæ ad posteritatis memoriā pertinerent; nisi aīo cernerent, posteritatem ad se pertinere. An censes (vt de me ipso aliquid more senum glorier) me tantos labores, diurnos, nocturnosque domi, militiæ suscepturū fuisse, si ijsdem finibus gloriā meā, q̄bus vitā, essem terminaturus? nō ne meliꝰ multo fuisset, ociosam ætatē, & q̄etā, sine vllo labore, aut contētione, traducere? sed nescio quo modo aīus erigēs se, posteritatē semper ita p̄spiciebat, quasi, cum excessisset è vita, tū deniq; victurus esset.

esset. quod quidem ni ita se haberet, vt animi immortales essent: haud optimi cuiusque animus maxime ad immortalitatis gloriã niteretur. quid, q sapiẽtissimus quisque æquissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo? non ne vobis videtur animus, is qui plus cernat, & longius, videre se ad meliora proficisci; ille autem, cuius obtusior sit acies, non videre? equidem efferor studio patres vestros, quos colui, & dilexi, videndi. neque vero eos solum cõuenire aueo, quos ipse cognoui, sed illos etiam, de quibus audiui, & legi, & ipse conscripsi. quò quidem me proficiscentem haud sane quis facile retraxerit, nec tanquam Peliam recoxerit. q si quis deus mihi largiatur, vt ex hac ætate repuerascam, & in cunis vagiam: valde recusem. nec vero velim, quasi de curso spatio, ad carceres à calce reuocari. quid.n. habet vita commodi? quid non potius laboris? sed habeat sane: habet certe tamen aut satietatem, aut modum. non libet.n. mihi deplorare vitam; quod multi, & ij docti, sæpe fecerunt. nec me vixisse pœnitet: quoniam ita vixi, vt non frustra me natum non existimem. & ex vita ista discedo, tanquam ex hospitio, nõ tanquam ex domo. commorandi.n. natura diuersorium nobis dedit, non habitandi locum. ò præclarum diem, cũ ad illud diuinorum animorum concilium, cœtumq. proficiscar; cumq. ex hac turba, & colluuione discedam. proficiscar enim non ad eos solum viros, de quibus ante dixi; verum etiam ad Catonem meum: quo nemo vir melior natus est, nemo pietate præstantior: cuius à me corpus crematum est: quod contra decuit ab illo meum: animus vero, non deserens, sed respectans, in ea profecto loca discessit, quò mihi ipsi cernebat esse veniendum. quẽ ego meum casum fortiter ferre visus sum; nõ quo æquo animo ferrem; sed me ipse consolabar, existimans non longinquum inter nos digressum, & discessum fore. His mihi rebus, Scipio, (id.n. te cum Lælio admirari solere dixisti) leuis est senectus, nec solum non molesta, sed ẽt iucunda. q si in hoc erro, animos hominum immortales esse credam: libenter erro; nec mihi hunc errorẽ, quo delector, dum viuo, extorqueri volo. sin mortuus, vt quidã minuti philosophi censent, nihil sentiam: non vereor, ne hunc errorem meum philosophi mortui irrideant. q si non sumus immortales futuri: tamen, extingui homini suo tempore, optabile est. nam habet natura, vt aliarum omnium rerum, sic viuẽdi modum: senectus autem peractio ætatis est, tanquam fabulæ: cuius defatigationem fugere debemus, presertim adiuncta satietate. Hæc habui de senectute quæ dicerem: ad quam vtinam perueniatis; vt ea, quæ ex me audistis, re experti probare possitis.

PETRVS MARS. CAVSA) Ratio. [Angere) Cruciare. [Solicitam) Perturbatam, & quassatam. [O miserũ) Stolidum, bardum, & lata culpa, crassaq. ignorantia laborãtem, ea siquidẽ ignorat, q cuique vel habetu, & tacendo nota esse pôt experientia subinde demonstrãte veritatem. [Plane) Certe. [Oino) Penitus. [Extinguit) Delet, euertat, redigitq. in nihilum, ex hallucinãti & plũbeo Epicuri ingenio. [Appetenda) Votis oibus optanda cum rẽ optimam polliceatur, æternitatẽ.s. aiorũ & iucundissimam libertatem corporeæ custodiæ fractis vinculis. [Deducit,) Emittit, & comitem se præbet ad gloriam. [Aeternus) Perpetua quiete prędit͏us, & delectatione, si corporea contagione vacauerit, hæc vera snia est, & catholica. [Atqui) Profecto. [Non miser) .i. nullũ sentiens malum si penitus morte extinguimur, q vanissimum est, & absurdissimum. hac hæresi quis dogmati Stoico addictus laborauit aliqñ Sen. sic.n. scribit in consolatione ad Martiam: Mors omnium dolorũ & solutio est, & finis, vltra quem mala nostra non exeunt, quæ nos in illam tranquillitatem in qua antequã nasceremur, iacuimus, reponit. mors nec bonum, nec malum est. hæc ille. quid aũt de statu animorũ recte & christiane phãntibus tenẽdum sit, sacræ literæ præscribunt, quibus tota mente inhærendum est. [Beatus) Felix, & æterna tranquillitate, ac diuina fruitione donatus. [Stultus) Imprudens & inani opinione corruptus. [Exploratum) Certum, firmum, indubitatum. [Casus) Infortunia, & nodos calamitatis & ruinæ. [Facilius &c.) Et vitæ intemperantiam. [Grauius) Asperius & periculosius pp inobedientiam, & effrenes cupiditates, & æstus libidinum. [Tristius) Difficilius, laboriosius. [Ita accideret) Paucos videlicet venire ad senectutem. [Melius) Honestius, & iustius. [Prudentius) Circunspectius, & rõnabilius. prudentia siqdem vitæ magistra, & bonorũ, atque malorũ delectum hñs, est virtus seniorũ. quos longus edocuit vsus, quapp iuuenes facile scientiam sibi parant, sed non prudentiam. [Mẽs) Prudentia, rerũ humanarũ cognitio. [Ratio) Discursus meorts, ptorũ cum futuris cõnexiu. [Consilium) Exacta consultatiu, deliberatiu, & electiu. [Nullæ ciuitates) Ciuiles cœtus, ordinem vitæ seruantes, & sanctis legibus obtẽperantes q nil aliud sunt quã sermones ab aliqua graui mente prouidaq. prolati. vnde νόμοι appellabantur a græcis, appellatione deducta à mente, & apud latinos à lego deligo & delectum habeo. etenim lex non appellatur, sed deprauatio, q delectu caret, & rõne non constat. [Impendentem) Imminentem, propinq̃. [Quod) Mortem.s. impendere, [Crimen) Vitium, & malam sortẽ. [Sensi) Expertus sum, cognoui. [Optimo) Iustissimo, & consummatissimo. [Fratribus tuis) q pareis Aemilij Pauli triumphalẽ gloriam sua morte sẽperarunt. erant Aemilio, inqt Plut. quatuor filij, duo in optionẽ aliarũ familiarũ dati, Scipio videlicet, ac Fab. duo ẽt in prãte retenti quos ex alia vxore susceperat. horũ alter qnque diebus ante triũphum est mortuus sexdecim annos natus, alter duodecim, tertia die à triompho. [Dignitatẽ) Amplitudinem virtutis, & gloriæ. [Insipiẽter) Sine rõne consilioq., incerta siquidem p certis hẽre stultitia est & imprudentia. [Stultius) Imprudentius, qm vana opinione ducitur & fallitur. [Eo) Tanto. [Condõne) Sorte, statuq. [Sperat) Optat senectutẽ veluti ppositum signũ, & metam. [Assecutus) Adeptus. [Quid est diu) q.d. nihil, qm vita q̃q̃ longissima ppetuitati cõparata, & æternitati veluti dies vnus & hr, & est. [Supremum) Vltimũ ad qđ humana vita in quibusdam pgressa est. Tarthessus Hispaniæ vrbs ad fretũ Gaditanũ, de qua & Arganthonio dem est apud Sil. huius Arganthonij fabulosæ ætatis meminit & Lucianus in Macrobijs. [Vt scriptũ video) Apud Anacreontẽ.s. & Herodotũ, Gades insula in freto qđ Hispanos à Mauris discriminat. [Extremũ) Vltimũ & finis. [Id) Extremum. [Effluxit) Transiuit, euanuit, cucurrit. [Quod) .i. remanet tm̃ nomen & fama virtutis, & rerũ virtute gestarum. [Cedunt abeunt) Inuigilate viri, monet Colum. tacito nam tpa gressu Diffugiunt, nulloq. sono conuertitur annus. [Peragẽda) Absoluẽda, & pficiẽda, placere in quacũque actu .i. parte fabulæ satis ad cõmendationem, & plausum. [Modo) Dũmodo laudetur eum agit primas, aut secundas, non expectato sine io quo spectatorũ plausus excitatur. [Sapiens) Virtute pditu, ẽ qua viuit quocunque tpe gloriose. nam qui ad virtutem etiam in iuuenta peruenit, in eaq. defungitur vita, ad vltimam senectutem peruenisse putandus est. [Ad, Plaudite) ad vltimũ finem fabulæ.i. vitæ pstat in translatione fabulari & histrionica. [Bñ) Studiose. [Honeste) Laudabiliter, & plausibiliter. [Quã agricolę) q nõ dolẽt sed lętãtur potius aduenisse ęstatẽ, & autũnũ quo fructus pcipiũt laborũ, sic seniores auctoritatẽ nãciscuntor quasi apicẽ.i. insigne & honestamẽtũ senectutis quapp talis ætas accusanda nõ est, sed celebrãda potius. [Fructus senectutis) Lucrũ qđ affert ipsa senilis ętas. [Partorũ) Cõparatorũ, & acqsitorũ [Memoria) Recordatione studiosarũ actionum & rerũ pręclare gestarũ, frequẽtia & abũdãtia hęc sunt, ai gñoli pclara & summa bona cetera cũ multis cõia. [Secũdũ nãm) Nãtem ordinẽ ab intelligẽti nã .i. deo sublimi & glorioso dispositõ. [In bonis) In numero bonorũ, diuina siqdem opa suum põdus hñt, ordinẽ, atq mensuram. [Aduersante) Qm talis mors immatura vr̃, & quasi violenta, & ideo vocatur à qbusdam ante diẽ. [Vis) Potentia, impetus. [Opprimitur) Suffocatur, & violẽter extinguitur. [Sua sponte) Suapte nã, & quasi volũtate. [Vi) Conatu & extrinseco impetu. [Cõsumptus) Debilitatus, extenuatus & diminutus. [Cruda) acerba, imatura. [Vi) Conatu violẽto. [Matura) pfecta, & mitia. [Coacta) sole macerata. [Vis) Violẽtus impetus morbi, & casus. [Maturitas) Naturę opportunitas, & sors ętatis à fine nõ abhorrẽs. [Aliqñ) Tandẽ superatis & finitis laboribus. translatio à nauigãtibus q ad portũ dies noctesq suspirãt. [Certus) Dffinitus, &

consti

cōstitutus.[Recte)Honeste.(Munus officij) Onus decoræ actionis,q̄ p̄riæ debetur necessarijs,& amicis.[Exeq.)Sustinēdo pagere atque subire.[Tueri)Seruare atque tractādo custodire. ne cōtra offm̄ fecisse,aut ab offō cessasse ob inertiā, lāguorē atque inopiā dicatur senex, ob idq. traducatur torpida senectus, atq; inutilis. [Fortior)Erectior & constantior in omni periculo,& casu. (Optimus)In primis optandus cum optimas habeant ꝯdōnes. [Integra)Sanaritione ac in nullo labefactata, necnō sensibus incorruptis qui propriorꝫ obiectorꝫ sunt iudices.[Coagmentauit)Cōglutinauit,composuit,cōiunxit,ꝯstrinxit. (Aegre) Difficulter,& laboriose.[Nec sine causa)Legitima rōne moriendi,ex Stoicorꝫ snia seuerissimus Cato loquitur.Stoici siquidem prǣsentium incommodorꝫ, vel impendentium leuationem in morte ponebant. vñ Laert.in Zenone Citieo Stoicorꝫ principe dicit: Rōnabiliter aiunt sapientem seipm̄ eductuꝫ è vita, & patriæ & amicorꝫ causa siue inter acerrimos dolores,aut membrorꝫ mutilationes, incurabilesq́. morbos illi occumbendum sit,hæc Laert. Idem Cic.agens de dogmate Stoico in 3.de Fin.inquit, In quo aut sunt plura contraria,aut fore vñr. huius offm̄ est è vita excedere,ex quo apparet & sapientis esse aliqñ offm̄ excedere è vita cum beatus sit, & stulti manere in vita cum sit miser. hæc Cic.Academica libertate Stoicam personam referens pro tpe asseruit. Sed qui recte p̄hantur,& sp̄ianæ veritatis præscripta seruant,oēm causam inferendi sibi mortem penitus excludunt,& Arist. p̄hoꝝ facile princeps eos qui sua sponte morte incurrunt ignauos appellat & iniustos. dictum est de his in cōmentarijs offōꝝ. Socr. apud Plat. in Phæd. sic loquitur: Dij curant nos, qui quædam illorꝫ possessio sumus. Siquis è mancipijs nostris seipsum perimeret ægre id ferremus,pari rōne non licet alicui iniussu dñantis in nos dei uitam deponere. hæc ille. Sed Cic.Samij Pythagoræ tm̄ meminit, vt personæ seruet decorꝫ,ætate siquidem Censorij Catonis Italica p̄stria cui Pythagoras dedit auspicium vigebat in primis. Vnde in 4. lib.Tusc. quōnam dicit: Pythagoræ aūt doctrina cum longe lateq. flueret,permanauisse mihi vr in hanc ciuitatem. [Imperatoris)Exercitus ducis qui milites in præsidijs collocat, & stationes ordinat,& custodiat. ita deus gloriosus nē verus & summus Imperatoe ad tutelam nostri corporis posuit. locum ab imperatore dissiotū.i.corporis custodiam deserere, aim̄ à deo infusum nō debet declarat,igitur Cato vim suæ translationis,q̄ vt dixi à Plat. sumpta est.[Præsidio)Propugnaculo & munimento. noīe ēt p̄sidij milites dñr ad custodiam castellorꝫ & munitionum positi. nomine vero subsidij milites subinde missi ut præsidiorꝫ refoueant vires,sintq. auxilio laborantibus.ponit hic præsidium pro nāli tutela,& corporis custodia.[Statione)Loco ad tp̄s assignato militibus ab imperatore. hic ponitur ꝑ humano corpore quod aius tutatur,& seruat è summi imperatoris p̄scripto. [Elogium)Orō sepulcralis,& testificatio vltimæ voluntatis, q̄ in p̄sonā defunctorꝫ inscribitur monumentis. Idem Cic.in 1. Tusc.de mortis qualitate disputans dicit. si supremus dies perimit ac delet omnino, qd meliusq̄ in medijs vitæ laboribus obdormiscere? & ita conuenientem somno consopiti sempiterno, qđ si fiat, melior Ennij quam Solonis orō. hic.n.oīt,Nemo me lacrymis decoret inqt, nec funera Faxit. At vero ille sapiēs. Mors mea nec careat lacrymis,linquamus amicis Mœrorem vt celebrent funera cum gemitu. [Carum)Desiderabilem,p̄ciosum & amabilē.(Decoret)Exornet,honestet lamentationibus meam mortem,qm̄ qui semp viuit nō est veluti mortuus deplorandus. mors, inquit, cōmutatio quædam est loci, & transitus ad emeritam sortē citra viaticum. (Censet) Putat,statuit,indicat tali elogio. (Immortalitas) ꝑpetuitas qua fruitur ais corporeis uinculis & corruptione carceris liberata. (Iam sensus)Perceptio,morsus & dolor mortis. (Optandus) Si aius est immortalis vt est. (Aut nullus)Si moritur, quod absurdū est,viuit etenim semꝑ aius. licet pro meritis gratiā sortiatur aut pœnam.[Tranquillo)Securo,pacato quieto.ponit Cic.exempla eorꝫ,q ad voluntariam mortem alacri aio cucurrerunt. [Nō ita) Non multū L.Brutus, & Sex.Tarquinius mutuis vulneribus ꝯciderunt.[Hosti)Punico senatui.[Scipiones)P.& Cn.in Hispania occumbentes, vt Carthaginensibus ad Italiam clauderent iter. [Luit)Soluit deditq́ pœnam,quā eius collega M.Terent.Varro temerarius merebat.[Ignominia)Dedecore & calamitate.[Hostis)Ferus Annibal qui apud Sil. 15. sic loquitur: Ipse satem subdens,laus,inquit,parta perēnis Marcel. abstulimus latio vos ita superbæ Exequias animæ & cinerem decorate supremi Muneris offō,nunq̄ hoc tibi Rom. negabo.[Alacri)Læto,prompto. [Erecto)Constāti,fortiq.. (Omnino)Certe,p̄fecto [Satietas)Expletio,saturatio,& quasi fastidiū.[Certa studia)q̄dā peculiares curæ, cogitationes,exercitationes. [Ineūtis) Incipientis,& iuuenilis.

[Cōstans)Firma,& iam ꝯstituta integraq́.. [Occidunt) Euanescūt,& cedūt alijs subinde succedētibus.[Maturꝫ) Aptū,opportunū.[Cōpagibus)Coagmētationibus, & cōmissuris corporeæ custodiæ.[Munere)Onere offōq. tuēdis corporibus necessario.[Graui)Laborioso,& aię uim deprimēte,quā nō nulli putauerūt particulā esse diuini spūs. vñ dicit Horat. Atque affigit humi diuinæ particulā auræ: sed vana est hæc opinio de⁹ aiam ex nihilo creat, corporiq. organico adiūgit.Laudādi eñ sunt illius opinionis auctores,qđ aiam asserūt imortalē, licet in mō lōge aberrauerint. [Tuerētur)ꝯseruarēt,excolerēt.[Ordinē) Ratas,firmasq́. cōpositiones,atq; ꝑgressus,modū æquabilē nunq̄ excedētes. [Vitæ modo)Mēsura uiuēdi decora,& iusta.quapp Euripidea locasta filiū Etheoclē erga frēm inique affectū monet, ut cœlestiū ordinē suscipiāt atq; iustitiā,oīa qppe sua statione seruant,atq; momentū, nec in iura alterius sedesq́. inuadūt.[Cōstātia) ꝑpetuo tenore absque grau,citra leuitatē,& flusū,uitæ.[Disputatio)Exqsita rōnis & causæ indagatio & inuestigatio ꝑ collationem rōnum, & ex vtraque parte ꝯtētionē. sic etenim veritas magis apparet,& quasi tāgitur manu [Nobilitas)Famæ celebritas,auctoritas, & dignitas,vñ dicit alibi Cic.si nullas rōnes Plato afferret, tñ ipsa auctoritate me frāgeret.[Auctoritas)Aestimatio,& excellētia.[Incolas nēos)Quasi suburbanos habitatores.Fuit.n.ut dixi,Sami⁹ Pythagoras,& in magnā Græciā q̄ nūc Calabria dr̄, domicilium suum ꝯtulit. Vñ incola Italiæ dictus,& quasi suburban⁹habitator.Suburbana dñr loca ꝑpe vrbē ~~~ Græci vocant. [Pene) Quasi, qm̄ nō ita distat ab vrbe Calabria,cū sit Italiæ pars,& ipse Pythagoras iā nō ꝑuincialis,sed Italus dici poterat.[Vniuersa)Gñali, & oēm naturam aiante atq; regente. Diuinum siqdem aiam esse mūdi putauit antiqtas,quam opinionem in Georgicis, & Aeneide Virg.tenuit,& aiantes inde vitam sibi decerpere. Vanus est hic sermo,qm̄ si aia humana diua esset,aut pars dei,nec in peius nec melius uerti posset,oppositum patet,& quasi tangitur manu. [Delibatos)Haustos,acceptos,& quasi epotos.[Demonstrabatur) Ondebatur à monimentis Platonis q in Phædone Socratem de aiorum immortalitate disputantem in custodia induxit. [Supremo vltimo quo cicutæ haustu vitam finiuit.[Oraculo)Rñso,sorte,vaticinio.Socrates apud Platonē in Apologia sic loquitur,Chęrephōtem certe nouistis q Delphos ꝑfectus id vaticiniū experiri ausus est.Interrogauit certe an esset vllus me sapientior,rñdit Pythias sapientiorem esse neminem [Celeritas) Agitatio,solertia,& quasi quidam discursus ad multa ēt simul consideranda celeritas. Innata est,inqt Fabius,humanis aia agitatio & solertia.[Memoria) cōprehensio rerꝫ & recordatio quasi qdam Thesaurus.[Prudentia) Anticipatio,& cognitio quasi diuinans atq; p̄sagiēs.à ꝑuidendo est appellata prudentia,quā aliq diuinationē quandā esse dixerāt.[Artes)Formulas rerꝫ effingendarꝫ quas eas mens ꝯtinet, quæ rerꝫ efficiendarꝫ principiū est, & oēs artifices tali more censentur.[Tantæ) Tā illustres & excellētes,nō minus circa diuina quā humana [Inuenta)Excogitata à summis viris,& summo ingenio p̄ditis,exqsitaq́. doctrina nobilib.[Eā oīa in) .i.aiam vi naturali honestatā [Cōtineret) Cōprehēderet,ꝯseruaret, amplecteret,& in se hēret.[Cūq. aius sp agitetur) Demonstratio Platonis hæc est de imortalitate aiorꝫ a motu ipsius aiæ, quē & in se hēt, vt sibi ꝑprium,& corpori p̄bet,quod aiat, posita in eo dialogo q Phædrus inscribitur,& repetita est à Cic.hoc loco,& in prima disputat. Tusc. & in 6 de rep.oīs motus,inquit Plato in 10 de Leg. aut se mouet,& alia,aut ab alio mouetur & alia mouet, prior ad aiam alter ad corpora refertur & sic statuit Plato essentiam ipsi⁹ aiæ esse motum,id aūt cui est idem esse ac moueri nunq̄ cessat à motu,qm̄ citra suam essentia esse non pōt. Aia ex se moueri dicitur,quia,sine alio mouente se mouet. verba Socr. apud Platonē in Phædro hæc sunt. Demonstratio hæc nonnullis qdem erit incredibilis,prudentibus vero contra. oportet aūt nos,prius aiæ humanæ atque diuinæ affectus & opera intuentes vera nouisse, huius aūt demonstrationis hoc sit auspicium. Aia ois immortalis. quod n.semper mouetur,& reliqua quæ sequuntur. Aristo. p̄horꝫ facile princeps negans primam Platonis propositionem, acutissimis medijs labefactat eius rōnem in primo de aia dicens, considerandum est primum de motu. Nam fortasse non solum falsum est essentiam aiæ talem esse, qualem hi dñt, qui asserunt aiam esse id, quod seipsum mouet aut mouere pōt, sed ēt unum quid eorum esse videatur,quæ fieri non possunt,motum ipsi inesse. oē quod mouetur ab alio mouetur. quod igitur primū mouet,aut stat,aut ab alio & ipsum mouetur,sed si ab alio,iam non pōt hoc primum vocari. & semper quod primum moueat requiremus,testat ut stare dicatur. stat ergo quod primum mouet.hec Aristoteles concludit contra Platonem asserentem animam esse

perm

principium motus. Anima, inquit Phs ille summus, est p se principium motus. principium aut motus non mouetur. probat idē in 8. Phys. esse quoddam mouēs immobile. At dnt Platonici motus aiæ sunt cupiditas, voluntas, intelligentia, & cetera id genus. Rñdet Arist. hos non esse motus aiæ, sed actus rei imperfectę. Operatio aūt perfectæ. & cum dnt Platonici, idcirco aiam esse immortalem, qm à sua mouetur essentia. rñdet, si ita est, corrumpitur, qm per illum motum suam deseret substantiam, & sic motus erit causa corruptionis eius. operatio, inquit, perficit operantē. motus aūt distare facit. hæc Arist. Platonica igitur ratio vacillat. laudandus tñ in primis, quod animā afferunt diuinam & immortalem, q̃uis hallucinetur in modo attributionis, ut fere ceteri phantes, vt dictum est. [Et cum simplex) Aliud argm ab aiæ simplicitate ductū in 1. qōne Tusc. dicit. Animorum nulla in terris origo inueniri pōt. nihil.n. est in animis mistum, vel concretum, aut quod terra natum, atque fictum esse videatur. singularis est igitē quædam nã atque vis animæ seiuncta ab his vsitatis notisq. naturis. ita quidqd est illud quod sapit, quod vult quod viget, cœleste, & diuinum est, ob eamq. rem æternum sit necesse est. [Dispar) diuersum, alteriusq. qualitatis. [Argō) Demonstrationi & signo. Plato quem Cic. sequitur in Menone & in Phædone dicit, sciam humanam esse quandam reminiscentiam. Humanasq. aias fuisse ab initio creatas ad numerum stellarum. Vnde dixit Virg. Nec morti esse locum sed viua volare Siderit ad numerum, atque alto succedere cœlo. q̃ opinio vanissima est. quapp Arist. dixit aiam esse quasi tabulam rasam in qua nihil pictū est, sed oīa pōst depingi. [Pleraque) Multa. [Arripient) Apprehendant. [Filij) Cyrus auct. Xenophonte duos reliquit filios Cambysem, & Tanaozarem, Trogus aliud ponit nomen. [Nusquam) Nullo vbi. [Aut nullum) In nihilum redactum. [Remissi) Laxati, & soluti. [Relaxauerunt) Resoluerint, & liberauerint. [Colite) Honorate ut numen. [Tuētur) Conseruant. [Paullū) Qui consul cecidit in Cānensi pugna. [Africanum) Qui superato Annibale ad Zamam redegit Carthaginem ad tributū. [Fratrem) L. Scipionem Asiaticum. [Patruū) Cn. Scipionem qui vna cum fratre P. Cornelio Scipione in Hispania occubuit. [Posteritatem) Successionem tpm & hoim. [Pertinere) Attinere, atque competere, vitam hēre posse post mortem corporis. [Finibus) Terminis. [Ociosam) Tranquillam. [Cōtentione) Certamine honoris & gloriæ. [Erigens) Attollens se magna spe. [Prospiciebat) Considerabat, & quasi præsagiens futurā semp animi vitam sibi repromittebat. [Niteretur) Conatū faceret. [Æquissimo) Pacatissimo. [Iniquissimo) Turbatissimo. [Obtusior) Hebetior, crassior visus, ac per hoc mens stolida, & nullom ingenij acumen. [Efferor) Erigor in spem. [Studio) Cura & volūtate. [Colui) Honorani. [Habeto conuenire) .i. conueniendi sunt mihi, vt dicimus habeo videre. [Conscripsi) In meis videlicet Originib⁹. [Decurso spatio) Finito curso ac stadio. iterum à fine ad cur sus principium, redire vbi sūnt carceres, & repagula è quibus dātur missus. [Modum) Finem, terminum. [Ex hospitio) Temporario diuersorio. Vir sapiens ait Sen. scit in hoc natum hoiem, vt vita defungeretur nec domum esse hoc corpus, sed hospitium & quidem breue hospitium, qd relinqnendū est, vbi te granem esse hospiti videas. [Cōmorandi) Moram aliq̃ faciendi ad tps. [Concilium) Honestissimum cœtum, & quasi senatum. [Turba) Confusa multitudine. [Colluuione) .i. hoim sordidissimorum fece. colluuin dr immundities in vnum collecta [Pietate) Obseruantia diuini numinis & parentū. [Contra decuit) Qm vt, inquit Sen. nullum funus non est acerbum, quod parens sequitur. [Aequo) Trāquillo & sedato. [Leuis) Facilis & tolerabilis. [Extorqueri) Abstrahi, & eripi. [Minuti) Indocti Epicurei nihil amplum, aut magnificum redolentes, sed hallucinantes in rebus maximis. [Suo) Opportuno. [Modum) Terminum mensurā. [Peractio) Absolutio & terminatio vitę, vt vltimus actus terminat fabulā. [Coītus) Aetatis vltimā delassationem defugere par est, & maxime cū processerit rerum oium satietas, & quasi fastidium. [Re) Ipso facto & experientia possitis ea, quæ de senectute dicta sunt cōprobare.

MART.
PHIL.

Q[Varta restat causa) Ordinem sequitur, quo diuisit in quo præuisum, docilem & attentum reddit auditorem. [Augere) Tædio & molestia afficere. [Quæ certe) Cōfitetur ita esse, sed postmodum rñdet dicēs. [O miserum senē) Deinde subijcit argm, hoc modo quod mors aut est negligenda, aut optāda, quia vt aia viuit, aut moritur, si viuit, mors est optanda nam certum est transire ad meliorem locum, & ad æternitatem, & felicitatem, quantū est ex cōdōne, & essentia, & natura aiæ, & cum deus sit iustus vnicuique animæ, dat qd suum est. Animæ vero ēt æternitas, ergo dat rei æternitatem, & locum vbi æuo fruatur sempiterno, aliter non esset iustus. Iustitia.n. est vnicuique tribuere qd suum est, & vt ait Iust. Iustitia est constans & perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuens. Si vero moritur aia, mors est oino negligenda quia nō sentit amplius aliquem dolorem, morbum, aut molestiam. Ex quo vult concludere quod mors non est timēda, nec malum quidem est, sed optanda & bonum, q̃a post mortē nemo sit miser, aut oino btūs, & æternus est futuros. [At qui tertium) Hoc est quod non capit aliquod mediū hoc pacto, aut uiuit, aut moritur, quia necesse est, quod aut uiuat, aut moriatur. [Quid igitur?) Concludit qd diximus. [Quid igitur timeā?) q.d. nihil est quod timere possim. si ans non miser quia si omnino interit aia nihil sentit, & non sentiēdo non pōt esse miser quia nullam pōt sentire miseriam, hūc vero partem optime exponit Cic. in lib. Tusc. qōnum. [Aut btūs ēt futurus sum) q.d. si viuit anima illuc post mortem pficiscitur, vbi æuo fruatur sempiterno & felicitatem adipiscitur. quod aūt mors optanda sit & nihil sit ea præstantius, miraculosa mors duorum filiorum sacerdotis Argiuæ Iunonis apud Argos exponit. mos aūt erat Argiui sacerdotis ad Iunonis templa proficisci quotannis iunctis bobus, & forte fortuna cum pestilentia illic maxima per aliquod tps antea fuisset, & oia pecora consumpsisset, boues non reperiebātur solēnitati, ita Acdilis & Biton sacerdotis filij sub matre euntes iugum ad Iunonis templa duxerunt, tunc Iuno religionem probans, & mirificā eorum fidem, detulit matri, ut quid vellet audacter posceret, quod nullam pateretur ab ipsa repulsam, inquit illa, vt quid sciret dea vtile mortalibus, ipsa præberet. Die vero secunda sacerdotes illi iuuenes comperti sunt mortui. qua pro re probatū est nihil morte pstantius, qd Herod. inqt in 1. hist. [Sit exploratum) Pro certo habet. est modus loquendi apud Cic. frequentissimus in hūc modum. [Spero) Confido, & exploratū habeo. nā semp crescit oro. [Aetas illa) .s. adolescentiæ quam nra senilis. [Facilius) Quia hūt maiorē mām ad morbus, ut sanguinem, vt humorem qbus morbi nutriuntur, & in senibus non ita feruor sanguinis, ut in adolescentibus est. nam sicut ignis multis lignis melius ardet, ita morbus multo humore & sanguine. [Melius & prudentius) Quā senes cum melius viuerent, in qbus est mens, ratio, & consilium, & p cōns melius viueretur. [Rō) Cognitio discretionis. [Consiliū) Deliberatio. [Nullæ ciuitates) Vt superius dcm est. [Sed redeo) Quia p transgressionē accessit ad laudē senectutis, redit vnde digressum est. [Impendentē) Quasi instantē ad ruinā. nam impēdo secundæ coniugationis est. [Minari ruinā) Tractū ab aliquo ædificio ruinā minanti, impēdere vero tertiæ coniugationis est cōsiderare. ut Luc. Animum impendite vestrum. [Sensi ego) Probat p exemplum ppinquum filij sui. M. C. [Fratribus tuis) O Scip. Paul. Aem. huius Scipio pater post triumphum belli Mac. septem post diebus duos filios amisit. [At sperat) Anthypophora, q rñdet dicens. [Insipienter sp.) Quia sperare est expectare bonum futurum incertum, qd ducit. Quid .n. stultius? dementius? [Senex) Anthypophora, quod senes nō hēt qd plus vitę speret. [Cū id.s.) Possit curare. [Diu uixit) Ad illud refertur, hic ɔsecutus est. [O dij boni) Admiratiōe. [Quid est?) q.d. nihil est in vita humanius. [Da diu) .i. cōcede. [Expectemus) Probat per exēplum qd in uita nihil sit diu sempiternu, q ad plus viaerit. viait qdem 120. annis. [Thartesiorum) Populi sunt in Hispania, q̃ est in occidentē, vbi est situs qd Tartbesium dr. [Vt scriptū) Est à scriptoribus q de lōgeuis scripserūt, veluti Lucianus q de lōgęuis scripsit. [Argatonius) Gaditanus, a Gadibus nomē pptum, q qdem Gades in occidētē sunt vltra pmontoriū Calpē. vñ ēt mare Gaditanū. [Diuturnū) Diu viuere & sempiternū. est.n cū extremū, ut u. g. vltimus dies, 120 ann. [Illud qd præterijt .s.) Elapsi, & 120. ann. [Effluxit) Euanuit, quia non vr uixisse. [Tm remanet) Solum illud remanet & sempiternum est quod cum uirtute factum, & conscientia bene actæ vitæ. [Horæ) Ordo naturalis. Ex huius quidā fiunt dies, ex his aūt menses, ex mensibus aūt anni. hora uero græcum est & non solum partem diei sigñat, sed partes anni, ut ver, æstatem, & pulchritudinē. vnde ὡραῖον, & aspiratur, qñ aūt regionem sigñat caret aspiratione. [Dies) Qui duplex est, naturalis & artificialis, vt ante diximus. [Menses) Quidem dicti ab eo quo est μήνη, qd sigñat lunam, vel ab eo qd est μήν, quod græce idem est qd mensis latine, qui est lunæ cursus. est ēt annus. annorum tria sunt gña, lunaris annus, solstitius, & magnus. [Quid cuique) Optimū documentum q & sancto Franc. dignum esset, & omni sanctissimo viro. [Neque .n.) Probat per similitudinem. [Peragenda) Ad finem perducēda. [Fabula) Comœdia, uel tragœdia est diuisa in 5. actus. Horat. Neu maior qnto, neu sit pductior actu Fabula, q̃ posci vult & spectata reponi. [Probet) Laudetur à spectatoribus. q̃a non satis erit, si in quocunque actu aliquem egregium gestū fecerit, siue in primo, siue in secundo actu ex quo laudetur, sed requiritur

ritur quod in omni actu à primo vsq; ad quintum sit idē bonus,
sic & uita nostra in quacunque ætate fuerit, satis erit bene viaus-
se in ea. [Applaudite) Ad finem, quia illud est vltimum verbum in
comœdijs, ut Terent. Vos valete & plaudite Calliopius recēsui.
vñ Horat. Donec, vos plaudite dicat. [Bñ) Quantū ad copiā. [Ho
nesteq.) Quantum ad virtutē. [Sin pteſſeris) Pulchrā similitudi-
nem dicit, non esse dolendū de pterita ætate, & cōparat ætatē no
stram quatuor tpibus anni. [Quam agricolæ dolent) Quia non
dolent, immo gaudent, ut ex floribus q sunt in vere ad fructus &
maturitatem eoꝝ perueniant, quod dicit. [Ver) Quo nascuntur
flores. [Ostendit) Per flores. [Partoꝝ) Bonoꝝ memoria & copia,
hoc est ꝯscia bñ actæ vitæ. Est.n. memoria, vt inquit Cic. p quam
aius repetit ea quæ fuerunt. [Omnia vero) Concludit qđ mori
est hñdum in bonis. omnia quæ fiunt sm nām sunt hñda in bo-
nis. [Emori) Est n. sm nām. ergo mori est hñdum in bonis. [Qđ
idem) .f. mori. [Aduersante) Et repugnante nā. Non quidem, vt
mori, vt contra nām adolescentibus, sed cum in eis sit calor & hu
mor, quibus cuncta sustentantur & oriuntur, ut ab eis oriuntur
cuncta duobus. vř difficilius mori, & ipsa nā repugnante, quod p
similitudinem ostendit dicens, ut cum vis flāmæ magnus ignis ac
census, cum magna materia lignoꝝ. [Aquæ multitudine) Magna
effusione aquæ, sic moriuntur adolescentes in violētia aquæ. [Cō
sumpti) Deficientibus lignis, & combusta materia lignoꝝ. [Et
quasi poma) Alia egregia similitudo est. [Sic uitam) Adaptat cō-
parationem. [Quæ) .f. maturitas & ostendit benignitatē morien
di. [Iucunda) Amœna & delectabilis cum fructu. [Vt quo) Per si-
militudinem nauigantium loquitur, cum ex longa nauigatione
iam incipiunt terram videre, in portum venire magnopere lætā-
tur, vt optata potiantur arena, sic nos ea longa uita incipimus ui
dere mortem. i. quietem & portum mortalitatis. Omnium æta-
tum certus est terminus, ut infantiæ usque ad 7. annos, pueritiæ
vsque ad 12 & sic per ceteras præter senectutem q non habet cer
tum terminum vitæ, sed omnis hora, ois dies, ois mensis pōt esse
terminus uitæ suæ, q quidem senectus incipit in 46. ann. [Recte)
Cum virtute & iucunditate. [Viuitur) Impersonale est, & in se
habet quandam gñalitatem. vt itur in antiquam siluam. [Officij)
Honestatis, & rei illius quam debet effici. [Et mortē contēnere)
Non timendo ipsam. & plus est ꝯtēnere, quam uituperare, ut ait
Don. [Animosior) Quia cum cogitat paruum tpis uiuendi spa-
cium, nihil timet mori aius senum, & oē subintrat periculū, sicut
est illud Virg. Vna salus uictis nullā sperare salutem. [Et fortior)
Quia fortitudo est aggressio periculoꝝ. [Hoc illud est) Quod di
xit probat p exemplum. fuit quidam Atheniensis uir præclarus
noie Pisistratus, qui lingua & eloquentia sua & opibus oēs sibi
fauentes fecerat Athenienses, adeo quod tñ tendebat ad impe-
rium, quod sentiens Solon in omnibus rebus ei contrarius erat,
& obsidebat audacter. vnde Pisistratus ab eo quæsiuit, qua spe fre
tus id diceret, cui rñdit Solon. senectute fretus obsisto tibi auda-
cter. quasi uoluisset dicere, tu me tuis militibus vis superare. &
ego te multitudine annoꝝ, qua fretus neque te, neque milites
tuos timeo. qa oino debeo mori cito, & tu si me interficis, parū
adimes viuēdi tpis spaciū. [Illi qrēti) Pisistrato. [Spe) Boni futuri
expectatione. [Rñdit) Solō. [Senectute) .f. fretus. [Ceteris sen.)
Vt auditu, gustu, odoratu, tactu, & visu. [Ipsa ea) Nā dissol. corpꝰ
suū, corpus ipm hois, qđ eum augmentauit & fecit dissoluere po
test. [Vt na.) Oñdit p exēplum comparationē. [Conglutinauit)
Cōposuit, ꝯsolidauit, à glutino dcm est, qđ est colla. hoc.n. græcū
est, illud vero latinū. vnde dř lingua græca notior quā latina. [Re
cens) Quæ nup est facta cū maximo labore diuellitur. [Inuetera
ta) .f. ꝯglutinatio, q iam diu est facta, vt in senectute. hæc oia stant
in similitudine. [Illud breue vitæ reliquū) Qđ est .f. in senectute
nec sine causa deserendū, vt aliqs se occidat, vt multi inuenti sunt
pserum apud antiquos, quoꝝ multi ne uenirēt in manus hostiū
gerētes uenenū in annulis obibant mortē. ut Annibal, qđ dein-
de (ut est apud Hom. & apud Virg. in 6.) inferis dabāt pœnas. Nā
sciendū est qđ deus postq̄ corpus in utero matris format, in ipm
mittit aiam, tanq̄ in quoddā castellū gubernandū, & iubet ut re-
cte custodiat, donec ipse reuocat. Vñ si datū custodiæ castellū p-
deret, sequemet ipm interficeret, rebellis esset dei pditor. itaque
non sine causa est ipm castellū deserēdū, hoc est sine mandato im
peratoris .i. dei, quā rē tangit Pythagoras. de quo nunc ait Cato
sic hic. [Pythagoras) q Samius fuit, ut diximus, & phiam docuit
in magna Græcia, q est pars Italiæ, & eius tāta fuit existimatio, vt
eius domū ceteri ꝯsecrauerint, quasi cēserent satis dignū posse re
periri neminē, q in illud domiciliū succederet. [Iniussu) Sine mā
dato & nō inuenitur in alijs casibus. [Præsidiō) Custodia militū
in ciuitate à psidendo dcm. [Statione) Vbi stāt milites: vt, Lōga
statione tenebat. dř & statiua. ut legitur in Liuio, & Statio, vbi
stant naues ad ips. Virg. & Statio male fida carinis. [Solonis) Po-
nit duas sniās, quæ discordes vr̄, Solonis & Ennij, ut patet. [Sa-
pientis) Et bene non phi, quia usque ad Pythagoræ Samij tpa sa
pientes consequebantur noia. Cum aūt Pythagoras Polycratis
tyrānidem effugeret, & Phliuntem peruenisset. Ibique cum esset
interrogatus sapiens esset, inquit se non σοφὸν, ἀλλὰ φιλόσοφον es
se. Itaque à Pythagora phi sunt dicti, cum antea sapientes nomi
narentur. [Elogium) Bene dictum, & sapienter. [Negat uel.) Di-
cit nō uelle. [Dolore) Quantū ad aim. [Lamentis) Quantum ad
gestum deplorationis, quare hoc. [Quia uult se cr.) Esse carꝰ suis, vt
per cōmemorationem sui p lacrymas, per funera, per exequias ob-
liuiscatur eius, & in caritate suoꝝ remaneat. [Ennius noster) La
tinus. vult præponere ipm Soloni qui dixit. [Nemo lacr. me dec.)
Nemo ploret in morte mea. Decoro, à decus decoris, & tunc hēc
accentum in prima, decoro aūt à decore habet accentum in pen.
[Nec fun fletu) Medios uersus, reliquum habet in Tusc. Voluor
viuus in ora u rum, nec funera fletu faxit. i. faciat. [Immortalitas
per nomen) Fama, & gloria, & multa egregia opera, quæ facta
sunt in uita. [Post mortem quidem sensus) Atque optandus, aut
nullus est, vt diximus supra. quia aut viuit, aut oino moritur. si vi-
uit optādus est, qa locum proficiscitur vbi quo fruatur sempiter
no, si moritur non miser qa miseriam sentire nō pōt, cum careat
sensu &c. [Moriendum) Hoc gerundium importat necessitatem
[Quis) q.d. nullus. [De qua) pbat per exempla, quod mors, contē
nenda sit oibus. Non Iun. Brutum, ordo est Iun. Brutum. sed no
stras legiones &c. & est color rhetoricus occupatio, cū dicimus
nos pterire & nescire, aut nolle dicere id quod tunc maxime dici
mus. vt nunc dicit se nolle recordari. Iun. Brut. & ceteros quos re
cordatur, sed legiones & hoies imperitos, & rusticos, & hoc ideo
quia diceret aliquis non esse mirum in hoibus clarissimis pp do-
ctrinam & virtutem spretam esse mortem, ideo dicit ab indoctis
& rusticis spretā esse mortē. Iun. Brutus, de quo nūc agitur ex so
rore Tarqnij Superbi fuit genitus, q ne ab auunculo occideretur
vt frater, stultitiā finxit. quam rem meminit Ouid. de fast. Brutus
erat stulti sapiēs imitator, vt esset Tutus ab insidijs dare Superbe
tuis. Vnde Brutus est appellatus Iuuenibus regis Delphos eūtib.
ridiculi causa comes accitus baculo sambuceo auꝛ infusum deo
domū tulit, vnde responsum est eū Romæ summam ptātem habi
tuꝝ, q primus matrem oscularetur, ipse casum simulans terram
osculatus est. Deinde pp Lucretiæ stuprum cum Tricipitino &
Colatino in exitiū regium coniurauit, qbus in exilium actis pri
mus ꝯsul creatus fuit. [Filios) q cum Aqlijs & Rutilijs ad recipiē
dum in vrbē Tarquios coniurauerant, virgis cæsos securi pcuti
iussit. Deinde imperio quod aduersus eos gerebat cum Arunte fi
lio Tarqnij congressus ambo mutuis vulneribus ceciderūt, cuiꝰ
corpus in foro positū à collega laudatū, Matronæ anno luxerūt.
[Duos Decios) Patrem & filium, sed non eodem tpe, sed vnus La
tino alter Gallico bello pro patria liberando se deuouit ad mor
tē, vt diximus. [Equoꝝ cursum) qa in hostes facta deuotione quā
primum cucurrerunt, & interfecti fuere. [M. Attilium) Hic est il
le imperator militiæ Rom. in 1. Bel. Pun. M. Attilius, cui nomen
per auctores ferme oēs longe lateq. diffusum est. Fusis in primo
Salentinis triumphasse cōmemorant, & primum Romanoꝝ du-
cum classem in Africā traiecisse quassatas de Amilcare naues lō-
gas tris & sexaginta, oppida 200. accepisse, & hoium ducenta mi-
lia cepisse, & absente qdem ipso datos esse coniungi & filijs ob
paupertatē publice sumptus. Mox arte Xātippi Lacedæmonij mer
cenarij militis captū fuisse, & j carcerē missum dato iureiurādo, vt
si non impetrasset domū ita rediret, in senatu ꝯdonem dissuasis-
se, & reiectis à se ꝯiuge & liberis Carthaginē ingressum ibi in ar-
cā ligneā ꝯtectū clauis itrorsum adactis, vigilijs & dolore punitū
esse. palpebras.n. oculoꝝ, vt dormire nō posset, inciderunt, & isto
crudelissimo supplicij gñe mortē obiuit. [Nō duo Scip.) P. Scipio
nē & Cn. Scipionē fratres pstātissimos viros, de qbus Virg. inqt,
Duo fulmina belli Scipiadas. Isti aūt negligētes in 2. Bel. Pun. ob
uiauerūt Asdrubali Annibalis fratri, ad ipm Annibalē in Italiam
uenienti auxilio, cui de pprijs corporibus iter claudere voluerūt,
ne in Italia veniret. [Obstruere) claudere. Paullū, de quo dximꝰ
huius Scipionis auū naturalem. [In Cānensi ignominia) Cannæ
Cānaꝝ in Apulia vicus est, vbi tāta Clades Romanoꝝ ab Anni-
bale facta est, quāta nusq̄ fuit. in quam L. Paul. Aemilius fuit in-
terēptus pro patria liberāda, mori potius volens quā fugere. pro
qua re sciendū est, quod in bello consules erant Luc. Paul. & Te
rent. Varro plebeius hō & nullius prudentię, & boni consilij pu-
gnare voluit, & conserto plio fugit, vnde. L. Paul. cum ceteris fu-
gere nolētibus interēpti sunt, & ipse collegæ sui temeritatē luit.

[Mat.

[M.Marc.) Nobilissimum,& præstantissimum ciuem R. qui eo plio Cannensi Annibali congressus occisus est, vnde post cladem Annibal corpus eius inter tot cadauera fecit inuenire,& honorē ficentissime sepelire.[Interitum) Mortem,dictum ab inter & ita quia mors est solutio corporis & animæ,vt loqr Plato . [Legiones) In quibus erant inducti tyrones & rustici, qui nullam habebant doctrinam , quā cognoscentes mortē contēnerent . Itaque mortē ipsam docti & indocti contēnebant.Dicta aūt legio ab eligendo,fit.n.electio personaꝝ in ea, & non habet certū numerū . Est interdum quatuor millia,interdū quinque millia personarū. Liu.tn̄ in lib 9.de 2.bello Pun. maiore numero accepit legionē, suppleuitq. ita legiones,vt singula sena millia & ducentos pedites,trecentos aūt haberent equites.[In eum locum).s.in mortē. [Alacri)Strenuo,prompto,festinanti.[Quid igitur) .s.mortem ? & est conclusio,id.s.mortem interrogatiue , & est color rhetoricus,contentio,q̄ contrarijs rebus conficitur. [Indocti) Nomē est & non participium . transit .o. participium in vim nominis quatuor modis.[Omnino)Probat contemnendam esse mortem pp satietatem uitæ,q̄ nunc,ut ait Cato,fecit satietatem, quaꝝ nulla est,ut loquit Iuuen. Crescit amor numi, quantum ipsa pecunia crescit.[Sunt)Probat p exemplū ætatum,q satietas fit nim eoꝝ, studia aūt sunt pueritię,ut ait Horat.Et pede certo Pulsat humū, gestit paribus colludere,& irā Colligit ac ponit temere & mutatur in horas.[Num in ea).s.studia pueritię,q.d.non.[Sunt stu.).s. ineuntis adolescentiæ incipientis.[Adolescentia)Enim habet ex se studia,vt Horat.Gaudet equis,canibusq., & aprici gramine campi,Cereus in vitium flecti,monitoribus asper,Vtilium tardus prouisor,prodigus æris,Sublimis cupidusq., & amata relinquere pernix.[Aetas)Quæ dr̄ media.s.virilis,q̄ qrit opes,& amicitias,inseruit honori,Cōmisisse cauet qd̄ mox mutare laboret . [Sut eius æt.)Mediæ.s & subaudi studia senectutis,ut est illud Horat. Quærit,& inuentis miser abstinet ac timet uti.Quod eo.i.cāto meli⁹. [Quod ad eā pr. adsum) Propinquus & uicinus sic de Sen. ut de nauigātibus dicere possumus,q cū lōgius in mari nauigent min⁹ videre pōt portum,q̄ illi qui non lōgius absunt à terra .[Ego ve. pa.)maiores uestros,Romane.n.& Pythagorice,&Socratice vult probare aium esse immortalem , pp quod exoptanda est mors, ex quo poterimus notare , q eum nā nihil frustra fecerit, nec qs desiderat quod nāliter assequi non possit,ut alas hr̄e,& ueluti aues volare, hoies aūt cum desiderant quietem & summam felicitatem,& æternitatem illam assequi posse,certum est quia nāliter desiderant ipsam.[Clarissimos)Ex splendore uirtutis. & plus est q̄ nobilis·qa id ... est.[Eam qui.ui.).s.immortalem & æternā. [Quæ est so.ui.nom.) Quia est uera uita,& immortalis. [Nam) Hæc oīa uita humana si uita dici pōt,nō est uera uita,sed falsa & mortalis,q̄ quidē opinio concordat cū fide christiana. [In his cō pag.) Coniuncturis mēbroꝝ,q̄ faciunt carcerē quendam aiæ sic appellat Virg.ut,clausa tenebris & carcere cæco.ideo cōpagibus facit,qa usurpatum est cōpago.Antiqui.n.compages & ambages dicebant,quoꝝ gtūs est compagis & ambagis . Vū declinatio nō mutatur,q̄uis uarius est ntūs,hinc in datiuo & ablō cōpagibus . Virg.Laxis lateꝝ compagibus oēs Accipiunt inimicum imbrē. [Munere quodam necessitatis)q̄ necesse sunt fieri in uita humana ut dormire,comedere,bibere &c.hmōi,q ad uictum & ad uitā humanam necessaria sunt.[Graui opere)Quod molestiam hoib⁹ affert &.i.quidq d fit in uita humana.[Est.n.aius)Et aius sit æternus,& eius sola uita sit noianda,ponit rōnem. [Cœlestis)In cœlo formatus.Dicebāt.n.antiqui ph̄i,q aius erat formatus in cœlo, quem deus postea in corpus in utero matris formatū infundebat . Moderniores aūt ph̄i dn̄t quod cum corpus est in utero matris formatum,quam primum in eo gn̄atur anima . quod aūt aius formetur in cœlo patet nunc ex snia Cat.[Ex altissimo domicilio)Ex habitaculo cœlesti.[In terram)Exponit seipm dicēs. [In locū contrarium diuinæ naturæ)Quę est immortalis & inuisibilis,& hæc terrena est mortalis & uisibilis . [Sed credo) Ponit opinionem suā quare diu fecerunt hæc , qd̄ diuinos aios in corpora caduca infudissent.[Vt essent)Ecce causam.Nam id fecerūt dij,ut habitarent,& tuerentur terram, & imitarentur cœlestium ordinem,unde originem habebant,& mererentur p actiones bonas in terra cœleste domicilium.[Terram tuer.)Quam constat à deo factā anteq̄ hoiem,immo oia fecit deus anteq̄ formaret hominem ad hęc,ut oia parata inueniret,& oia ei seruirent. [Cœlestium ord.)Vt planetaꝝ,stellaꝝ,&ceteraꝝ reꝝ cœlestium.[Cōtemplantes)Sub subtili quodā intellectu considerantes. [Imitarentur eum).i.ordinē. Vō Ouid.Pronaq. cum spectent aīalia cetera terram, Os hoī sublime dedit,cœlumq. uidere Iussit,& erectos ad sidera tollere vultus . Iuuen. Sensum a cœlesti demissum

do mentiri nolit,q̃ñ se Fabricij similem malit. Atq; tales solẽt ad duci facile,vt negãt esse in rebus bonis.hæc quidẽ quę trãsferun tur modo huc,modo illuc.i.diuitiæ mobiles. Tñ tenent Epicurei arcte.i.stricte,& defendunt accurate.i.adhibita cura voluptatẽ es se summũ bonum, quæ quidem vox vr̃ mihi esse pecudum oẽ bo minum, Tu,ò hõ,cum siue deus,siue nã mater oium re℞,vt ita di cam,dederit tibi aium quo nihil est præstantius,neque diuinius, sic ipse.i.tu te abijcies.i.abiectum,& cõtemptibilem facies,atque posternes te,vt nihil putes,interesse inter te,& inter quadrupedẽ .s.pecudem,& bouem,aut asinũ,aut porcum,q d.si quæ porcis, & bobus summũ bonum est voluptas,ẽt tibi sit summum bonũ,nul lum fuerit discrimen. Præterea addit,Et nequidq̃ bonum, quod non faciat eum, qui possidet meliorem, q.d.minime. Enim pro qa,vt quisque est maxime particeps boni ita est, &.i.ẽt maxime laudabilis. Neque est vllum bonum,de quo is qui habeat.s.illud non possit gloriari honeste. Quid aũt bo℞.s qui laudabilem fa ciunt,aut de quibus gloriari possis honeste est in voluptate, q d. nihil. vnde addit,ne pro an,voluptas,sup. efficit virum meliorẽ, aut laudabiliorem? q.d.minime. An quisquam excellit se glo riando,& prædicatione.i.apta cõmendatione in potiendis volu ptatibus.i.in hoc,quod voluptatibus potitus sit? q.d.nequaquã. Atqui.i.sed certe,vel atque si voluptas, quæ defenditur patroci nijs.i.aduocationibus,& defensionibus plurimo℞, quia plurimi voluptati indulgent, non est habenda.i.repudianda in rebus bo nis.i.numero rerum bonarum, & ea quo.i.quanto est maior eo .i.tanto magis dimouet mentem sua sede.i firmitate, & statu.i. trãquillitate. Profecto.i.reuera nihil aliud est viuere bene,& bea te,nisi viuere recte,& honeste,& ita nihil est bonum beatificum, nisi rectũ,& honestum,quod erat huius orationis propositum.

Ὅτι αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν,
quòd se ipsa contenta virtus ad beate viuendum.

NEc vero ego M.Regulum ærumno- sum,nec infelicẽ,nec miserum vnq̃ pu- taui. non.n.magnitudo animi eius cru- ciabatur à Pœnis,nõ grauitas,nõ fides, nõ constantia,non vlla virtus, nõ deni- que aĩus ipse; qui tot virtutum p̃sidio munitus,tantoq́. comitatu circunseptus,cum corpus eius caperetur,capi certe ipse non potuit. C.vero Marium vi dimus: qui mihi secundis in rebus vnus ex fortunatis ho minibus,in aduersis vnus ex summis viris videbatur: quo beatius esse mortali nihil põt. Nescis,insane,nescis,quan tas vires virtus habeat,nomen tñ virtutis vsurpas: q̃d ip sa valeat,ignoras. nemo põt non beatissimus esse,q est to tus aptus ex sese, quiq́. in se vno sua ponit oĩa. cuius aũt spes oĩs,& ratio, & cogitatio pendet ex fortuna; huic ni- hil põt esse certi; nihilq́. quod exploratum habeat per- mansurum sibi ne vnum quidem diem. cum tu hoĩem ter reto,si quem eris nactus istiusmodi,mortis,aut exilij mi- nis.mihi vero quidquid acciderit in tam ingrata ciuitate, ne recusanti quidem euenerit, modo non repugnanti. quid.n.ego laboraui,aut quid egi,aut in quo euigilauerũt curæ,& cogitationes meæ? si quidem nihil peperi tale,ni hil consecutus sum,vt in eo statu essem,quem neque for- tunæ temeritas, neq; inimicorũ labefactare iniuria? Mor tem ne mihi minitaris, vt oĩno ab oĩbus, an exilium, vt ab improbis demigrandũ sit? mors terribilis est ijs,quorũ cum vita oĩa extinguntur,non ijs,quorum laus emori nõ potest: exilium aũt terribile illis, quibus quasi circunscri ptus est habitandi locus; non ijs, qui oẽm orbem terra- rum vnam vrbem esse ducunt. te miseriæ,te ærumnæ p̃- munt oẽs,qui te beatum,qui te florentem putas: tuæ libi dines te torquent: tu dies,noctesq́. cruciaris; cui nec sa- tis est quod est,& id ip̃m quod habes,ne non diuturnũ sit futurum,times. te cõscientiæ stimulant maleficiorũ tuo- rum: te metus examinant iudiciorũ, atque legum: quo- cũque aspexisti,vt furiæ,sic tuæ tibi occurrunt iniuriæ,q̃ te respirare non sinunt. quãobrem vt improbo,& stulto, & inerti nemini bene esse põt: sic bonus vir, & fortis, & sapiens,miser esse nemo põt. nec vero,cuius virtus, mo- resq́. laudandi sunt, eius non laudanda vita est: neq; por ro fugienda vita,quæ laudanda est: esset aũt fugienda, si esset misera. quamobrem,quidquid est laudabile,idem & beatum,& florens,& expetendum videri debet.

QVOD se ipsa ꝯtenta virtus ad bene viuendum.) Græca ꝓpositio est, ὅτι αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν. Sensum Cic.trãstulit potius quã ver.Sic n. melius exprimi,& elegãtius videbatur quã si d ce retur,sufficere virtutẽ ad felicitatẽ.hoc Paradoxo ostensurus est solã virtutẽ ad beatã vitam ꝯñdam sa tis esse. Est aũt Zenonis,& Chrysippi ꝓpositio libro de virtutib. Stoici virtutẽ diffiniebãt esse affectione ꝯsentiẽtẽ,& ipsam p̃p se- ipsam esse virtutẽ,nõ ob metũ aliquẽ,aut spẽ,aut aliqd eo℞, quæ sunt exterius,inq́. ipsa ꝯstitutã esse beatã vitã. Cum aũt proba- uerit Cic. nihil bonum esse, nisi quod honestum esset, ꝯñs fuit ostendere beatã vitã sola virtute esse contentam. Beatos aũt inqt Cic.hos existimo,q sunt in bonis nullo adiuncto malo. Neq; vl- la alia huic verbo,cũ beatũ dicimus,subiecta ratio est,nisi secre- tis malis oibus cumulata bono℞ cõplexio,oẽs aũt boni,& sapiẽ- tes beati sunt,vt dicebat Socrates,mali vero miseri. Inuehi aũt in M.Antonium vr̃. q etsi opibus abondabat, & multis varijsq́. for tunæ p̃sidijs fultus erat,dici tñ beatus non poterat, cũ virtute ca- reret,& tã flagitiosam vitã duceret.sunt in eundem orõnes, quas Philippicas appellat,in qbus, vir corruptissimus reprehenditur. (Quòd se ipsa ꝯtenta virtus) Dicimus.s. (Nec vero ego,&c.) Pro positionem suam Cic.exẽplo M.Reguli ꝓbat. Nota est historia, quã multi scribunt,vt ipse Cic.lib. 3 Off. Vbi Regulũ contra im- pugnãtes defendit,& mirifice laudat. (Aerumnosum) Calamito- sum. Aerumnæ labores onerosos sigñant,vnde Herculis Aerũnæ vocatæ sunt. (Infelicẽ) Cuius vitæ exitus infelix fuerit. Nã iuxta Solonẽ,spectare finẽ oportet.diciq́. beatus Ante obitũ nemo, su- premaq́. funera debet. (Nõ grauitas) Aliquot Reguli enumerat virtutes,quæ expertes erant oĩs cruciatus,cũ Regulus ipse à Pœ nis cruciaret. (Grauitas) Quæ opponitur leuitati. (Fides) Quæ est fundamẽtũ iustitiæ. (Cõstãtia) Quæ subijcitur fortitudini, est aũt p̃seuerantia in re bona. (Præsidio) Veluti militibus circunual lantibus. (Nam p̃sidium illos sigñat milites,q extra castra sede- bãt in loco aliquo,quo tutior esset regio, à militari ergo custo- dia tracta est similitudo. (Caium Marium) Huius vitã scri. Plut. Cic.ẽt in Tusc.qõnibus Marij laudat patientiã h's verbis. At ve- ro C.Marius rusticanus vir,sed plane vir cũ secaretur, principio vetuit se alligari,nec qsq̃ añ Marius solutus dr̃ esse secatus. (Vn⁹ ex fortunatis) Hoc est vnus ex his,q ꝓpria viuunt fortuna. Quę vt Cic.ait in orõne pro.M.Marcello,quasi dña est re℞ humana- rum,ei.n.fœlicitas,& successus bonum ascribitur. vnde,& Luc.in quit,Quidquid laudamus in vllo Maiorum fortuna fuit. Pompe ium item laudans Cic.inter cetera eximia ei fœlicitatem tribuit. (Vnus ex sum.) q paucissimi sunt,in virtutibus vero ai nullam si- bi partẽ fortuna vendicat, si veris magna pariatur fama bonis. Et si successu pura remoto Inspiciẽ virtus,vt ait Luc. (Quo) Quã te,vt & in p̃speris,& in aduersis rebus moderatus sis. (Nescis in sane. (Nũc in M.Ant.) Plane inuehitur,q faciebat quod hypocri tæ solent. Nam de virtute loquebatur,& disputabat,male aũt & flagitiose viuebat. Non .n. in verbis,sed in actione virtus consi- stit. In hmõi hoĩes & Iuuen.inuectus est,cum inquit,Vltra Sau- romatas fugere hinc libet,& glacialem Oceanum. quoties ali- qd de moribus audẽt.Qui Curios simulãt,& bacchanalia viuũt. (Vsurpas) Inculcas,in freqũẽti vsu habes. (Quid valeat) Quantã vim habeat, nã ex seipsa pendet Fortunaq́. perdit Opposita vir- tute minas,laudandaq́. velle Est satis,& nunq̃ successu crescit ho nestum. (Quod Luc. scr. (Nemo põt non,&c.) Qui oia sua in se posita existimat. Qui ex seipso nõ aliunde pẽdet, is beatus vo- cari põt. Talis aũt est vir vere bonus & sapiens,qui vtranque for tunam decenter perfert,ac semper pro qualitate rerum optime agit. Nemo aũt beatus fieri miser põt. Etiam si oia aduersa acci dant violari enim beatitudo quæ nascitur ex virtutibus animi non põt. (Ex sese) Ex aĩo suo bene constituto,non ex cõmodis corporis,aut rerum externarum, & re vera, quod Græcorum in prouerbio

FRAN. MAT.

prouerbio est οὐκ ἄνθρωπός ἐστι τὸ ὁρώμενον, hoc est non est homo quod cernitur, sed aius hois.s. Cic. quoq; ait non esse hoiem qd digito monstratur, sed aium hois. (In se vno) Vnde & Persius ait. Nec te quæsiueris extra. (Cui spes, &c.) Non pōt esse beatus nisi q firma, & stabilia possidet bona, diuitiæ, imperia, &c. eiusmodi stabilia non sunt, qm̄ facile mutantur, & auferri pñt, nō est igitur beatus, q hæc possidet. (Ex fortuna) Ex his quæ bona vocantur fortunæ. Ex qbus M. Antonius pendebat. (Nihil certi) Sicut is, q virtute est pditus, quæ possessio certa est, auferri.n. & mutari non pōt. (Vnum diem) ē breuissimū tps. Sæpe.n. accidit, vt quē mane potētē, & diuitē vidimus, eundem abiectum, & pauperē vespere videmus. (Eum tu, &c.) Hmōi inqt hoīem Antoni, q totus ex sese pendeat, q oia sua in seipso posita habeat, terreto quātūlibet minis mortis, & exilij. Quia nihil pficies, non.n. cōmouetur, & hæc oia virtute inferiora iudicat, ille cōmoueri poterit, cuius spes omnis, & cogitatio pendet ex fortuna. (Mihi vero, &c.) Qui ex fortunæ pendet terreri pōt, ergo tm̄ abest, vt verear quidquid mihi accidat inter ingratos ciues, vt ne recusaturus qdem sim, siquid acciderit, aut repugnaturus. (Nā libenter suscipiā) Et occasionē mihi pbitam existimabo periculū mea virtute faciendi, frustra ergo exilium mihi, aut mortem minaris, cum in aio meo mihi oia mea positæ sint, & in ɔscia bene actæ vitæ, cum libenter exiturus sim tam ingratam ciuitatem, quæ liberata olim, & defensa à cæde, & incēdijs per me fuit, cum perniciosissimam coniurationem extinxi, & coniuratos comprehendi, & tn̄ tot me iniurijs affici, tot periculi obijci patitur. (Non repugnanti) Sicut Clodio non repugnauit electus ab illo in exilium, cum posset quod ipse scribit multis in locis, noluit.n. ciues suos, & de se optime meritos, & de certare ꝑ se paratos obijcere seruis armatis, & gladiatorib. (Quid .n. &c.) Frustra, inquit tot labores sustinuissem, tot vigilias, & solicitudines in pdiscēdis bonis, & honestis artibus ɔsumpsissem, si ea hoc statu in quo sum dimoueri possem. (Peperi) quā cū ad opera quæ fecit, nā libros suos, & res gestas partus suos uocāt poetę, & oratores. (Cōsecutus sum) ad honores spectat, & magistratus quos gradatim gessit. (Temeritas) Gaudet.n. oia fortunæ cōmiscere, quam cæcam, & temerariam vocant. (Mortē ne mihi, &c.) Cōfirmat quod dixit, ex se peperisse, & ɔsecutū esse, quæ labefactari non pōt. & stultus, inquit, es. si mortem mihi minitaris, aut auxiliū hæc.n. quę veluti grauia, & terribilia proponis grata mihi hoc tpe accidere acciderent. nam per mortem abirem à mortalitate ad immortalitatē. liberarer tot periculis, quot mihi quotidie instāt. nō essem diutius inter improbos, & sceleratos, abirē in cœlum, & pmia bene actæ vitæ acciperem, per exiliū uero a malis ciuibus, & ingrata ciuitate ad bonos, & gratos hoies me cōferrem, neque angerer, quod patria carerem. nam viris fortibus, & probis, totus orbis patria est. (Ab hoibus) .s. migrandum sit ad deos ad verā æternamq. beatitudinem, quam illi cōsequontur, qui recte vixerūt. (Mors terribilis est ijs) Qui voluptatib. dediti sunt, & ois virtutis expertes, ijs molestum est mori. (Cum vita) nā morientes nullam sui memoriā posteris relinquūt. (His quorum, &c.) Cic. in Tusculanis, q.d. Sed pfecto mors cū æquissimo aio appetitur, cum suis se laudibus vita occidens consulari pōt. Nemo parū diu vixit, qui virtutis perfectæ perfecto functus est munere. Multa mihi ipsi ad mortē tēpestiua fuerant, quæ utinam potuissem obire. nihil.n. acquirebatur, cumulata erāt officia uitę, cum fortuna bella restabant. Quare si ipsa rō minus faciet, & mortē negligere possimus, à vita acta perficiat, vt satis superq. vixisse videamur. (Mori non pōt) Sicut mea cum tot res gestæ meę extent, tot monimenta ingenij relicturus sim. (Exilium) Illis timent exilium, qui quasi quibusdam includuntur habitaculis, quę egredi nō liceat, extra quæ viuere nec pñt, nec sciunt. nam probis, & fortibus viris totus orbis patria est. Socrates quidē cum interrogaretur ex qua ciuitate se esse diceret, sed mundanū inquit. Totius oi mundo se incolam, & ciuem esse arbitrabatur. Aristophanes quoq; ait, πατρὶς γάρ ἐστι πᾶσ᾽ ἵν᾽ ἂν πράττῃ τις εὖ, quē versum ēt Teucer apud Sophoclem usurpauit. (Te miseriæ) Miserum fortasse me existimas, cū hæc mihi minitaris, sed tu mihi habendus es, qui libidinibus, & cupiditatibus plurs possidēdi dies, & noctes cruciaris. disputaturus est illud Paradoxum Cic. oēs stultos insanire perturbationibus .s. animi, quas oēs phi morbos appellant qui sunt in morbo sunt, ij crucientur assidue necesse est. Contra sanitas aioꝶ in tranquillitate quadam constantiaq. posita est: Recte ergo Antonium cruciari ait Cic. cuius aius multis perturbationum morbis circunseptus erat, nec officio suo utebatur, quod est rōne bene uti quod sapiens facit, qui nunq̄ perturbatur. (Nec satis est, &c.) Quæ nunquam, ut supra ait expletur, aut satiatur cupiditatis sitis. (Ne diuturnum sit) Quia fortunæ bona transferri possunt, & mutari. ideo diuturna non sunt. (Conscientiæ) [illegible] conscientia, ideo semper aliquid additur; ex quo intelligitur inquam partem accipiatur. Virg. Et mens sibi conscia recti. Papini. Trepidis circunuolat alis Sæua dies animi. Nullum aūt tormentū grauius conscientia peracti sceleris. Quod Iuuen. ait, Pœnæ aūt vehemēs, ac multo sæuior illis. Quos, & cædis sues grauis inuenit, & Rhadamantus, Nocte dieq. suum gestare in pectore testem. (Iudicioꝶ, atque, &c.) Iudicia ex legibus nascunt. Illæ.n. pœnam proponunt sceleribus. (Vt furiæ) Sicut.n. furię cruciare, & vexare sceleratos dñr, ita iniuriarum quibus multos affecisti conscientia te exagitat. Quid n. aliud sibi volunt poetæ cū à furijs matris agitatum scribunt Orestem, quam illum conscientia sceleris peracti vexatum? (Quamobrem) Concludit hoc Paradoxum per cōtrarium colorem Rhetoricum. (Sapiēs.n. stulto) Fortis inerti opponitur. (Miser esse, &c.) si stulto, hoc est morbis animi oppresso, & rōne non utenti, bene esse non pōt, & qui rōne utitur, & omni morbo, hoc est perturbatione caret, q est uere sapiens miser esse non pōt, ē si cruciatur, & in compedibus, atq; carcere sit. (Si esset misera.) Qualis tua est. qui cum tot perturbationibus occuperis, insanus es & semper cruciaris. Vita sapiētis misera esse non potest, quidquid ei accidat aduersi. (Quāobrem, &c.) Probat vitam sapientis laudabilem, & per ɔñs beatam, quidquid beatum est, idem, & laudabile est, & beatum.

OMNI BONL.

IN quo virtus sit ei nihil deesse ad bene beateq. viuendum) Videns Cic. ꝙ Titu. male sonaret in Latinum, si de verbo ad verbū tractaret idem per alia verba dixit ὅτι αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν, quod ꝑ se sufficiens est virtus ad felicitatē hac quidem admirabili scientia demōstratur virtus solam hr̄e beatitudinem, sicut in paradoxo demōstratur, quod solum bonum appellatur, quod sit cū honestate, & bona externa, atque corporis bona vocitanda non sunt, beatitudo aūt in se comprehendit oia bona, quæ facile bonæ vnusquisq; virtute pditus consequitur. Invehitur aūt Tullius contra M. Antonium, quamuis non nomine eum ostendendo, quāuis abundans maximis copijs fortunæ non tn̄ est, beatus, quia virtute caret. (In quo virtus sit nihil ei deesse) Bene subaudi dñr Stoici. (Neque) Subijcit exemplū de M Regulo, q cum cruciaretur à Carthaginensibus non miseriam sentiebat, imo tunc erat in maxima beatitudine, qa offm̄ virtutis exercebat, historiæ.n. supsedendum, qm̄ superius tetigimus. (Aerūnosum) Ærūna.n. est labor corporis. (A Pœnis) A Carthaginēsibus, Pœni sunt Carthaginenses, q.d. non est ille q digito mostrari potest. Animus, q est ipse hō non cruciabatur. (Grauitas) Numerat aliquas partes virtutis, quas exercebat M. Attilius Regulus. (Fides) Quam pcipue habuit in obseruando iuramēto Pœnis. (Cōstantia) Virtutis pseuerantia in vita. (Præsidio) Tutela alicuius loci. (Corpus eius cū caperetur) Quamuis corpore esset captiuus in libero aio erat, nunq̄ emisit vnum verbum turpe, sed oia tolerabilia pro virtute, quēadmodum fecerunt nrī maiores à tyrannis cruciati. Caius Marius Arpinas, q fuit Cic. coætaneus in sciētia militari ceteros pualebat, fuit aūt in rebus secundis fortunatissimus, in aduersis fortissimus Cū discordias cum Syllæ hēret depulsus est ex vrbe, & latuit in Pōtinis paludibus, postea in vrbē reuocatus Syllanos expulit. (Quo nihil beatius reperiri pōt) Sūmus inter virtute pditos, & virtutis tutela munitos. quæ corporis crimina sentire nō permittit. (Nescis) Dirigit sermonem ad M. Antonium, q solum nomen virtutis habebat non actionem, nā virtutis ois laus in actione cōsistit, Immutabat ēt dictū Iuuen. Et de virtute locuti clunē agitant. M. Ant. quotidie de virtute disputabat, & aius eius tot vitijs, & scelerib. implicitus erat. (Quid ipsa valeat) Quæ nullis pœnis, & tormētis cruciari pōt. (Nemo) .i. ois beatus est ex se. i. ex aio, qui.n. ornatus est virtute, ille dr̄ esse beatus, & oia in se hr̄e bona. (In se vno) .i. aio bene cōstituto, q.d. nō est ille, q digito monstrari pōt. (Ex fortuna) Non in uirtute, ut, M. Antonius nihil certū, & exploratum in se habeat, eū Marcum. i. talem hoiem oia sese recipientem nō minus mortis, nō pœna exilij, non alia signatione malo interire aliquo. (Illius modi) .i. q sit constans in virtute, vt M. Antonio nihil certum exploratū fuit. M. Regulus. (Mihi) Vel Cic. vel Caton, siue alicui si mali cōtingeret aliqd mali illud non timebā, & modo susciperē libenter, qa virtutis meæ experimentū faciam. (Ingrata ciu) Ingrata dr̄, qm̄ Cic. eam defendit à cōspirationibus Catilinæ. Nūc aūt M. Antonius illi minat mortem vel exilium. (Non repugnāti) Quod idē fecit cū à scelerato Clodio in exiliū missus fuit. nō repugnauit recedere, cū potuisset suscipe arma, ut ostendit in oibus orationibus, quas habuit ꝑ reditu suo. (Quid.n.) Vt eo statu essem, quē nō misericordiæ, nō fortunæ, nō exilia præterire facerēt. (Mortē ne mihi) ostēdit istius stultitiam, q putauit Cic. male tradere

dere illi bonum hoc affert, hoc modo, si mortem mihi pbebis ibo de mortalitate ad immortalitatẽ, vlterius Sylla passus infinitos labores virtutis amore ab hmôi pœnis ad beatoꝝ loca demigrãs, ꝑterea si mihi exiliũ minaris, hoc eris mihi iucũdissimũ, ab ibo.n. ab improbis, qualis es, tu ad ꝓbos, & ad bonos hoies. [Ab hoib.) subaudi demigrandũ, ac si diceret ad immortales deos ꝓficiscar, ab improbis ad ꝓbos. [Mors) Terribilis, reddit rõnem ad mortẽ. [Exilium) Reddit rõnem cur exilium sibi non sit terribile. [Circunscriptus).i. illis.q non sciunt habitare, videlicet viuere, nisi in sua officina, & domũcula, non aũt terribile exiliũ sapientibus. ut docebat Socrates, quoꝝ locus habitandi est totus orbis. [Qui te florentẽ) Maximũ.n. erat in remp. M. Ant. [Cui nec satis) Quod est pp auaritiam non sufficiunt sibi diuitiæ quas habet, ideo beatus esse non põt. [Nec diuturnum) Vt descripsimus in superiori paradoxo, hęc quæ modo huc & illuc transferri põt non sunt diuturna. [Te ꝯsciæ) ꝯscia est vocabulum mesum, nam & bona & mala dr̃ ꝯscia, vt plurimum capitur in malum, ideo sp addendum est, vt ille, & sibi mens ꝯscia recti. Quintil. ait. Conscientia mille testes. [Exanimat) Occidit ne capiatur pp scelere atque adulteria sua. [Vt furiæ) Tantæ sunt iniuria quas fecit, vt furiæ sibi ante oculos versari videantur. quæ non permittunt te libere suspirare. Bonus improbo, fortis stulto, sapiens inerti correspondeot. [Nec vero) .i. vita illius laudanda esset si esset misera, vita virtute bene instituta expetenda est, q a misera esse non põt, quis multæ calamitates tribuant sapienti, tñ in ea beatitudo consistit cum ea virtus perdurat, quod sap enti vni sm Stoicos accidere non põt, sm vero Peripateticos calamitas bois quamuis peritissimo euenire põt. [Laudabile) Quidquid laudabiliter agitur bonum nuncupatur, sed in Ant. pp scelere sua nihil est laude dignum, ergo in seipso beatitudo consistit, quamuis externis bonis ebundans sit.

ASCEN. QVòd se ipsa cõtẽta virtus ad beate viuẽdũ) Hoc .i. Parad. sic Græce sonat. ὅτι αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν .i. q sufficiẽs virtus est ad felicitatem. ὅτι .n. dr̃ quod autarkes (profertur aũt Græce αὐτάρκης).s. multe, & sufficiẽs (ἡ est articul9) ἀρετὴ .i. virtus est πρὸς .i. ad εὐδαιμονίαν .i. felicitatẽ. Quã sciam vĩ cõtra Antoniũ induxisse, vt superiorẽ contra Catilinã, & cõiuratos reliquos. Probat aũt potissimũ exẽplo M. Reguli Attilij, de quo in 3. Off. late risum est. Ordo est, vt ꝓponatur thema. Nihil dees secũ quo sit virtus ad viuendum beete? q. d. qdẽ assero, nec vero ego putaui nunq̃ M. Regulum Attiliũ, q vt fidem hosti seruaret, & Reip. cõsuleret ad diritissimũ redijt suppliciũ in carcerẽ Carthaginẽsem, nec ærũnosum .i. ærũnis ac calamitatibus pleoũ, nec infelicẽ, nec miseꝝ. Enim pro qa, magnitudo ai eius non cruciabatur à Pœnis .i. populis Carthag. vnde Æn. 1. Pun. regna vides, & c. Et iõ bella Carthaginẽsia, bella punica dñr. œ .n. diphthõgus sæpe in u mutatur, vt à pœna fit punio, & pœnus punicus, à mœnia munio, & c. nõ grauitas, nõ fides, nõ cõstãtia, nõ vlla virtus sup. alia, nõ deniq; ipse aius repẽte cruciabatur à Pœnis, qui.s. aius munitus præsidio .i. defensione, & custodia, quod gallice garnison dr̃, tot virtutũ, & septus .i. circunstipatus tãto comitatu virtutis. Cũ .i. qñ, aut q̃ois corpus caperetur, ipse.s. aius non potuit certe capi. vero pro sed, nos vidimus C. Mariũ Arpinatẽ conterraneũ Cic. & itẽ nouũ hoiem, vt ipse erat, de quo in Iugurtha Sal. plurima, q videbãtur mihi in rebus secundis .i. ꝓsperis, vnus ex hoibus fortunatis .i. felicibus, qbus bona fortuna plurimũ fauet. q a nimia dexteritate in bello vsus erat, & videbatur aduersis sup. reb9 vnus ex summis viris, q a rea aduersas fortissimo aio tulit. Quod.s. hoie qui vnus ea felicibus, aut ee summis sit viris, nihil põt esse .i. contingere mortali .s. hoi beatius .i. fortunatius, & felicius. O insane qsqs virtutẽ paruipendis, vt tu M. Ant. tu nescis inq̃ quãtas vires habeat virtus, tu vsurpas tm̃ nomen virtutis sine re, & ita ignoras qd.s. vera virtus valeat. Nemo põt esse nõ beatissimus, q est totus epeus .i. constans, & quadrans ee sese .i. ee seipso, quique .i. & q ponit oia sua in se vno .i. solo. vnde Persius, Nec te quæsiueris extra. & Maro de viro bono: Quid ꝓceres, veniq. leuis quid opinio vulgi Securus, mũdi instar hñs teres, atq; rotundus. Externæ ne qd labis per leuia sidat. Aũt pro sed, nihil certe, & nihil quod habeat exploratũ .i. satis scrutatũ, & cognitũ permansuꝝ sibi .i. ipsum hñti qdem .i. certe voũ diem, põt esse huic ois spes, & rõ, & cognitio, pendet ea fortuna terreto eõ .i. eiusmodi hoiem cui in fortuna sit ois spes si nectus eris .i. inueneris, quẽ .i. aliquẽ sup. talẽ terreto inq̃ iuiosmodi minis mortis, aut exilij. Vero pro sed, qd qd mihi acciderit .i. cuiuis viro forti, & cõstanti (vĩ tñ de se loq, cui iã extremũ suppliciũ minatus ẽt, postmodũ intulit) in ciuitate tñ ingrata, vt q Camillũ, Scip. aliosq. ꝓstãtissimos viros in exiliũ miserat, & nũc pati videret, vt Cic. primus parẽs ꝑriæ appellatus, & q e Catilinæ faucibus rẽp. eripuerat in exiliũ mittatur, id suppliciũ ob factionẽ Amposcatur, euenerit supp. mihi, ne qdẽ .i. nõ ẽr recusant .i. .i. vltro ferre parato, nõ modo .i. nedũ nõ repugnãti .i. tm̃ abfuerit, vt repugnẽ, vt ne recusem qdã pro p̃ria mori. Enĩ pro qe qd i. ad qd ego laboraui, aut qd egi, aut in quo euigilauerũt curæ, & cogitationes meæ .i qd mihi ꝓfuerunt? Quidẽ .i. certe, vnde .i. siqdem, hic sont duæ partes si ergo nihil tale cœpi, & nihil ꝯsecutus sum tale, vt essem eo statu .i. in ea q̃litate ꝯdõne vitæ. Quẽ .s. statũ, neq; temeritas fortunæ, neq; iniuria inimicoꝝ labefactaret .i. deijceret, & cõcuteret? q. d. nihil mihi ꝓfuerit ante acta vita. vnde & Seneca iussum mori risisse aiunt, in vanum se ꝑstarũ, si mortẽ patienter ferre modũ dedicisset. Mortẽ ne, & cetera. Docet viro forti ne mortẽ qdem timendam cũ melũ non sit. vnde, & Horat. de viro bono in Epist. dicit. quod decet minitãti mortem moriatur, mors vltima linee reꝝ est? q. d. nihil amplius in me potes. Et ideo saluator docet non timendo eq corpus tm̃ occidere pñt, & q a mors netoralis est, nihil mali saltem culpæ in ee esse voluit. vnde illud est Moronis: Vsque adeo ne mori miseꝝ est, & c. & illud Iouen. Magnũ crede nefas aiam præferre pudori, Et pp vitã viuendi perdere causas. dicit ergo: Ne, pro an, ò Antoni, aut qsqs es tyrãnum agens, minaris mihi mortem, vt sit mihi demigrandũ .i. discedendum oino eh hoibus .i. ee hoc mundo, an minaris mihi exilium .s. in aliquas soles terras, aut in alienã prouinciam? vt si mihi demigrandũ ab improbis, q in ciuitate tali sub tyranno viuunt. Mors est terribilis ijs .s. pctõribus. q a mors pctõꝝ pessima, quoꝝ oia .s. bona, & fama, & vitia, & merita extinguũtur cum vita. qe perijt memoria eoꝝ cum sonitu. Iustus aũt, vt palma florebit. Et in memorie æterna erunt iusti, & ideo mors non sop. est timenda ijs, quoꝝ laus non põt emori. Aũt pro sed, exiliũ est terribile ijs qbus, quasi circũoscriptus est locus habitãdi, nõ ijs qui ducũt .i. reputant oẽm orbem .i. totum orbẽ terreꝝ esse vnam vrbem. Vnde Socrates interrogatus cuius esset, mundanũ se esse rñdit. significans totum mundum sibi p̃riam esse. Miseriæ, & ærũnæ .i. miseri cruciatus consciæ tantoꝝ sceleꝝ premunt te, q putas te beatũ, & qui putas te florẽtẽ. libidines .i. malæ & libidinosæ voluptates torquẽt te ẽi furuæ qe vermis eoꝝ nõ extinguet .s. tu cruciaris .s. a ꝯscia, vt dicit Iuuen. Iudice quo se nemo nocẽs absoluitur. dies, & noctes .i. p totum tp̃s vitæ tuæ. Nec id, quod est sup. tibi .i. qd habes est satis sup. tibi, & times ne ipsum quod habes .s. per iniustã occupationem sit non diuturnũ .i. breuis possessionis futurum. Consciæ maleficioꝝ tuoꝝ stimulant .i. pungunt te metus .i. formido iudicioꝝ, atq; legum exaiat .i. emori facit sine aio, ac animam reddit te, & iniuriæ tuæ .i. quas alijs facis, occurrunt sic tibi quocunq; aspexisti .i. oculos direxisti, vt furiæ .s. infernales dr̃ occurrere parricidis, vt Oresti, & alijs nefandi sceleris auctorib. Quę .s. iniuriæ, aut furiæ nõ sinunt te suspirare libere .i. sine pressure, & anxietate ai. Quamobrem, vt .i. quẽadmodum nemini .i. non põt esse bene, non alicui improbo, & stulto, & inerti .i. qui neq; vult, neq; scit, neq; valet bene operari. Improbus .n. non vult, stultus nõ valet, & iners q sine arte est, nescit. pessimus. aũt est, q nõ vult, ita improbus .i. improbãdus summopere. Stulto eñr ignoscendũ est. vnde Iuuen. Hunc ego fatis imputo. Inerti aũt qui didicisse noluerit, venia est neganda. vnde q a hic ẽt stultos tacet, sciemus proprie stultum non esse foriosum, aut p naturam desipientem, sed q alicui rei vitiosæ studet, atq; ita in vitio est, vt stultus in meretricibus, aut mercatibus. Sic .i. ẽ conuerso vir bonus cõtra improbum, & sapiens contra stultũ, & fortis contra inertem, & ignauum non põt esse miser. Nec vero uita eius, cuius uirtus, & mores sunt laudandi, est non laudanda, immo est laudanda, neq; porro uita est fugienda, quæ est laudanda. Aũt pro sed, talis uita esset fugienda si esset misera. Quamobrem, concludit, quidquid est laudabile idem debet uideri, & beatum, & florens, & expetendum.

NOn modo non repugnanti.) Non modo posuit in posteriore sermonis parte, præter morem uulgatum. DOCT. interpr.

Ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα :
quòd æqualia peccata.

PARVA, inquis, res est, atqui magna culpa. Nec enim peccata rerum euẽtu, sed vitijs hominum metienda sunt. in quo peccat, id põt aliud alio maius esse, aut minus: ipsum quidem illud, peccare, quoquò te verteris, vnum est. auri nauẽ euertat gubernator an paleæ, in re aliquantum, in guber-

natoris inſcitia nihil intereſt. Lapſa eſt libido in muliere ignota : dolor ad pauciores pertinet, q̃ ſi petulans fuiſſet in aliqua gn̄oſa, ac nobili virgine ; peccauit vero nihilo minus : ſiqdem eſt peccare, tanq̃ tranſilire lineas : quod cū feceris, culpa cōmiſſa eſt : q̃ longe ꝑgrediare, cū ſemel trāſieris, ad augēdam tranſeundi culpā nihil ꝑtinet. peccare certe licet nemini. quod aūt nō licet, id hoc vno tenet̃, ſi arguitur nō licere. id ſi nec maius, nec minus vnq̃ fieri pōt : (qm̄ in eo eſt pc̄tm̄, ſi non licuit : quod ſem p vnū, & idē eſt) quę ex eo peccata naſcant̃, ęqualia ſint oportet. ꝙ ſi virtutes pares ſunt inter ſe: paria eſſe ēt vitia neceſſe eſt. atqui pares eſſe virtutes, nec bono viro meliorē, nec tēperāte temperatiorē, nec forti fortiorē, nec ſapienti ſapiētiorem poſſe fieri, facile pōt perſpici. An virum bonū dices, q depoſitum nullo teſte, cū lucrari impune poſſet, auri pōdo decem, reddiderit : ſi idē in decem millibus nō idem fecerit ? aut temperātem eum, q ſe in aliqua libidine cōtinuerit, in aliqua effuderit ? vna virtus eſt, cōſentiens cum rōne, & perpetua cōſtantia. nihil huic addi pōt, quo magis virtus ſit ; nihil demi, vt virtutis nomē relinquat̃. Etenim ſi bene facta recte facta ſunt, & nihil recto rectius : certe nec bono quidē melius quidq̃ inueniri pōt. ſeqtur igitur, vt ēt vitia ſint paria : ſiqdem prauitates animi recte vitia dn̄r. atqui, qm̄ pares virtutes ſunt : recte ēt facta, qm̄ à virtutibus ꝓficiſcuntur, paria eſſe debēt : itemq́. peccata, qm̄ ex vitijs manant, ſint ęqualia neceſſe eſt. A philoſophis, inqs, iſta ſumis. metuebā, ne à lenonibus, diceres. Socrates diſputabat iſto modo. bene hercule narras. nam, iſtū doctum, & ſapientē virum fuiſſe, memoriæ traditum eſt. ſed tn̄ quæro ex te, (qm̄ verbis inter nos contēdimus, nō pugnis) vtrum potius de bonis eſt quęrendum, qd baiuli, atq; operarij, an qd hoīes doctiſſimi ſenſerit ; pſertim cum hac ſn̄ia non modo verior, ſed ne vtilior quidē hoīnm vitæ reperiri vlla poſſit. quæ vis eſt. n. quæ magis arceat hoīes ab improbitate omni, q̃ ſi ſenſerint, nullū in delictis eſſe diſcrimen; aque peccare ſe, ſi priuatis, ac ſi magiſtratibus manus inferāt ? quamcunq; in domū ſtuprū intulerint, eandē eſſe labem libidinis? Nihil ne igitur intereſt, (nam hoc dicet aliqs) patrem qs necet, an ſeruū? Nuda iſta ſi ponas, iudicari, qualia ſint, non facile pn̄t. patrem vita priuare, ſi ꝑ ſe ſcelus eſt; Saguntini, q parentes ſuos liberos emori, q̃ ſeruos viuere, maluerunt, parricidę fuerūt. ergo, & parēti nonnunq̃ adimi vita ſine ſcelere pōt; & ſeruo ſæpe ſine iniuria, non pōt. cauſſa igitur hæc, nō natura, diſtinguit : quæ qm̄ alteri acceſſit, id fit ꝓpēſius : ſi vtrò que coniūcta ſit, paria fiāt neceſſe eſt. illud tn̄ intereſt, ꝙ in ſeruo necādo, ſi adſit iniuria, ſemel peccatur : in patris vita violāda, multa peccantur: violatur is, q procreauit is, q aluit ; is, q erudiuit ; is, q in ſede, ac domo, atq; in rep. collocauit : multitudine pc̄tōrum pſtat, eoq́. pœna maiore dignus eſt. ſed nos in vita, nō quę cuiq; pc̄tō pœna, ſed, quantū cuiq; liceat, ſpectare debemus. Quidqd nō oportet, ſcelus eſſe, quidqd nō licet, nefas putare debemus. ēt ne in minimis rebus ? Etiā : ſiqdem rerum modum fingere non poſſumus, aīorum tenere poſſumus. Hiſtrio ſi paulo ſe mouit extra numerū, aut ſi verſus pronunciatus eſt ſyllaba vna breuior, aut lōgior, exibilatur, & exploditur : in vita, quæ omni geſtu moderatior, omni verſu aptior eſſe debet, vt in ſyllaba te peccare dices ? poëtam nō audio in nugis ; in vitæ ſocietate audiā ciuem, digitis peccata dimetientē ſua? quæ ſi viſa ſint breuiora, leuiora q poſſunt videri ? cum, quidqd peccatur, pertubatione peccetur rōnis, atq; ordinis ; perturbata aūt rōne ſemel, & ordine, nihil poſſit addi, quo magis peccari poſſe videatur.

PARVA, inqs, res eſt &c.) Gręcus titulus eſt, ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα, tertium eſt Paradoxum, in quo paria eſſe peccata oſtēdere conatur Cic. ca Stoicoꝝ ſn̄ia. hoc. n. ipſi ex iſtimabant, & ſic argumentabātur. Si verū vero maius non eſt, nec falſum falſo maius erit, ita nec fraus fraude, nec peccato peccatum. nam, & q centum ſtadijs abeſt à Canopo, & qui vno, æque in Canopo non ſunt, ita qui minus peccat, & qui amplius æque in recto opere nō ſunt. Erant enim exempli gratia, Athenis in templo Palladis ſtatuæ duæ, aurea altera, altera vero plumbea. Duo fures ingreſſi diripiunt alter auream, alter plumbeam, cōprehenduntur, & ad Areopagitas deducuntur. At ſunt Draco, & Solon legum latores. Iudicant pari pœna puniendos, quod æquale pc̄tm̄, & idem vterque furatus erat ſtatuam. ſ. Palladis, licet non ex eadem materia, hic non res conſideratur, ſed cauſa, & furis aīus, atque intentio. Ex quo ſcire oportet dupliciter conſiderari peccatum, ab intentione, & à re, quātum ad cauſam attinet. quod Cicero docet euidentiſſime, idem pc̄tm̄ eſt obolum furari, quod aureos centum. In oratione iā pro Muræna, hanc Stoicoꝝ opinionem cōtra Catonem diſputans irridet Cicero. [Parua, inquit, &c.) Propoſitio eſt quam probaturus eſt, aliquid aūt ſuppleas oportet Zeno uel Stoicus. [Ne. n. peccata &c.) Ratio eſt, qm̄ peccata non rerum eventu, hoc eſt eo quod hoīes effecerint. [Sed vitijs hoium) Hoc eſt animo & intentione, Stoici non conſiderabant quid factū eſſet, ſed quo animo factum eſſet. [Metienda) Expendenda, menſuranda. [In quo) Res in qua quiſpiam peccat. [Aliud alio maius) Plus furatur qui ſubripit viginti, quam qui ſubripit decem. eſt aūt confirmatio rationis. [Peccatum) Quo ſit vnum paulo poſt oſtenſurus eſt. [Quoquo verteris) Aut ad maius, aut ad minus. [An auri nauem) Ponit exemplum, vt res facilius ab imperitis percipiatur. Et tam inquit peccat, quantum ad eius attinet inſcitiam, gubernator qui auro onuſtam nauim euertit, quam q onuſtam paleis ſinit mergi, res quidem eſt diuerſa quæ perditur, ſed eodem occidit inſcitiæ vitio. quia nauem regere neſciunt. [Lapſa eſt) Aliud exemplum, ſi quis cum ignobili muliere communicet, tantūdem eſſet ac ſi virginem violaret, quantū attinet ad peccatum, cum peccare nihil aliud ſit quam à recto recedere, & veluti rectitudinis terminos tranſire. Si quis vero rem expendat, differentia eſt Grauius enim lędit qui virginem violat, quam qui cum ignota coit. [Muliere ignota) Vt ancilla. [Ad paucio res) Nam quia ignota pauci doleant eam attractari. [Petulans) Laſciuus, libidinoſus. [Generoſa & nobili) Et ex familia illuſtri, & nota. nam ex quo ad plures dolor pertinet, & grauius pc̄tm̄ eſt, ſi quis rem ſolam conſideret. [Peccauit vero) Vnde & Horat. ait, quid intereſt in matrona, ancilla, pecces ne togata? quaſi aūt diffinit quid ſit peccare cum dicit eſſe tanq̃ tranſire lineas, hoc eſt virtutis, & rectitudinis metas, & propoſitos terminos egredi, ſicuti & delinquere. vt Feſto placet, & prætermittere quod non oportet præterire. Linea eſt quantitas longa ſine latitudine, & ꝓfunditate, cuius extrema duo ſunt puncta, ſic rōnabiliter aūt comparari virtuti pōt, quæ recta, & æquabilis. hanc virtutis lineam qui vno ſemipede prætergit, non aliter peccat, quam is qui decem pedibus pteriat. Nam quantum vis minimum egrediaris, ab ea diſcedis. [Quā longe) Siue paꝝ, ſiue multum, nihil refert. pc̄tm̄ eſt in reliquendo. Exempli cauſa, edicit Senatus ne quis portam ciuitatis egrediatur, quod ſi egreſſus quiſpiā fuerit exul habeat̃. tres egrediuntur, hic tribus paſſibus, ille mille, tertius decem milib⁹ oēs exules hn̄t, & eadem pœna exilij digni iudicantur, qm̄ contra Senatus edictum fecerunt. [Ad augendam, &c.) Qm̄ in tranſeūdo metas pc̄tm̄ eſt, non in quantitate exceſſus, aut qualitate rei. [Peccare certe, &c.) Si uirtus iubet quæ faciēda ſunt, & prohibet contraria, pc̄tm̄ autem omne contra virtutem eſt, ſequitur nemini conceſſum peccare. qui ergo peccat, quia egreditur lineas uirtutis ēt ſi parum peccat, tm̄ peccare iudicatur, quantum is q multum peccat. [In hoc vno tenetur) In hoc uno quod. ſ. fecerit tenetur. i. conſiſtit, & poſitum eſt, quod. ſ. non licet, quod ſi quis eſt qui fecerit, quod non licet peccat. Quidquid illud eſt, quod fecerit. [Si arguitur) Si probatur. ſ. non licere. Id argumētatio eſt hoc modo, ſi quod non licet, neq; maius, neque minus fieri vnq̃ pōt : cum pc̄tm̄ ſit in eo, quod non licet, quod ſemper vnū, & idē eſt, & peccata quæ naſcūtur ex eo, quod nō licet paria ſint oportet, qui

FRAN. MAT.

eem

rē habet cum ignota facit, quod non licet, non minus quā q virginē violat, vtrunq; pctm̄ ea eo nascitur, quod non licet, paria igr̄ sunt. [Quod si virtutes) ratio est a simili, sicut virtutes pares sunt inter se, sic & vitia, quę sunt opposita virtuti paria sunt. Stoici oīa bona paria esse putabāt, bonumq. oē summopere esse appetendū, idq. neq; augmētum suscipere, nec decremētū exempli grā. tā implet officiū liberalis viri, q largitur aureum, cum plura largiri nō possit, quam q decem aureos erogat, cum possit, nec cōsiderabant illi bonū, vt maius vel minus est, sed vt quippiam suscipiebat. [Pares) Quia virtus maior alia virtute nō est. Est aūt bonus syllogismus, conclusionem relinqt more oratoris, facile.n. elici pōt positis p̄missis. [Nec bono, &c.) Nō recipiebant comparationis grados Stoici, cū bonum neminem intelligerent, q non esset perfecte vereq. bonus. Quicūque implet officiū virtutis, is virtute p̄ditus bonusq. dr̄. Cui vero quippiam defuerit bonus esse non pōt. Tā ergo liberalis est, q pauca largitur cum plura nō possit, quam q multa cū possit. [Bono viro) Iusto. Nā ex iustitia boni viri nominātur, vt ait Cic. in off. Tangit aūt hic quatuor virtutes principales. [Sapiēti) Prudenti non tn̄ idem sunt prudētia, & sapientia. Nā prudentia est habitus verus cum rōne, q in his agēdis versatur, quæ sunt hoi bona, & mala. Sapiētia est sciētia & intellectus preciosissimorū natura. Sapiētes plerūque rebus admirabilibus, & diuinis intēti propria cōmoda ignorant. At vero prudens circa illa versatur, in qbus cōsilium locum habebat, cū bene ꝯsulere ad eū præcipere spectet. [An viꝝ bonū, &c.) Exemplo ostēdit verū esse quod dixit, bono meliorem fieri nō posse. Quia iā bonus est q deposita apud se auri pōdo decem reddit, cū lucrari impune possit. Quia nullus testis fuit cū deponerentur, quam q reddit decē millia. Hoc ex cōtrario veꝝ esse cognoscitur. Quia iā peccet q nō reddit decem pōdo apud se deposita, quam q decem millia. Iustum.n. nō intelligit, s̄m rei qualitatē circa quam iustus est, sed circa aiom, & intētionem iustitiā exercentis. [Pōdo) Gn̄s est neutri, & pluratiui numeri, ac ἀκλίτον. Significat aūt libellam, vnū pōdo non dicimus, sed duo tria pondo, & deinceps obseruamus. [Aut tēperantem) Qui semel intemperās fuerit, ēt si se, & prius, & posterius semper continuerit, dici temperās amplius non pōt, cū semel recti terminos egressus sit. vt virgo quæ semel tm̄ se uiolari siuerit, virgo amplius appellari nō meretur. [In aliqua) Vt in virgine. [In aliqua) Vt in ancilla. [Vna virtus &c.) Probat veꝝ esse, qđ dixit ex descriptione virtutū, quæ est habitus animi in naturæ modum rōni consentaneus. hæc virtus cōsistit in faciēdis, & nō faciendis. Nunq̄ aūt appetitui seruit, immo illi semper dn̄atur, & perpetuo cum rōne consentit, per quam hoi prima cum Deo cognatio est. Cū vero Deus homini rōni dedit, & rectā rōnem dedit, quæ est naturalis lex, imperās nobis quæ faciēda sunt, & prohibens cōtraria. Est aūt bonus syllogismus, quo vnam esse virtutē, & augeri, vel minui non posse ostendit, hoc modo. si vna est uirtus consentiens cum rōne, & perpetua cōstātia, nihil huic addi pōt, relinquitur ꝯclo, ergo neque bono uiro melior, neque forti fortior, neq; tēperato temperatior esse pōt. [Deum) Quidqd enim demereī, uirtutis nomē tolleretur. [Et enim) Bonū & rectū cōuertuntur, quidqd aūt rectum est, rectius esse non pōt. ut linea quæ si recta est, rectior fieri non pōt, & si hæc illa rectior duceret, sequeretur illā rectam nō fuisse eodem modo cū rectum, & bonū sint idem, quidqd bonum est, esse melius non pōt, qm̄ si bono melior esset, sequeretur cum q bonus est, bonū non esset, cum bonitas augeri, aut minui nō possit. [Atqui, &c.) Si pares sunt virtutes, ut dictū est, & q̄ ex uirtutibus opa oriunt paria sint necesse est. Sēper.n. pars sequtur totum. Si aūt uenientia à uirtutibus paria sunt, & peccata quæ ueniunt à uitijs necessario sunt æqualia. [A ph̄is) Quod probauit rōnibus, id auctoritate cōfirmat. oia.s. peccata paria esse, ut sicut ois cædes par est, ita libido oīs par sit. Facit aūt quempiā sibi occurrere, quæ differis de paritate pctōꝝ à ph̄is somnias Cic. q.d. admittēda ppea nō sunt, quod incredibilia, dīnt ph̄i, cui irridens r̄ndet Cic. Timebam ne peteres à me, acciperem ne hæc à lenonibus, q.d. a quibus cōmodius, & melius hæc accipere possum quam a ph̄is, qui hæc sciunt, & quotidie disputant bīttibus aūt peritiam rei credendum est. [Socrates primus is fuit) Qui dixit pares esse uirtutes, & paria uitia, & sunt aduersarij uerba. [Bene hercle) Ciceronis rōsio. [Istum) Socratem. [Doctum) Quantum ad sciētiam. [Sapientem) Quātum ad mores, de qbus ut supra diximus primus disputare incipit. [Quid baiuli,) q.d. quærendum est, qđ docti senserint, non qđ indocti. Baiulos auctore Pōpeio dicebant antiqui, quos nūc operarios uocamus. unde adhuc opari Baiulari dr̄, sed nos eos Baiulos intelligimus, quos gerulos noiauit antiqtas, quod onera gerūt, Græce ἀχθοφόρους dīnt, operarij uero ἐργάται, qui diuersa exercent opera. [An quid hoies) Quam quisq; nouit artem in hac se exerceat, inqt Cic. in Tusc. quæst. [Hac snia) Hoc Paradoxo, quod peccata oia paria sint in suo gn̄e non ad diuersa gn̄a comparata. [Nec vtilior) Et quod vtilior opn̄ sit mox ostendit. [Quę ois) Quæ potentia. [Arcet) Prohibet. Trahitur aūt a Græcoꝝ magistratu hoc verbum, quem illi ἀρχὴν vocant. in cuius ptāte est, vel cogere, vel prohibere. [Discrimen) Dr̄iam. vt idem sit paruum pctm̄, & magnum rōne, quam supra diximus. qui.n. hoc intelligit, & credit, is, ab oī abstinet peccato. quod si persuasum fuerit pctm̄ aliud alio magis esse, a maioribus tm̄ fortasse abstinebunt non nulli, minora licentius quotidie perpetrabunt. qđ non facient si hāc admiserint ꝑpositionem æqualia.s. esse peccata. [Si priuatis, &c.) Multi abstinent ab iniuria magistratibus inferenda, iidem vero priuatos passim lædūt, quod illud grauius, hoc leuius credunt pctm̄. Sed cum intelligent paria esse delicta, non minus priuatis parcent quā magistratibus, priuatos, & magistratus contraria sunt. [Quamcunq; domū) Siue diuitis, siue pauperis, siue nobilis, siue ignobilis. [Nihil oe, &c.) Obiectionem contra se format. dicere.o. potuisset quispiam. ergo snia tua tantundem est patrem, ac seruum occidere, non est tantundem, vt inqt, qm̄ accidit, vt & parentem occidere sine scelere liceat, & seruum nō liceat. [Nuda) Ista est Ciceronis rōsio, qui dicit æquale esse pctm̄ prēm, ac seruum occidere, si eadē causa vterq; occiditur per iram. Nuda ergo non adiecta causa, q̄ efficere pōt, vt patrem necare scelus non sit, seruum vero occidere scelus. [Patrē vita, &c.) Si inqt Cic. occidere prēm nulla adiecta causa scelus est, dic mihi, scelus ne fuit Saguntinis parentes occidere, ne in seruitute viuerent? q.d. scelus non fuit, neq; sunt parricidæ noiandi. Causa.n. qua impulsi sunt honesta fuit. satius.n. mori est quam libertatē amittere, & turpiter viuere. [Saguntini) Hispaniæ ciuitas est Sagūtus à Zacinthijs ꝯdita est, ad Hiberi amnis exitū sita, quam Annibal cōtra fœdera Populi R. diruens secundi belli Punici suscitauit incendiū. Nouem aūt mensibus fessi Sagūtini fame, machinis, ferro, versa deniq; in rabiem fide immanem in foro excitarunt rogū, tum desuper se suosq. cum oibus opibus ferro, & igni consumpserunt. scribit hanc Hist. Liu. lib. 21. ab vrbe condita. [Parricidæ fuerunt) q.d. minime fuerunt parricidæ, ergo &c. Sicut & Saguntini sine scelere vitam parentibus ademerunt, ne fidem datam Romanis fallerent, & illi in seruitute viuerent. [Causa igitur) Peccata inquit causa distinguit non natura. Idem.n. sunt natura peccata eiusdem gn̄is causa separantur, qm̄ non est scelus patrem occidere, si iusta causa est, & scelus est occidere si iniusta causa est. Saguntinis non fuit scelus parentes occidere. Causa.n. qua moti sunt iusta extitit.s. ne in seruitute illi viuerent. Vr̄ aūt Cic. velle facta non euentu, sed voluntate metienda esse. Quod Demosthenes in Philippicis confirmat, & Ouidius non minus eleganter in Heroidibus, ubi ait, Exitus acta ꝓbat, &c. [Quæ) Causa. [Vltro) Nō accersita à nobis. multi.n. vltro causas malefici quęrere solēt, ne uideant sponte peccasse, qđ Seneca ait, Vt facta cernantur, aius non uideatur. Vel ultro, hoc est causa rōcinatiua non impulsiua. Est.n. ratiocinatiua causa cū diligens, & considerata faciendi aliquid, & non faciendi cogitatio præcedit. Impulsiua uero quæ sine cogitatione per quandā affectionem animi facere aliqd hortatur, ut amor, iracundia. [Propensius) Prōpeius, facilius. [Si utroq;, &c.) Si pater, & seruus eadem causa necantur, ut ita par, scelus dr̄ esse, quantum ad causam spectat, & quemadmodum pater, ut dictum est, sine scelere occidi pōt. Sic, & seruus sine scelere necari potest, ut si qs seruum occidat conscium coniurationis in tyrannum, ne eam detegat, si detectum forte minetur. Satius est.n. unum perire quam multos, quot tyrannus occideret coniuratione intellecta. [Illud tn̄ interest) inter cædem patris, & serui, q̄ ex eadem causa ꝑfecta sit, multum differt, non quantum attinet ad causam, sed quantum ad euentū spectat, ut ostendit. [Semel peccatur) Vna.n. duntaxat persona necatur. [Iniuria) Iniuste, & aduerbiū est. [Multa) Quatuor ipse dicit peccata. [Qui ꝓcreauit) Filius nō debet illud patri eripere, quod ab eo ipse accipit, uidelicet uitā. [Qui erudiuit) erudire pater filios dr̄, siue ipse laborem erudiendi sustineat, siue impensam, & alij curam mandet, eaq. in re diligens sit. Cato Censorinus filium suum ipse erudiuit. Philippus Alexandrum filium ab Aristotele Ph̄orum principe erudiri uoluit. Quantum uero iis, à quibus eruditi fuerimus obligati esse debeamus Alexander docuit, qui dicere solebat se non minus Aristotelem amare, quam patrē, quod ab hoc uiuendi, ab illo bene uiuendi rōnem, & causam assecutus esset. [Pœna maiore) apud ueteres grauiores pœnę parricidis propositæ erant quam ceteris homicidis. lege Pōpeia, parricidæ nō gladio, neq; igni, neq; ulli solēni alij pœnæ subijciebantur, sed insuti culeo, cum cane, gallo gallinaceo, & uipera, ac simia in

vicinum mare,vel fluuium proijciebãtur,vt oium elementoꝝ vſu
viui carere inciperent,& ipſis cœlum ſuperſtitibus,terra mortuis
anferreretur,at vero homicidas lex Cornelia vltore ferro tm̃ pro-
ſeqtur. (Sed nos) Licet plus peccare videatur,q patrem occidit,
quam q ſeruum,ẽt ſi eadem cauſa ſit peccari,nos tñ inquit, non
pœnã delictis propoſitã intueri par eſt . Sed quantum cuique li-
ceat,nemini licet occipere . Si hoc ita eſt nulla cædes alia maior
eſt,& quicunq; occidit tantũdem peccat.Quia legem honeſtatis
tráſgreditur,quantũcunque tranſgrediatur,vt ſupra eſt oſtẽſum.
(Quidqd non oportet) Non cõuenit facere quod nõ neceſſe eſt
facere,multi cũ faciant quod oportet,non peccant, vt ſi qs oe fa
me moriatur triticũ illi furetur, qui abundat, & quantũ ſatis eſt
ad depellendam famẽ , idem facere non indigenti minime licet .
oportet ergo facere eõ neceſſe eſt,licet cum poſſumus quidẽ fa-
cere,ſi volumus.(Etiã ne in minimis rebus)Verba ſunt aduerſa-
rij quærentis nõ idem intelligitur.ſ.ſcelus eſſe,quidqd non opor
tet, & nefas putandum quidquid non licet ẽt in minimis rebus .
(Etiam)Eſt rñſio Ciceronis,dicentis idẽ intelligi ẽt in minimis.
(Si quidem reꝝ modum)Ratio eſt cur idẽ intelligatur,& in ma-
ximis,& in minimis rebus. Qm̃ cum peccauimus afferre modum
peccatis nõ poſſumus,vt ea corrigamus.Nam quæ facta ſunt re-
prehẽdi pñt.At vero aium tenere poſſumus,& frenare anteq̃ pec
cemus.ergo imaginari,& cõcipere aio non poſſumus,quẽadmo
dum modũ rebus afferamus . hoc eſt quo pacto res cõſtituamus ,
& corrigamus,vel certe hoc ait, quia ſunt multi qui ſciunt aium
ſuũ perturbatione aliqua inuadi,& occupari , ac nullum deinde
in rebus modum ſeruare pñt.(Aioꝝ modum)Vt nunq̃ iraſcant,
nunq̃ alia perturbatione occupentur.(Hiſtrio,&c.) Si hiſtrio,in
quit,dũ alicuius perſonam,& vocem exprimit,vel in geſtu,vel in
ꝓnunciãdo,vel paulum errauerit,aut ab oibus deridetur, aut eij
citetur.quãto minus qui errauerit in vita, & ẽt in minimis rebus
peccauerit ferendus eſt Hiſtrio dictus quod primũ ex Hiſtria ve-
nerit,vel quod is,q è Tuſcia miſſus eſt,Hiſtrio appellaretur.Lu-
dionem veteres dixerunt,μῖμον ἀπὸ τοῦ μιμεῖσθαι,hoc eſt ab imitãdo
Græci vocant.(Extra numeꝝ)Hoc eſt ordinem,vel legẽ ſibi im-
poſitã, atque perfectionem quam ſeruare ei cõuenit numerus.n.
pro perfectione rei accipitur,& aliqd ſuis numeris conſtare dr̃.i.
perfectum abſolutumq̃. eſſe. (Lõgior,aut breuior) Barbariſmũ
fecerit,& ex breui lõgam,contraq̃. ex longa breuem pronũcian
do reddiderit. Exibilatur,deridetur. Id.n.exibilo ſignificat tranſi
tiue poſitũ.Intranſitiue vero ſibilum facio . (Vt in ſyllaba,) q.d.
non debes dicere ſi in re parua peccaueris tuũ paruifaciendũ eſſe
pctm̃,vt Hiſtrionis . Si forte in ſyllaba ꝓnuncianda aberrauerit .
(Poetã non audio,&c.)Argm̃ eſt à maiori ad minus. Si poetã fer
re nõ poſſum errantem in Poematibus ſuis,& ſabuloſis rebus, q̃
nugæ ſunt,& fere nullius ponderis,multo minus ciuem feram in
cõione vitæ peccantem.(Digitis dimetientem)Expendentem,&
cõnumerantem digitis,vt fieri ſolet,ſua peccata hoc modo.ſemel
vitium intuli Pamphilæ,ſemel illum verberaui, illud grauius eſt,
hoc leuius hoc.n.facere ſolemus,vt in digitis peccata nr̃a connu
meremus,& ponderemus . (Breuiora,&c.)Verba retinuit ſimili
tudinis,de poeta.n.locutus eſt,qui longioribus, aut breuioribus
peccat ſyllabis . (Cum quidquid) Non eſt dr̃ia in peccatis cum
ex eodem, quaſi fonte oia manant , videlicet ex perturbatione .
Quæ ſm̃ Zenonem eſt irrationalis ac præter naturam animi mo
tus,ſiue appetitio abundant . cuius genera ſunt Dolor , Metus ,
Cõcupiſcentia,Voluptas, ſub ſingulis aũt generibus multæ ſunt
ſpecies.Quoties ratio perturbatur,& ab aliquo affectu vincitur,
peccat homo,& tranſgreditur lineas honeſtatis. Eſt aũt optima
concluſio.Quoties aliquid peccatur, perturbatione rõnis pecca
tur . pctm̃ autem quod proficiſcitur a perturbatione rõnis æqua
le eſt.vera eſt ergo propoſito,paruam eſſe,ut magnam culpam .

OMNI BONI.

PArua,inqt,res eſt,atq; magna culpa,) Hęc ꝓpoſitio Stoica,
quod æqualia ſunt peccata,vt idem dicit titulus Græce ὅτι
ἴσα τὰ ἁμαρτήματα,q̃ æqualia peccata.quod aũt ſit veꝝ pro-
batur per ſimilitudines, & pleraque rõnes à Cic. hoc modo, qd'
exẽplum in principio ſumendum eſt Athenis tp̃e Areopagitaꝝ
quidã ſtatuam plumbeam,& alter aureã Mineruæ eripuit hi am-
bo ad Dracoñe legum latorem deducti ſunt , quos Draco morti
tradẽdos eſſe iudicauit. (Nec.n.peccata reꝝ euentu ſed vitijs ho
minũ metienda ſunt) Nã Stoici hanc ſniam Draconis offenden
tis ad exteriores euẽtus non ꝯſiderant,ſed mẽtem, & vitiũ peccã
tis accuſant,& à qbus pctõribus.(In quo peccatur) Maius eſt oc
cidere patrẽ quam gallũ,ſed quantũ ad mentẽ ſceleratã idẽ eſt, ſi
ue occidas hoiem,ſiue beluam.(In re aliquantum)Quantum ad
amiſſionem rei,magna eſt dr̃ia inter auꝝ,& paleas.(Inſcitia)Ad
ignorantiã gubernationis idem eſt,illius.n.æqualem eſſe ignorã

tiam non iudicare qs,q fregit nauem auream, & illius qui fregie
nauem paleã emerſit . (Dolor ad pa.) ſi ſtuprat ancilla hoc ſtuprũ
ad pauciores ptinet,quam ſi ſtupraretur gñoſa mulier quantum
ad ſtuprum idem,ſed ſi referre volumus ad actionem ſceleris dr̃ia
eſt.(Petulans)Appellatur qui ſm̃ appetitum viuit, vel à peto di-
ctum.(Tanq̃ tranſilire lineas)Per lineam rectam virtutem intel
ligimus,quæ ſtat ſic,ſi qs aõt tranſit lineam per vnum digitũ æque
peccat,vt ille,q per vnam tranſiuit palmam,quamprimum.n.à vir
tute receſſiſti,non amplius aliqd illius rectitudinis uirtuoſæ reti
nes.(Ad augendã) Tranſeundi culpam,hoc modo , ſi quærat qs à
duobus bis ter quantum faciunt , rñdeat unus octo , alter dicat
bis ter faciunt ſeptẽ æquali numero ambo peccauerint,quod Par
meno dicat faciũt ſeptem,& Soſias octo,Parmeno fuit ꝓpior ue
ritati quam Soſias,ſed tñ ambo ignorantes ſunt.non.n. aiaduerti
qt dixerit ſeptem,uel octo,ſed amboꝝ ignorantiam fuiſſe dico .
Peccare certe licet nemini, alia rõ principis mandato edictũ ſit ,
ne aliqs triticum de ſuo principatu aſportare audeat , repertiũtur
vnus tres modios,alter vero duos ſacculos tritici aſportauit, quĩ
æque peccauit,ac ille q centũ modios.(In hoc tenetur)Hoc ſolo
obligatur,qd' ſi non licuit aſportare triticũ,& hoc licere nõ põt .
minui,nec augeri,q̃uis modus peccandi augeatur , & minuatur .
Quãti id eo peccandi.ſ.hoc licere ſolum admittitur. (Si nõ licuit)
non aſportare triticũ licuit,& hoc ſemper vnum, & idem erit,qua
ex re peccata quæ ex illo licere naſcuntur ęqualia ſunt,quantum
ad illud nõ licere.(Qd' ſi virtutes)Virtutes inter ſe ſunt pares,ut ſi
dono alicui pecunias,alteri triticum, hæ oẽs virtutes ſunt æqua-
les.(Atq virtutes inter ſe pares exiſtũt) Quod tãta eſt liberalitas
in donãdo tibi triticum,quãta eſt in largiẽdo pecunias, ergo poſ
ſeſſiua cõparari non pñt, qm̃ ſi vnus eſt iuſtus , integer eſſe debet
iuſtos,& eſſe non põt iuſtior,qa ſequeretur quod iuſtus non hr̃et
iuſtitiam,diximus.n.quod cũ deſcendit a linea virtutis ſceleratus
eſt . Ordo aũt qui facillime percipi põt,pares eſſe virtutes . (Nec
bono meliorem)Aliquo modo cõparatiua apud Stoicos non re-
periuntur.Bonus,vt ẽt dicit Cic.in lib.off pro iuſto capitur.(Nec
tẽperantie) Tangit quatuor pares virtutes.(An viꝝ bonum) Si qs
.n.depoſitũ triginta aureoꝝ acceperit,& illud poſtea integrũ red
diderit,poſtea decem pondo auri penes ſe depoſitũ ſuſcepit in re-
ſtitutione duos teneat aureos iuſtus non appellatur homo , qm̃
totũ depoſitum integrum nõ reſtituit.(Non idẽ effecerit) qa for
te temperatur vocabulũ,ſi virgo ꝑdidit virginitatem,cum multis
annis ꝯtinens fuerit,nõ amplius nomẽ virginitatis retinet. (Vna
virtus ꝯſennẽs)Virtus.n.ſe ſp ſibi ꝯſulit,hoc eſt nunq̃ aſſentit vi-
tio neq; alteri,ſed ſp ſibi ꝯſentit cum rõne,atq; ꝯſtans eſt. (Perpe
tua) Aut quãuis aliqs tp̃e ſteterit caſtus,poſtea in aliqua peccet li
bidine,nõ dr̃ temperatꝰ, qm̃ caſtus non eſt.(Nihil addi põt)Ergo
comparatiua non ſunt,& ſicut aliquid addi non põt,ſic ẽt aliquid
non diminui,qm̃ ſi a uirtute deſiſtit,deſinit eſſe bonus hoc modo
ad liberalitatem quam oportet . Sunt aũt duo,qui pane indigẽt ,
famelicus vnus,alter vero non,ſi illi , q non eſt famelicus panem
do,nõ appellor liberalis. Nam q̃uis dederim cui oportet indigẽ-
ti,& quantum oportet . non aũt dedi qñ oportebat,deſino ab il-
la,& illiberalitate & virtute.(Nihil recto rectius) ſi .n. aliqua li-
nea ſit quæ non minus recta ſit.ſed alia rectior, illa deſinit eſſe re
cta,qm̃ aliq̃ habet in ſe iniquitatem, quia linea recta alia rectior
fieri non põt,quia prior recta non eſſet . ſic ẽt aliquis melior non
reperitur bono.ſequeretur aũt,qd' ille qui bonus dr̃ ab aliqua bo
nitate deſiſteret,ergo bonus non eſſet,igitur melior aliquis bo-
no eſſe non põt,quia virtutes pares ſunt,ergo facta quæ profici-
ſcuntur ab ipſis debẽt eſſe paria,& vitia quæ ſunt ꝯtra virtutes pa
ria neceſſe eſt vt ſint,& eſt concluſio.(A pĥis inquit) Probat per
auctoritatem philoſophoꝝ,quod peccata ſunt paria intelligamꝰ
.n.eſſe paria ad ſimilitudinem peccatorum , hoc eſt cædes oĩs æ-
qualis eſt,ſic oĩs libido æqualis eſt.(Inqt) aduerſarius hæc ſumit
à philoſophis precepta. (Ne à lenonibus) Cõputat hoc dictũ ac
ſi dicat,hoc.n.volo,vt dicat.(Socrates diſp.)iſto modo,verba ſunt
aduerſarij quẽ ſic Cic.introducit,vt auditoribꝰ oſtendat hanc rõ-
nem non fuiſſe ſumptam niſi à doctiſſimo viro.(Doctũ)Ad ſentẽ
tiam.(Sapientem)Oi uirtute præditum,qui Græce σοφὸς dr̃.(An
quid hoies doctiſſimi)q.d.vnuſquiſq; ſuæ artis diſputator eſt opti
mus.(Non modo vereor)Hæc ſnia non ſolum vera,ſed ẽt vtilis ,
quod vtile hoibus,vt parua ſana ſcelera , & magna eſſe exiſtima-
ret.(Si priuatis)Ac ſi in magiſtratibus manus inferant,ſi quis du-
bitauit eſſe in hoie nullum diſcrimen in verberando hoiem pri-
uatum,& ſe magnopere à peccatis abſtinet,magiſtratus aũt eſt of
ficiũ,quod appellatur Græce ἀρχή,& perſonã gerentem offm̃ quã
Gręci vocãt ἄρχοντα,eãdẽ eſſe labẽ,ſiue matrona nobiliſſima,ſiue
ancilla fecerit ſtuprum oino erit æqualis libido. (Nihil ne igr̃)
diſtin

distinguit, quod aliqñ sit honestum extinguere patrem, & hoc si-
ne scelere posse fieri, & aliqñ scelus est necare seruū. [Nuda ista)
Rñsum, quod sit iuste occidere patrē & seruum, si.n. occidit seruū
p furiam, & patrem æquale pctm est, quantum ad necem, inqt igi
tur nuda sunt ista interrogata, quæ facile nō iudicare pñt verum
sunt parua, nisi distinguam qño hæc cædes fieri pōt. [Patrem pri
uare vita scelus p se) Bene dicit, quod aliqñ licet occidere patrē
sine pctō. [Saguntini) Populi Hispaniæ videntes se venturos in ma
nus barbarorum, & Carthaginensium, quorum tunc imperator Anni
bal erat piram grandē in foro instruebant, vbi se morti tradebāt,
seniores vero filios suos explorabāt, vt eos vita priuarent. Sagū-
tini vero sine culpa patres occiderunt, hoc aūt fm Gentilium fi-
dem licebat, quod minime Christianis licitū est. [Parricidæ soe-
re) Interrogatiue. [Sine iniuria non pōt) Aliqñ accidit, quod ser
uus occidi non pōt nisi cum scelere, vt per furiam seruum necare
nefas est. [Causa igitur nō natura distinguit scelus) Quia occide
re patrē, & seruum per furiam idem est, sed ipsa causa distinguit,
quod aliqñ licet occidere patrem sine scelere, sic ēt seruum, & alī
qñ seruus non pōt necari nisi colpa cōmissa, vt demonstrauimus,
quo facto, qa sponte sua accidit, tu inclinatis illud facere; possu-
mus.s. morti patrē tradere, vt fecere superius nominati Sagūtini,
q suos necauerunt patres scelere pp causam seruitutis futuræ in
manus hostium. [Si in vtroq; causa cōiuncta) Si vero necatur pa
ter, & seruus, eadē de causa vel per indignationem, tunc illud par
dr esse scelus, notando tñ, quod quemadmodum interuenit occi
dendo patrem sine scelere, sic ēt contingit posse perire seruū pec
cato non cōmisso. quidam amore libertatis tyrāno parabat insi
dias, cuius cōsilij seruus conscios erat, tyrannus intelligēs hoc to
tis viribus inquirebat, ille aūt ne sua conspiratio gr̄a libertatis
contracta in publicum deduceretur seruū mori fecit, quæ occi-
sio fm moralem opinionem delicto caruit. [Illud) Inquantū ad
occisionem serui, & patris nihil interest, sed ad personam in qua
est dña, in seruo.n. vna sola moritur psona, sed in patre quatuor
necantur personæ.s. creator, alūnus, præceptor, & honorator. [Is
qui erudiuit) Cato Censorius voluit suos docere filios, quo ma-
iorem erga ipm amorē gererent, solebant.n. Alexander Magnus
dicere. quod nō minus Arist præceptorem, quā Philippum patrē
diligeret. [Multitudinē pctōrum) Multa peccata cōmittuntur in p-
sona paterna, quæ in seruo fieri non pñt. [Eaq maiore) Antiqui
maiore supplicio parricidas afficiebant, quā alios homicidas, qd
parricida in aculeo, vna cū simia, & serpente proijciebantur in pō
tum. [Sed nos) Non.n. specto pœnā, quæ datur peccantibus, quia
enim ignorat, quod maior attribuitur pœna parricidæ, quam ho
micidæ? sed cædis nomē, quam animaduertere soleo, quod quā-
tū cuique animaduertere debemus, quantū euique sit est nemini
licitū occidere, ratio, quisqz siue magnus, siue paruus necatus idē
erit, qm̄ sit contra licitū, non specto pœnā, qua pctōres afficiūtur.
[Quidqd non oportet scelus esse) dñt inter se licere oportere:
minus est.n. oportere quā licere hoc modo si qs furatur triticum
indigētia, hoc dr non oportere, nō sane oportet, licebat tñ fura-
ri, vt viueret. Lacedæmonij dicebāt liberos depredari, vt callidio
res efficerentur. [Quidqd non licet) Si fit aliqd contra licitū ne-
fas est.i. cōmittitur contra legem diuinā hoc modo Christianorum
lux est, vt nullus occidatur, accidis vt seruū, vel minimam perso-
nā interficiat, idē nefas est, ac si principem occidisset. [Ne in mi-
nimis rebus) Verba sunt ēt Cic. confirmantis, quod ēt in mini-
mis rebus nefas cōmittitur, sicut in magnis, vt dictū est de seruo,
& principe. [Siquidē modum rerum) Reddit rōnem, sit idem nefas
in minimis rebus, sicut in maximis, qñ non possumus fingere mē
suram rerum, in quibus peccamus si seruum, & vnū principem occi
dissem aio meo fingere non possem, utrum illorum dederit maiorē
mortem, sicut si occiderem seruum, & regem, eos amplius in ui-
tā reuocare non possim, at bene furium, & motū animi mei tene
re possum, hoc vero nō serie minus inepta uidebitur ratio, quod
qui à nobis perempti nō amplius fingi pñt, & formari pñt, vt ui-
uant, sed bene qm̄ eos occidimus, & qua furia interfecti sunt me
moria tenere poterimus, ergo animi furor respuēdus est, histrio
q solet imitari verba recitantis, si in gestibus paululum errauerit
in faciendo gestū, aut in pronunciando vnā syllabam breuē pro
lōga, continue deridetur à scena, quāto magis hoies in vita pec-
cāt, & in minimis expellēdo, Histriones appellati ab histrio Tu-
sco, q dñr ēt ludiones, quos Greci vocāt μίμους. [Mouit) Extra nu
merum faciēdi gestus. [Exsibilatur) Cū sibilis expellitur. [Explodiē)
Depellit. [In vita) Adaptat similitudinē. [Omni versu aptior).i.
quacūq; in re debes esse moderatior in uita, quā in syllabis, vt in
syllaba si peccaueris nō debes paruifacere, vt dicas peccaui riden
do, vidēdo, tanq̄ peccasse i minima syllaba. [Poetā nō a.) fictiōis

malam congruitatem nō audit, quanto minus in vita sociali, qui
mensurāt peccata sua digitis, ac si scanderent versu, dicendo. Ego
solum cum Ancilla stuprum feci, paruū est hoc scelus, & memorāt
quod peccata facta sunt, quæ grauia, & quæ leuia, aut inter se mu
tati solent perturbationem reis cum peccatur, aliqua rō proba-
tur, quæ est malorum, & bonorum discretio. [Rōne) Quia efficiē
homo. [Ordine) Qui facit hoīem differre à belluis. [Nihil possit
addi) Hæc est formosa conclusio, quod peccator aliquis peccat
cum perturbatione rōnis, & ordinis. Illud aūt peccatum quod
perficitur à perturbatione rationis æquale est, qm̄ quidquid per-
turbata mente efficitur par est scelus, cum scelus aliquod fieri
non potest, nisi cum perturbatione rationis. ut dictum est.

Parua, inqt, &c.) Paradoxū sic ꝓponit ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα ASCEN.
.i. quod æqualia peccata. Nam ὅτι dr quod, ἴσα .i. æqualia,
τὰ est articulus, ἁμαρτήματα .i. peccata subaudi sunt. quod Pa
radoxum est ex Stoicorum disciplina profectū, Horat. in 1. Serm.
recte improbat, dicens. Queis paria esse fere placuit peccata labo
rant, Cum ventum ad verum est. neque satis firma sunt auctoris
ad ipsius probationem argumenta. Quocirca nos credimus, vt
hic peccatorum, ita apud inferos suppliciorum gradus, vt qui deliquit
grauius, grauioribus illis subiaceat pœnis Verum ordo est. vt q stuprū
ancillæ, aut paupereulæ intulerit dicat Parua inqt.s. q ipsā est res
.s. ancillæ vitiū offerre, aut plumbeā statuam furari. Atq;, vel atq
.i. nihilominus culpa est magna. Neq;.n. peccata sunt metuenda
euentu rerum, sed vitijs hoium, quod verissimum est. Vnde q cōe u-
ptæ vitiū obtulerit p vim, & integrū putatis stupratoris incorru
ptæ crimē hēt. vnde Iuuen. Intra se tacitū qui cōspicit vllū, facti
crimē habet. Id in quo pecat.i. obiectū, aut res circa quā versatur
pctm̄ pōt esse aliud maius, aliud minus alio, & id quoque uerum
est. Quidem certe illud ipsum peccare quoquo.i. quorunq; verte
ris te est unū.i. vniforme, & æquale, id aūt iniurias. itē si aius fuerit
dispar. Nam qui cum soluta peccat, non peccaturus si coniugem
notit minus peccat, quā qui coniugē, & q rem nō sacram de non
sacro furatur nō furaturus eā, si aut sacra esset, aut in loco sacro
minus peccat sacrilego, & ita in cōsimilibus. Vnde in exēplo addu
cto ab auctore si par est negligētia par videri posset culpa, nisi qd
maior cura rei maior debeat. Dic ergo an gubernator euertat
nauē auri.i. refertā auro, an paleæ.i. opletā palea interest.i. discrimē
est aliquātū in re.s. effusa. Sed sup. nihil interest inscitia gubernato
ris, libido ipsius s. gubernatoris, aut alterius est lapsa.i. euacuata,
aut expleta i muliere ignota. Dolor ptinet ad pauciores quam si
fuisset petulās.i. lasciue ipetuosus i aliqua virgine gnosa ac nobi
li. Vero ꝓ sed, ipse nihilominus peccauit, qd verum esset si aius idē
illi esset, ut si ignobilē stuprās ēt nobilissimā quamq. (si voti cō-
pos esset) stuprare velit, cū oi iniuria, aio qdē tantūdē peccat, nō
re, ac si q a paucis iniuriā inferre ignotā corrūpit, nō corrupturus
nobilē, ne pluribus iniurius fiat, minus peccat, & re, & aio, q̄q̄ in
nobili corrupta, aut cōsentiēte, minus posset esse peccati, quā in
ignota uirgine, & refragāte. Peccauit, inqt nihilominus, quidem
certe si peccare est tanq̄ transilire lineas, qa utrobiq. transiliuit.
Quod.i. trāsilire lineas cū feceris, culpa est cōmissa? q.d. ut primū
trāsgressus es. Et nihil ptinet ad augendā culpā transeundi, quē.i.
quātū longe ꝓgrediare cū trāsieris semel, q a certe nemini licet
peccare, qd qdr uerissimū. sed nō ꝓbat intentū unde nō ꝓcedit
qd infert. Aūt pro sed, id qd non licet tenetur hoc uno si arguitur
nō licere, siqdē id s. licere nec potest unq̄ fieri, nec maius, nec id
uerum non est, q a minus licet, habet religiosa coitus cum libero ab
oi uoto, & ita illa grauius quam hic peccet, qm̄ (inquit) pctm̄ est
in eo si non licuit, quod s. non licuisse est semper unum, & idem.
hoc, ut dixi uerum non est & ideo oportet ut sup. ea peccata, quę
nascuntur ex eo.s. non licuisse sint æqualia. Bona est sequela, sed
assumptū improbandū, si.n. æqualiter non liceret, æqualiter trās-
grediens, æqualiter peccaret sed pōt fieri, ut inæqualiter nō lice-
ret, & quod æqualiter non licet inæqualiter fiat, q a diuerso aio,
& diuersis incitamentis. Vnde senex iā frigidus per prouocatam
libidinē cum eadem, cum qua iuuenis ardens grauius peccat. Qd
si uirtutes sunt pares inter se, necesse est uitia ēt esse paria. conse
quentia rursus bona, quia oppositorum eadem est disciplina, sed ꝓ-
suppositum minus uerum, & ꝓbatio eius inualida, cum addit. Atqui
.i. sed certe pōt perspici.i. ꝑfecte uideri facillime uirtutes esse pa-
res, nec meliorē esse uiro bono.i. quam sit is qui uir bonus est di-
cens. quod non est dicendum nisi Stoice dicamus neminē esse ui-
rum bonum, nisi oēs numeros habeat bonitatis. qualem Sto. ne-
minem reperies, nos tñ unum saluatorem nrm, quia, non est q
faciat bonum non est usque ad unū. Et unus est bonus Deus no
ster. Sed esto nemo sit bonus ꝑter Deum, id nihil faciat ad institu
tum, eo autē modo quo homines dñr boni, est alius alio melior,

& ita virtutes non sunt pares, alioquin hmôi adiectiua non reci-
perent cõparationem. Et reuera multæ sunt, quæ si proprie acci-
piantur augeri non possint, & tñ in proprietate comparationem
hñt, vt iustus sit is, cui penitus desit, aut supersit ad iustitiã, sed ad
ordinem, & põt perspici nec temperantiorem esse temperante.i.
eo q vere est temperans. Quia sm Stoi. si in aliquo minus tempe
rans fuerit nõ sit dicendus temperans, si in illo non temperãs, er
go temperatissimus nec fortiorem forti, nec sapientiorẽ sapien-
te. Vel in his dicemus, quod si virtute prædictus tm̃ sit dicendus,
cui numeri eiusdem cõueniunt neminem esse talem, nec tñ con-
tinuo sequi virtutes esse pares qa quicũque habet virtutem aliq̃
sm oẽs numeros, is dicendus erit prædicut, & bonus & studiosus,
quia in nullo vitiosus, aliter non hñet oẽs numeros, & tñ põt fie
ri, vt alius habeat eosdẽ numeros magis intensos, q melior erit
dicẽdus, & ita virtutes nõ erunt pares. vnde sicut lignum calefa-
ctum non põt non dici calidum, & tñ minus calidum est quã fer
rũ candens, ita hñs fortitudinem in primo gradu nõ est non for
tis, & tñ est non fortissimus. Auctor m̃ uitetur probare oẽs nume
ros bonitatis esse in quolibet qui merito dicendus sit bonus, sed
non ppea probat quin auctiores numeros vnus habeat, quam
alius, vt u.g. In cœlo nemo est qui quidq̃ habeat virtũ, tñ nec uir-
tutes nec virtutum pmia in eodem obtinent gradu. Dicit aũt sic.
Et põt facillime perspici, nec sapientem esse sapientem, quæ oia
probantur sic. An dicis virum bonum q cum posset lucrari s.deti
nendo impune.i.sine punitione & pœna ab iudice infligẽda de-
positum.i.rẽ depositã domi suæ nullo teste.i.clam oibus præterq̃
se & deponente reddiderit decem põdo.i.libras auri, si idẽ.s.depo
sitarius nõ fecerit idem.s.eandem rẽ, hoc est restitutionem in de-
cem millibus põdo.i.q.d.minime dicendũ bonum.i.iustum, quod
verissime dicat non, tñ continuo pariter bonos arguit. Nã fieri
põt, vt qui decem põdo amore dei, & iustitiæ reddiderit, plus me
reatur quam q mille, sicut vidua quæ duo minuta in gazophyla-
cium misit, qa effectus nõ affectus remunerat â Deo. deinde bo-
ni viri non dñr tm̃, qui declinant â malo, sed qui faciunt bonum.
Quocirca ẽt, si oẽs iusti indifferenter declinent â malo, ita ut pe-
nitus nihil iniusti admittere velint, tñ non statim erunt æque bo
ni q a alius alio poterit plus boni, aut cũ maiori caritate & grã fa
cere. Aut an dicis eum temperantem, q continuerit in aliqua li-
bidine, & effuderit.i.penitus exposuerit in aliqua.s.alia, vtpote ve
hemẽtior, quasi diceret minime, & id vere sed vt prius. Vna.i.vna
quæq; virtus est cõsentiens cum omni rõne & perpetua constan
tia, ita ut is in quo uirtus dicatur, nihil unq̃ faciet, aut saltẽ face-
re pponit contra rõnem, & id quoque verũ, sed in proposito, &
in facto sunt gradus, quibus disparia sũt merita. Nihil põt addi,
huic.s.alicui virtuti, quo.i.vt vel p quod sit magis virtus. potest tñ
addi, ut sit maior uirtus, & denique.i.ẽt si ad vltimum penseretur
nihil põt demi hinc.i.ab hac, hoc est quãuis virtute, vt nomẽ uir-
tutis relinquatur.i.aut maneat tñ virtus, imo põt intentio & fer
uor, ita & virtus maneat nõ minus proprie quã prius, sed tñ mi-
nor. Verũ hæc Theologi nr̃i argutius disputabũt. Etenim si bene
facta &c. Hoc argm̃ in eodem hesitat luto. Nam esto rectũ & æ-
quum nõ suscipiant magis & minus, ita vt linea pedalis si modo
sit uere recta, nõ sit minus recta quã linea quadrupedalis. Nõ tñ
continuo erũt pares, aut paria recta, sed pariter aut æquæ. Sic vir
tus quæ recta est, nõ minus est recta in Marta quã in Maria, est tñ
minor, sed hoc saxũ satis voluimus. ordo est. Etenim.i.certe si be
ne facta sunt recte facta, qa nihil est rectius recto, certo nec qui-
dem.i.nec ẽt quidq̃ põt inueniri melius bono, immo põt si meli⁹
sit nomen pierium. Igitur sequr, vt ẽt vitia sint paria, qa ut dixi
ex Aristo. Oppositoꝝ est eadem disciplina. sed qa idem 3. Ethic.
dicit, quod tãta est offensa, quantus q offenditur, q s neget contu
meliosum in deũ, aut parentes maius hrẽ uitium, quam q in vilis
simum quenque hoiem? Atqui.i.sed certe, qm̃ uirtutes sunt pa-
res, recte facta qñ.i.qñquidem proficiscuntur â uirtutibus, debẽt
esse paria. vr̃ sequela satis probanda, sed assumptum, ut dixi, inua
lidum est, & non continuo bonitas facta, & uirtute naturali, sed
â grã dei ipsius acceptandis dependet. Itemq̃.i.& cõsimiliter pec
cata, qm̃ manant.i.profluunt ex uitijs, necesse, ut sup. sint æqua-
lia. Inquis.s.tu qui es plebeius, aut inuidulus, ô Cicero tu sumis
illa â ph̃is, ui pote Stoicis, ad quod Cicero per irrisionẽ, Metue-
bã ne diceres, quod sumerem â lenonibus. Et si dicis, quod Socr.
disputabat isto modo. hercle tu narras bene.i.cõuenienter mihi.
Nã traditum est memoriæ, istum.s.quẽ mihi obijcis Soc. fuisse ui
rum doctũ, & sapientem. Sed tñ quæro ex te qñ.i.qñquidem nos
contendimus inter nos uerbis, non pugnis. utrum de bonis.i.qñ
quæritur de bonis, quærendũ est potius quid senserint baiuli.i.vi
lissimi, & rudissimi homines, qui baiulandis.i.portãdis mercibus
sarcinulis victum tenuẽ vix vnciatim lucrantur, vnde vulgo lucra
tores denariuꝝ (gaigne deniers) dñr, atque qui operarij mecha-
nici vulgo dñr senserint, an supp. quærendum est, quid hoies do-
ctissimi? q.d. nimiꝝ, quod doctissimi, presertim cum hæc snia non
modo verior sup. sit, sed legendum credo hac, vt sit ordo. Prefer-
tim cum non modo ulla snia verior hac snia.i.q̃ sit hæc snia, cen-
ses oia vitia esse paria, & ob id pariformiter punienda. Sed ne q-
dem.i.non ẽt (q̃uis id potius videatur) vtilior possit reperiri. Pro
bat vtilitatem, qa ab oi scelere indifferenter arcet dicens. Etenim
pro qa, quæ vis.i. potestas, aut auctoritas arceat magis hoies ab
oi improbitate, quã si senserint nullũ discrimen.i. nullã dñam es
se in delictis? q.d. nulla, & quã si senserint æquæ.i.æqualiter. vnde
scribendũ est æque nõ atq; peccare si manus inferantur priuati
s. magrãtu, ac si inferãtur magrãtib.i.in officio publico existenti
bus, vt consulibus, ptoribus, ædilibus, &c. Et quã si senserint eãdẽ
labẽ libidinis esse in quãcunq; domũ.s. nobilẽ, siue ignobilẽ, seu
pauperem, seu diuitem intulerit stuprum? q.d. nulla. Veꝝ qa, ne-
mo sine crimine viuit, si hoc esset pluasum male ageretur cũ mul
tis a qbus nũc abstinetur. Præterea multi de uenia desperantes
dãnarentur, cum Cayn & Iuda, q nunc veniam exorant cũ Petro,
& Paullo. Nihil ne igr̃. In solutione huius obiectionis multo san
ctius loqtur, quã in superiorib. Vult .n. facta, q̃ in se essent paria
ex diuersis causis, & volũtatibus fieri imparia, qđ qdem verissimũ
est, sed ex eo arguũtur vitia non esse paria. q a q ex leuiori atten-
tione peccat, minus peccat. Vnde maius erit pc̃tm̃ Iudæoꝝ ex ma
litia, & inuidia peccantium, quã & Pilati principis ex ambitione,
& timore. Sed ad ordinẽ igr̃ nihil interest. (Nam aliquis hæc di-
cit, aut dicet.i. obijciet mihi) an q s necet patrẽ, an seruũ. rñdet, si
tu potes ista.s. occidere patrẽ, & seruum nuda.i. sine additione cau
sę, & intentionis occidentium, ipsa non põt facile iudiciari qua-
lia sint.s. an uitiosa, an non qa vtrunq; vitiose, & vtrunq; citra vi-
tiũ fieri posse arbitratur. vnde addit: Si priuare patrẽ vita est scel⁹
per se.i. a toto gñe, & simpliciter quacunq; occasione adiecta. Sa-
guntini populi illi in Hispania Romanis ɔfœderati, q maluerũt
parẽtes suos emori immo cõburi liberos.i. tantisper dũ essent li-
beri, quã viuere seruos.i. in seruitute sub Annibale, fuerũt parrici
dæ.i. dicendi occisores patrum, & tñ laudantur ab hoibus, tanquã
bene fecerint, ac fortiter. Ergo vita põt adimi.i. demi, & auferri,
&.i. ẽt parenti sine scelere, & si uita non potest sæpe adimi seruo
sine iniuria, utpote qũ nihil peccauit, aut ẽt bonum opus fecerit.
ut si tyrannum qui amicus erat domini occiderit, aut bonum ci-
uem, qui inimicus est dñi seruauerit. Igitur causa, quare quis oc
cidatur, distinguitur ista, & non natura, q.d. ex causa adiecta pñt,
quædam uitiosa esse, quod quidem verum de his, quæ non vitiosa
a toto gñe. Quod.s. causa qũ accesserit vltra.i. extra uoluntatẽ
facientis, id quod sit propensius.i. intensius. Si.s. eadem causa est
adiecta in vtroque, aut vtrique necesse est, ut ipsa facit supp. siant
paria. id negaret Peripateticus. q a grauius peccaret q ex eadem
libidine adulterium cõmitteret, quam qui simplicem fornicatio
nem, dummodo in fornicatione non poter adulterium. Tñ, inqt
illud interest, quod in seruo necando.i. dum seruus necatur. si id
sit iniuria.i. per iniuriã, peccatur semel, quia in vnum tm̃. Et in vi
ta patris violanda peccantur multa. Qui is.i. pater, q procreatur
occisorem, violatur ab eo, & is q aluit, is q erudiuit, & is q collo-
cauit eum in sede, ac domo, in rep. & ita præstat.i. exhibet multi-
tudinem peccatorum, & eo .i. ppea, aut tanto maiore pœna di-
gnus est. Sed nos debemus spectare in vita. nõ quę pœna sit cuiq;
peccato, sed quãtum cuiq; liceat. Id quoq; veꝝ, quia licet fur gra-
uius puniatur quam adulter, latius tñ esse furtum quam adulte-
rium cõmittere coram deo. Et nos putare debemus, quidqd non
oportet sup. fieri esse scelus, & quidquid non licet esse nefas, etiã
quidquid non licet quidem.i. non ẽt in minimis rebus. Siquidem
.i. quia certe nos non possumus fugere modum.i. mensuram reꝝ,
quæ ex natura est, sed possumus tenere modum aioꝝ.i. intentio-
num, & voluntatum nr̃aꝝ, quibus aliquid facimus. Si histrio.i. mi
mus, aut auctur fabularum, & qui gestu corporis uictum quærit,
si mouit se paulo, aut paululum extra numeꝝ.i. rhithmum, & mo
dulos tibiæ, aut si versus est pronunciatus breuior, aut lõgior vna
syllaba sup. quã sit, ipse exibilatur.i. cum sibilo, & risu eijcitur, &
exploditur.i. concussis manibus in delectationem eius exigitur.
Explodere est contrariũ eius, qđ est applaudere. Applaudimus .n.
cui erectis manibus assensum, & laudam damus. explodimus quẽ
concussis manibus eijciemus. vnde cõponitur ab extra, & plaudo,
mutando au in o. Et tu dices te peccare in vita, q̃ debet esse mode
ratio gestu.i. agitatione corporis, & aptior oi vsu peccare. ut in
illa syllaba, ita vt si minimo deliqueris explodẽdus sis. Ego nõ au
diam poetam.i. versificatorem, demẽtientẽ peccata.i. errata sua di
gitis

gitis.i.ad scansionē factam in digitis qa digitis callemus, & arte, in nugis.i.in rebus friuolis nihil ad sanctitatē vitæ facientibus, vt pote in fabulis, hoc est si nō recipio excusationē poetæ sibi se parū peccasse dicit. Audiā.i.audire ne debeā ciuem dimetientē digitis peccata sua in societate vitæ.i.pōderantem quantū quodlibet sit pctm cōmissum in societate vitæ? q.d.minime, sed statim explodit, & paria eius vitia cēsebo. Quæ.i.vitia si cisa sunt breuiora.i. minus durasse, qui.i.quō possint uideri leuiora. Cū.i.qm̄ quidqd peccatur pturbatione rōnis, atq; ordinis, quē Deus in vniuerso cōstituit, vt pulcherrime in libello de ordine differit D.Aug. Aūt pro sed, rōne semel pturbata, & ordine sup. semel pturbato, nihil possit addi quo videat posse peccari magis.i.iotensius, sed possit, qm̄ ēt in pturbatione est gradus, qa minus pturbatur, q non nisi cum prostituta velit peccare, quam qui etiam cū sancta moniali.

Ὅτι πάντες οἱ μωροὶ μαίνονται:
quòd omnes stulti insaniunt.

EGo vero te non stultum, vt sæpe, non improbam, vt semper, sed dementem, & insanum rebus addicam necessarijs. Sapientis aīus magnitudine consilij, tolerantia rerum humanarum, contēptione fortunæ, virtutibus deniq; oībus, vt mœnibus, septus, vincetur, & expugnabitur? q nec ciuitate qdem pelli pōt. quę est.n.ciuitas? oīs ne conuentus ferorū, & immanium? oīs ne ēt fugitiuorum, ac latronum cōgregata vnū in locum multitudo? certe negabis. non igitur erat illa tū ciuitas, cum leges in ea nihil valebāt; cum iudicia iacebāt; cum mos patrius occiderat; cum, ferro pulsis magistratibus, senatus nomē in rep non erat. pdonum ille cōcursus, & te duce latrocinium in foro constitutū, & reliqæ coniurationis à Catilinæ furijs ad tuum scelus, furoremq. cōuersæ, non ciuitas erat. itaq; pulsus ego ciuitate nō sum, quę tum nulla erat: accersitus in ciuitatē sum, cum esset in re p. cōsul, qui tum nullus fuerat; esset senatus, q tum occiderat; esset cōsensus populi liberi; cum esset iuris, & æquitatis, quæ vincula sunt ciuitatis, repetita memoria. At vide, q̄ ista tui latrocinij tela cōtēpserim. iactam, & immissam à te nefariam in me iniuriam sēp du xi, peruenisse tn̄ ad me nunq̄ putaui. nisi forte, cū parietes disturbabas, aut cum tectis sceleratas faces inferebas, tūc meorū aliqd ruere, aut deflagrare arbitrabare. nihil neque meū est, neque cuiusq̄, quod auferri, quod eripi, quòd amitti pōt. si mihi eripuisses diuinā animi mei constantiam, meas curas, vigilias, cōsilia, quibus resp. inuicta stat; si huius æterni beneficij immortalem memoriā deleuisses; multo ēt magis, si illam mentē, vnde hæc cōsilia manarunt, mihi eripuisses: tum ego accepisse me confiterer iniuriam. sed si hæc nec fecisti, nec facere potuisti, reditū mihi gloriosum tua dedit iniuria, non exitum calamitosum. ergo ego semper ciuis erā, & tum maxime, cum meā salutem senatus exteris nationib. vt ciuis optimi, cōmendabat: tu ne nunc quidem es ciuis nisi forte idem hostis, & ciuis esse potes. an tu ciuem ab hoste natura, ac loco, nō aīo, factisq. distinguis? cædem in foro fecisti: armatis latronibus templa tenuisti: priuatorum domos, ædesq. sacras incendisti. cur hostis Spartacus, si tu ciuis? potes aūt esse tu ciuis, p p quem aliqn̄ ciuitas non fuit? Et me exulem, tuo nomine, appellas? cum oēs meo discessu exulasse remp. putent. nunq̄ ne hō amentissime, te circunspicies? nunq̄ ne, quid facias, considerabis, nec quid loquate? nescis, exilium scelerum esse pœnā, meum illud iter ob pclarissimas res à me ante gestas, esse susceptum? oēs sceleratī, atque impij, quorum tu te ducem esse pfiteris, quos leges exilio affici volunt, exules sunt, ēt si solum non mutarunt. an, cum oēs leges te exulem esse iubeant, non eris tu exul? non appellatur inimicus, quī cum telo fuerit? ante senatum tua sica deprehensa: est qui hoīum occiderit? tu plurimos occidisti: qui incendium fecerit? ædes Nympharum manu tua deflagrarunt: qui templa deorum occupauerit? in foro ēt castra posuisti. sed qd ego cōes leges pfero, quibus oībus es exul? familiarissimus tuus de te priuilegiū tulit, vt, si in opertum Bonæ deæ accessisses, exulares. at, te id fecisse, etiam gloriari soles. quo modo igitur, tot legibus eiectus in exiliū, nomen exulis non perhorrescis? Romæ sum, inquis: & tu quidem in operto fuisti. non igitur, ubi quisque erit, eius loci ius tenebit, si ibi cum legibus esse non oportebit.

FRANMAT. QVOD oēs stulti insaniunt.) Græcus titulus est, ὅτι πάντες οἱ μωροὶ μαίνονται, hoc a Socrate acceptū diligenter Stoici retinuerūt. Qui est.n. aīus aliquo morbo, hoc est in motu pturbato, nō magis est sanus quā id corpus, qđ in morbo est. Ita fit, vt sapiētia sanitas sit ai, insipientia quasi insanitas quædā. Vnde exisse ē ptāte, dōr, q effrenati feruntur, aut libidine, aut iracūdia. insaniæ nomē mētis signare ægrotationē, & morboꝶ, & ægritudinem ai, quam veteres appellauerunt insaniā, hic aūt locus egregie à Cic lib.3. Tuscul. quæst. tractatus est, cum ait, Oēs aūt perturbationes ai morbos à phis appellat, negareq. illos quenq̄ his morbis vacare, q aūt in morbo sunt, sanos nō esse, & oium insipientium aios in morbo esse. Oēs igr̄ insipientes insanire. sanitatem.n.aioꝶ positam in tranqllitate quadā constātiaq. censebat, & his rebus mentē vacuam appellarūt insanam. ppterea quod in perturbato aio, sicut in corpore sanitas esse nō posset. Quemadmodum aūt superiore Paradoxo in M. Antoniū inuectus est, ita hoc in P. Clodiū inuehitur q Ciceroni acerrimus hostis fuit, sic aūt immoderate vixit, vt sæpe remp. perturbauerit. & qđ Cic. lo. q. 10 epistolis, non pluris fecerit Bonam deā, quam tres sorores quot violauit. vt aūt Ciceronem opprimeret Frōtio auidā, & plebio, & minori natu ptra leges sese adoptandum præbuit. Tribunus aūt plebis factus, & Gabiniū, ac Pisonē consules nactꝰ hoīes nefarios, & Ciceronis inimicos eū ex vrbe eiecit. Sed hæc sic nota sunt, vt recitari à nobis opus minime sit. Clodius igr̄ reprehenditur, & stultissimus esse ostenditur. Qm̄ in morbis esse plurimis, hoc est ai perturbatis morbus, & affectibus, quos morbos dñāl phi, vt supra ostensum est. (Oēs stultos insanire) .s. dūt Stoici. (Addicam) Coniunicam. vnde addictus quispiam dr̄, hoc est obnoxius, & adstrictus alicui. Horat. Nullus addictus iurare in verba magistri. Stultus est, hēs ingenio, & obtuso. Idē est stolidus vocatur, fatuus vero est, q inepta loqtur, insulsus est corde, & aio, insanus est q mentis, & rōnis perturbatione labitur in furorem, Demens integrā mentem, & rōnem non retinat. Amens vero penitus à mēte, & rōne excidit. Et stultitia qdem modis quatuor cognoscitur. Aut cū non venerit in mentem, quod oportet aut si venerit non tenere, aut bonum consiliū dimittere, aut malū admittere. (Rebus necessarijs) Veris, & indubitatis, argumētis. (Sapientis aius, &c.) Alibi inqt Cic. Sapiētis est.n. proprium, nihil cuius pœnitere possit facere, nihil inuite, splēdide, pstāter, honeste oia, Nihil expectare, quasi certo futuꝶ, nihil cum acciderit admirari, vt inopinatū, ac nouum accidisse videator. oia ad suum arbitriū referre, suis stare iudicijs. Quo qd sit beatior mihi certe venire in mentē non pōt (Magnitudine consilij) Tangit prudentiam. nam prudētis maxime opus est. vt ait Arist. bene consulere. Bene psulere aūt is dr̄, qui quod optimum est hoi in rebus, id ratiocinando coniectura assequtur. (Tolerantia, &c.) Fortitudinem tangit, quæ est considerata periculoꝶ susceptio, & laboꝶ perpessio. eius partes sunt, Magnificentia, Fidentia, Patientia, Perseuerantia. (Rerū humanaꝶ) Casuum qui accidere hoi pñt, plorimi aūt sunt. (Fortune) Quæ mutabilis est, & varia, modo dat, modo adimit. (Vt mœnibus) Vt bene munitus locus haud facile expugnari pōt. Sic multis comitatus, & quasi cinctus virtutibus lædi non pōt. (Expugnabitur?) q.d. minime. (Qui ne ciuitate, &c.) Paradoxum est cum dr̄ sapientem ciuitate pelli non posse, & tn̄ facile ita esse ostenditur. Nā si lędenter bonum viꝶ, & sapientē improbi sunt, & locus tn̄ vt bonus pellitur, is est, in quo improbi dñantur. certe videcun

que vir bonus pellatur, locus ille ciuitas nõ erit. Eſt.n.ciuiũ multitudo recte, & ſub eiſdẽ legibus viuentiũ. improboꝝ nullæ ſunt leges, ſed cõiurationes potius. Ex quo non fuiſſe ciuitatẽ Romam oſtẽdit Cicero, cũ Piſo, & Gabinius cõſules, cum Clodius Trib. pl. oĩa pro libidine ſua agerent, cũ eoꝝ furore leges ſilerẽt, iudicia eſſent ſublata. [Quæ eſt ciuitas) Si furum, & immanium congregatio non eſt ciuitas, ſequitur proboꝝ, & virtute præditoꝝ iiſdẽ legibus ſociatam multitudinẽ ciuitatem dici debere. [Furũ) Qualis tu es Clodi, & operæ tuæ. [Immaniũ) Qui humanam cõſuetudinẽ peccando excepit, is immanis vocatur, q eſt extra oẽm humanitatẽ. [Latronum) Fur occulte ſubripit, latro tranſeuntes ex inſidijs inuadẽs ſpoliat, & plerũque occidit. [Certe negabis) Tu quoq; hmõi hoium conuentum nõ eſſe ciuitatẽ cõtiteberis. [Non igr, &c.) Qñ me in exiliũ pepuliſti ciuitas nõ erat Roma, ſi improbi, & ſcelerati dñabantur. [Leges) Quæ ſunt ſcriptæ. [Iudicia) Quæ ſm leges cõſtituuntur. [Mos patrius) Qui potius eſt in cõſuetudine. Nã quod Vlp. ait de quibus cauſis ſcriptis legib⁹ nõ vtimur, id cuſtodiri oportet, quod de moribus, & ꝯſuetudine introductũ, & inueterata cõſuetudo pro lege non immerito cuſtodietur. Tria aũt tangit, qbus ciuitas cõſtituitur, atq; firmatur, leges, iudicia, mores. Quibus ſublatis eſſe non põt. [Cum leges, &c.) Vt Fuſia, & Helia. Quæ ꝓhibebant quidq̃ cum populo agi, niſi prius da cœlo ſeruatu eſſet, quas leges Cic. in orat. contra L. Piſonẽ propugnacula, muroſq;, tranqllitatem, atque ociũ appellat. P. Clodius Trib. pl. quattuor leges ꝑnicioſos P.R. tulit. Annonam quæ fuit ſumme popularis, vt frumẽtum, quod antea populo ſemiſſibus, ac trientibus in ſingulos modios dabatur, gratis daretur. Alteram neq; per eos dies, qbus cũ populo agi liceret de cœlo ſeruaret, & ſic leges Fuſiã, & Heliam ſuſtulit. Tertiã de collegijs reſtituẽdis, nouiſq. inſtituẽdis, quã Cic. inqt ex Seruilioꝝ fæce conſtitutã. Quartam ne quẽ cenſores in Senatu legendo ꝑterirent, neue qua ignominia afficerent, niſi q apud ipſos accuſatus, & vtriſq; cenſoris ſnia damnatus eſſet, qua lege cẽſura magiſtra pudoris, & modeſtiæ ſublata eſt. [Cũ ferro) Cic. in orat. ꝯtra Piſonẽ. Cum equites Rom. necarentur, viri boni lapidibus è foro pellerẽtur. De Clodij aũt furore loqtur. [Magiſtratibus) Vt præ ſoribus. ſæpe cũ extrudere Cicer. vellet Clodius, res ferro, & lapidibus acta eſt. Et Q. Fr. in Senatu ictus eſt. [Senatus nomen) Oĩa.n. vnius arbitrio, vel paucoꝝ, vt Piſonis, Gabinij, Clodij gerebãtur. [Prædonum cõcurſus) Qui huc ad cædes rapinaſq. diſcurrebãt. [Latrocinium) Latronũ multitudo. [Et reliquiæ, &c.) Quidqd ſuperfuerit ex neſaria coniuratione Catilinæ, quã Cic. extinxerat, ad Clodiũ confluxerat dignũ Catilinæ ſucceſſorem. [A Catilinæ furijs) Semp ſic de Catilina loqtur Cic. vt furore agitatũ dicat, quippe q perniciẽ patriæ machinari potuerit, & in oratione contra eum ad Quirites ſic inqt, Tandem aliqñ, Quirites, Catilinã furentem audacia, ſcelus anhelantẽ, peſtem patriæ neſarie molientẽ, vobis atque huic vrbi ferrum, flãmamq. minitãtem, ex vrbe, vel eiecimus vel emiſimus, vel ipm egredientẽ ꝓſecuti ſumus. [Nõ igitur, &c.) Cõcludit non me ciuitate eiectũ, ſicut gloriaris, nã ciuitas non erat, cũ leges nihil in ea valerent, cũ iudicia iacerent, cũ pulſis magiſtratibus foꝝ ꝑdones, & reliquæ Catilinæ te duce occuparẽt. [Sed accerſitus in ciuitatẽ) pulſus ex ciuitate minime. Sed reuocatus ſum ab exilio in ciuitatẽ. cœperat.n. ciuitas eſſe reiectis improbis, & in ſuũ locum reſtitutis bonis. Pulſo Cicerone tñ uiolentia, & armis Clodius valebat, ut oẽs haud mediocriter terrerẽtur. ex quo afficiebatur, ut non mediocre eſſet Ciceronis deſideriũ. Vniuerſa igitur ciuitas hoc unũ ſtudebat, vt Cicero reſtitueretur. Põpeius itaq; bonoꝝ multitudine tãdem collecta, coactis ẽt ex ultimis Italiæ locis non paruis auxilijs Clodiũ foro expulit, ciues ad ferendã legem de Cicer. reditu cõuocauit. Tulit T. Annius Milo. Nunq̃ fertur tantus cõſenſus P.R. de aliqua re fuiſſe, neq; tñ ſtudium totius Italię, quæ ob hoc ipm Romam ꝯfluxerat. [Conſul) Bonus, & integer Lẽtulus Spinther. Qui in reuocãdo Cicer. ꝑcipuam nauauit operam. [Nullus erat) Nulli erãt conſules Romæ. Nã Piſo, & Gabinius ſcelerati hoies, & improbi non erãt ꝯſules hñdi, non.n. conſulebant reip. quã diripiebant, & labefactabant. [Ceciderat) nã furore Tribunitio territi boni aufugerũt. [Liber) Qui prius timore aſtringebatur. [Iuris) Quod ſcriptũ eſt, & multifariã diuiditur, ac boni, & æqui ars à Celſo diffinitur. [Aequitatis) Bonũ, & æquum ſunt emendatio legis, qua aliquid omiſſum erat, pp vl'e. lex.n. vniuerſaliter dicens, & quod plurimum eſt complectens emendatione aliqñ indiget, quæ non ex ſcripto, ſed ex ſapientis interpretatione proficiſcitur. Recte itaque, inqt, ius, & æquitatem vincula eſſe ciuitatis. His enim ſublatis ſtare ciuitas non poteſt. [At vide tu latrocinij) Tui tribunatus, q latrocinium potius appellandus eſt. [Iactam) Senſus eſt, exiſtimaui voluiſſe qdem te, & cogitaſſe me iniuria afficere, & tela in me ꝯtorſiſſe, ſed corpus meũ nõ attigerunt. Qm quidqnid in me egiſti contempſi. Virtus.n. mea lædi non potuit. Biantis ſeqtur ſniam, qui bona ſua oĩa in ſeipſo poſita exiſtimabat. Et Diogenes, qui admonitus à quodam, quod à Corinthijs iuuenibus derideretur, ſic rñdit, [illegible]. Ipſi derident me, ſed nõ derideor. [Parietes) Domus meæ, quã incendit, & demolitus eſt Clodius cũ prius direpta eſſet. Quo aũt ſolum quoq; auferet, & in templum libertatis in area dedicauit, bona oĩa, quæ, aut in domo, aut in villis fuerunt, publicata ſunt. [Auferri) Fraude. [Eripi) Vi. [Amitti) Negligentia. [Meoꝝ) Nihil.n. meum erat, quod auferri poterat. [Si mihi hæc eripuiſſes) Hæc mea ſunt, & auferri mihi non põt. Quæ ſi tñ eripi a te potuiſſent, iniuriam mihi à te factam conſiterer. Sed eripi neq; a te, neq; à quoq̃ põt, non igitur facta mihi iniuria eſt. [Curam) Seruandæ, & illuſtrandæ reip. [Vigilias) Aliqd excunẽdi quod, & viuis, & poſteris vtilitati ſit. [Huius æterni, &c.) Quod in rep. conſulis, cum neſariam coniurationem extinxit. [Reditũ glorioſum) Vt optabile fuerit pelli, quo ſuis humeris Italia me ab exilio reportaret, quod de ſe ſcribit Cic. Eſt aũt contrariũ colloc. contraria.n. ſunt reditus, & exitus. [Ergo ego, &c.) Et anteq̃ pellerer, & poſtq̃ pulſus ſui, non.n. qdq̃ meum amiſi. [Exteris nationibus) Ad quoſcunq; veniebas, vt Epiroticis, Macedonib. [Tu ne nunc qdem) Clodium non fuiſſe ciuem, ſed hoſtem probat. nã ciuis defendit patriam, hoſtis offendit, vt Clodius faciebat, hoſtis ergo erat. [Natura, & loco) Quod ciuis natus ſit in eadẽ ciuitate, hoſtis vero in externa, & quod in ciuia ſit intra muros, hoſtis contra extra. [Aio inqt, & factis) Hoſtis, & ciuis differunt. Nam ciuis aius eſt lauandi Remp. hoſtis cõtra lædendi. [Cædẽ in foro, &c.) Cum T. Annius Milo legẽ ferre vellet de Cic. reducendo, Clodius cum ſuoꝝ manu reſtitit, eo res deducta eſt, vt vnus ex tribunis ipſis vulneraretur, alij multi necarẽtur. Q. Cic. frater nõ alia via euaſit, quam quod ſe mortuum finxit, & inter cadauera p foꝝ iacentia delituit. [Templa) Vt Caſtoris, Telluris, in qbus haberi Senatus ſolebat. [Priuatoꝝ domus) Vt Cic. & Q. fratris. [Cum hoſtis Spartacus) Si tu non minus quã Spartacus patriæ nocuiſti, ciuis appellandus minime es. Nam ſi hoc noie dignus iudicareris, nunq̃ hoſtis Spartacus diceretur. Sed ille hoſtis dr̃, quia nocuit, & tu hoſtis dicendus, qa nocuiſti. Abſurdum qdem eſſet Spartacum hoſtem non notare, & te ciuem notare non minus abſurdũ putaretur. Spartacus, Chryſus, Oenomaus gladiatores fuere, q effracto Lentuli ludo cum 30. aut amplius eiuſdẽ fortunæ viris erupere Capua, ſeruiſq. ad vexilla vocatis exercitum cõtraxerũt decem milium, & varijs damnis afficere Cãpanos primum cœperunt. Vario cum illis euentu à Romanis ducibus pugnatum eſt, tandẽ a M Licinio Craſſo circa Brutium angulũ in extrema Italiæ ora clanſi eruptione facta dignam viris obiere mortẽ. Spartacus, ut Imperator fortiſſime dimicans occiſus eſt. [Per quã ciuitas non fuit) Sublatis legibus, & iudicijs, pulſis bonis, erepta populo libertate. [Tuo noie) Quod te decet, quod ꝓbat ex vocabuli diffinitione dicẽs, non eſſe exules illos duntaxat, q ſolum mutauerint, ſed qui pp ſcelera pœna exilij digni ſint, ẽt ſi non pellantur. Ex quo non fuit exul Cic. qui pp ſcelera pulſus non eſt. nihil.n. mali cõmiſerat, & Clodius exul erat cum pp inauditam improbitatem exilio dignus eſſet. [Exulaſſe remp.) Nam me diſcedente oĩa publica iura à ſceleratis oppreſſa ſunt. [Circũſpicies) Vt qualis, & quam amens ſis tandem intelligas, & ſi fieri poteſt reſpicies. [Scelerum eſſe pœnam) Qui ergo bonus eſt, & oi caret improbitate exul qui põt? [Illud iter) Quod tu exilium uocas. [Ob præclariſſimas res) Qm ciuitatem ab incendijs, & rapinis liberaui, pernicioſiſſimam coniurationem ſopiui. [Et ſi ſolũ, &c.) Etymologiam tangit nois. Nam exul eſt extra ſolum terræ patriæ pulſus. [Tua ſica) Lex erat ne qs cum telo Senatum ingrederetur. Clodius cum ſica inuentus eſt, qua Põpeium uolebat occidere. quare Pompeius domi ſe continuit, donec Clodius Trib. pleb. fuit. hiſtoria hoc habet, pulſo Cicerone Clodius vexare Põpeium non deſtitit, eius primũ acta reſcindere conatus eſt & verbis turpibus inuectus. Quidam aũt ex domeſticis Clodij cum ſe ad Põpeium in foro tuliſſet, gladium à circũſtantibus inferre cognitus eſt, & ſubmotus. Quare territus Pompeius venire in foꝝ Clodio tribuno poſtea auſus non eſt. legitur apud Aſconiũ. Piſone, & Gabinio conſu. pulſo in exiliũ Cicerone cum tertio Idus ſeptem. Põpeius in Senatum veniſſet. Seruo Publij Clodij ſicam excidiſſet, eamq. ad Gabinium conſulem delatẽ, dictum à ſeruo imperatum ſibi a P. Clodio, vt Pompeius occideretur. Põpeium domum rediſſe, & ex eo domi tenus obſeſſum. [Qui hoiem occiderit) Suppleto non ne, & is appellatur inimicus? [Aedes nymphatum)

rum)Aedes dictæ à nymphis.[Templa deorum occupauerit)Vt Ca
storis, Telluris.[Sed quid ergo?)Hæ leges oẽs contra quas fecisti
cões tibi cum alijs sceleratis,qa similia scelera cõmittut. Vna est
lex in te solum lata.Qm̃ tu solus inuẽtus es,qui cõtra eã feceris.
P.Lentulus familiarissimus Clodio legẽ tulit, ut qcunque vir in
tectis Bonæ Deæ deprehenderetur,exul esset. Clodius ueste mu-
liebri indutus in sacris Bonæ Deæ,dum domi Cæs.Pont. celebra
rentur deprehensus est.Quare Cæs.cum Pompeia vxore Q. Pom
peij filia diuortium fecit,adulteratam à P.Clodio opinatus. Se-
natus aũt de pollutis sacris,qõnem decreuit.De Bona Dea mul-
ta scribuntur,i.act.lib.2.diuin.instit.Macr.lib.1.Saturn.& Ouid.6.
Fast. compluresq. alij viri in opertum eius ingredi fas non erat.
(Gloriari solet)Ex quo ingens esse temeritas &dementia tua co
gnoscitur.(Quis.n.) Nisi stultissimus de turpitudine gloriatur?
(Qũo igitur)ꝯclo est,qua insanire Clod.ostenditur tot legibus.
multæ.n.leges,vt dcm̃ est,te exulem faciunt.[Non perhorrescis)
Cum alijs obijcias [Romæ sum inquis) Obiectio est Clodij quã
diluit statim Cic.dices fortasse non esse te exulem,vt ego sentio;
qa Romæ es,sed .n. qcunque in aliquo loco est,eius loci ꝯtinuo
ẽus ac ptãtem habet. (In portu fuisti) Qua rõne Romæ es,nõ vt
hic pmaneas,sed ut his legibus pellaris,quibus exul factus es. &
quemadmodũ nautæ,cũ in portu sunt eius loci iura non tenent,
sic nec tu vrbis ptãtem habes,qm̃ nã,aut loco quis ptãtem loci te
net,sed aio & factis. (In operto) In sacris Bonæ Deæ, & iũ tibi
non licebat.[Non igitur &c.) Claudit hanc ultimã argumenta-
tionem, vbi inqt oportebit esse cũ legibus, ius illius loci in quo
erit quispiam non tenebit,ut si qs ciuitatem quampiam ingredia
tur,qm̃ cum illius legibus consentire & viuere et non oportet,
illius ciuis non erit,nec tu Clodi ciuis R. es,licet Romæ sis, qm̃
cum Romanis legibus,ut te facere oporret non consentis.

OMNI BONI.

QVòd oẽs stulti insaniunt.) Præposuit titulum more suo, qui
græce sic resona. ὅτι πάντες οἱ μωροὶ μαίνονται: ideo vero de
patre suo Claudio sic dicere solebat. pater meus incipit morari
inter hoies, prima producta iosanire signat moror, latine primã
corripit,sed aliam habet primam longam,ad huius aũt paradoxi
sniam quorundam uocabulorum dr̃æ notandæ sunt. Stultus appel
latur ille q habet hebetem & obtusum ingenium.Stolidus dr̃ il-
le q nec fatur,nec qd alij fantur intelligit.Insanus aũt est ille qui
in furias incidit.Demens uocatur,q totam mentẽ integrã nõ re-
tinet.Amens aũt plus q̃ demens,qm̃ amens est sine mẽte. Vult ãt
Cic.probare,stultũ esse insanũ,ad quã qdem approbationẽ exẽ-
plum Clod.inducit,contra quẽ hoc paradoxũ excogitatum fuit.
Clodius ciuis gñnsus de gente patricia natus oi flagitiorum gñe p-
ditus,volens Cic.de vrbe R expellere se vni plebeio minori natu
adoptauit,quo trib.pl.crearet. Lex.n.erat qd̃ nemo nisi plebeius
tribunus pcreari posset.Cũ esset tribunus,ꝯsulibus duobus scele
ratis hoibus Pisone & Gabinio,Tulliũ de vrbe recedere coegit.
Cic.in pñti sula pniciosi Clodij ostendit insaniam,ut p sequen-
tia declarabitur.(Oẽs stultos insanire).i.Stoici dñt.(Ego uero)
Ordo: adiungã te nõ modo stultũ.i.obtusum.(Vt sæpe) Quia sæ
pe Clod.stultus erat.(Improbũ) Probum dicimus absque vitio,
improbũ vero q vitia amplectitur.[Dementẽ:)Ac si dicat deorsũ
à mente. (Rebus necessarijs) Argumentis vetis probo te demen
tẽ & insanũ. [Sapientis) Tullius se laudibus extollit ad ꝯtẽtionẽ
Clodij,tradit aũt similitudinẽ talem,si qs paruis militũ copijs bñ
munitũ oppidum expugnarẽ,vellet,stultus esset.& insanus, eodẽ
modo Clod. stultus uocandus est, qui aim Cic. virtutibus oĩbus
septũ debellasse putat,potiq̃ eũ vrbs extrusit.[Rerum humanarum)Si
ue bonæ, siue malæ à sapiente tolerãdæ sunt virtutibus oĩb⁹ pru
dẽtia,tẽperantia.[Expugnabitur)Pugnãdo supabitur,ac si di.nõ.
[Quæ est)Diffinit qd sit ciuitas,p quam diffõnem probat sapien
tem non posse de ciuitate expelli,facit.n. syllogismum,proponit
maiorem,deinde minorẽ postea subijcit. (Ois ne.) Diffinit ciui-
tatis nomen à cõtrario, congregatio latronum aut furũ ciuitas
non appellatur. (Immanium) Immanẽ appellamus q est contra
humanitatem,vt occidere parentes. (Fugitiuorum) Fugitiui serui,
transfogæ vero milites dñr.(Latronum) Qui spoliant hoies,at-
que pnecant. (Certe negabis) Dices hanc multitudinẽ scelera-
torum nõ esse ciuitatem. hæc est maior, subijcit deinde minorem.
(Non erat igitur)Tunc illa ciuitas,Roma non erat tpe tuo,quã
do me exilij pœna affecisti. [Cũ leges) Quæ sunt scriptæ,iudicia
ꝯplationes,amores sine scriptis,eligit tria q̃ faciunt ciuitatem. Ci
uitas.n.est multitudo ciuium tore viuentium,sed vrbs sunt fossę,
mœnia,muri,turres. (Cum ferro) Tpe Clodij iudicabatur p arma
adeo,vt cum contra opinionem aliqd ferretur.ferro vindictã su-
mebat,ideo Q. F. Tullij pcussus fuit in senatu. (Senatus nomẽ)
Nõ erant senatores.[Et latrocinium)Multitudo latronum.[Et re

liquiæ)Clodij erant de conspirantibus cum Catilina. ideo reli-
quiæ illius ad Clodium reuersæ sunt.(Itaque) Hæc ꝯclu syllogis
mi,quod cum multitudine latronum expulsus sit. Non de ciuita
te eiectus fuit.[Accersitus)Ostendit insaniam & stultitiam huius
hois,qui putans præbere malum Cic.bonum illi tradidit. Cic.n.
reuersus est Romam cum magna gloria Metello cõsule adeo qd̃
ad illius aduentum tota concurrit Italia,tunc oĩa & iura,&boni
reuocati sunt q ciuitatẽ esse ciuitatem fecerunt. (Qui tum) Tpe
tuo illi erant hoies vitiosi quos diximus. (Cõsensus populi esset
liber)Qua ex re in vrbẽ Tullius accersitus est, quia populus Clo
dianæ pniciei subiectus erat & libertatem priscam non tenebat.
(Iuris)Ordo de memoria iuris & æquitatis,q̃ uincula sunt ciui-
tatis repetita est memoria. Ius est in scriptis & sine scriptis,æqui-
tas iuris mitigatio. (Tu latrocinij)Voluit dicere tribuni tui, sed
pp scelera,inqt,latrocinij.(Nefariam)Quæ sunt cõtra fas.(Per-
uenisse) Ad me nunq̃ puenit,cogitabã iniuriam iactã a te in me.
sed. nunq̃ vt ad me peruenerit existimabã,ac si dicat non curabã
de tuis viris,qd̃ idem dixit Diog. cum esset monitus à quodã q
iuuenes Corinthij deriderent eum. dixit sic,isti derident,qa suas
derisiones contẽno & sperno.(Nisi forte) Ironice concessio fa-
cta,ut declaret stultitiam ipsius,& mala q̃ Cic.fecit Clod.vastans
vestes,domos,& pdia Cic.cum tunc quasi pugnis & verberibus af
ficere putabat.(Ruere)Ad illud parietes perturbabas. (Deflagra
re)Quãtũ ad sceleratas faces. (Nihil.n.meum)Gñalis snia,quã
Biantem cõmemorasse in primo paradoxo confessus est. Neque
cuiusq̃ quod auferri,p fraudes,eripi p uim amitti negligentiam.
Bias.n.rñdit cuidã admonenti ut aliqd de suis rebus asportaret.
Oĩa mea mecum porto. (Si mihi eripuisses) Ostendit stultitiam
Clodij,q putans bona diripere. Cic. testabat ad incendendas æ-
des,q̃ bona non sunt,bona qdem animi, q̃ proprie nuncupantur
bona,a Clodio eripi non poterãt.(Constantiã).i.virtutẽ.(Meas
curas)Quas habui ne in seruitutẽ resp.veniret.(Vñ).i.qua mẽte
& aio pficiscimur.(Nec facere potuisse)Nõ.n.bñficia diuina &c.
verti pñt.(Iniuria)Vituperium numerat.Cic.cuius fuit virtus,&
in illo exitu atque reditu magnã adeptus est gloriam, ergo q̃uia
me de vrbe expulisti tũ semp fui ciuis, sed cũ potissimum me cõ-
mendabat cæteris. (Tu ne)Demõstratur q sit ciuis. (Non es nisi
forte,ironica cõcessio.i.q̃ p contrarium exponitur,q iniuria ciui
tatẽ suffocat illius hostis appellatur,ergo Clodius nõ est ciuis, ut
si idem sit ciuis,qd̃ hostis,ac si dicat,non hostis,sed inimicus, ho-
stis est inimicus publicus,inimicus priuatus, e⁹ offm̃ est ciuitatis
leges imitari.(Non aio).s.sceleratu.(Factis)Quibus resp.in ma-
xima detrimẽta agitabat (Tẽpla tenuisti)Diripiendi causa.(Cur
hostis Spartacus) Per exẽplum pbat Clod.esse inimicũ publicũ,
quodã tpe seruorum multitudo spirabat cõtra patriam, quorum dux
Spartacus fuit, cõtra inqt Clodi non appellaris hostis, cut cõtra
offm̃ facis,scis q a Spartacus sit appellatus hostis. (Aliqñ ciuitas
nõ fuit,sicut traditũ est superius,qa pp Clodiũ in vrbe Rom. le-
ges,mores,iudicia iacebant,sine quibus ciuitas esse nõ põt.(Tuo
noie).i.noie cõueniente tibi,& declarat qd sit exul,non dñr so-
lũ q sunt extra solũ,quia sunt ẽt multi rusticantes, sed illi exules
appellantur,qui pp scelera sua pœna exilij afficiũtur, igitur Cic.
exul non erat qm̃ aliquid non admisit.Clodius aũt nomen exilij
merito consequebatur,cum oi flagitiorum gñe præditus. (Exulasse
temp.)Me abeunte oĩa de vrbe recesserunt.(Amentissime)O si-
ne mente caput non respicis te. (Nec qd loquare?) Quia fatuus
es. (Exilium scelerum esse pœnam)Ergo ego sceleribus carens exi-
lium passus nõ sum, sed tu illis pditus q̃uis in vrbe sis exiliũ hẽs.
(Ad pclarissimas)Clodius accusauit Tullium occidisse plures ci
ues contra legẽ Porciam,q̃ fuit,ut aliqs ciues Rom. mori non fa
ceret.Sed Tull.truncari cõstituit conspiratores Catilinę,quo q-
dem beneficio illi scelerati iudices Cic.exulare pmiserũt. Etiã si
solũ nõ mutauerint.etymologia exulis,q dr̃ extra solũ, dicit igr̃,
tui socij scelerati,& in vrbe exñtes exules noiantur.(Qui cũ te-
lo fuerit ante sen.)Facit multos syllogismos. Lex erat,vt aliqs in
senatu arma nõ ferret.Clodius corã senatu tulit,ergo est inimic⁹
ciuitatis. (Tua vero sica)Paruus gladius ad insidias,qui dr̃ à seco
secas,nã secari dñr.(Deprehensa)Deprehendere est in aliquo vi-
tio reperire.(Occiderit)Huius maior & multi alij sunt syllogis-
mi: subaudi,& exul esse debet inimicus priæ, sed tu occidisti ho
mines,ergo tu hostis & exul,& est minor. (Qui incẽdiũ fecerit)
Subaudi ciuis nõ est,sed tu icẽdisti,ergo ciuis nõ appellaris.(Qui
tẽpla deorum occupauerit) Armis & incẽdio,sed nõ solũ tẽpla occu
pasti,sed ẽt castra in foro locasti,nõ inimicus & publicus exul, &
erit minor. (Sed qd cões leges pfero) Oẽs istæ leges erãt bonæ.
Erat vna lex, vt aliquis non incenderet tẽpla, quæ oĩa sunt supe-
riora,cõmisit Cl.ideo merito exul nũcupatur.(Familiarissimus)

Qui-

quidam fuit familiarissimus Clodij, qui fecit vnā priuatam legē, vt si Clodius ad sacrificia Bonæ deæ accessisset exul esset. Tangit sic p transitū quō Clod. deprehensus fuit in sacrificijs Bonæ deæ. Aurelia mr̄ Cæs. fecit ɔuocare matronas Romanas ad ædes suas, inter quas ꝓfectus est Clod. in habitu mulieris, & ibi ad vocis sonitum est cognitus masculus, & latuit sub lectica cuiusdā ancillę, q̄ vocabatur proprio noīe Aura. Erat aūt Clodius captus amore Pōpeiæ vxoris Cæs. qui accusatus est de pollutis ceremonijs. [At te id fecisse) Clod solebat gloriari polluisse sacrificia. [Tot legibus). i. cū tot leges iubeant exulē esse non times. s. nomen exulis, ac si dicat solum in audiendo exules timere dr̄es. [Romæ sum inquis) Inquit Clod. ego sum Romæ quō sum eiectus in exilium? [Et qdem fuisti in portu) Similitudo tracta à nauigantibus, qui ingrediuntur vrbē aliq̄, vt sient in portu, tñ illius loci sibi sunt iura nec leges tenēt, sic ēt tu es Romæ tanq̄ in portu, nō tñ pp scelera tua illius iura obserues. [Si ibi) Vbi nō oportet esse cū legibus, ius illius loci nō teneo, quia me leges illas hēe nō oportet.

ASCEN. QVòd omnes stulti insaniunt.) Paradoxon hoc sic græce ꝓponitur. ὅτι πάντες οἱ μωροὶ μαίνονται : proferuntur aūt quia n, ante t, facit ipm̄ sonare. vt d, qa οι, vt ι, & αι, vt e, sonant. sic, ὅτι πάντες οἱ μωροὶ ἀπονόονται. i. q̄ oēs stulti insaniunt, aut imprudētes sunt. Nam ὅτι, idem est q̄, πάντες i. oēs, οἱ, articulus est, μωροὶ i. fatui, scribitur aūt, μωρὸς, pro fatuo p α, nam p ο, mors est, ἀπονόονται. i. sine prudentia sunt. Nā α, priuatiua est particula, νόησις, prudentia, & νοῶν prudens, vñ ἀπονόω, sine prudentia sum, & insanio. voluot aūt in Clodiū, m, dictum esse quem Milo a Cic. defensus occidit. Iuuen. tñ eum, si principem homicidarū taxat, dicens Sat. 2. Si fur displiceat Verri, aut homicida Miloni. sed ne ꝓlixior sim. Ordo est. Præponunt Stoici sup. aut dūt pro themate. Oēs stultos insanire. i. imprudentes, & insanæ mentis esse. Ego vero ò Clodi dico sup. te nunc non modo stultum. i. insipientē vni rei inhærentē hebetē & obtusum, vt sæpe sup. fuisti, & non modo improbū vt semp sup. fuisti, sed quoque. i. ēt, dementē. i. peruersæ mentis, & insanū. i. vt non sanum furentem, q̄ me ant quēuis aliū sapiæ præditum stultitia tua expugnare conaris. Nā putes tu qd' animus sapientis septus. i. munitus & circundatus rebus necessarijs ad victum. s. animi, hoc est magnitudine ɔsilij, tolerantia rerū humanarū, contemptione. i. aspernatione fortunæ, & denique ut semel oīa dicam. septus oibus virtutibus, vt veluti mœnibus quibusdā vincetur sup. à te, & expugnabitur. i. per pugnā excipietur, qui nec ciuitate pōt pelli, quod multo minus est quā capi. Et si dicat Clodius Cic. ciuitate expulsum. Negat id dicens. Quæ est. n. ciuitas. s. vere dicenda, ant q̄ mereatur vere dici ciuitas. Ne. i. an ne ois conuentus. i. conuentio & cōcio, ēt feroꝝ & immanium qualis tu es, & tui similes. Ne. i. an ne ois multitudo fugitiuoꝝ ac latronum congregata in vnū locum, certe tu negabis. s. qd' talis mereatur dici ciuitas. Igitur illa cōgregatio Romanoꝝ in vrbē Romanam, non erat tñ ciuitas. s. vere dicenda, cum. i. qñ leges nihil volebant in ea, cum iudicia. s. recta, aut exercitia fori iudicialis iacebant. i. non exercebantur, cū mos patrius. i. vetus institutum in patria seruari solitum, aut à patribus traditū, sed uerius à patria patrius dr̄. nam à patre potius dr̄ paternus. Maro tñ dicit Aen. 3. Neque. n. patriam consistere mentē Passus amor. cum nomen Senatus non erat in rep. & hoc patribus. i. senatoribus pulsis ferro. i. ui armoꝝ. ille qui tunc erat concursus ꝑdonum, & latrocimiū constitutū in foro te duce. i principe & capite, & reliquię q̄ remā serant à furijs coniurationis Catilinę, de quo in bello Catil. Sal. abunde tractat. Itaque. i. & ita, quia tunc nō erat ciuitas, ego nō sum pulsus ciuitate, vtpote quæ nulla erat & sum accersitus. i. aduocatus in ciuitatem. i. a bonis ciuibus, qui iam ciuitatem constituerant, vt essem. s. verus consul in ciuitate. Qui tum. s. dum tu consul fueras nullus fuerat, & nt esset in ciuitate. Senatus qui occiderat. i. interfectus & extinctus erat, tum. i. tunc, & vt consensu populi. s. R. esset liber. s. in suffragijs non coactus te tyranno & occupatore dñationis vt memoria iuris & æquitatis, q̄ sunt vincula. i. nerui & colligationes ciuitatis essent reperta, q̄ tunc in obliuione erat. At vide. insultat in Clodium quem conatibus suis, vt quēlibet stultum & impium frustratum asserit dicens. At. i. sed, vide. i. considera, quam. i. quantū ego contēpserim. i. vilipenderim illa tela. i. iacula & arma inuasiua, eminus vim inferentia tui latrocinij. s. qbus latrocinium exercebas in ciuitate capta. Ego semp duxi. i. captus sum iniuriam nefariam, & factā, & missam a te in me, tñ ego nunq̄ putaui iniuriam tuā peruenisse ad me, quasi quidq̄ ptātis in me hēret nisi forte cum. i. qñ tu distribuebas parietes. i. ædium meaꝝ, aut cum inferebas tectis. s. meis, faces sceleratas. i. scelere iniquitatis illatas arbitrabare aliquid meoꝝ. i. quæ vere mea essent, ruere. Aut deflagrare. i. ardere & igne absumi in vrbe. s. Roma, q. d. qa id arbitrabare stultus eras. Nihil. n. est meū neque cuiusq̄. s. alterius qd' pōt auferri, quod eripi, quod pōt amitti. Si tu eripuisses mihi diuinā. i. à dijs datam, aut diuinæ ponæ similē. Cōstanciam animi, & meas curas, & consilia mea, etsi eriperes modo temp. cum resp. stat meis curis & uigilijs. etsi deleuisses immortalitatē. i. semp duraturam memoriam huius æterni. s. sp ꝓfuturi beneficij. s. mei in liberāda patria, & multo magis si eripuisses mihi illam. i. tā nobilem mentem. vñ hæc consilia manarunt. s. orta sunt. Tum. i. tunc ego cōfiterer me accepisse iniuriam abs te. Sed si nec fecisti hæc, nec potuisti facere tua iniuria, quam inferre moliebaris, sed nec quidq̄ dedit mihi reditum in patriam gloriosum & non exitū calamitosum, qui tñ ipm̄ iuxe manebat, quo minus gloriandū est nobis, nisi cū Paullo in cruce dñi. Quia nescia mēs hoim fati sortisq̄. futuræ, ut auct. est Maro. Ergo quia me expellere ex bona ciuitate nequisti, ego erā sup. sp vbicunque erā ciuis. s. Rom. qa in numero bonoꝝ ciuium, & maxime. i. potissime, tū. i. tunc, cum. i. qñ senatus cōmendabat exteris nationibus. i. ꝓuincijs salutē meā, vt sup. cōmendaret salutē optimi ciuis. Tu, ò Clodi ne nūc qdem cū in ciuitate versaris, es ciuis, nisi idem pōt esse hostis, & ciuis. An tu distinguis ciuē ab hoste nā. i. per natiuitatē, ac loco. i. p loci distantiā, & non aio, & factis? q. d. potius aio, & factis distingui dēe. Tu fecisti cædē. i. occisionē, & stragē in foro. s. Rom. & tenuisti. i. occupasti templa. i. ædes deoꝝ ad contēplationē extructas latronibus. i. satellitibus tuis à latere, quasi lateratio nibus dictis, & ad latrocinia instructis armatis, & ita vim inferentibus, & incēdisti domos priuatoꝝ, & ædes sacras. i. diu ɔsecratas. Cur hostis. Conatur argo conuincere Clod. potius hostem declarandū, quā Spartacus olim fuerat, cum id in ciuitate faceret, qd' ille foris fecerat. De Spartaco sūt sic hēex Liuio, & Appiano. Quatuor, & septuaginta gladiatores Capuæ ex ludo Lentuli ꝓfugerunt, & ɔgregata seruoꝝ ergastulorumq̄. multitudine Cryso & Spartaco ducibus bello excitato Clod Pulchrū legatū & P. Varenom ꝑtorem ꝑlio vicerunt, auct. Liu. lib. 95. Marcus aūt ꝑtor Chrysum fugitiuoꝝ ducem cū 20. millibus hoim cecidit. Cn. Lētulus ɔsul male aduersum Spartacū pugnauit, ab eodem L. & B. Q. Arius ꝑtor acie victi sunt. Item C. Crassus ꝓconsul, Cn. Manlius ꝑtor male aduersus Spartacū pugnauerunt, vt ait idē lib 96. M. Crassus deinde cum Spartaco pugnauit exsis cū ipso Spartaco millibus quadraginta, ac ait idem lib. 97. Meminit ēt Florus. Sed latius App. lib. 1. de bel. ciuil. inter quæ dicit Spartacum Thracem fuisse, & gladiatorem, qui aliqñ cum Romanis meruerat, & in custodia, ac gladiatorijs spectaculis asseruabatur, tantumq̄. animi assumpsit, ut 72. viris comitatus, pro libertate potius illos certare ꝑsuaserit, quam in spectaculis pericula subire. Itaque p vim repulsis his, qui custodi æperant fuga abijt &c. Huius meminit ēt Hor. in 3. Carm dicens, Spartacū si qua potuit vagantē Fallere testa. Sed ordo est. Cur Spartacus sup. est declaratus hostis siu ciuis. Aūt, pro sed. potes tu pp quem ciuitas aliqñ non fuit. i. extincta fuerat, & esse desijt, esse ciuis, q d. minime. &. i. & nihilominus appellas me exulē. Nomine tuo. i. re digno, & ibi uere conueniente, cum omnes putent remp. exulasse meo discessu. i cum ego discederem, quasi secum dicat remp. profectam. Ne, pro an, ò homo amantissime. i. maxime amēs nunq̄ considerabis qd facias, qd loquar. Nescis exiliū esse ponā sceleꝝ, & ita cū scelestus nō fuerim nō passus sum exiliū, sed illud iter meū esse susceptum ꝑ me ad res ꝑclarissimas gestas ante à me. Oēs scelerati, atq; impij quoꝝ tu ꝓfiteris te ducē, & quos leges volūt affici exilio sunt exules, ēt si nō mutauerint solū. i. extra solum suo ierint, cum exulo sit extra solū eo, & exul extorris extra solū degens. An cum oēs leges iubeāt te esse exulē, tu non eris exul. Nō appellatur, q. d. id merito fieret inimicus, is q fuerit cum telo ante senatū, q. d. maxime, & ita ò Clodi inimicus reip. es appellādus, qa tua sica. i. pugio tuus est deprebēsa. s. in manu tua, aut sub ueste tua. Qui occiderit hoiem, est oe appellādus? q. d. maxime, & tu plurimos occidisti. [Et q incēdiū in vrbe fecerit? q. d. certissime, & manus tua deflagrauit. i. penitus cōbussit ædes nymphaꝝ. Et nō ne dicendus est inimicus, qui occupauerit tēpla deoꝝ? q. d. haud dubie, & tu posuisti castra ēe in foro. s. Romano, quo ciues pro libertate tuenda cōuenire solēt. Sed quid. i. ad quid ego profero leges cōes? quibus oibus tu es exul tuus familiarissimus. i. maxime familiaris. s. Cæsar (vt qddā volunt) qui legem de adulterijs tulerat. quæ lex Italia dr̄, tulit ēt legem ne quis virorum templum Bonæ Deæ ingrederetur, vnde est illud Ouidianum. Templa bonæ maribus non adeunda Deæ. Eam aūt in Clodium sibi susceptum tulisse volunt, sed frustra. Nā P. Clodius Pompeiam C. Cęsaris vxorem adamās, dum sacra Bonæ Deæ per noctē fierent in Cæsaris domo qui pōtifex maximus erat muliebri veste illuc ingressus, & deprehensus est, sed tñ corruptela

ruptela iudicũ absolutus euasit. de quo plurima in Cæs. Plut. vñ & illud Iuuen. Clodius accuset mœchos &c. Tulit de te priuilegium. i. priuatã & specialẽ legẽ, vt exulares. i. ad exiliũ mittereris, si accessisses in optũ. i. sub tectũ Bonæ Deæ. At tu soles ẽt gloriari. i. iactãter recitare te fecisse id. i. ingressum optũ & secretũ Bonæ Deæ. Igr̃ quo tu erectus in exiliũ tot legib' nõ pħorrescis nomẽ exulis, qđ ciui obijcis. Tu inqs. Ego sum Roma, & ita nõ exulo, & tu qdẽ fuisti in portu. i. vt is q in portũ applicuit nauẽ, ius loci nõ obtinet, ita nec tu Romæ exñs ius ciuis, cũ merito exules. vnde infert. Igr̃ qnq; nõ tenebit ius ciuis loci vbi erit, si nõ oportebit, cũ sibi esse subiectum legibus q a q parere legibus ciuitatia recusat, priuilegijs gaudere nõ debet, & tu aut si legibus pareres, iampridẽ exulares, & hæc potius in Clod. quam ad rẽ dicta sunt.

Ὅτι οἱ σοφοὶ ἐλεύθεροι, καὶ οἱ μωροὶ δοῦλοι.
quòd sapientes liberi, & stulti serui.

LAVDETVR vero hic imperator, aut etiã appelletur, aut hoc nomine dignus putetur: quo modo? aut cui tandẽ hic libero imperabit, qui non potest cupiditatibus suis imperare? refrænet prius libidines, spernat voluptates, iracundiam teneat, coerceat auaritiam, ceteras animi labes repellat: tum incipiat alijs imperare, cum ipse improbissimis dñis dedecori, ac turpitudini parere desierit: dum quidem his obediet, non modo imperator, sed liber habendus omnino nõ erit. præclare .n. est hoc vsurpatum à doctissimis; quorum auctoritate nõ vterer, si mihi apud aliquos agrestes hæc habenda esset oratio: cum vero apud prudentissimos loquar, quibus hæc inaudita non sunt; cur ego simulem me, si quid in his studijs operæ posuerim, perdidisse? dictum est igitur ab eruditissimis viris; nisi sapientẽ liberum esse neminem. quid est .n. libertas? potestas uiuẽdi, vt velis. quis igitur viuit, vt vult? nisi profecto, qui recta sequitur; qui gaudet officio; cui viuendi via considerata, atque prouisa est; qui legibus quidem non pp metum paret, sed eas sequitur, atque colit, quia id salutare maxime esse iudicat; qui nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat denique nisi libenter, ac libere; cuius omnia consilia, resq́, omnes, quas gerit, ab ipso proficiscuntur, eodemq́, referũtur; nec est ulla res, quæ plus apud eum polleat, q̃ ipsius voluntas, atque iudicium? cui quidem etiam, quæ vim habere maximam dicitur, fortuna ipsa cedit: quæ, sicut sapiens poeta dixit, suis cuique fingitur moribus. soli igitur hoc contingit sapienti, ut nihil faciat inuitus, nihil dolens, nihil coactus. quod etsi, ita esse, pluribus verbis disserendum est: illud tñ breui conficiendum est, nisi qui ita sit affectus, esse liberum neminem. igitur omnes improbi serui: nec hoc tam re est, q̃ dictu, inopinatum, atque mirabile. non .n. ita dicunt eos esse seruos, vt mancipia, quę sunt dominorum facta nexu, aut aliquo iure ciuili: sed, si seruitus sit, sicut est, obedientia fracti animi, & abiecti, & arbitrio carentis suo; quis neget omnes leues, omnes cupidos, omnes denique improbos esse seruos? An ille mihi liber videatur, cui mulier imperat? cui leges imponit, præscribit, iubet, vetat, quod videtur? qui nihil imperanti negare potest, nihil audet? poscit, dandum est; vocat, veniendum; eijcit, abeundum, minatur, extimescendum. ego vero istum non modo seruum, sed nequissimum seruum, etiam si in amplissima familia natus sit, appellandũ puto. atque, vt in magna familia stultorum, sunt alij lautiores, vt sibi vñr, serui, sed tamen serui, atrienses, ac topiarij, stultitiæ suæ; quos signa, quos tabulæ, quos cælatũ argentum, quos Corinthia opera, quos ædificia magnifica nimio opere delectant. At sumus, inquiunt, ciuitatis principes. vos vero nec seruorum quidem vestrorum principes estis. sed, vt in familia, qui tractant ista, qui tergunt, qui vngunt, qui verrunt, qui spargunt, non honestissimũ locum seruitutis tenent: sic in ciuitate, qui se istarum rerum cupiditatibus dediderunt, ipsius ciuitatis locum pene infimum tenent. Magna, inquit, bella gessi: magnis imperijs, & prouincijs præfui. gere igitur animum laude dignum. Actæonis tabula te stupidum detinet, aut signum aliquod Polycleti. omitto, vnde sustuleris, & quo modo habeas. intuentem te, admirantem, clamores tollentem cum video, seruum te esse ineptiarum omnium iudicio. Nõ ne igitur sunt illa festiua? sunt: nam nos quoque oculos eruditos habemus: sed, obsecro te, ita venusta habeantur ista, non vt vincula virorum sint, sed vt oblectamenta puerorum. quid .n. censes? si L. Mummius aliquem istorum videret matellionem Corinthium cupidissime tractantem, cum ipse totam Corinthium contempsisset, vtrum illum ciuem excellentem, an atriensem seruum diligentem putaret? reuiuiscat M. Curius, aut eorum aliquis, quorum in villa, ac domo nihil splendidum, nihil ornatum fuit, præter ipsos; & videat aliquem, summis populi beneficijs vsum, barbatulos mullos exceptantem de piscina, & pertractantem, & murænarum copia gloriantem: non ne hunc hoiem ita seruum iudicet, vt ne in familia quidem dignum maiore aliquo negocio putet? An eorum seruitus dubia est, qui cupiditate peculij? nullam cõditionẽ recusant durissimæ seruitutis hereditatis spes, quid iniquitatis in seruiendo non suscipit? quem nutum locupletis orbi senis non obseruat? loquitur ad voluntatem: quidquid denunciatum sit, facit, assentatur, assidet, miratur. quid horum est liber? quid denique non serui inertis? Quid iam illa cupiditas, quæ vr̃ esse liberior, honoris, imperij, prouinciarũ, q̃ dura est domina, quàm imperiosa, quàm vehemens? Cethego, homini non probatissimo, seruire res coegit eos, qui sibi esse amplissimi videbantur, mittere munera, noctu venire domum ad eum, pcari, denique supplicare. quæ seruitus est, si hæc libertas existimari potest? Quid? cum cupiditatũ dominatus excessit, & alius est dominus exortus, ex conscientia peccatorum, timor? quàm est illa misera, quàm dura seruitus? adolescentibus paulo loquacioribus est seruiendum: omnes, qui aliquid scire vñr, tanquam domini timentur: iudex vero quantum habet dominatum? quo timore nocẽtes afficit? an non est omnis metus seruitus? quid valet igitur illa, eloquentissimi viri, L. Crassi copiosa magis, q̃ sapiens oratio? ERIPITE NOS EX SERVITVTE. quæ est ista seruitus, tam claro homini, tamq́. nobili? omnis .n animi debilitati, & humilis, & fracti timiditas, seruitus est. NOLITE SINERE CVIQVAM SERVIRE. in libertatem vindicari vult? minime: quid .n. adiungit? NISI VOBIS VNIVERSIS. dñm mutare, non liber esse, vult. QVIBVS ET POSSVMVS, ET DEBEMVS. nos vero, si quidem animo excelso, & alto, & virtutibus exaggerato sumus, nec debemus, nec possumus. tu posse te dicito; quandoquidem potes: debere ne dixeris: quoniam nihil quisquam debet, nisi qđ est turpe non reddere. Sed hæc hactenus. Ille videat, quo modo imperator esse possit, cum, eum nec liberum quidẽ esse, ratio, & veritas ipsa conuincat.

Quòd

FRAN. MAT.

QVOD sapientes liberi, & stulti serui :) Græcus
titulus est. ὅτι οἱ σοφοὶ ἐλεύθεροι, καὶ οἱ μωροὶ δοῦ-
λοι. Est aũt Stoica propositio. Stoici .n. solum
sapientẽ liberũ esse dicebant, malos aũt seruos
esse, vero libertatem ptãtem, operãdi, qua stul-
ti & mali oino careant, seruitutem aũt aliam q̃
in subiectione consistit aliam quę in ꝯdõne ac
subiectione sit. Cui opponitur dñatio, & ipsa mala. Non aũt libe
ros esse sapientes, verũ & reges, cũ sit regnũ imperium nemini ob
noxium, quod de sapientibus solis asseritur. Illud igitur sciẽdum
est libertatem nãlem, facultatem nãlem esse eius, quod cuique fa
cere libet, nisi quod vi, aut iure prohibetur. Sed duplex est liber-
tas, ciuilis, cum in nostra ptãte existimus, & nemini subiecti su-
mus, phica cum vitijs non paremus, & nulli succumbimus animi
pturbationi, ẽt si victi in compedibus detineamur, & cuiuis pessi
mo tyranno pareamus. Seruitus est constitutio iurisgentium,
qua qs dñio alieno contra nãm subijcitur, & ipsa vt libertas bifa
riam diuisa est. altera qua cuipiam subiecti sumus, & eius volun-
tati paremus : altera, qua vitijs dediti sumus, & hæc pessima est, &
hr, & quantum ad ciuilem attinet libertatem, ac seruitutem, iure
nãli oẽs liberi nascebantur, sed cum bella orta sunt, & captiuita-
tes secutæ sunt, & seruitutes quæ sunt iuri nãli contrariæ. [Oẽs)
Contrariæ. [Oẽs sapientes &c.) Supple to Stoici dñt, & hic in M.
Ant. inuehitur Cic. qui se esse imperatorem iactabat, cũ pesset e-
xercitui. ostendit aũt imperatorẽ neque esse, neque esse posse, cũ
seruus sit & uitijs pareat. Non aũt põt alijs imperare, qui sibi ipsi
& cupiditatibus suis non imperat. [Laudetur vero &c.) Ironicus
sermo est, q. d. laudẽ nõ meretur. Est .n. laudatio oro ex virtutibus
alicuius cõtexta, & laudata virtute pficiscitur, sicut à vitijs vitu-
peratio. [Appelletur) Non .n. dignus est, q imperator appelletur.
[Hoc noie dignus) Cõuenit .n. bonis, integris, fortibus : non aũt
improbis, sceleratis, mollibus qualis tu es Antoni. [Q̃uo ãi &c.)
Rõ est eius qď dixit, q. d. qui vitijs seruit, vt tu, is imperare libe-
ris non põt, qbus ille recte imperat, qui aio liber est, & virtute p-
stat. Diog. Cynicus cũ in seruitutem cõcidisset, ac venundaretur
à Xenade Corinthio quodam, q emere eũ volebat interrogatus
quid artificij nouisset, noui, inqt, liberis hoibus imperare. quare
ille eius admiratus rñsionem, emit, & manumisit. Filiosq. suos ei
cõmittens. Accipe, inqt, liberos meos quibus imperes. Idem &
in Aesopum Phrygium fabulatorem refertur. [Libidines) Appe-
titio q̃ aduersus rõnem incitata est vehementius, libido appella-
tur, q̃ in oibus stultis inuenitur. [Voluptates) Quæ sunt inhone-
stæ & ea appetunt q̃ quinque corporis sensus nõ delectãt tñ, sed
expleot. nã nihil est aliud voluptas, quã nimia repletio, vt Arist.
ait. & quidẽ gulosus, qď idem auct. scr. lib. 3. Eth. qm̃ gustu gau-
debat, precatus est longius sibi guttur, quam ciconiæ fieri. [Iracũ
diam) Quã lib. 1. Off. repudiandã oibus in rebus dicit Cic optan-
dumq., vt q reip. psunt, legum similes sint, q̃ ad puniendum non
iracundia, sed æqitate ducuntur. Differt ab ira q̃ pturbatio est su-
bito exoriens, neque psistens. cũ iracundia psistat, & hoi ingeni
ta pene sit. vñ iracundum hoiem dicimus, qui secũ iram semp ge
rit. Iratũ q pro tpe excandescit. Quod lib. 3. Tusc. quæst. ostẽdit
Cic. & iracundia quidem est quam μῆνιν à permanendo græci vo
cãt Peripatetici & Arist. in Eth. iracundiã laudãt, quam ẽt cotem
fortitudinis dñt esse, & ira quidẽ diffinitur libido puniendi eius,
q læsisse vř iniuria. Iracundia vero ira inueterata, & plena odij, vl
ciscendi tpt obseruans. [Auaritiam) Hæc nimiũ pecuniæ studium
hẽt, quam nemo sapiens ꝯcupiuit. Quod, inqt historicus. Vñ &
sic diffinitur à Cic. Auaritia est opinatio vehemens de pecunia,
quasi valde expetenda sit, inhærens & penitus insita. [Ceteras ai
labes) Perturbationes & vitia q̃ græci πάθη. Nam aium fœdant, q
virtute pditus esse debet. [Tũ incipiet) Purgato aio p uirtutẽ, &
repulsis uitijs. [Improbissimis dñis) Qui sint ipse subdit. s. dedec⁹
& turpitudo. [Desierit) Destiterit. [His) Vitijs. [Nos modicis) Si
nõ erit liber, multo minus impator. [Præclare &c.) Locus est ab
auctoritate maioꝝ, q non frustra, inqt, dixerunt neminem esse sa
pientẽ nisi liberũ. Libertatẽ aũt intellexerunt ptãtem operandi q̃
velis, citra turpitudinẽ tñ. [Vsurpatũ) In frequenti vsu habitum.
[Apud agrestes) Locus est beneuolẽtiæ, quã à psona auditorẽ col
ligit. Laudat .n. cũ nõ esse rudes & agrestes dicit, & apud doctos q
dem. Doctoꝝ ẽt pstantium phoꝝ vtimur auctoritate, apud impe
ritum vero vulgus notos quosdam multitudini noiamus aucto-
res, & hoc rhetoricum pceptũ est. [Cur ego simulem?) q d. simu-
lare debeo minime. [Operæ) Laboris, & studij. [Perdidisse) Vile
.n. latens virtus. Quid .n. submersa latebris Proderit obscuro vel-
uti sub remige Puppis, vel lyra, q̃ reticet, vel q non tẽditur ? vt ait
Claud. [Dictũ est igitur) Repetit qď dixerat. hoc vsurpatum est
à doctissimis. qď facimus quoties ab eo qď pponimus aberrã-
tes in lõgum producimus orõnem. Nam aut eadem verba, aut si-
milem sensum hñtia repetimus. vt lib. 1. ad Heren. si persuasus fue
rit auditor. i. si oro aduersariorum fecerit fidem auditoribus, neq;
enim non facile scire poterimus, qm̃ non sumus nescij quibus re
bus fides fieri soleat. ergo si fidem factam putabimus. [Quid .n.
est libertas) Si libertas vt phi volunt est ptãs viuendi, vt velis & il
le tñ viuit, vt vult, qui recta sequitur, non potes hodie liber, qm̃
nõ viuis vt vis, cum turpia & nefaria fecteris. [Vt velis) Velle aũt
est aliquid cum rõne appetere. [Qui recta sequitur) Quæ recta
sunt honesta sunt. Nam rectũ & honestum sibi inuicẽ cedũt. Quæ
aũt honesta sunt, laudabilia quoq; existunt. non .n. põt esse quidq̃,
quod quidẽ cõtinuo laudabile quoq; nõ sit. [Offõ) Actione virtu
tis. Est aũt offm̃ qď cur factũ sit rõ probabilis reddi põt, κατόρθωμα
à græcis appellatur, de quo apud Cic. in Off. multa a nobis dicta
sunt. [Viuendi via) Qui nõ viuit temere, sed & vitæ genus delegit
& finẽ sibi proposuit, vt Hercules qui viã virtutis ingredi maluit,
quam voluptatis, cum vtraque ostenderetur. quod de eo Prodi-
cus phs scripsit. vnde Hercules Prodicius appellatur. [Qui ne le
gibus) Boni aũt sunt sponte, haud metu legum & iudicioꝝ. vnde
ait Horatius, Oderunt peccare mali formidine pœnæ, Oderunt
peccare boni virtutis amore. Sed sicuti nõ peccat qui minus pec
cat, ita nõ bene facit qui inuitus bene facit. opera .n. rectitudinis
sponte suscipienda sunt, non aũt pp aliq̃ causam extraneam, ut
spẽ, & timorem, quod alias diximus. Et Seneca inquit, plerique
metu peccare cessant, non innocentia, pfecto tales timidi, nõ in-
nocentes dicẽdi sunt. [Sequitur) Sua spõte. [Colit) Veneratur vel
exercet. [Facit) Operatur. [Libenter) qa sponte. [Liber) Nõ me
tu aut spe. [Ab ipsius) Aio & voluntate, nõ ab aliqua vi extrinse-
ca. [Eodẽ) Ad eundem aium & voluntatẽ. Nam quidquid inest p-
pria voluntate cõmotus facit, quidquid uẽ facit ea grã facit, vt vo
lũtati suæ satisfaciat. ergo principiũ operationis a ppria volũta
te pẽdet, & finis ad eandem fertur, & hoc pprium est libere viuen
tiũ. [Polleat) Possit. [Voluntas) Quæ quid cum rõne desiderat &
βούλησις à græcis appellatur, estq. in solo sapiẽte, huic opposita
est, q̃ libido vocatur, vel effrenata cupiditas aduersus rõnem inci-
tata vehemẽtius, & hæc in oibus stultis inuenitur. [Atq; iudiciũ)
tria sunt in aio quæ rei gerẽdæ veritatiq. dñt, vt ait Arist. lib.
6 Eth. Sensus, intellectus, appetitus. Sensus nullius rei agẽdæ prin
cipium est, id ex eo patet, quod bestiæ sensum quidem hñt, reꝝ ve
ro agendaꝝ participes non sunt. Quod vero est in mente assenti
re & dissentire. i. in appetitu sequi & vitare, & hoc dř electio siue
iudiciũ, qď est principium rei agendæ. Mẽs ergo siue intellectus,
qui principia apprehẽdit mouet appetitũ. Appetitus per electio-
nẽ iudicat de rebus quales sint, & aut sequit aut vitat. Ex quibus
dictis facile intelligitur, quid sibi voluerit Cic. cũ ait, volũtas & iu
diciũ. Nam intellectum siue appetitum per voluntatem, p iudi-
ciũ vero electionem intellexit. [Cui quidem) Si sapiẽs in bonis
ai quæ non sunt subiecta fortunæ oẽ præsidium suum collatũ ha
bet, sequitur, vt fortunã minime timeat. vnde & Cato ait apud
Lucanũ. An noceat vis vlla bono, fortunaq. perdat Opposita vir
tute minas. [Quæ vim dñi hẽt maximam) Quam rerum huma-
narum dñam Cic. vocat in Orat. pro Marco Marcello De qua Iu
uen. ait. Sed te Nos facimus fortuna deam cœloq. locamus. Et est
fortuna in incertis rebus. vñ & Plin. inqt lib. 2. nat. hist. de dijs lo
quens. Inuenit tñ interhas vtrasque snias medium sibi ipsa mor
talitas innata. Quo minus plana de deo coniectatio esset. Toto
qppe mũdo & locis oibus, oibusq. horis oium vocibus Fortuna
inuocatur, & vna noiatur, vna accusatur, vna agitur rea, cogitatur
sola, sola laudatur, sola arguitur. & cum conuitijs colitur, volubi
lisq., à plerisque vero & cæca ẽt existimata, vaga, inconstans, in-
certa, varia, indignorumq. fautria. huic oia expensa, huic oia fe-
rũtur accepta, & in tota rõne mortaliũ sola vtrãque paginã facit.
[Cedit) Vincitur. sic & Marc. exponit Liu. cui nri exercitus sępe
cesserunt. [Sapiens pue.) Quẽ non noiat, fortasse Ennij est. [Suis
q̃sque fungitur motibus) Boni ij sunt dũtaxat, q suis vtuntur mo
ribus, non aũt alienis cũ nõ timore, aut spe aliqd faciant, sed qd
quid faciunt, sua spõte faciant. [Inuitus) Quidqd est honestũ spõ
te facit bonus, turpitudinẽ, semp refugit, nihil ergo facit inuit⁹.
[Nihil dolẽt) quis grauis sit labor quẽ sustinet p re honesta affi-
cienda, nihil dolet, cũ nulla pturbatio in sapientẽ cadat. [Nihil
coactus) Nõ .n. q̃ facit timore legũ aut iudicioꝝ, sed sponte facit.
[Quod & si ita esse.) Indigeret, inqt, res longiore orone, vt meli⁹
cõprobaretur, sed ex his q̃ dicta sunt illud elici põt, cũ qui hmõi
non fuerit, liberũ non esse. Nã si libertas uoluntas est operandi q̃
velis, seruitus uero ei contraria, qua quis operari non põt qď ve-
lis. Sequitur oẽs malos qui in morbis sunt, & pturbationibus q-
bus

bus parent liberoe nõ esse, & pessimis tyrãnis seruire.[Breue) Bř. [Ita affectus).i.dispositus. [Serui &c.) Si nemo liber nisi q nihil inuitus, facit nihil dolens, nihil coactus. Ois q aliqd inuitus, dolẽs, aut coactus facit, seruus est. [Serui ne ?) Aduersarij verba irridentis, vel non credentia, q.d. seruos esse oẽs improbos affirmas. cum tñ non serui esse non videantur. Quippe qui empti à quodã non sunt, aut iure aliquo dñis adstricti tareor, inquit Cic. non esse vt mancipia, quæ vel nexu, vel ciuili iure fiunt, sed tñ qm aio sunt fracto, & arbitrio suo non viuunt, ideo serui sunt hõdi. [Nec hoc tã re &c.) Hæc inqt incredibilia, & admirabilia vñr, cum dñr, sed re ipsa siqs consideret, neq; incredibilia, neq; admirabilia existunt, cũ sit seruitus duplex, vt ante est dcm, ciuilis qua iure ciuili alicui subijcitur, & a ltera qua nos vitijs submittimus, & alienæ paremus volũtati. qđ ex ai nři procedit imbecillitate, & obiectione. [Re) Affectu, si qs rem expendat. [Dictu) Nisi pluribus ꝓbet. [Inopinatum &c.) Descriptio est Paradoxi. [Nõ.n.dñt) Sapiẽtes non intelligunt, ita seruos esse improbos, vt mancipia sunt quæ nexu fiunt, aut iure ciuili. [Mancipia) Serui sunt ꝓprie in bello capti. græci Ανδραπόδους vocãt. hoc est hasta captos. serui ex eo appellati sunt, hoc imperatores captiuos vẽdi volebant, & ppea captos seruari, non occidi iubebant, vt antea nascũtur, aut fiunt serui. Nascebantur iam ea ancillis, fiebant captiuitate, aut iure ciuili, cum hõ liber maior viginti annis ad precium participandũ sese venundari passus esset. Qua rõne & nunc quotidie serui fiunt. [Nexu) Vt locus hic intelligitur sciendũ est, oẽs res q̃ abalienari põt .i. a nostro ad alterius transire dñium, aut mancipi esse, aut ne mancipi. Mancipi res veteres appellabantur q̃ ita abalienabãtur, vt illa abalienatio per quandam nexus fieret solennitatem. Nexus vero est quædã viris solẽnitas, quæ fiebat eo modo quo in institutionibus Caius exposuit. Eiusdem aũt Cic. lib. 4. institutionum de nexu faciendo hæc verba sunt. Est aũt mancipatio, vt supra quoque iudicauimus, imaginaria quædam venditio, quod ipsum ius ꝓprium est Romanoꝝ ciuium, esq. res ita agitur, adhibitis non minus quinque testibus ciuibus R. puberibus. Et prꝫterea alio eiusdem ꝯdõnis, qui libram æneã teneat, qui appellatur libripens. Is q mancipiũ accipit, & æs tenet ita dicit. Hunc ego hoiem ex iure Quiritũ meum esse aio, isq. emptus est hoc ære, æneaq. libra. Deinde ære percutit librã, idq. æs dat ei a quo mancipium accipit, quasi p̃cij loco Quæcunque igitur res lege 12. tabulaꝝ nisi p hanc solennitatem abalienari non poterant. Sin aũt iuris cetere, ne mancipi vocabantur. [Aut aliquo ciuili iure) Decessionẽ q̃ fiebat iure ciuili, hoc modo, vt idem Caius exposuit, apud magistratum populi R. vel apud p̃torem, vel apud p̃sidem prouinciæ, is cui res in iure ceditur rẽ tenens, ita vendicat, Hũc ego hoiem ex iure Quiritũ meũ esse aio. Deinde postq̃ hunc vendicauerit, Prætor interrogat eum q cedit, an contra vendicet, quo negante, aut tacente ei q vendicauerit, eam rẽ adijcit, idq. legis actio vocatur. Res igitur q̃ mancipi sunt, aut nexu abaliena͂tur, aut iuris cessione, inter quos iure ciuili fieri põt. At si ea res q̃ mancipi est nulla solẽnitate traditur, abalienari nõ poterit, nisi ab eo cui traditur, vsu capiatur. [Vel aliquo ciuili iure) Vel quis maior 20. annos quẽadmodum dcm est, se ad p̃cium participandũ venũdari passus est. [Sed si seruitus) Si, inqt, non illi tm dr seruitus, q̃ nexu fit, aut aliquo ciuili iure, & ois obedientia animi arbitrio suo non vtentis seruitus est, certe oẽs q alicui pturbationi seruiũt, serui sunt. [Fracti animi) Mollia, & effœminati, nec munere suo, hoc est ratione fungẽtis. [Abiecti) Vilia. [Arbitrio suo q nihil quod velit ipse facio) Optimus aũt hinc elicitur syllis, hoc modo. ois fracto aio, & abiecto, & arbitrio suo carens seruus est. oẽs leues, cupidi, improbi sunt fracto aio, & abiecto, & arbitrio suo carent. igitur oẽs hmõi serui sunt. [Quis neget) Cũ seruitus nihil aliud sit, quã obedientia q̇dã, cũ qs fracto aio, & abiecto alicui se subijcit. [An liber &c.) Ostendit qualis ista seruitus sit fracti animi &c. de aliquo vxorio loquens q ad arbitrium viuit vxoris, & qdqd illa iubet facit. Quicũque aũt hmõi est, is appellari liber nõ põt. Iuuen. Sat 6. de vxoris in viꝝ imperio sic ait: Nil vnq̃ inuita donabis cõiuge, vendes Ac obstante nihil, nihil hæc si nolet emetur, Hæc dabit affectus &c. [Imperat) Veluti mancipio. Imperiũ est liberi in seruũ & maioris in minorẽ. [Leges) Cõtra quas si fecerit ois quietis abijcienda spes est. [Præscribit) Quod in futuꝝ seruandum sit p̃scriptio veluti regula est res agendæ. [Iubet) Quæ in p̃stta vult fieri. [Vetat) Quæ contra non vult fieri. [Quod vř) Quidqd fit. Dicit.n. Sic volo, sic iubeo, sit pro rõne voluntas. [Qui nihil negare põt) Si amat. [Recusare audet) Si timet. Poscit annulũ, vestem. [Dandum est) Velis nolis. necessitatem dñt hmõi gerundia. [Vocat) Absentem. [Eijcit) Excludit vi, vt per contemptum. [Minatur) Aut abituram se, aut mali aliquid facturã. [Neq̃ssimũ) Pessimum, vel potius vilissimum. Neq̃ n.est, vt Festo placet, q ne tanti qdem est, quanti qui hř minimi. [Amplissima) Maxima, & nobilissima, vt Corneliōꝝ. Fabioꝝ, Metelloꝝ. [Atque vt in maxima familia) Ordo est, atque appellandum puto lautiorem, & in maxima familia alij serui lautiores suos, vt sibi vñr. [In magna familia) In magno numero, & multitudine. [Stultoꝝ) Eoꝝ q turpitudini parent. Sensus aũt est. quemadmodum in magna multitudine seruoꝝ, alij serui sunt, alijs seruis lautiores, hoc est maiores & superiores, & tñ oẽs serui sunt, ita in magna multitudine, eoꝝ, qui uitijs dediti sunt alij alijs sunt nobiliores, oẽs tñ serui sunt vitioꝝ, qm oẽs pariter vitijs seruiunt. [Lautiores) Delicatiores, & alijs superiores, honoratioresq̃. apud antiquos elegantiæ q̃ nunc sunt, nõ fuerunt, raroq. aliqs laubatur, vnde lautus & lautitia epulaꝝ magnificentia, a laustione dici putantur. Auct. est Festus. [Vt sibi vñr) Cum lauti re uera non sint. Nam etsi honoratiores sunt, seruiunt tñ quemadmodum reliq serui minus honorati. Eodem modo in numero stultoꝝ, hoc est vitijs parentũ, q sibi splendidiores alijs vñr pares illis sint, sunt.n. in eadem seruitute. [Sed tñ sunt serui atrienses) Atrium genus est ædificij, auct. Pomp. ante ædes cõtinens mediam aream, in qua collecta ex oi recto pluuia descendit. Dictum est aũt atrium vel q ad genus ædificij ab atriẽsibus Etruriæ sit primum institutum, vel quia a terra oriatur. In atrio vasa aurea & argentea seruabantur, aulæa, statuæ, tabellæ, stẽmata prꝫterea cum imaginibus familiæ. Vnde ait Ouid. p lege dispositas gñosa p atria ceras. Et Iuuen. Tota licet veteres exornent vndique ceræ Atria, nobilitas prima est atque vnica virtus. Atrium.n. primũ vestibulũ transeũtibus occurrebat, ideoq. illud p̃cipue ornatum esse maiores voluerũt. Et qui curã atrij gerebat atriensis vocabatur. Plaut. in Asin. de atriensi loquitur: Laurea, quem inter ceteros eiusdem familiæ seruos fuisse honoratiorem constat. Dicit aũt viros opulẽtos qui cupiditatibus parent, à seruis atriensibus non differre. Nam sicut ij supellectilis curam hñt, quæ in atrio custoditur, ita illi admirãtur ea, quæ exornare atriũ solent, & illic reponi ac custodiri, ergo diuites stultos, hoc est vitijs parentes, qui se lautiores putant esse, Seruis comparat atriẽsibus. Nã sicut ij honoratiores sunt reliqs seruis, & tñ serui sunt, ita illi lautiores qdem sunt reliqs ciuibus, vt sibi vñr, serui tñ sunt vitijs, vt illi ipsi quibus se lautiores esse existimant. [Pari actu) Pari re, p̃tatione atque exercitatione stultitiæ. Nam sic ceteris se lautiores existimant, quod signa, quod tabulas, quod cælatum argentum, quod cetera eiusmodi possideant, qbus delectantur, quẽadmodum serui atrienses, alijs seruis se lautiores credunt esse, qđ præfecti atrio à dñis diuersa opera illis imperant. Cum tñ & ipsi non minus quam illi serui sint, & arbitrio suo non viuant. [Signa) Statuæ, imagines p̃stantissimoꝝ artificum manufactæ. [Tabulæ) Ab egregijs pictoribus depictæ. [Cælatũ argentum) Pocula anaglypha. quibus ars precium auget. Virg. Ingens argentum mensis, cælataq. in auro Fortia facta patrũ, series lõgissima reꝝ. [Corinthia opa) Ex ære Corinthio ꝯfecta, cᵒ nota fuit p̃ciosior, vel signa accipiamus q̃ prisci Corinthia vocauere, qbus pleriq;, vt ait Plin. in tm capiebant vt secũ circũferrent, ut Hortẽsius orator Sphyngẽ Verri reo ablatũ, & Nero princeps Amazonẽ. [Aedificis magnifica) Vt porticus, thermæ, cœnacula, insulæ. [Nimio ope) Magno & diuturno labore ꝯfecta. [Et summus inqunt &c.) Dicis nos seruos esse. sed cũ è summis ciuitatis principibᵒ sumᵒ, serui esse q possumus? [Vos vero) Rñdet Cic. Ex principibᵒ ciuitatis vos esse dicitis, sed ne seruis qdẽ vẽis p̃ferẽdi estis. [Sed vt in familia) In magno numero seruoꝝ alij alio funguntur ministerio, & tñ serui sunt oẽs. Sic q meliora exercẽt ministeria illi minus honestũ locũ tenẽt, eodẽ mõ in ciuitate, alij alijs nobilitate & amplitudine familiæ maiores & honoratiores sunt, & tñ q rebus supra dictis delectant, & res imoderate ꝯcupiscũt, vt serui vilior es inter alios seruos, sic ipsi in ciuitate infimũ locum tenent, cũ magis cupiditatibus pareãt, qbus ceteri ciues nõ vsq; adeo parẽt. [Tractãt) cõtingũt, & curæ hñt. [Illa) Superius dicta. [Tergunt) Statuas, & tabellas repugnãtes. [Verrũt) Mundant, vt pauimẽta scopis. [Vngũt) vt vasa ne rubigo innascatur, vel vngunt condiunt intelligas epulas, vt sapidiores sint. [Spargũt) vt flores, crocos, odoresq. alios, vel est effundũt siqđ est mali liquoris. [Non honestissimũ) hoc est vilissimũ Ser. Sulp. 10 epist. Cic Et si scio nõ iucũdissimũ, nũciũ me nobis allatuꝝ. [Sed magnis imperijs) Verba sunt aduersarij, vt M. Antonij q Cic. obijcieri qđ infimũ locũ ciuitatis teneret sic rñdere potuisset, quo infimum locum teneo. qui sæpe cum hostibus congressus sum, & magna bella gessi, sæpe prouincijs præfui. rñdet non esse magnum, qui magnas res gerit, & magnis rebus præest, nisi aio fuerit laude digno. qui cupiditatibus & vitijs nõ pareat, q rebus vanis spectandis nõ obstupescat.

vince-

vincebant quidē hostes Romani, sed vincere seipsos nun poterāt, nā cupiditate trahebantur, signa, & tabulas reportandi pstantium artificum, effugere aūt cupiditatem, vt Sen. ait regnum est vincere, quare Iuuen. Sat 8. quid sit vera nobilitas disputans, sic Ponti cum admonet Expectata, diu tandē prouincia, cum te Rectorem accipiet, pone iræ frena, modumq. Pone, & auaritię miserere inopū socio℞. quos spoliabāt signis oībus & tabellis egregijs, tāio eiusmodi re℞ studio tenebātur. Cic. Verri teo obijcit quod nullū signum, nullā tabulam, nihil quod eius oculos aiumq. accéderit vsquā reliquerit, vbi magistratum gessit. Quanta aūt libidine opera egregiu℞ artificū comparandi incenderētur apud Plin. licet cognoscere. & apud Iuuen. in eadē Sat. [Echionis) Fuit is pictor insignis. Plin. lib. 35. Clarus Echiū 107. Olympiade eantit, huius nobilis picturæ. Liber pater. Tragœdia, Comœdia, Semiramis ea ancilla adipiscēs regnum, Ante lāpadat pferens. Noua nupta verecūdia notabilis. [Signū aliquod Polycleti) hic statuarius fuit Ageladis discipulus Sicyonius q floruit Olympiade 87. multa eios & pclara opera Plin. cōmemorat. [Omitto vnde sub.) pōt huc in M. Ant. triūuirum dictum putari, nā multa loca spoliauit hmōi rebus vt Sami, vnde tria opera colossica super vna basi posita sustulit. Aug. vero Cæs. duo in eandē basim reposuit Palladē & Her. Iouem aūt transtulit in Capitolium & sacellum ei pstruxit. Auct. Strab. apud Iuuen. cum ait. Inde Dolabella atque hinc Antonius, illinc Sacrilegus Verres referebāt puppibus altis Occulta spolia, & plures de pace triūphos. de C. Ant. potius intelligis quem cēsures senatu mouerunt, causam subscribentes qđ socios diripuisset. Idē & in exilium missus est, auctores Pędian. & Strab. [Quomodo habeas) Per scelus. s. & fraudē. [Intuentem) immoderate aspicientē. [Clamorem tollentē) Præ nimia admiratione exclamārem [Nūnc igitur) Obiectio est aduersarij, ineptias hęc nō recte appellas. Cū festiua sint & delectēt plurimum, fateor ita quit festiua esse, & admirabilia, sed non rō eiusmodi sunt, vt viros affixos, & quodāmodo alligatos tenere debeāt, sed pueros q talibus oblectamētis facile capiuntur, vt picturis. [Nā nos quoque) Nō. n. ita rudis ego sum, qn iudicare possim qualia sint. [Eruditos) Iudicare quę cernūt aptos. [Vincula) vt veluti ligatos teneāt hoīes nimis admirātes, & pene stupidos. [Quid. n. esset) Ve℞ esse quod dr ait. s. eiusmodi res, nō vincula esse viro℞, sed oblectamēta puero℞, auctoritate cōprobat clarissimi viri L. Mumij, qui vt ait Cic. lib. 2. off cum copiosissimā vrbem funditus sustulisset. Italiā ornare quā domum suam maluit, Et, vt inqr Plin. repleuit vrbem non relicturus filiæ dotem. Corinthus olim minutissima ciuitas Achaiæ caput fuit, & Græciæ decus, inter duo maria Ionium, & Aegeū, quasi spectaculo posita. [Matelliunē Corinthium) Matula vas est vrinę sic dictū, quod manu tenetur. De quo Martial. Cū poscor crepitu digito℞, & verna moratur, O quoties pellea culcitra facta mihi est. Matulę diminutiuū est matella. Matellio quoque a matula est sic vocatus, postq̄ largius a figura matulæ discessit, sed matellio aqualis dr, qm, & ipse vrinę est, auctor Varro. [Tractātem) Dum admiratur. [Totam Corinthum) Oia ornamenta Corinthi, qbus Italiam, vt dictū est, ornauit, cum in domū suam nihil attulerit. [An atriensem) q. d. atriensem seruū putaret, q curam signo℞, tabula℞, & vaso℞ habebat. [Reuiuiscat. M. Curius) Hunc Sānitum legati agresti in scāno sedentem, foco rapas torrētem, ac ligneo catino cœnantē, offenderunt reuersi sunt domū, eius paupertatē sulis retulerunt, rēdierunt magnum auri pondus publice missum afferentes, & benignis verbis Curium inuitarūt, ut eo vti vellet, q vultum risu soluit. protinus superuacue, inqt, ne dicā inepte legationis ministri, Narrate Sānitibus M. Curiū malle locupletibus imperare, quā ipsum fieri locupletem. atque istud, vt pciolum, ita malo huium excogitatum munus referrote, & memetote me nec astutia vinci, nec pecunia corrumpi posse. Idē cum interceptæ pecuniæ argueretur, cadū ligneū quo vti ad sacrificia psueuerat in medium ptulit, iurauitq. se nihil amplius de pda hostium in domū suam conuertisse. [Eo℞ aliqs) Vt Fabricios, Cincinnatus. [Villa) Rure. [Domo) In vrbe. [Prærer ipsus) Qui soli pro ornamēto domo sufficiebant, cū adeo cōtinētes essent, & tot egregijs virtutibus prædite. [Sūmis popul℞ beneficijs vsum) Hic est maximis honorib⁹ functus, & magistratibus, quos fauor populi & suffragia deseruit. Vnde Horat. ait. Hūc si nobiliū turba quiritū Certet ter geminis tollere honoribus. & Virg. Nō illū populi fasces, nō purpura regū Repleuit. fasces populi dixit, hoc est qa populo pstantur. [Barbatulos mullulos,) hoc est pciosis & optimis piscibus gaudentē, eosq. in viuarijs seruantē Quod prisci Rom. fecere, in quo℞ luxuriā Plin. inuehit. Asin. Celer uir psularis mullū octo millib. nūmis mercatus est. auct. Plin. ex quo luxuria seculi illius existimari pōt. qđ idē Plin. negat mullū cęptum qui duas libras ponderis exuperet, & neque in piscinis, neq; in viuarijs crescere asserit, a colore mulleo℞ calciamento℞ sic dicti sunt mulli, erant mulli calcei regū albano℞, & post patricio℞ fuere a mullando .i. sumendo uocati, vt Pomp. scr. Mullo℞ gnā sunt plura, barba gemina insigniuntur, vt Plin. tradit in inferiori labio, vn̄ barbatulus dicit Cic. Var. de piscinis loquens lib. de Re rust. Celerius inquit, voluntate Hortensij ex æquali educeres chelatros, vt tibi hēre mullos, quam è piscina barbatum mullum. At inquit ille, non minor cura eius de ægrotis piscibus, quam de minus valentibus seruis. [Excepiantem) Quasi ludentem eum piscibus & excipere tentantē, minus. n. est exceptare, licet frequentatiuū sit quā excipere, sicut captare, dormitare, qritare minus sunt, quam capere, dormire, qrere. [De piscina) De viuario in quo pisces conclusos habet, quos saginat. [Murena℞ copia.) Anguillas marinas, vulgus appellat, quas in siccum litus elapsas, vulgus coitu serpentum impleri putat. Mas ab Arist. Zmurus vocatur, dignoscitur a fœmina, quod illa varia & infirma est, is uero vnicolor & robustus dentesq. extra os habet. Inuenit in hoc aīali documēta seruitiæ. Vedius Pollio eques R. ex amici diui Augusti viuarijs ea℞ immergens dānata mancipia, non tanq̄ ad hoc feris terra℞ non sufficientibus, sed quia in alio gn̄e totum pariter hoīem distrahi spectare nun poterat. Tenuissimo murenis tergus, cōtra anguillis crassus, & murena℞ quidē viuarium priuatim excogitauit ante alios Curtius, q cœnis triūphalibus Cæs. dictatoris sex millia numero murena℞ mutuo appendit. Nā pmutare quidē pcio noluit alia ue merce. Piscinam habuit Hortensius orator in qua murenā adeo dilexit, vt exanimatā flesse credatur. Antonia Drusi murenam quam diligebat in aures addidit. auct. Plin. [Aliquo maiore negocio) Quam piscibus delectari, & eo℞ curam gerere. [An eo℞) Alia est spēs seruitutis eo℞ qui augere patrimonium & diuitias student, & nullos labores, nullam deuitant turpitudinem, dū id efficiant. De quibus ait Iuuen. Viuant Arcturius illic. Et Catullus maneant q Nigrū in cādida vertunt, Quis facile est ędē cōducere, flumina, portus Siccandam eluuiem portandum ad busta cadauer. [Peculij) Dissentiunt ipsi inter se iurisconsulti de peculij pprietate, nec grāmatici idē dūt. Constat tn̄ peculiter esse in quacunque persona quidqd labore nr̄o partum est. & cū inquit Celsus iurisconsultus audisse se rusticos senes, ita dicentes. pecuniā sine peculio fragilē esse, lucrū industria partum p peculium intelleait in quam sigūnem hic accipere debemus. accipitur & pro eo quod seruus dn̄i permissu separatim à rōnibus dn̄i habet, est & peculium castrense qđ a parentibus & cognatis in militia degenti donatū est. [Hereditatis spes) Nihil adeo durū & difficile est, qđ quispiam recuset, si pndæ alicuius hereditatis spes proposita fuerit. [Iniquitatis) Iniusti laboris & oneris. Quē nutum, q. d. ne annuit quidem diues & orbus quin pareāt. Quos aūt labores experirentur quas subirent difficultates, qui diuitum orbo℞ captabant hereditates, & q̇ & quanta afferrent munera, Iuu. docet. [Nutum) Non tm̄ verba, & nutus est nuta q̇ capite fit. [Locupletis) Multa possidentis. [Orbi) Filij carentis. [Senis) Iamiam moriturι. [Orbi) Dn̄r priuati aliqua psona cara, & qui filius quasi lumē amiserunt. Filij quoque priuati parentibus orbi appellātur [Non obseruat) Non diligenter custudit & exequtur. [Loquitur ad uoluntatē) Quidqd placere diuiti verbo intelligit. & ut Gnato ille Terentianus si ait ille & ipse ait, si negat & ipse negat. [Assentatur) Laudat, est assentari pprie insidiose, & conciliādæ alic⁹ vtilitatis grā effusius & plerunque fallo quēpiam laudare. Adulari vero inseruire & captare, vt fauorē emereamur. [Assideri) Languenti & ægrotāti. id. n. assidere proprie signat. Mart. Te mœste decet assidere mr̄i. Lugentiq. vir℞, ipmq. frēm. [Muneratur) Munera afferre. Dicimus aūt muneror te, hoc est munus tibi affero. Sed p munero ponitur, sicuti nōnulla verba patiendi p agētibus ponuntur elegantiæ grā, qđ scr. A. G. vt muneror te, pro munero & significor p significo, assentior pro assentio, fœneror p fœnero, pigneror p pignero. [Non inertis) Strenui & diligētis qui ēt ex nutu, quid dn̄s uelit intelligat. [Quid illa cupiditas &c.) Tangit illam seruitutis spēm q̇ nascitur ex nimia cupiditate honorum quam nos ambitionē uocamus. Quid aūt non faciunt plerique, cui se nō subijciunt, ut magr̄atum cōsequantur, pessima pfecto dn̄a est hęc cupiditas, quę tn̄ liberior alijs cupiditatibus hr̄i solet, ea. n. appetit quæ honesta vr̄r, hanc tn̄ cupiditatem quod Cic. tradit in Tusc. ad summam utilitatem à natura datam esse dicebant Stoici, & quenq̄, nisi quod libeat, præclare facere posses, sed cauenda est, vt idem inquit in Officijs gloriæ cupiditas. Eripit. n. libertatem pro qua magnanimus vir oīs debet esse contentio. Nec vero imperia ex petenda ac potius, aut non accipienda interdū, aut etiam deponenda nonnunq̄. [Honoris) Magistratus vrbani. [Im

petij

petij)Vt præsis exercitui. [Prouinciaꝝ)Vt prouincias gubernes. (Dura)Pene intolerabilis. [Imperiosa) Sæua, exercens imperia. (Vehemens)Vrgens & assidua. [Cethego hoi &c.)Quanta sit hꝰ honoꝝ cupiditatis vis exemplo ostẽdit Cethegi viri improbissimi, cui tñ multi & amplissimi viri se subiecerunt, & humiliter nimium submiserunt, vt fauore eius, qui temp. pro libidine sua administrabat, quos optabant honores & magistratus ꝯsequerent. hic Cethegus Romanæ libertatis dignitate prope extincta, oia ad gratiam obeunda princeps in rep. videbatur. Erat aũt Lucullo infensus qđ is obscœnã illius vitã libidinum, flagitioꝝ, erroꝝ, sceleꝝ plenam fastidiebat. Fuit eodem tpe mulier in vrbe Precia noie, nulli vetustate formæ, & verboꝝ lepore ac comitate concedens, nulli tñ vita impurissimo quopiam scorto pstabat, hæc Cethegum, q summis florebat gloria vrbemq. suo nutu ductitabat, insano amore sibi deuinxit. Effecitq. vt Lucullo Ciliciam ꝓuinciam postulanti, & faueret Cethegus & primus suffragium ferret. auct. Plut. in vita Luculli. [Non probatissimo) Minime ꝓbato. (Eos)Vt Lucullum, & ceteros, q tunc erant principes ciuitatis. [Videbantur) Non tñ re vera erant, cum liberi non essent, & cupiditatis gr̃a hoi improbatissimo ipsi subijcerent. Nam vt ait Cic. in Antonium Phil. 3. cum oĩs oĩs seruitus misera, tum vero intollerabile esse seruire impuro, impuro deo, effœminato, nunq̃ ne in metu quidem sobrio. (Munera mittere) Vt promptius fauerer. Nã Ouid. ait, Munera crede mihi placant hoiesq. deosq., Placatur donis Iupiter ipse datis. [Noctu)Quo tpe conquiescere eos conueniebat. [Precari) Precibus ut solent q impetrare à quopiam aliqd volunt. [Supplicare)Sese penitus submittere. vñ & supplicare dijs ꝓprie dicimur. est ergo supplicare ambitiosius, & submissius rogare. [Quæ seruitus)q. d. nulla seruitus est appellanda seruitus, si hæc facere & pati seruitus non est. [Quid cum dñatus cupiditatum) Aliam tangit seruitutem quam timor efficit, qui ex ꝯscia nascitur pctõꝝ, quo tormẽto nullum est grauius. Nã Iuuen. inqt. Pœna sũt vehemens & multo, sæuior illis, Quas & Ceditius grauis inuenit, & Rhadamanthus, Nocte dieq. suum gestare in pectore testam. est aũt timor metus mali appropinquãtis. [Misera) Ab effectu. [Dura)Difficilis, & pene intollerabilis. nunq̃.n. timor ex conscientia sceleris vel paulũ remittitur. (Adolescentibus paulo loquacioribus) Ne forte accusarent in foro. Nam qđ Cic. scribit lib. 2. off. Sæpe adolescentes illis tpibus ex accusationibus improboꝝ laudem q̃rebant, & gloriũ comparabant. Quod fecisse idem tradit M. Antonium P. Sulpicium, & alios pmultos. [Loquacioribus) Si loquaces timendi erãt multo magis eloquentes cum loquacitas vitium sit, eloquentia vero virtus, nã cum sapĩa coniuncta est. (Qui aliqd scire vñr) Etiã si nesciũt, mõ opinio sit eos posse dicere. [Iudex vero &c.) Cuius est damnare & punire. hunc ergo vehemẽter timẽt, ne scelera sua rescis cat. [At vero est &c.)obiectio est aduersarij, qui dicit nõ oẽm metum seruitutẽ esse, quã exemplo Lucij Crassi dissoluit, probãs oẽm metum seruitutem hr̃i. Nã si ois metus seruitus nõ esset, nũquam dixisset L. Crassus orator eripite nos à seruitute. Fuit hic L. Crassus orator isignis. q apud Cic. de oratore disputat, de quo multa idẽ lib. de clar. orat. hanc vero orõnem vel tũc habuit Crassus, cum Apuleius Saturninus Gracchianas leges assererevoluit, quę maxime populares erãt vel tũc cũ postea Liu. Drusus senatꝰ cãm suscepisset, & vt viuere acqreret perniciosa largitione plebẽ excitasset, cui cum resisteret L. Philippus consul, qui non esse ex dignitate senatus rem ipsam videbat, & senatui segnitiẽ exprobans, alio senatu sibi opus esse dixisset. id permoleste vir summus, & eloquentissimus Crassus tulit ad quẽ cõprehendendũ cum lictorẽ Philippus misisset, non ea, inqt Crassus, mihi Philippe ꝯsul, qñ ego tibi senator non sum. potuit ergo eo tpe hanc orõnem hr̃e & conuersus ad nobilitatem ac senatũ inter cetera. eripite nos à seruitute dixit, q̃ orõ magis, ut ait Cic. copiosa fuit quã sapiens. nã sapienti nulla seruitus preponi põt, q aut timet quidẽ aliquid, aut sperat qđ sæpe dictũ est. (Quæ seruitus) Interrogat Cic. & rñdet, vere seruitus fuit in Crasso hoie nobili & claro, qm̃ timuit. Nam expers timoris esse debuisset, & tunc demum eius orõ sapiens non minus, quam copiosa fuisset. [Debilitas) Quoties timore debilitatur, & pene deficit. [Humilis)Quia magna & hoie desint appetere. [Nolite sinere)Rursus Crassi verba sunt sic loquentes quasi seruiret. [In libertatẽ) Interrogat qd sibi his verbis Crassus vellet, & asseri inqt, in libertatẽ nolebat vt libere viueret, & nemini pareret. nõ ita est, rñdet. immo dñm mutare vult, vt oĩbus senatoribꝰ, nõ vni Philippo subesset. [Quid.n.) Adiũgit illis verbis, nolite sinere nos cuiq̃ seruire, adiũxit Crassus, sed vobis vniuersis. s. sinite seruire. [Dñm mutare) Vt ne seruiat vni, multis seruiat. [Quibus, & debemus)Et hæc Crassi verba sunt adnexi superioribus. Nã tota est vna orõ. Eripite nos seruitute, nolite sinere nos cuiq̃ seruire, nisi vobis vniuersis, quibus, & debemus, & possumus. [Nos vero) Rñdet his verbis Crassi possumus & debemus, & nos, inqt, q sapientes dici, & hr̃i volumus, q recto ai. & vero munere fungimur seruire cuiq̃ nec possumus, nec debemus. virtus.n. nemini subesse vult & liberꝝ possessorẽ efficit. Dicis o, inquit, te Crasse posse. Nã quod potes ex aĩ tui imbecillitate ꝓficiscitur. Sed debere minime dixeris. nemo.n. debet seruire cuiq̃, cũ ea debeamus tñ quæ honesta sunt, & quæ efficere nos necessario ꝯuenit, vt iuuare pr̃iam, parentes. dissoluere æs alienũ, & cetera hmõi, possumus aũt implere, & efficere quod in nr̃a positũ est voluntate. Nec qđ possumus, debere nos dicere possumus. [Qm̃ nihil) Interpretatur qđ dixit, & nihil inqt qspiam debet, nisi qđ turpe est non reddere. i. efficere. qdqd ex debito efficere tenemur, id cũ implemus reddere dicimur, vt Deo cultũm, parẽtibus nutricationẽ, benemerenti beneficium tũ conferimus reddere dicimur, debebamus.n. & tenebamur. si qd turpe est, id reddere non debemus. [Ille vidd at.) ꝯcludit hoc Paradoxũ illud more suo repetẽs, qđ in principio dixit non esse imperatorẽ, qui sibipsi & cupiditatibus nõ imperet. [Ille) Antonius. [Rõ) Quæ posita est in argumẽtationibus. [Veritas) Quæ in exẽplis cõsistit, vt supra patuit.

OMNI BONI

Quòd sapientes liberi, & stolti serui.) Hic est titulus latinus ad cuius mirabilis sniæ declarationem memoriæ tradendum est, quod duplex est seruitus & libertas. Primo oẽs oriebantur liberi, sed iure gentium & pp bellorum occasionem serui reperti sunt, ne oẽs vita priuarentur in bello, hoc remedium inuentum est, vt captiui serui fierent. & ideo est vna seruitus ciuilis, & altera seruiens pħica, cum aliquis vitijs paret seruus apud pħos nuncupatur. Libertas quædam est sm iura, vt nulli hoi seruiat & altera est pħica, qñ nulli vitiorum turpitudini subiectus sit. Cic. narrauit hoc paradoxum contra M. Ant. in quo declarat ipsum seruum esse, quamuis imperator & splendidus homo sit, dicit ergo per ironiam. [Laudetur hic imperator). i. laudibus extollatur. [Aut ẽt appelletur) Dicatur salue imperator, hoc noie dignus sit pp magnificentiam & opes, æstimetur dignus nomine imperatorio, hic.n. Tul. non posuit verba, non dixit hic est verus imperator, sed minime hac appellatione dignus est, qui nõ potest, q. d. qui seruus est scelerum. [Libero)Quod imperator nõ debet. [Iracundiam) Quæ est longa quædam cupiditas vindictæ quasi vna cum hoie genita. Ira breuior iracundia. [Tum incipiss imperare) Tunc seruus turpitudinis existens imperator non debet, sed flagitijs remotis tunc imperator diceretur. [Dedecori)cõtra decus & famã virtutis turpitudini, quæ est cõtra ipsam virtutẽ [Diserit)Peccata minuerit. [Præclare) Locus est ab auctoritate maioꝝ. [A doctissimis viris) Fides illis sp danda apud aliquos agrestes est, apud imperitos nunq̃ eligendi sunt auctores & pħi antiqui, quorum ignorant non solum noia, sed minime proferri sciunt, ideo consueuerunt viri docti qñ loquũtur apud indoctos noiare quosdam notos hoies, cum tñ ipsi suias maiorum dicunt. [Apud prudentissimos) Captat beneuolentiam ab auditoribus. [Cur ego simulem) qa debeo fingere non scire apud doctos & eruditos viros, postq̃ in his studijs operã dedi. [Me pdidisse)Quasi ignorasse. [Ptãs viuendi vt velis)Velle dicimus aliquid cum rõne appetere, non fur qui capit alienas diuitias velle dr̃, qui igitur viuit cum rõne & virtute vitæ vocatur viuere vt vult. [Officio)officium est illud quod faciendum est sm virtutem, ideo Tullium de officijs appellamus. [Non propter me)Duo sunt genera bonorum hominum. Aliqui.n. reperiuntur boni propter timorem supplicij. Aliqui boni exñt amore virtutis, unde versus: Oderũt peccare boni virtutis amore. Oderũt peccare mali formidine pœnæ. [Et colit)Veneratur leges pp virtutem. [Id salutare) Ad salutem hoim leges putant esse colendas, pp virtutem solum. [Nihil facit, nihil cogitat) Nisi libenter hoc illi quodlibet quantum ad velle dr̃, qui igitur viuit cum rõne & virtute viuit libere. [Ac libere)Nemini vitioꝝ subiectus sit. [Ab ipso). i. ab animo, vt dñt græci. [Eodem) Ad eundẽ aĩm virtute præditum oia referẽda sunt, à quo proficiscuntur. [Polleat)Possit, alias pollere splendere dñt. [Ipsius voluntas)Vt dictum est, appetitus est honestus. [Iudiciũ) Bene iudicium & voluntas ad iudicem applicantur. Iudicium est discernendi ratio boni & mali. [Cui fortuna ipsa cedit). i. vincitur fortuna tali viro qui voluntatem, & iudicium reꝝ faciendaꝝ retinet. Cedere, Non. Marcellus exponit vincere, qm̃ maximum apud ignorantes fortuna locũ obtinet, vnde solebant dicere antiqui. Te facimus fortuna deam, sed periti sperñut ipsam, & ideo pp fortunas, & opes aliquem peritum vocamus. [Sapiens poeta) Cuius ignoratur nomẽ. [Quisque iungitur suis moribus) Boni semper vtũtur moribus. [Inuitus) Libẽs obseruat virtutẽ. [Nihil dolens)

dolens)Et si fortuna sit aduersa non debet.[Nihil coactus)Non
cogitur iura legum obseruare,sed libens virtutis amore leges ti
met. [Quod & ii) Postq̃ demonstrauit libertatem esse voluntatẽ
.i.appetitum animi cum rõne,& virtute,per contrarium ostendit
quid sit seruitus,& neminem esse libe॰ nisi qui affectus sit illa vo
luntate cuius tractatio facta.s.soli huic igitur contingit. [Nisi q
ita sit affectus)Vt dictum qui est,vitio nulli subiectus est, sed vo-
luntati atque iudicio præditus existat.[Improbi)Qui flagitijs de
diti sunt,serui nuncupantur.[Hoc vero non tam re est)Illud non
tam admirabile in effectu,sed in verbis,audire.n.hoiem imperan
tem esse seruũ,hoc admiratione dignum est,sed in effectu,hoc est
consideremus illius vitia, seruitutis appellatione afficiendus est.
[Inopinatũ atque mirabile) Diffinitio paradoxi. [Dñi sapiẽtes)
Non appellant eos seruos.[Vt mancipia) Quæ sunt dño॰ sm le
gem 12.tab.quas ab Atheniensibus Romani acceperũt.Mancipiũ
dr̃ ipse seruus,& seruitus.i.offm̃ ad seruũ pertinens.[Nexu) Fie-
bant mancipia dño॰ p hunc modum.Erat quidam magr̃atus p̃fe
ctus mancipijs ɔficiendis corã quo & aderant vendentes, & emẽ
tes.Dicebat magistratus ille,Vis vti iure mancipij,& ille dicebat.
Suscipio hoc pacto eo quadã solẽnitate magistratus hñs aliqd æ-
ris.i.quandã campanellam pulsabat,& aderant 12. testes põtes q
quidem erat modus faciendi mancipia. Perneaus igitur,inqt,sa-
pientes appellant istos seruos scele॰ mancipia per nexũ, aut ali-
quod ius confectu. [Iure ciuili aliquo) Vel p aliud ius poterant
fieri mancipia,nunc ad Xp̃ianũ seruũ efficiendũ quinque serui lege
tegrẽdi sunt.[Sed si seruitus)Diffõ seruitutis q̃ carere arbitrio suo
[Quis neget)Cõ seruitus sit q̃dam obedientia animi fracti,&nõ
humana continentis. qs negabit oẽs cupidos,& improbos nõ esse
seruos? [An ille)Similitudo vnde bene qđ propositum est in pœ
mio obseruat,qm̃ hoc paradoxo longiori probat.[Cui leges im
ponit)Nisi ita facias domũ patris mei petã,illi vocantur vxorij,q
ita vxoribus dediti sunt.[Præscribit)Quod faciẽdum sit.[Iubet)
Vt eapellat seruos. [Vetat) Ne ducat amicos ad cœnã,qua de re
Iuuen.vnã mediam satyrã facit.[Poscit)Vestem. [Dandũ est)De
necessitate hæc gerundia necessitatẽ important . [Vocat ip.) De
magr̃atu abeundũ est . [Nequissimũ) Qđ vulgo dici solet bone da
nulla,neque facit vxoit nequissimum.[Atque vt in ma.fa.) Aliã po
nit similitudinẽ principes,hoc est primi ciues ɔsueuerũt in atrijs
seu sallibus hr̃e vasa argentea,& aurea ad ornamentũ domus,qb᷒
rebus plerique p̃sunt serui,alij domũ verrebant,alij tergebant, q
bus qdem alij serui erant p̃fecti, q appellabantur serui atrienses .
[Familia)In magna gentis multitudine.[Stulto॰) Stultos appel
lamus istos q in illis delitijs cupiunt viuere,vñ cœns lautica noia
ri solet.[Alij lautiores)Delicatiores alijs seruis,q sciunt incidere
carnes,q quidẽ serui vñr esse inferiores atriensibus,& atriẽsis ser
ui sunt.[Si tñ serui atrienses actu)Pares stultitiæ suæ,q̃uis atrien
ses sunt, honoratiores tñ , quantum ad istius actum seruitutis &
illius curæ, quam hñt in tergendis vasis, tñ serui sunt ac vocant .
[Stultitiæ suæ)Stultitiã appellant curam, quam hñt dñi in perfi-
ciendis seruis istis rebus,q virtutis partem hñt,aliq̃ non retinẽt .
[Quos signa)Qui statuis,& alijs magnis rebus delectantur serui
appellãtur.Apostrophat ad istos magnos ciues, q principes sunt,
tunc veniunt q dñt.[Sumus principes in hac ciuitate)Ideo his de
lectari rebus magnis possumus.[Vos) Rñsum qdem minime ser
uo॰ suo॰ principes sunt,cum his curã habeant .[Sed vt in fami-
lia) Adaptat similitudinẽ quẽadmodũ diximus superius.[Seruo॰
off.)ꝙ aliq tergunt,& aliqui verrunt, sic eodẽ modo sunt isti pri-
marij ciues,quo॰ aliq suoi maiores,aliq minores in ciuitate, tñ
oĩno serui sunt.[Qui tractãt)Corrñdet singula singolis q tractãt
referẽdo,ad aliquos.[Signa alicuius serui)Qui portãt statuas de
loco ad locũ.[Qui tergunt) Ad tabulas refertur,aliq tergũt pul-
uerem.[Qui vngunt) Vasa cælata. in qbus insculpitur, vel aliqd
aliud,q̃ sculptiones vocant emblemata.[Qui verrunt ædes)Spar
gunt flores & rosas mihi non vr̃ esse adaptatio similitudinis,sed
potius q̃lã est de p se acta similitudo , illa sũt superior rõ q̃ inqt .
Quos si non ad seruos ptinere vr̃,sed ad dños rebus delectari,iõ
serui apud maiores appellantur . hæc vero seruo॰ similitudo est
ad dños.[Magna iniquus) Ite॰ apostrophat . [Certe igitur aium
laude dignium) Rñdet Cic. ꝙ sicut magnas gerunt dignitates id
aium eo॰ cum virtute illis dignitatibus dignum gerant.[Auctio
nis tabula) Et probat p inductionem ꝙ multi suos serui virtute
p̃hicam,defendit qđ multi sunt q delectantur tabulis & picturis
& cupidi fiunt,q̃ seruitutis spẽs.[Polycleti)Fuerũt optimi picto-
res.[Miror)Vnde loquitur ad M.Ant.qui fuerat in magistratu,&q
tutari debeat ab his,has dispuit tabulas.[Intuentẽ)Declarat istu
stolidum.[Ineptia॰ oium)Istæ quidem tabulę mundıtiæ appellã
tur. sed Cic. eos modo seruos ineptia॰ non munditia॰ nuncu-
pat. q delectãtur ineptijs q̃ fiunt præter tp̃s,ut plorare in nuptijs.
[Nõ ne) Anthypophorã facit Ant.Nõ ne ista festiua sunt oculos
eruditos,& me ista delectant . sed me non detinet stuprũ cũ virtu
te operam non dantẽ.[Venusta hñt) Cum honore & honestate
ista festiua,non aũt vincula tecũ carent. [Oblectamẽta puero॰)
Pueri his picturis delectari solent.[Mumius) Per auctoritatẽ h᷒
clarissimi viri demr̃at has res esse contẽnendas. Corinthij veri su
perbia quadam agitati Romano॰ legatos asperserunt vrina,qua
ex re multæ Corinthiæ Romã ductę sunt,has oẽs Mumius nõ so
lum picturas & matelliones ea॰ videre noluit,sed totã ɔsumpsit
Corinthũ,de quo ait Virg. Ille triumphata capitolia ad alta Co
rintho.[Tractantẽ)Manibus voluentẽ.[Vtrum ciuem an atrien
sem) q.d.Mumius si aliquẽ in ista tabulis stupidum aspexisset,nõ
ciuem,sed atriensem seruũ iudicaret.[Aut eo॰ aliquis)Qui non
has cupiebãt mũditia,nec in villa,nec in ciuitate, villa domus ru
stica vocatur à vehendo dicta,vel a vallis. [In domo) Vrbano
domicilio .[Videat aliquẽ) Ista spẽs seruitutis, qđ si L. Mumius
aliquẽ vidisset gloriantẽ copia piscium ẽt hñtem , piscinam non
modo cum ciuẽ excellentẽ appellasset, sed potius miserrimum .
[Visum)Bene q fuerat honoratus magr̃atu. [Barbatulos mullu-
los) Mulli pisces,quo॰ ea ore q̃dam pendet barba.[Exceptantẽ)
Visus est frequentatioo,quo magis illius seruitutẽ ostendat. [Mu
cena॰)Murenę maris anguillæ dñr.[Vt ne in familia qdẽ dignũ)
Qui piscium delectatione hñt , hi non modo nõ in familia sunt,
sed aliquo maiore negocio vel magr̃atu minime digni putãtur ,
nisi ptractare pisciculos . [Qui cupiditate peculij) Solebãt antiq
serui,vt inqt Iuuen.in ep.Crepusculis adire domu alic᷒ diuitis le
nis orbi vel debilis in seruiẽdo sibi adulando, & oĩa sent assen-
tiendo,vt pecunias cõsequerentur,peculiũ est ppriæ pecunia, vñ
fit peculiaris,hoc aũt peculium q̃ritur vel in castris, seu aliqua li-
berali arte acqri põt.[Quid 101.) Nõ modo uerba,sed meritũ se
nis cognoscit,vt si nõ placet illi gallina turdos emit.[Locupleti)
Sine diuitijs hanc nõ faceret seruitutẽ.[Orbi) Si filijs nõ carerẽt
sibi non seruitẽt.[Senis)Qui pauco est duraturus tpe,& hæc tria
conueniũt ad hanc seruitutẽ tolerandã.[Denunciatũ)Si oportet
ius petere paratus est. [Assentatur) Si senex se laudibus extollat
ille easdẽ nõ confirmat,sed auget.[Assidet)Penes illũ sedet.[Mu
neratur)Senes donãtur pane,caseo,& alijs rebus ab illo proprio
seruo.[Serui iner.)Nõ liberi,sed serui astuti & diligentes.[Quid
tam il.cu.).s.libertatis hr̃e vr̃,q.d.vel ẽt aliud genus seruitutis ple
rique supplicant,donãt,& multa patiuntur causa cuiusdã dignita
tis acqrendæ.[Quæ vr̃ esse li.)Hæc seruitus, qm̃ fit io ɔñtibus li-
beralior esse vr̃ . qm̃ non auaritiæ causa gignitur,sed pp honorẽ,
& tñ oĩno seruitus est. [Honoris) Alicuius magistratus. [Impe-
rij)Fieri imperator. [Domina) Tyrannis est. [Imperiosa) Quæ
imperat hoibus omnia mala pati . vt imperiũ adipiscantur. [Ve-
hemens) Trahit oẽs ad supplicandũ,vel ad alia indigna se facien-
dũ [Cethego)Fuit quidã Cethegus , ante Cethegũ Catilina q
ciuitati Romanæ vir primarius, cũ esset captus amore cuiusdam
Prec æ se creari imperatorẽ contra Mithridatẽ vellet , q Preciæ
Cethegi amicæ supplicabat eiq̃ donabat . qua ea re gratia illius
Cethegum imperatorẽ Lucullum orauit, q̃.n.maior seruitus in-
ueniretur quã Luculli seruitus mulieri supplicans.[Non pbatis
simo)Ac si diceret improbatissimo. [Seruire coegit) .s.cupiditas
honoris cogebat nõnullos seruire Cethego , q̃uis respondet sibi
esse probatissimi,tñ serui erant.[Munera)Qui illum Cethegum
multis donabant rebus.[Noctu uenire domum)In die negocio
si sunt principes , ideo de nocte domum illius proficiscebantur ,
[Supplicare)Subiacendo.[Quæ seruitus est) Ac dicat si supplica-
rem,& talia tolerarẽ causa dignitatis hãdæ libertas existimetur,
non illa põt esse seruitus, sed aliæ sunt seruitutes, sicut hæc uoci-
tanda est . [Quid ? cũ cupiditatum exercitit dñarus) Transitio,co
lor cõmouere facit auditores,de qbus locutus est, & item osten-
dit qd cõsequitur sensus,qd præterea seruitus cupiditatis bono॰
alia exoritur seruitus uidelicet timor quẽ adipiscitor ea coõsciẽ
tia pctõ॰ & per inductionem hanc ostendit seruitutem p̃hicam.
[Conscientia) Est vocabulum mesum , quod tñ ut plurimum in
malam partem capitur sicut voluntas,dr̃ autem conscientia pro-
prie examinatio . [Quam dura seruitus) Peior hæc est q̃ ciuilis
seruitus , quocunque.n.uadis hæc te p̃hica seruitus persequitur
die noctuq . [Adolescentibus) Cum Rom.imperium adiunge-
rent,magna in eloquentia maxime vim inesse cognouerunt.

QVòd sapientes liberi,& stulti serui:) Thema græcum est . ὅτι οἱ σοφοὶ ἐλεύθεροι, καὶ οἱ μωροὶ δοῦλοι .i. ꝙ sapientes liberi, & stulti serui. ὅτι .i. ꝙ, μόνος .i. solus,hoc est articulus, vt gallicis le flandrinis, ὁ σοφὸς .i. sapiens, ἐλεύθερος .i. liber,& ingenuus, καὶ .i. &, πάντες .i. omnes, οἱ, articulus pluralis, μωροὶ .i. stulti, δοῦλοι .i. serui

ASCEN.

tii sunt, inde dulia cultus seruilis. Hoc Paradoxum veritati euan
gelicæ consonum est. quia solus peccator stultus, stultorum aut
infinitus est numerus. qui vero facit peccatum seruus est peccati.
itaque cuius animus liber est à vitijs, quia potiorem partem sui
liberam habet, seruus non est. De hac re etiam Persius pulchre
scripsit. Sed nos ordinem prosequamur, qui talis est. Sed sciamus
hoc secundum quosdam dici in M. Antonium, qui libidinibus exarsit, &
cum Cleopatra regina Aegypti turpissime vixit, verum id post
mortem Cicer. fecit, sed obfuit antea etiam alias amasse, sed &
Clodio congruit. vnde proposito Themate, q.d. dicunt; aut di-
co oēs sapientes esse liberos, & oēs stultos esse seruos. Vero pro
sed, hic imperator videlicet M. Antonius triumuir, refrenet ipse
primum libidines suas, spernat voluptates, teneat .i. contineat, &
refrenet iracundiam, coerceat auaritiam, & repellat a se ceteras
labes .i. corruptiones, quæ eum labi faciunt, animi .s. sui, & inci-
piat tum .i. tunc imperare alijs cum ipse desierit parere turpissi-
mis dñis, videlicet dedecori .i. infamiæ & turpitudini vitæ. Qui-
dem .i. certe, dum .i. donec ipse obediet his .s. dominis dictis, non
modo .i. non solum non erit habendus .i. reputandus Imperator,
sed erit habendus omnino non liber .i. seruus. Hoc enim est vsur
patum .i. in vsum & prouerbium acceptum preclare à doctissimis
.s. philosophis, quorum auctoritate ego non vterer, si hæc oratio
esset mihi habenda apud agrestes philosophiæ ignaros, cum ue-
ro loquor apud prudentissimos .i. patres conscriptos in Senatu
contra Antonium, quibus hæc non sunt inaudita, immo maxi-
me cognita. Cur ego simulem .i. falso fingam me perdidisse .i. in
vanum assumpsisse operam, quidquid operæ .i. studij & laboris po
suerim .i. locauerim in his studijs .s. philosophicis. Et quia non di
xerat, quid esset præclare dictum, nunc repetit dicens. Igitur .i. vt
ad propositum redeam. dictum est à viris eruditissimis, neminē
esse liberum nisi sapientem. Enim pro quia, quid est libertas.
Respondet, potestas viuendi, vt velis. Igitur quis viuit vt vult ni-
si qui sequitur recta? q.d. nullus, & vere, quia desiderium peccato
rum perimit. Et qui gaudet officio .i. debito, cui via viuendi est
considerata atque prouisa, quæ paret quidem legibus, sed nō pro
pter metum .i. timorem seruilem. quia Horat. dicit, Oderunt pec
care boni virtutis amore, Oderunt peccare mali formidine pœ-
næ. sed qui sequitur atque colit eas .s. leges, quia iudicat id esse
maxime salutare, qui nihil dicit, facit nihil, nihil denique cogi-
tat, nisi libenter .i. cum approbatione conscientiæ non refragan-
tis ac liberæ. Cuius omnia consilia, & omnes res quas gerit pro-
ficiscuntur .i. oriuntur ab ipso ipsius imperio & voluntate, & fe-
runtur .i. diriguntur eodem .i. ad eum ipsum. quia amore dei quē
secum habet, & sui omnia facit, nec est vlla res quæ polleat .i. pos
sit & valeat plus apud eum quam voluntas, atq; iudicium ipsius.
Nihil enim vult, nisi quod iudicat faciendum aut volendum, ni-
hil autem iudicat faciendum, & volendum, nisi quod licitum ac
honestum, & facile factu. quo circa solus sapiens quidquid vult
facit. Cui .s. sapienti & libero etiam ipsa fortuna, quæ dicitur ha
bere maximam vim, (Vnde Maro. Fortuna omnipotens &c. &
Salust. in Catil. Sed profecto fortuna in omni re dominatur.)
cedit .i. locum dat. vnde Iuuen. Nullum numen habes si sit pru-
dentia, sed te Nos facimus fortuna deam cœloq. locamus. Vnde
idem Salust. in Iugurt. Sed dux atque Imperator vitæ mortaliū
animus est, quippe fortuna probitatem, industriam, aliasq. bo-
nas artes, neque dare, neque eripere cuiquam potest. Senec. epist.
99. Errant qui aut boni aliquid nobis, aut mali iudicant tribue-
re fortunam. Valentior enim omni fortuna animus est, & in
vtranque partem ipse res suas ducit, beatæq. ac miseræ vitæ sibi
causa est, &c. Sicut sapiens poeta dixit, quisque fingitur suis mo
ribus .i. cuique secundum mores suos euenit. Vnde Salust. in Catil. Aut
fortuna simul cum moribus immutatur. sed ad ordinem reuerta
mur. Soli igitur, concludit quod proposuerat dicens. Igitur hoc
contingit sapienti, vt nihil faciat inuitus, nihil dolens, & nihil
coactus. Quod .i. quam rem ita esse .i. ita se habere, & si .i. quan-
quam est differendum .i. probandum diserte pluribus verbis, illud
tamen est & breue & confitendum, neminem esse liberum, nisi
qui sit affectus .i. animatus & dispositus, ita vt dictum est. Igitur
à contrario sensu omnes improbi sup. sunt serui, nec hoc est tam
inopinatum atque mirabile, neque dicto .i. dum dicitur. Enim
pro quia, homines, aut philosophi non dicunt eos .i. tales videli-
cet improbos ita esse seruos, vt mancipia .i. manucapta seruitia, &
ita seruata vt seruiant, & serui sint, quæ sunt facta dominorum .i.
in potestate eorum. Nexu .i. obligatione, vt vinculo, aut aliquo
iure ciuili. sed si seruitus sit sicut reuera est obedientia animi fra
cti, & abiecti, & carentis suo arbitrio, quis neget omnes leues, o-
mnes cupidos, omnes denique improbos, esse seruos? q.d. nemo.

An ille videtur mihi liber cui mulier imperat? vt. Antonio Cleo
patra, sed tamen de ea non intelligit, quia post mortem Cicero-
nis id contigit. Cui mulier imponit leges, & præscribit, iubet,
& vetat, quod videtur .i. quidquid iubet, qui nihil potest negare
mulieri imperanti, & negat, audet recusare? q. d. minime om-
nium. Si mulier poscit sup. aliquid dandum est, si vocat ipsum, ve
niendum est .i. oportet ad eam venire, si mulier eijcit eum abeun-
dum est ei .i. oportet eum abire, si minatur extimescendum est ei.
Ego vero puto illum .i. huiusmodi virum qualis erat Antonius
saltem, postea vel etiam tunc libidinis ardens, vt idem Clodius, q
pro principe mœchorum taxatur à Iuuenale, appellandum non
modo .i. non solum seruum, sed nequissimum .i. maxime nequam,
te nihil queuntem seruum, etiam si sit natus in familia amplissi-
ma, vt Antonius, & Clodius. Atque vt in magna familia alij stul-
torum .i. aliqui stulti sunt lautiores .i. mundiores serui, vt sibi ui-
dentur. vtpote qui escarijs, & poculentis vasis preciosis presunt,
& atrium obseruant, si tamen inquit atrienses serui sunt istis pa
res, aut pari actu suæ stultitiæ .i. inutilis curæ. Illi quos signa .i. si-
mulacra, ac vinum efficta. & quos tabulæ .s. eburneæ, aut e ligno
precioso, quos argentum cælatum .i. esculptum, quos opera Co-
rinthia .i. ex ære Corinthio. quos ædificia magnifica delectant ni
mio opere .i. nimio studio, &c. .i. attamē tales inquiunt nos sumus
principes ciuitatis, vos vero seruorum quidem vestrorum princi
pes estis, sed vt .i. quemadmodum, qui tractant ista .s. vasa, & supel
lectilia in magna familia, qui tergunt, qui vngunt contra rubigi-
nem. Qui verrunt .i. mundant scopis, qui spargunt, vt non attu-
mantur a tineis, tenent locum seruitutis non honestissimi, & sic
in ciuitate, qui dederunt se cupiditatibus istarum rerum obtinēt
penè infimum locum seruitutis. Magna inquis. Docet ambitio
sos esse stultos, sicut docuit libidinosos, mulierosos, & rebus fri-
uolis intentos insanire dicens: Tu gloriose inquis, gessi magna
bella, & præfui magnis imperijs, & prouincijs. Igitur si tu illis
laudari vis, gere animum dignum laude. Tabula actionis qua bo
na ciuium, aut prędæ venduntur in foro à præcone, quasi sub asta
augendo precio detinet te stupidum .i. hyantem ad lucra, & am-
bitionem, sicut Syllam detinuit. Aut aliquod signum Polycleti .i.
à Polycleto statuario optimo factum. Ego mitto, vnde sustule-
ris .i. subtraxeris te, & quomodo habeas .i. geras te admirantem
& tollentem .i. extollentem clamores, cum ego video te, iudico
te esse seruum omnium ineptiarum, igitur quærit ambitiosus:
Nonne illa signa sunt festiua .i. lepida, & festa congruentia? sint,
inquit Cic. Nam nos quoque habemus oculos eruditos, vt scia-
mus quid artificiose factum sit, sed ego obsecro te, vt ista habean-
tur .i. reputentur à te ita venusta .i. pulchra, & speciosa, vt non sint
vincula virorum .i. quibus irretiantur, & in seruitutem redigan-
tur viri .i. qui se viros censent, sed sint oblectamenta puerorum.
Quid enim censes. Lucius Mumius qui Corinthum incendit, &
diruit ne Romano imperio officeret, videret aliquem qui se prin
cipes ciuitatis factitat Matellionem Corinthium .i. admirantem
signa e a metallo, seu ære Corinthio. Tractantem, sup. ista cupi-
dissime. Cum ipse contempsisset totam Corinthum, q.d. cum to
to metallo, diceret stultum si in metallo Corinthio non Matel
lionem, &c. Vtrum putaret illum .i. talem Matellionem ciuem
excellentem, an seruum atriensem diligentem, q.d. certe scio, qd
potius seruum, quia eius similior est. Reuiuiscat, taxat nunc gu-
losos dicens. Reuiuiscat M. Curius, qui de Sabinis triumphauit,
& rapas in catino ligneo edit, vt prius dixi. Reuiuiscat .i. redeat
in vitam, aut aliquis eorum, in quorum villa .i. domo rustica, &
domo .i. in ciuitate nihil fuit splendidum, & nihil ornatum præ-
ter ipsos; quales erant, Fabricius, Cato maior, Quintus Cincin
natus, & similes. Et videat melius quam videant, quia dixit reui
uiscat, & dicet, iudicet aliquem vsum summis beneficijs populi .i.
summo magistratu. Excerptantem .i. cum delectu extrahentem.
De piscina .i. conseruatorio piscium. Barbatulos .i. pisces tales à
barba dictos. Et mullulos .i. mullos teneriores, qui in summo p̄-
cio erant. vnde Iuuen. Mullum sex millibus emit Aequantem
sanè paribus sestertia libris .i. mullum sex librarum sex millibus
sestertium, & pertractantem tales pisces, & gloriantem. Copia
Murenarum, quas Lampredas uocant nonne iudicet hunc .i. talē
hoiem ita seruum, vt ne quidem putet. Cum aliquo maiore nego
cio in familia. An eorum seruitus. inuehitur in auaros dicens, An
seruitus eorum nullas conditiones durissimæ seruitutis recusant, cupi
ditates Peculij .i. vt augeant peculium .i. rem sibi propriam est du
bia .i. incerta, q.d. minime, cum sit manifestissima spes hereditatis
.s. qua quis sperat heres à diuite institui. Quid iniquitatis .i. ini-
quæ seruitutis nō suscipit .i. non libenter subit in seruiendo, q. d.
nihil, & ita maxime serui sunt heredipedes. De quibus Flac. 2. serm.

Sat.scr. hoc quoque &c. Qui nutū suis locupletis & orbi .i. non hntes liberos, non obseruat vt obsequatur, & inseruit, q. d. nullū non, & ita quemlibet obseruat. Quidquid denunciarum sit ipse loquitur, totum ad voluntatem illius senis, & facit, & assentatur, & assidet, & muneratur. Qui bonꝝ est liberꝝ .i. pertinet ad liberum hoiem, q.d. nihil, quid denique huiꝰ est nisi serui non inertis .i. seduli & strenui, q.d. ēt nihil, & ita totum, hoc est serui non inertis. Quid iam, inuehitur rursus, sed manifestius in ambitiosos dicens. Quid iam illa cupiditas honoris, imperij, prouinciarꝫ, quę vř esse liberalior, quam .i. quantū dura, & imperiosa, & quam vehemens est dña Res .i. cupiditas honoris, aut rei familiaris coegit seruire Cethego, qui erat in coniuratione Catilinæ homini. Non probatissimo, immo minime probato, eos qui videbātur sibi esse amplissime, & coegit eos mittere ad eum munera, venire noctu ad eum, domum .i. domum eius, precari eum, & denique .i. quod vilissimum est supplicare .i. se plicare & genua flectere coram eo. Quæ est seruitus, si hæc .i. hmōi vita pōt existimari libertas? q. d. nulla. Quid sup dicemus dum dñatus cupiditatum .i. quem cupiditates in hoie ambitiuso, aut auaro habebat, excessit .i. egressus est & alius dñt, videlicet timor est exortus ex ꝯscia pctōꝝ. Quam .i. ô quantum misera, & quam .i. ô quantum dura est illa seruitus, q.d. durissima, quia seruiendū est adolescentibus loquacioribus paulo .s. hñtibus aliqd facundiæ & eloquentiæ. qbus seruiendum est ne vocentur ab illis in ius & accusentur ab illis, quod iuuentuti Rumanæ licebat, oēs qui vnt aliquid scire .s. de sceleribꝰ eorꝫ timentur tanq̄ dñi, & ita timore seruiū. Vero, pro sed, quantum dñatum habet iudex in eos, qui peccatis inseruiunt, quo timore afficit nocentem? q. d. maximum & maximo. An non ois metus est seruitus? q.d. maxime. Igitur qd valet illa oratio L. Crassi eloquentissimi exñs magis copiosa .i. abundans verbis, quam sapiēs .i. sapia sniaꝝ condita, cum diceret, aut P. C. aut quirites eripite nos ex seruitute. Quæ est illa seruitus hoi, tam claro & tā nobili? q.d. talis non debebat iugum dñoꝝ externoꝝ timere, consuerat seruitutem si modo aium liberꝫ hret. Ois.n. timiditas ai debilitata. Et humilis, & fracta est seruitus. Nolite sinere .i. pmittere nos seruire cuiq̄, vult ipse in tali orone vindicare .i. morte vindici sibi acquirere, quasi vindicta prætoria libertatem. Minime, inqt Cic. Enim, pro q̄a, quid .i. ad quid adiungit nisi vobis vniuersis qbus & possumus & debemus seruire, sic.n. vult mutare dūm, & non vult esse simpliciter, quod tum velle debebat Crasso. hic aūt locus corruptus est, & ob id à cōmentario ptermissus. nos vero siquidem .i. certe si sumus aio excelso & alto & exaggerato .i. accumulato virtutibus, nec debemus nec possumus sup. seruire. Tu Crasse dicitote posse, qm̄ quidem potes, & ne dixeris dīe quō quisq̄ nihil debet, nisi qdꝰ est turpe nō reddere, sed hæc hactenus in Crassum dicta sile in quē cœpta est orō, videat quō possit esse impator. cū rō & veritas ꝯuincat ipm, ne liberꝝ qdē esse, qdꝰ multo minus est, quā in liberos hre imperiū. & hæc in Cic. Parad. nā in vltimū in quod nihil inuenimus scriptum sequens est nostra explanatio.

DOCT. interpr. SVis qsque fungitur moribus) In alijs scriptū cōperi, fingit, & rectius sane. Neque.n. dubiū qn retulerit ad ꝓuerbiale dcm̄, cuius meminit Corn. Nepos in vita Pōponij: Suā cuiq; mores fingūt fortunā. Proinde & hic legendū arbitror, Suis cuique moribus, fingitur, aut certe, vt minimū demutemus, Suis cuiusq; moribus fingitur. [Matellionē) Arbitror dici signū repñtans seruū porrigentē matulam. [In libertatē vindicari vult? Minime.) Hic in nonullis cod. adduntur ea, q̄ paulo inferius adijciuntur, qbus & possumus, & debemus. Rursus q̄ sequuntur, qbus & possumus, & debemus, vōr à contextu reuulsa Sic.o. apparet legendū. Quid.n. adiungitur, nisi vobis vniuersis, qbus & possumus debemus? Dñm mutare, non liber esse vult. Nos vero si quidem &c.

ὅτι μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος:
quòd solus sapiens diues.

QVAE est ista in cōmemoranda pecunia tua tam insolens ostentatio? solus ne tu diues? pro dij immortales, ego ne me audisse aliquid, & didicisse non gaudeā? solus ne tu diues? quid, si ne diues quidem? quid, si pauper etiam? quem.n intelligimus diuitem? aut hoc verbum in quo homine ponimus? opinor in eo, cui tanta possessio est, vt ad liberaliter viuendum facile contentus sit; qui nihil quærat, nihil appetat, nihil optet amplius. animus oportet tuus se iudicet diuitem, non hoīm sermo, neque possessiones tuę. qui si sibi nihil deesse putat, nihil curat amplius, satiatus est, aut contentus ēt pecunia: concedo, diues est. sin autē pp auiditatem pecuniæ nullum quæstum turpem putas, cum isti ordini ne honestus quidem esse possit vllus; si quotidie fraudas, decipis, poscis, pacisceris, aufers, eripis; si socios spolias, ærarium expilas; si testamenta amicorum expectas, aut ne expectas quidem, at ipse supponis: hæc vtrum abundantis, an egentis signa sunt? animus hoīs diues, non arca appellari solet. quamuis illa sit plena; dum te inanem videbo, diuitem nō putabo. etenim ex eo, quātum cuique satis est, metiuntur hoīes diuitiarum modū. filiam quis habet; pecunia est opus: duas; maiore: plures; etiam maior. si (vt aiunt) Danai quinquaginta sunt filiæ; tot dotes magnam quærunt pecuniam. quātum .n. cuique satis est, ad id accōmodatur, vt ante dixi, diuitiarū modus. qui igitur non filias plures, sed innumerabiles cupiditates hēt, q̄ breui tpe maximas copias exhaurire possint; hunc quo modo ego appellabo diuitē, cum ipse egere se sentiat? multi ex te audierunt, cum diceres neminem esse diuitem, nisi qui exercitū alere posset suis fructibus: quod populus R. ex tantis vectigalibus iam pridem vix potest. ergo, hoc proposito, nunq̄ eris diues ante, q̄ tibi ex tuis possessionibus tm̄ reficiatur, vt eo tueri sex legiones, & magna equitum, ac peditum auxilia possis. Iam fateris igitur non esse te diuitem, cui tm̄ desit, vt expleas id, quod exoptas. itaque istā paupertatem, vel potius egestatem, ac mendicitatē tuam nunq̄ obscure tulisti. nam, vt ijs, qui honeste rem quærunt mercaturis faciendis, operis dandis, publicis sumēdis, intelligimus opus esse quæsito: sic qui videt domi tuæ pariter accusatorum, atque iudicū consociatos greges; qui nocentes, & pecuniosos reos eodem te auctore corruptelam iudicij molientes; qui tuas mercedum pactiones in patrocinijs intercisas, pecuniarū in coitionibus candidatorū, dimissiones libertorū ad fœnerandas, diripiendasq. prouincias? qui expulsiones vicinorū, qui latrocinia in agris, qui cū seruis, cum libertis, cū clientibus societates, qui possessiones vacuas, qui proscriptiones locupletum, qui cædes municipiorū, qui illā Syllani tpis messem recordetur; qui testamenta subiecta, q̄ sublatos tot hoīes, qui denique omnia venalia, delectū, decretum; alienā, suam sniam; forū, domum; vocem, silentium; quis hunc nō putet cōfiteri sibi quæsito opus esse? cui aūt quæsito opus sit, quis vnq̄ hunc vere dixerit diuitem? est.n diuitiarum fructus in copia: copiam aūt declarat satietas rerum, atque abundantia: quam tu qm̄ nūquam assequere, nunq̄ oio es futurus diues. Meam aūt qm̄ pecuniam contemnis, & recte: est .n. ad vulgi opinionē mediocris, ad tuam nulla, ad meam modica: de me silebo; de te loquar. Si censenda nobis, atque æstimanda res sit; vtrum tādē pluris æstimabimus pecuniā Pyrrhi, quā Fabricio dabat, an cōtinentiā Fabricij, qui illam pecuniā repudiabat? vtrum aurum Sānitum, an rūsum M'. Curij? hereditatē L. Paulli, an liberalitatē Africani, qui eius hereditatis Q. Maximo fratri partē suā concessit? t hæc ꝑfecto, q̄ sunt summarū virtutū, pluris æstimanda sunt q̄ illa, q̄ sunt pecuniæ. Quis igitur (si quidem, vt quisque, qdꝰ plurimi sit, possideat, ita ditissimus habendus sit) dubitet, quin in virtute diuitiæ positæ sint; qm̄ nulla possessio, nulla vis auri, & argēti pluris, q̄ virtus æstimanda est?

O dij immortales, non intelligunt hoïes, q̃ magnum vectigal sit parsimonia. venio enim ad sumptuosus, relinquo istum quæstuosum. Capit ille ex suis prædijs sexcenta sestertia: ego centena ex meis. illi aurata tecta in villis, & sola marmorea facienti, & signa, tabulas, suppellectilem, et vestem infinite concupiscenti, non modo ad sumptũ ille fructus est, sed ẽt ad fœnus, exiguus. ex meo tenui vectigali, detractis sumptibus cupiditatis, aliquid etiã redundabit. vter igitur est ditior, cui deest, an cui superat? qui eget, an qui abũdat: cuius possessio quo est maior, eo plus requirit ad se tuendam; an quæ suis se viribus sustinet? Sed quid ego de me loquor, qui, morum, ac t̃pm vitio, aliquantum ẽt ip se fortasse in huius seculi errore versẽr? M. Manilius patrum nr̃orum memoria (ne semper Curios, & Luscinos loquamur) pauper tandem fuit: habuit enim ædiculas in Carinis, & fundum in Labicano. nos igitur ditiores, qui plura habemus? vtinam quidem essemus: sed non æstimatione census, verum victu, atque cultu terminatur pecuniæ modus. non esse cupidum, pecunia est: nõ esse emacem, vectigal est: contentũ vero suis rebus esse, maximæ sunt, certissimæq. diuitiæ. etenim, si isti callidi rerum æstimatores prata, & areas quasdã magni æstimant, q͂ ei gñi possessionum minime quasi noceri potest: quanti est æstimanda virtus, quæ nec eripi, nec subripi potest vnq̃; neq, naufragio, neque incendio amittitur; nec tempestatum, nec t̃pum permutatione mutatur? qua qui præditi sunt, soli sunt diuites; soli enim possident res, & fructuosas, & sempiternas, soliq., quod est proprium diuitiarum, contenti sunt rebus suis; satis esse putant, quod est; nihil appetunt, nulla re egent, nihil sibi deesse sentiũt, nihil requirunt, improbi autem, & auari, quoniam incertas, atque in casu positas possessiones habent, & plus semper appetunt, nec eorum quisquam adhuc inuentus est, cui, quod haberet, esset satis; non modo, non copiosi, ac diuites, sed etiam inopes, ac pauperes existimandi sunt.

FRAN. MAT.

QVO'D solus sapiens diues) Græcus titulus est, ὅτι μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος: & hæc Stoica est ꝓpositio, qua ostenditur solum sapiẽtem diuitem esse, eos vero q diuitijs abundãt, & illis cumulãdis intenti sunt, diuites nõ esse, ex quo fit, vt Paradoxum sit, sed solum sapientem vere diuitem esse facile probatur, qm̃ aio est bene instituto, & virtute prædito, in quo aũt virtus est, ei nihil deesse põt ad bene viuendum, quod supra disputatũ est. Et satis quidem sapiens habet, si necessaria non defuerint, & ea sine qbus vita esse oino non põt. Vlterius nihil concupiscet, dicetq. vt Socrates solebat, nõ se viuere vt edat, sed edere vt viuat. (Et q diuites hñr) Qm̃ plura quotidie possidere studẽt, diuites re uera nõ sunt, nam diues aius hois est, qui sibi vr̃ diues, qui paucis minimisq. pro naturæ indigentia contentus est, at quod supra quoque diximus, semper inops quicunq; cupit. Vt.n. si diues quispiam quærendi finem faciet necesse est. Vr̃ aũt hoc Paradoxum in M. Crassum illum diuitem dicere, in quo plurimas virtutes vnius auaritiæ sordibus obscuratas fuisse legimus. Neminẽ aũt diuitem aut appellari aut existimari debere aiebat, q proprijs facultatibus alere exercitum non posset. Cum bellico℞ sumptuum nullus sit modus, nullaq. mẽsura bellum nutritur, vt inqt Archidamus. Diues ergo auarus non esse, vere diues ostenditur. (Quod solus sapiens &c.) s. dñt vel afferunt Stoici. (Quæ est ista) Statim in aduersarium oronem conuertit, cuius insolentiam & stultitiã arguit, quod se solum diuitem existimet. (Ostentatio) Iactatio est ostentare sæpe ostendere gloriandi causa. (Pecunia tua) Diuitijs pecuniæ.n. noie, quod supra diximus oia, continentur, quæ possidemus, quamuis, & pro signatis numis accipere possumus, quorum ingentem numerum Crassus possidebat. (Insolens) Superba, nam insolens & arrogans intelligitur, qui præter legem agit humanam, & naturalem, Cic. pro M. Marc. presertim uictoria quæ nã insolens, & superba est. (Pro dij immortales) Exclamatio est ex nimia indignatione. (Ego ne me) Lætari, inquit, debeo quod aliquid a p̃ceptoribus meis audierim aut didicerim, & ostendere possim, tm̃ abesse, ut diues sis, vt ẽt pauper dici & hr̃i merearis. (Audiuisse) Et quia non satis est audire nisi ẽt discas, iõ subdidit didicisse. (Quid si pauper ẽt) In hoc est Paradoxum, cum pauperem esse dicimus illum quem vulgus diuitẽ existimat. Quẽ .n. more suo uocabulum diffinit, & ad ter diffõnem accedit: ois aũt quæ de aliqua re suscipitur disputatio, debet à diffõne proficisci, vt intelligatur quid sit id, de quo disputatur. Hoc verbum, qđ est diues. (Opinor in eo) Sniam suam dicit Cic & quis vere diues sit declarat, & is diues est, inquit, qui tm̃ possidet, quantum satis est ad liberaliter viuendũ, hoc est, ut liberis decet, vel vt ẽt benefacere alijs indigentibus possit. Laudantur.n. diuitiæ si ad liberalitatem conferuntur, modo ea liberalitas modũ non excedat, aut non merentibus conferatur. (Nihil quærat) Nam diues non est, q augere patrimonium studet, ẽt si plurima possideat, tũc demum diues quispiam intelligitur, cum his quæ habet contentus est. (Quærat) Labore corporis. (Appetat) Animo. (Optet) Plus est optare, quam appetere. Nam optamus plerunque quæ eis cõsequi possumus. (Animus oportet tuus) Qui si fuerit uirtute præditus, nihil optabit, & his contentus erit, sine quibus uita esse nõ potest. (Pecunia) Quam habet. (Sin aũt) Ostendit à contrario diuitem non esse. (Turpem) Vt fœnerari, conducere, ut ait Iuuen. Siccandam eluuiẽ, portandũ ad busta cadauer. (Isto ordini) Senatorio, non.n. decet senatorem artem aliq̃ exercere non honestã. Cumq oĩs ordo abesse ab auaritia lõgissime debeat senatorius p̃cipue abesse debet in Crassum pñt hæc dicta videri. (Fraudas) Aliqd capiam p fraudem, detrahis. Decipias nõ reddendo depositum. (Poscis) Cũ poscere te nõ deceat, vt ꝓ agẽda causa, vel poscis, vt egeni solent. (Pacisceris) Pactũ facis, & cõuenis cũ aliquo quantũ tibi dare debeat, si hoc vel illud ꝓ eo feceris. (Aufers) Occulte. (Eripis) Vi. (Socios) Quos tueri dñes, & illæsos cõseruare, at potius augere. (Expilas) Aera. Quod crimen peculatus vocat. Expilare est paulatim detrahere, Aerarium aũt locus est vbi publicæ seruantur pecuniæ. Fuit aũt Romano℞ Aerarium in æde Saturni, qđ t̃pe quo is Italiam incoluit fertur in eius finibus nullũ esse furtum cõmissum, aut q a sub illo nihil erat cuiusq̃ priuatũ. Nec signare solitum aut partiri limite campum. Fas erat, in medium quærebant. (Si testamenta) Alicuius senis orbi quẽ captas. (Supponis) Falsa ꝓ veris subijcis. vnde extat lex testamentaria, q̃ & de falsis dr̃, pœnam irrogans ei qui testm̃ vel aliud instrm̃ falsum scripserit, signauerit, & recitauerit, subiecerit, qui ue signum adulterinũ fecerit, sculpserit, expresserit, sciens dolo malo, eiusq. legis pœna in seruos vltimũ suppliciũ est, in liberos uero deportatio. Supponere est falsum ꝓ vero subijcere, vnde pueri suppositi dñr, quos Græci ὑποβολιμαίους .i. suppositos pueros vocant, ὑποβάλλειν .n. subijcere & supponere est. (Aim hois) Pulchra snia, non ille vere diues est, qui arcam numis plenam habet, sed qui his q̃ sufficiunt contentus est, ut ait Sen. qui cum paupertate bene conuenit diues est. (Inanem) Vacuũ virtute, q̃ est verus ai thesaurus. (Ex eo quantum quisque possidet) Sed ex eo quantũ cuique sufficit. non etenim est pauper cui re℞ suppetit vsus. (Filiam qs habet) Exemplum subijcit, quo ostendit diuitem esse eum qui pro indigentia quærit, quæ maior est sui quam alijs, qm̃ mensura diuitia℞ colligitur ex indigentia cuiusque. Sed qui habet innumerabiles, dum singulas explere cupit, diuitias consumit, diues autẽ non est, quia semp quærit, ut semper consumat, iuxta illud Nasonis, Quærere vt absumant, absumpta requirere certant, Atque ipsæ uitijs sunt alimenta uices. (Quantum.n. &c.) Modus ergo diuitia℞ est pro cuiusque indigentia. (Vt aiunt) .s. fabulæ vel poetę (Danai &c.) Nota est fabula. Danao Regi Argiuo℞ 50. filiæ, Aegypto fratri eius 50. filij fuerunt. Cum ergo Aegyptus filias à Danao filijs suis locari postularet, primo negauit Danaus, quia audierat ab oraculo fore, vt ab vno filio℞ Aegypti, si gener suus esset occideretur. Coactus tñ dare filias fratris filijs, dedit illis occulto ferrum, & iussit prima nocte maritos occidere, quod oẽs fecerunt præter Hypermnæstram, quæ Lyno viro suo pepercit, à quo Danaus postea est occisus. (Exhaurire) Euacuare, ꝯsumere. (Multi ex te) Hoc idẽ scribit Plut. & Cic. in Of. (Ex suis fructib.) Quos percipit & colligit ex prædijs suis, & possessionibus. (Qđ populo R.) .s. alere exercitum. (Ex vectigalibus) Tributis. vectigal dr̃ quidquid penditur nobis tributi, ex aliqua re à nobis locata. Et ager vectigalis uocatur pro quo aliqd nobis penditur ab eo, cuius vsus fructus est, cũ ꝓprietas nr̃a sit, Græci ἐμφύτευσιν uocant, vectigal & agrũ ἐμφυτευτικόν. (Exercitũ) Non vnã cohortẽ, neque vnã alam dicimus, inquit Vlp. sed numeros multos militũ.

[Ergo hoc proposito) Nullum esse diuitem nisi qui exercitũ alere possit fructibus suis. Nam si populo R. tot vectigalibus vix poteſt contingere, multo minus tu poteris Craſſe. Cupiens aũt esse diues nunq̃ eris. [Sex legiones) Ex tot .n. conſtat exercitus. Et legio quidem, pᵉditum ſex millia, equites ſexcentos continebat, ſine auxilijs, q̃ ſic ab auctu ſunt vocata, quod his exercitus Rom. augeretur cum acceſſerant, q̃ adiumento eſſent alienigenæ. Varro. [Iam fateris) Diues eſt cui nihil deeſt, & qui ꝑpea nihil optat. Tu cum ex fructibus tuis exercitum alere cupias, & cum id non poſſis, diues certe non es. [Itaque &c.) Cum fatearis nõ eſſe tm̃ fructum tibi, vt alere exercitum poſſis, idem non eſſe te diuitem fateri videris, & cum tanta ſit cupiditas tua, oẽs te eſſe pauperem intelligunt. [Paupertatem) Pauper dr̃ a paruo ære, qui.ſ. pecunijs non abundat. [Egeſtatem) Plus eſt egeſtas quam paupertas. egenus .n. eſt, cui deſunt neceſſaria. [Mendicitatem) Mendicus eſt, qui cum ipſe non habeat hoſtiatim quærat, vel ſedens in aliquo loco a tranſeuntibus petit. Vnde mendicũ dici Feſtus exiſtimat, quod quęque ꝑcatur, vt vitæ ſuæ medeatur cibo, vel is eſt mendicus, qui minus habet quam dicit. [Nunq̃ obſcure tuliſti) Semper paraſeciſti. [Nam, vt his, &c.) Probat Craſſum ꝑ ſimilitudinẽ diuitem non eſſe, & eſt argm̃ à minori ad maius. ſi his, qui honeſte lucrari q̃runt, opus eſt iam partis, quanto magis tibi parto opus eſt, qui non honeſtas artes exerces, vt lucreris, ſed omnia flagitia moliris, oia tentas, vt diuitias comparare poſſis, ex quo diues nõ es. [Rem) Subſtantiam, bona. Horat. Rem poteris ſeruare tuam. [Mercaturis faciendis) Emendis, vendendisq. rebus, terra mariq. conuectis. Mercatura aũt honeſta vit, ſi ſordida non eſt. Quod in officijs dicit Cic. [Operis dandis) Locandis operibus ſeruoꝝ, qđ Craſſus faciebat, qui ſeruos circiter quingentos emit, fabrilis artis, & architecturæ peritos, quibus non ad propriæ domus extructionem tm̃ vtebatur, ſed ciuibus ædificare volentibus eoꝝ operas locabat mercede. auct. Plut. [Publicis ſumendis) Vt conducẽdis vectigalibus, portubus, & ceteris eiuſmodi. [Sic qui vidis) Sic tibi opus eſt quærere, & multo magis. [Accuſatoꝝ iudicum, &c.) Fuit Craſſus Rhetoricæ facultatis admodum ſtudioſus. circaq. illa vehementer elaborauit. Cumq. ad dicendum non ſatis idoneus natura eſſet, ſtudio ac diligẽtia tm̃ profecit, vt eos qui natura aptiſſimi in ea re eſſent, facile vinceret. Nullam autem cauſam quis tenuem, & contemnendam ſic ſuſcepit, vt ad eam agendam impremeditatus accederet. cumq. Pompeius, Cæſ. ac Cic. nonnullis cauſas, quaſi ſa parum dignas reijcerent, ipſe eaꝝ patrocinium ſuſcipiabat. quare maximam apud populum gratiam adeptus eſt, cum eſſet accuſatus, & diligens, faciliſq., ad opem indigentibus ferendam, Auct. Plut. Cic. qui parum amicus erat Craſſo, ditari ſolitum dicit ex defenſionibus diuitum ſceleratoꝝ, & innocentum accuſationibus. [Accuſatoꝝ) Qui veniunt ad te, ut te cauſam agentem, quempiam accuſant, magnam mercedẽ pollicentes. [Iudicum) Qui à te corrupti pro libidine tua iudicant, & hunc dãnant, illum abſoluunt. [Qui inn.) Suppleto ne dum ot det. [Molientes) Fabricantes, & parantes quo iudicia, te auctore corrumpant. [Reos) is dr̃ reus, de cuius re agitur, ſiue ſit in culpa, ſiue non, & ꝑpea inquit reos innocentes. [Pactiones) Paciſceris.n. cum ijs, qui à te defendi volunt, nec niſi certa mercede conſtituta ad dicendum accedis. Ordo aũ: qui videt tuas pactiones mercedũ intercisas, & interpoſitas patrocinijs, & qui videt pactiones pecuniaꝝ interciſas in concionibus candidatoꝝ. [Concionibus) Conuentibus. [Interciſas) Pecunijs in concionibus, & qui videt pecunias interpoſitas, aut interceptas in multitudine candidatoꝝ. pecunia.n. ab ijs intercipiebatur, qui ſuffragium eius petebant in magiſtratuum petitione. [In concionibus) Comitijs. [Candidatoꝝ) Qui in alicuius magiſtratus petitione verſantur candidati a toga candida, quam per id tp̃s induebant ſunt dicti. Cic. pro Mur. ſolitus ſum dicere magis te fortem ſenatorem mihi videri, quam ſapientẽ candidatum. toga candida induti in campũ Martium ad petendos magiſtratus deſcendebant. [Dimiſſiones libertoꝝ) Quos ad diuerſa loca mittis lucri cauſa. [Fœnerandas) Fœnore alligandas. ꝑpea.n. mittis, vt fœnerationem exerceant, qua via nulla facilior ad comparãdas pecunias. vnde fœnus dr̃ a fœtu parientis, atque increſcentis pecuniæ. [Diripiẽdas) Hoc.n. pacto ſic ſpoliare, vt diripere hoſtiliter videantur. [Expulſiones) Vicinoꝝ, ex ſuis.n. ædibus, villis, & prædijs vicinos extrudis, ſi quæ poſſident tibi placuerint. [Latrocinia) Spoliando, atq; occidendo quoſcunque, ex quibus ſpes lucri tibi arriſerit. [Qui cum ſeruis) Cum his hoĩbus ſocietatem lucri cauſa contrahebat. nam dãni, & lucri in iure ciuili ſocietas eſt. [Qui poſſeſſiones vacuas) Craſſus trecenta tm̃ talenta ex paterna hereditate accepit, prius tñ quam aduerſus Parthos exercitum duceret, ſeptem millium, & centum talentoꝝ ſummam coegit. Cum tñ decimam facultatis partem Herculi conſecraſſet, & publice epulum dediſſet populo, ac tres numos in ſingula ciuium capita contuliſſet. Maximam aũt diuitiaꝝ partem ex ciuilibus bellis, atque incẽdijs cõparauit, calamitatibus publicis ad priuatas vtilitates abutens. Cũ .n. Sylla victor vrbe potitus interfectoꝝ a ſe ciuium bona, quaſi prædam iuſto bello ex hoſtibus captam venderet, cuperetq. quã plures, ex potentioribus ciuibus illaꝝ, quaſi contagione inquinari, nihil vnquam Craſſus vel largitionis, vel emptionis nomine accipere recuſauit. Multas præterea ciuitatis partes incendio conſumptas, & deformes tm̃ parietes, quaſi domoꝝ cadauera derelicta, cum vidiſſet, quotquot eaꝝ potuit, paruo admodum ꝑcio mercatus eſt, cum illaꝝ dñi, partim metu, partim egeſtate cõpulſi, nihil petenti negare auderent, hoc itaque pacto magnam vrbis partem iuris eius fieri contigit. Auct. Plut. his dictis quæ de Craſſo ſcribit Cic. facilius intelligentur. [Vacuas) Pulſis veris poſſeſſoribus, & dñis. [Proſcriptiones locupletum) Quoꝝ noĩa refers in tabellã, & in publico proponis, vt impune occidi poſſint. dioꝝ tum noĩs proſcribebat Craſſus, vt eoꝝ bona inuaderet, atque nucuparet. [Qui cædes municipioꝝ) Hoc eſt cædes in municipijs factæ. Multa aũt municipia L. Sylla cœpit, & diripuit, in quibus opera Craſſi voluntate, multi occiſi. Nã Syllanus fuit. [Meſſem) Sylla quoties promptiorem ad obſequia militem reddere volebat, aliq̃ ei diripiendam vrbem concedebat, & hoc meſſem ſuam vocabat, quaſi hac via, & rõne fructus ſuos colligeret, qui ad tp̃s ſufficerent, ſicut ex agris fructus colligunt agricolæ, qui ad annũ ſufficiant. [Meſſem) Ergõ prædam veluti fructus, quos ex agris colligunt agricolæ. [Teſtamẽta ſubiacta) Illis quoꝝ ea eſſent ꝑ arbitrio ſuo dictata, qđ factitare ſolitum M. Regulum cauſidicũ Plin. iunior ſcribit his verbis. Aſpice Regulum, qui ex paupere & tenui ad tantas opes per flagitia ꝑceſſit, ut ipſe mihi dixerit cum conſuleret quam cito ſextertium ſexcenties impleturus eſſet, inueniſſe ſe exta duplicata, quibus portendi millies, & ducenties habituꝝ, & habebit, ſi modo, vt cœpit aliena teſtamenta, quod eſt improbatiſſimũ genus falſi ipſis quoꝝ ſunt illa, dictauerit. [Toc qui ſublatos hoĩes) De ciuitate pulſos, aut occiſos. [Venalia) q̃ oia venalia apud te videat, & exponit q̃ venderet Craſſus, cum delectum habebat, hoc eſt milites, & pedeſtres copias diligebat, neminem aſſumebat a quo ꝑcium non accepiſſet. [Decretum) Senatus quod pro aliquo fiebat non prius ab illo obtinebatur, quã aliq̃d Craſſo perſoluiſſet. [Alienam) Non ſuas tm̃, ſed & alioꝝ vendebat ſniãs, quas pro aliquo, aut in iudicijs, aut in ſnia dicebat, vel dici faciebat. [Foꝝ) Iudiciales cauſas, & forenſes, quas vẽdebat. [Deoꝝ) Quæ nemini patebat, niſi aliquid afferenti. iuxta illud Prop. Ianitor ad dantem vigilet, ſi pulſet inanis, Surdus in obductam ſomniet vſque ſeram. [Vocem) Non .n. gratis ſalutabat. [Silentium) Etiam ab his accipiebat quos ſalutare, aut reſalutare non dignabatur. Iuuen. Quid das, ut Coſſum aliqñ ſalutes, vt te reſpiciat clauſo vegento libello. Quanq̃ legimus apud Plutarch. ſummam Craſſo in appellandis ciuibus, ſalutãdisq. humanitatem fuiſſe. accipere igitur, & ſic poſſumus vocem, vt pro aliquo dicere, ſilentium vt tacere, & non accuſare. [Hunc) Hmõi hoĩes qualis tu es Craſſe. [Cui aũt) Hinc elicitur ſyllogiſmus, ille non eſt diues cui opus eſt q̃ſito, hoc eſt quærere, & lucrari, tibi opus eſt q̃ſito Craſſe, non igitur tu diues. [In copia) Vt adſit tibi copia pro indigentia. [Fructus) Vſus. [Nunq̃ diues) Quia ſemꝑ inops quicunque cupit. Diuitẽ non eſſe, Craſſum per definitionẽ partium diuitiarum probat, quæ diuitiæ copia ſunt ad vſum; hæc vero copia per ſacietatem rerum, atque abũdantiam acquiritur, qui hac ſaturitate caret, diues non eſt diffinitio quidem bona eſt, ſi diffinitum in gñe conſideres, ſed in ſpecie. [Meam aũt) Non loquar, inq̃t de pecunia mea, & cur non loquatur rõnem ſubijcit à [Modica) Moderata. [De mã ſilebo) Animi mei virtutem retinebo, de qua ſi loquerer me copioſiorẽ te eſſe oſtenderẽ, & ego arrogans viderer. [Si cenſenda) Et exemplis probat diuitijs vinci Craſſum à multis ẽt pauperibus. Fabricium, vt ait Valer. locupletem faciebat non multa poſſidere, ſed modica deſiderare. [Pyrrhi) Regia Epirotarum. [An cẽſum) De quo ſuperius. [Hereditatem L. Paulli) L. Aemilius Paullus filius eius fuit, q̃ apud Cãnas cecidit, de Liguribus triumphauit. Perſen Philippi filium Macedonum regem cœpit, & in triumphũ duxit, in qua lætitia duos filios amiſit, & ꝑgreſſus ad populum gr̃as fortunæ egit, qđ ſi quid aduerſi reip. imminebat ſua eſſet calamitate deciſum, ob hæc oia .n. à populo, & ſenatu conceſſum eſt, ut ludis Circenſibus triumphali veſte vteretur. Tantæ aũt fuit paupertatis, vt poſt mortem eius dos vxori niſi venditis poſſeſſionibus ſolui non potuerit. [Ad libertatẽ Africani) His eſt Scipio Aemilianus, Paulli Aemi-

lij Macedonici filius, à Scipioois superioris filio valetudinario adoptatus, q parté hereditatis nãlis patris, quę sibi iure debebat, Q. Maximo fratri vltro pcessit. [Hæc profecto) Vt spernere aut largiri parte hereditatis fratri,&c. [Qui igr) Concludit. Cõ virtutes multo pluris faciédæ sint, quã diuitiæ, sequitur, vt quanto qs virtutibus magis abundet, tãto magis diues sit. [Nulla vis) Copia,& abundantia. luuen. Verbo tanto cadit vis. [O dij immortales) laudat Parsimoniã, vt ostendat veæ esse, quod dixit in virtute diuitias esse,& magnũ esse vectigal dicit, hoc est fructum, atq; prouentum. Ex quo cõqueritur de sumptuosis hoibus, qui oia temere effundunt. Est aũt Parsimonia frugalis,& moderatus victus. qui sumit necessaria, non aũt effondit,& dissipat. parcere, conseruare est. Virg. lib. 10. Argenti q., atq; auri memoras quæ multa talẽta, Natis parce tuis pteritũ facit peperci,& parsi. Vnde Parsimonia, & parce agere, inqt Donatus, laudis est nimiũ peccati. Virg. parcas apes vocauit, hoa est seruatrices, neq; parcus dr ab arca, neq; ab arcẽdo, sed à paruo, sel pa vt Gell. placet. [Quæstuosum) q̃stus,& locri cupidũ. Vectigal, veluti vectigal, hoe est fructos,& prouentus. [Sumptuosissimos) Vt Lucullũ,& Hortẽsium, quo vtrũque immoderato sumptu in rebus inanibus vsum legimus. Cõparat aũt sumptuosissimos parcis, & ondit pauperiores esse. [Capit illr) Sumptuosus qcunq; sit. [Sexcenta sextertia) Di sextertius, & sextertium. Numus aũt est duas semis librar. notatur aũt p duo. II,& S. à quo incipit semis, vnde sextertius dr semis tertius, de quo Arũtius hæc ait: Sextertius olim dupondius, & semis .i. duæ libræ,& semis, quasi semis tertius quo tpe denarius decussis valebat. hoc est post duos, sequẽs tertio loco est semis, veteris aũt cõsuetudinis fuit tertio æra dicere ita, vt sit mus quintus, semis quartus, semis tertius anũciatẽ, sensus vero est, aliqs sumptuosus sexcenta pcipit sextertia ea pdijs suis, alius parcus,& frugi centum. il le oia absumit, huic qm modeste viuit, aliqd in fine anni superest ea cẽtũ sextertijs ergo hic illo ditior est. [In vrbs) multo magis in vrbe. [Sola marmorea) Sola legendũ est, quæ sunt sedilia in qbus singuli tm̃ pñt sedere, ideoq; solare sternere dr, quo solisternium hñt,& solaria vocãtur Babylonica, qa eadem sternũtur. auctor Põpeius. solariũ vero dictum, in quo horæ in sole inspiciuntur. [Vestes) Stragulas,& ad cultũ corporis. [Non modo ad sumptus fructũ est, sed et ad fœnus exiguus. Sic legendũ est,& sic hõc amendati cod. nam si legas non modo ad fructũ est sumptus, sed aũt ad fœnus exiguus, sensus verus elici nõ põt. Qui est tot hmõi hoiem sumptus facere, vt fructus ei non sufficiant et ad persolnẽ das vsuras. Nam, vt cupiditatibus satisfaciat et mutuas cum fœnore accipit pecunias. [Ex meo tenui vectigali.) Ex meo paruo prouentu. [Detractis sumptibus cupiditatis) Quos aliqua cupiditate impulsus facio. [Redundabit) Aliquid supabundabit, nõ.n. omnia absumam. [Vt igitur) Probat diuitiorẽ sic esse, cui supest in fine anni. [Cui deest) Vt sumptuoso. [Cui superat) Vt parco. [En plus requirit ad se tuendam) Vnde ait Col. qđ sapiens vnus de septem in perpetuum posteritati pronunciauit, ad hñdum modum, mensuramq. rebus tẽ noo solum aliud acturus, sed & agrũ paraturis dictum intelligi, ne maiorẽ quam rõ calculo partitue emere quisq velit. Et huc spectat pclara Virg. snia, Laudato ingẽtia Iura, exiguum colito. Pœnos item acutissimam gentem dixisse conuenit imbecilliorẽ agrum quã agricolam esse dẽe, qm cum sit colluctãdũ cum eo, si fundus pualeat dñs allidıtur. Cato quoque sic pcipit agrum empturis, sumptuosus ager ne fiet, scito idẽ agrum, quod hoiem quis quæstuosus fiet, si sumptuosus fiet, relin quere non multũ. [Suis viribus) Nulli alio indigens auxilio. Virtus.n. sola sufficit ad bene viuendum. vbicunque fumus pest, se tuetur. [Sed quid ego?) Non vult de se loqui, sicut posset. qa non oino ab alio abest errore, vitio tñ tpis, quo oẽs auari etãt, & parandis diuitijs illudebant. [M. Manlius) Hoc exemplo ondit, in quo hoie veræ sunt diuitiæ. hic M. Manlius fuit vir continentissimus, cuius parentes Cic.& Crassi meminerant, vixit semper moderatissime parua domo, q fuit in Carinis,& fundo, q fuit in Labicano contentus. nim ppea ditissimis iudicandus, quod sibi esse diues videbatur,& nihil cupiebat. [Curios,& Lucinios) De qbus sæpe superius locutus est. p Lucinium aũt Fabricium aũt intelligit. Nam Fabricius Lucin. dictus est, de quo Val. Max. idẽ sensit. Fabricius Lucinus honoribus,& auctoritate oi ciue tpib⁹ suis maior, censu par vnicuique pauperrimo. [Aediculas) Paruas ædes. [In Carinis) Regio Rom. carinæ fuit monti Cœlio pxima, & caput sacræ viæ. auct. Varro, Virg. Romanoq. foro,& lautis mugire Carinis. Sic dictæ sunt, qm in ea regione ædificia essent i Carinaæ modum, quod traditur. [In Labica.) In via Latina, Labicũ oppidum fuit à quo via ipsa Labicana, vetustum,& in sublimi loco positum procul a Tusculo. auct. Str. [Census) Diuitiaæ,& p uentus. Nam censor erat, vt ait Varro, ad cuius censionem .i. arbitrium populus censeretur. vnde census proprie est, quam vulgus dicit æstimationem bono quæ quisque possidet. [Victu) Vt im habes, quantum satis est ad victum,& cultum corporis. [Modus) A mensura. hic est.n. modus,& finis pecuniæ, vt sufficiat ad victum,& cultum necessarium. [Cupidum pecuniæ) Græci dicunt φιλοχρήματος. [Emacem) Nimis intentum emendis vectigalibus. Cato admonet agricolam ne cupide emat. [Etenim si illi) Argũ est à minori ad maius, si auari, inquit, magnifaciunt areas,& prata, qood quasi noceri illis nũ põt, quanti virtus facienda est, quæ violari non põt? certe maximi. [Prata) Hoc, vt Plin. ait facillima agricolis cura, ac minimi impendij. vnde,& prata dici existimantur, qđ sint ad ferendum fructum sine labore nostro parata. [Areas quaſdam) Area proprie, ut ait Fest. dr locus, uacuus, quasi exaurierit,& non possit quidq gerere. Areas aũt locare solebat veteres, aliquid operis illic facere volentibus. [Minime noceri posse) Nam neque pluuiæ, neque grando, aut venti alia ue tẽpestas nocer. & Cato inquit, Iupiter nocere non pusset. [Quod) Addit, qa tanta vis posset esse tempestatis, aut diluuij, vt auellera posset. [Eripi) Per sim. [Surripi) Per fraudem. [Tempestatũ) Aẽris mutationum. [Tpm mut.) Vt si paci succedat tps belli. [Sempiternas) Sola .n. stetus, vt ait Sal. stabilis æternaq. hr. [Improbi aũt) Demonstrat à contrario sensu solos sapientes diuites esse. [Incertas) Fortunæ subiectas. [Inopes) Qui sunt sine ope. [Pauperes) Quibus est modica pecunia.

Q Vòd solus sapiens diues.) Titulus hic Græcus, ὅτι μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος.i.q solus sapiens diues. Nam ὅτι, di q, μόνος, solus, ὁ, articulos est, σοφὸς, sapiens,& πλούσιος, diuus. Proposito aũt titulo rem disquirit dicens, Quæ .i. qualis est ista.i. tua,& vilis, tam insolens.i. importuna,& immodesta ostentatio.i. ostendendo iactatio, in pecunia cõmemoranda. Ne.i. oũquid tu solus diues supple es. Pro dij immortales, exclamatio est indignantibus congrua, qui deo fidẽ implotamus, cũ in hoibus desit, quasi sit plenus ordo. Proh.i. profecto. O dij imortales, ego vestram fidem imploro cũ mortalibus nulla sit. scribitur aũt etiã pro interiectio sine h, ego ne.i. putas ne, aut vis ue, ò pecuniole: qđ ego nõ gaudrã me audiuisse,& didicisse aliqđ. Solus (ne inq̃) tu diues qđ sup. dicas, si probẽ qđ ne diues quidẽ sup. sis, cũ te solum diuitem arbitreris. Quid si et.i. insuper paupet sup. sis. Enim, pro quia, quẽ intelligimus diuitẽ, aut in quo hoie ponimus hoc verbum.s. esse diuitem. Ego opinor, quod sup. possimus in eo, cui est tanta possessio, vt viuendo liberaliter, sit facile contentus, qui nihil qtat, nihil appetat, nihil optet amplius. Oportet .n. vt sup. aius tuus iudicet te diuitem non sermo hoiem, neque possessiones tuæ sup. te diuitem faciant. Et qui nihil putat deesse, nihil cui erat amplius,& q satiatus est, aut contẽtus et pecunia, cõcedo, qđ diues est. Si aũt.i. si nullum q̃lum putas turpem pp auiditatẽ peauniæ.i. ppea qđ tam auidus est pecuniæ, cum.i. quis tum sup. talis ne honestus quidem esse possit.i. decorus.& congtuus isti ordini diuitum,& si tu fraudas quotidie illius sup. tei possessiones, tum quẽ tu decipis, & si tu possis paciscens.i. pacta fraudulentia facis, i eripis, auters, si spolias socios, si capilas.i. furaris,& immunis ærarium .i. reip. thesaur, si exaperis testamenta amico, aut sup. demus ne.i. quod non expetas quidem, atque ipse .i. tu tion expetendo sup. ponis.i. false te loco veri heredis ponis, & inscribi curas, dic sop. quidem.i. certe verum hæc sunt signa abũdantis, an egentis? q. d. nimis agentis, quia aius hois non erca solet appellari diues, putabo id putas, neq ego putabo te diuitem quãuis illa. arca sit plena. Dum.i. quandiu, ego videbo te inanem a. insatiatum, quia tam deest auaro quod habet, quam quod non habet, vt dicit Sen. q. d. minime. Etenim.i. quia certe hoies metiuntur ex eo. Laio modum.i. mensuram diuitiaæ. Quantũ cuique satis sup. putant. Si quis habet filiam opus est sup. ei pecunia pro dote. Si quis sup. habet duas, opus est ei maiore sup. pecunia,& si sup. haber adbuc plures, opus sup. habet adhuc maiore sup. pecunia, et si quinquaginta sont filiæ, vt aiunt sup. fuisse Danai, quæ patruelea suos quos maritos habebant, et 50. vna nocte interemisse dñt, pter Hypermnæstram, quæ suo pepercit, si ergo 50. sunt filiæ, tot dotes quærunt, magnam pecuniam. Accõmodatur anim, vt dixit, modus diuitiaæ quantum opus est cuique ad id. Igitur qui habet plures.i. valde multas filias, sed habet innumerabilias cupiditates, quæ possunt exhaurire breui tpe maximas copias .s. diuitiarum, qñ appellabo ego hunc.i. talem diuitem, cum ipse sentiar se egere, q. d. nunquam multi audierunt ex se, alludit ad aum quem in officijs id dixisse testatur, cum diceret neminem esse diuitem, nisi sup. eum, qui posset alere exercitum suis fructibus.i. prouentibus quod vix potest contingere iampridem.i. post toc victorias P.R. M.T.C. Offic.

ASCEN.

ea tantis vectigalibus.i.publicis redditibus.Igitur tu nunq̃ eris diues hoc proposito supp.stante,anteq̃ tm̃ sup.pecuniæ reficietur.i. coaceruabitur ex tuis possessionibus,vt possis tueri .s. à fame, & frigore,eo .s. pecuniarum cumulo,sex legiones,& magna auxilia equitum,& peditum. Cum igitur fatearis te iam non esse diuitẽ, cui desit tm̃ priusq̃ peruenias .s. ad hoc,vt expleas id, quod exoptas. Itaque tu nunq̃ tulisti obscure,sed in propatulo istam.s tuã vilem paupertatem,vel potius egestatem,ac mendicitatem. Nam vt nos intelligimus opus esse quæsito.i.acquisito his, qui quærũt honeste rem .i. diuitias faciendas mercaturis .i. faciendo mercaturas honeste,& operis dandis.i.dando operas, & sumandis.i.operis,aut rebus publicis,sic qui vidit domi tuæ greges accusatorũ, & iudicum consociatos,pariter qui vidit innocentes,& pecuniosos reos .i. accusatos in iudicio,molientes te eodem auctore corruptelam iudicij.qui vidit tuas pactiones mercedũ,pecuniarum intercisas.i.imminutas in patrocinijs,qui non iustum patrocinium præbes per pactiones mercedum.qui vidit in concionibus candidatorum.i.competitorum dignitatum. qui candidati in vestibus albis ambiebant. Dimissionis libertorum ad fœnerandas, & diripiendas prouincias. qui vidit expulsiones vicinorũ,q vidit latrocinia in agris,q vidit societates cum seruis,cum liberis,cũ clientibus .i.consusas.qui vidit possessiones vacuas.qui vidit proscriptiones locupletum (sed & locupletium dr̃) qui vidit cædes.i.occisiones municipiorum.i.municipium)hoc est eorum,q in municipijs degunt,sed accepit locum pro locatis, q recordetur illam messem, .i.calamitatem,ac vastationem tp̃is Syllani,quo L. Sylla proscripsit tot bonos ciues,& tot interemit, q recordetur tot testaméta subiecta.i.falso adiecta q recordetur tot hoies sublatos.i.occisos. qui deniq; recordetur oia venalia,delectum,& decretum alienũ, & suam sniam,forũ,domum,vocem.Silentium sup. qualia fuerint recordetur qs non putet hunc.i.talem,ac talia molientem, nó cófiteri opus est quæsito.i.vt acq̃rat,& acq̃situm habeat.q s aũt dicet vnq̃ hunc cui opus sit quæsito vere diuitem?q.d.nemo.etenim fructus diuitiarũ est in copia.Aũt pro sed,satietas rerũ,atque abũdantia declarat copiam quam satietatem,& copiam, qm̃ nunq̃ assequere.i.assequeris,hoc est impetrabis,tu nunq̃ oino es futurus diues.Aũt pro sed,qm̃ tu contemnis meam pecuniã,& recte,est.n. mediocris. At.i.sm̃ opinionem vulgi,& est nulla.i.vt quasi nulla ad opinioné tuam,& est modica ad opinionem meam,ego silebo de me,& loquar de te.Si res est nobis censenda,atque æstimãda, verum.i.quod duorum nos æstimabimus.i.appreciabimus pluris, iudicabimus plus valere,an pecunia Pyrrhi,quã dabat.i.dare volebat Fabricio illi Romano continentissimo, an continentiã Fabricij,q repudiabat illam pecuniam? Verum sup.æstimabimus,an aurũ Samnitum.i.quod Samnites obtulerunt M.Curio?an rñsum M.Cur.q rñdit Romanos potius velle imperare hñtibus aurũ, q̃ auro An ẽt hereditatem L.Paolli Aemilij,qui Persas expugnauit, an libertatẽ Africani.s.Scipionis qui concessit Q. Maximo fratri suo suam partem eius hereditatis. Profecto hæc quæ sunt potiora.s.mẽbra summarũ virtutum sunt æstimanda pluris, quam illa q̃ sunt mẽbra pecuniæ.Quia igitur ita dictissimus hõdus est,si quidẽ sup.demus,vt quisque possideat quod sit plurimi sup. faciẽdum,si dubitet quin in virtute diuitiæ sint? qũo nulla possessio, & nulla vis auri,& argenti est æstimãda pluris quã virtus. O dij immortales,hoies non intelligunt,q̃ i quantum magnum vectigal.i.redditus,& ꝓuentus rerum sit Parsimonia.Ego .n. venio iam ad sumptuosos.i.qui multa expẽdũt,& relinquo istinc q̃stuosum.i.multa quærẽtem. Ille capit ex suis prædijs.i.ponatur quod capiat.Sexcenta .i. valde multa (eum.n.numerum pro incerta multitudine moris est ponere) sextertia,ego sup.capio ex meis sup.prædijs cẽtum sup.sextertia sumptus .i. expensa est illi facienti in villis suis aurea tecta.Et sola.i.pauimẽta marmorea,& concupiscenti signa, tabulas,supellectilem & vesti infinite.i.insatiabiliter est dico sumptus ille exiguus illi non modo ad fructũ,sed ẽt ad fœnua .i. ad lucrum vsuræ.Sumptibus more cupiditatis .i. quod cupiditas non egestas,aut vtilitas faceret,detractis .i. si velim eos detrahere aliquid ẽt venundabit .i. superetit, ex meo tenui vectigali. Igitur vter sup.nostrum est ditior,an cui deest,an cui superat,id eum supra quã satis est is q eget,an qui abundat,an supp. is, cui quo .i. quanto maior est possessio,eo .i.tanto plus requirit ad tuendum se,an sup.is cui est possessio,quæ sustinet se suis viribus. Sed quid ego loquor de me? q versor in errore huius seculi,fortasse ẽt aliquantum sæpe vitio .i. per vitium morum, ac tp̃m. M. Manlius fuit,memoria patrum nr̃orũ.i.vt patres nr̃i memorant pauper tãdem.i.vt aliqñ de eo loquamur,& non loquamur .i. in ore habemus semper Curios,& Lucinios quoties paupertatem, aut continentiam laudamus.Habuit.n.videlicet Manlius ædiculas .i. paruas ædes in Carinis .i. Vico Romano,vbi ædes erant in modum Carinarũ extructæ,& habebat fundũ in Labicano.i.loco vili sic dicto.Igitur nos q plura habemus sumus ditiores. qdem.i.certe vtinam essemus,sed modus.i.mensura pecuniæ terminatur.i.perficitur,nõ æstimatione censas,verũ.i.sed victu,atque cultu. i.vsu eius; non esse cupidũ,est pecunia,non esse emacem.i.assidue emere volentẽ est vectigal.i.ꝓuẽtus.Vero sed veræ,& maximæ diuitiæ sunt, esse contentus sum.Etenim si isti callidi æstimatores.i.appretiatores rerũ æstimant magno.s.precio prata,& quasdã areas, qd'.i. qui quasi minime noceri põt et gñi possessionum,quanti est virtus æstimãda,q.d.infinito pluris,quæ nec eripi.i.violẽter rapi,nec surripi.i.clam rapi põt,neq; amitti naufragio,neq; incendio,nec mutatur perturbatione tempestatum,nec tp̃m, quia q virtute prædisi sunt,soli sunt diuites.Ipsi.o.soli possident res,& fructuosas,& sempiternas,& ipsi soli contenti sunt suis rebus quod est propriũ diuinarũ.Ipsi putant satis esse,quod est.i.quod hñt nihil appetunt, nulla re egẽt.Nihil sentiunt sibi deesse,nihil requirunt. Aũt pro sed,improbi,& auariquam.i.quantum incertas possessiones,& in casu positas hñt,q.d.incertissimas,& appetunt,nec quisq̃ eorum est inuentus,cui satis esset,quod hr̃et.Et ideo existimandi sunt nõ modo,non copiosi ac diuites,sed etiam inopes,ac pauperes,quãtum quidem ad animum,etiam si possideant quamplurima,

MARII NIZOLII BRIXELLENsis defensiones aliquot locorum Ciceronis in libro de Officijs, contra Disquisitiones Cœlij Calcagnini Ferrariensis.

COELIVS Calcagninus Ferrariensis vir fuit ętate sua a multis quidem valde doctus existimatus. Sed postea quam mortuus est, res ipsa docuit eum fuisse non dico indoctum nec cum laruia luctari videar, sed certe parũ consideratum,quippe qui reliquerit cum multa alia opera iudicio multorũ non optima,tũ ẽt libellum quendã aduersus Cic. in quo 25. loca officiorũ illius in disquisitionem vocauit, & ea oia vel refutare, tanq̃ falsa, vel explanare,tanq̃ nimium obscura conatus est.Qua quidem in re vsque adeo indocte, atque imperite iudicio meo se gessit, vt valde mirer qũo vir ille alioqui non vulgariter doctus in tot,ac tantos inciderit errores. Aduersus hunc aũt M.Antonius Maioragius Mediolanẽsis suscepto Cic.patrocinio scripsit totidem rñsiones, hoc est 25.Decisiones,in quibus,totis viribus pugnat,vt Cic. ab ineptis Calcagnini ineptijs liberet, & recte quidem ille talem ꝓuinciã suscepisse videri posset, si in rectam defendendi rõnem esset ingressus,& si cõpluribus in locis Cic.non peius ab eo defensus, quã a Calcagnino oppugnatus esse videretur. Quamobrem ego quoque nũc tanq̃ nouus qdam patronus accedo ad Cic. vt spero rectius tuẽdum,atque ad ostendendũ eũ, nõ solũ à Calcagnino nõ iure rephẽsum, sed ẽt à Maioragio magna ex parte nõ vere,neque recte defensum fuisse. Quod tñ q̃breuissime potero sum facturus,ne in refutandis imperitorũ nugis nimis multa verba incassum ꝓdigã,& studiosos a melioribus, & vtilioribꝰ veterũ scriptis lectitãdis ambitiose,ac prorsus inutiliter auertã. Quare iam omisso lõgiore proœmio ad propositũ negociũ ueniamus.

In prima Disquisitione sua Calcagninus in summa non ꝓbat titulũ libri de Officijs,plenius.n.inquit, & vberius de officio existimassem,sicut & Panæt.inscripsit. περὶ τοῦ καθήκοντος,eademq. ratione dãnat inscriptionem libri de Finibus bonorũ & mal.cõmodius.n.Zenonem περὶ τέλους librum suum inscripsisse ait. Hæc in somma sunt quæ Calcagninus in prima Disquisitione sua Cic. obijcit,nam oẽs illius nugas,quæ multæ sunt nec referre, nec refutare in aio est. ijs.n.quæ retulimus refutatis cetera, p se ip sa facile inania & puerilia apparebunt. Calcagnino aũt Maioragius ita rñdet,vt contendat Cic.recte de officijs inscripsisse,& si de officio inscripsisset, vt Calcagninus vult,inscriptionem illã nec rectam nec latinam futurã fuisse.At ego aduersus vtrunque dico librũ illum à Cicer.vtroq; modo,hoc est & de officijs & de officio recte iscribi potuisse. sed inscriptionẽ de officijs esse pleniorem, idq. affirmo adductus non solum auctoritate Cicer. q id dicit in quadã ad Att.epist.sed ẽt rõne valida atq; firma, quam neq; Calcagninus neq; Maioragius intellexerũt, atq; hinc oĩs eorũ error

Cõtra 1. disquisit.

&

& offensio emanauit. Quod vt clarius & apertius oēs percipere possint, paullo altius huiusce probationis initium mihi repetendum vr̃. Dico igitur & in cōi oium consuetudine loquendi & in scriptis magnorum virorum tam Græcorum quam Latinorum, sæpe vsu venire, vt numerus singularis p̃ plurali, & vnum pro pluribus vel oibus, & deniq; vt pars pro toto ponatur, idq. p̃ figuram illam, quā Grāmatici synecdochen appellāt, vt apud Liuium, Romanus pugnando victor, pro eo quod est, Romani pugnando victores, & apud Virg. Hostis habet muros, hoc est, Hostes hn̄t muros. Qua loquendi figura passim vtuntur oēs cōiter loquentes, & scribentes, cum in multis alijs sermonum gn̄ibus, tum maxime in exemplis afferendis, in legibus sanciendis, in definitionibus reddēdis, in scientijs tradendis & denique quod ad propositum oīm pertinet, in faciendis inscriptionibus librorum. sed anteq̃ de hoc loquamur, br̃ exemplis probemus ea quæ supra dicta sunt. In exēplis afferendis vt Aristot. cum multis alijs in locis, tum maxime in 1. de hist. animaliū, inter cuius initia, dum variorum animalium exempla profert, quinquagies & amplius vt opinor ita loquitur, vt nihil interesse putet, siue dicat exempli gr̃a, vt piscis siue vt pisces, siue vt genus piscium, item in alio gn̄e, siue vt apis, siue vt apes, siue vt genus apū, his.n. tribus afferendorum exemplorum modis idē planè significatur, nisi quod exēpli positio in singulari numero figurata est, ponitur.n. vnus piscis pro oibus piscibus, & vna apis pro oibus apibus. cū vero vel in plurali numero vel cum adiūctione gn̄is effertur, tunc non figurata est sed propria locutio, in qua nomen plurale vel collectiuū, quod tantundem valet, pro pluribus vel oibus vsurpatur. Eodemq. modo apud Latinos intelligēdus est M. Tullius in 1. de Inuent. lib. cum ait, Genus est quod plures amplectitur partes vt animal ibi.n. Cic. cum dixit, vt animal, si l'e atque Aristot. dicere poterat, vt animalia, siue vt genus animaliū, idem.n plane significasset hoc est vniuersam animalium multitudinem, quæ proprie & vere est genus. Atque ita in exemplis proferendis perspicuum est nihil differre siue ea singulariter siue pluraliter, siue cum nomine gn̄is siue sine eo proferamus, nisi quod exempla in singulari numero figurate & συνεκδοχικῶς pro plurali ponuntur, in plurali vero & cum nomine gn̄is coniuncta propriam referunt sign̄ationem. In legibus sanciendis, vt lex 2. tabularum cum ait, Tutor cum pupillorum matre ne habitato. nemini.n. dubium est, Tutorem ibi pro oibus tutoribus & matrem pro oibus matribus pupillorum esse positam vt perinde sit ac si ita sanxisset in plurali numero, Tutores cum pupillorum matribus ne habitanto. id quod ostenditur ex sequenti lege quæ in plurali numero lata est hoc modo, Agnati aut substituti, qui successionem sperāt, tutores sunto, quo in loco legislator si voluisset, dicere poterat in singulari numero sic, Agnatus aut substitutus q successionē sperat, Tutor esto. Sed cur legislator in superiori lege singulari in posteriore aūt plurali numero vsus est? Quia leges in singulari p eam quam diximus figurā, in plurali aūt proprie & recte sanciri pn̄t. In definitionibus reddendis vt cum dicimus, hoiem esse animal rōnale mortale. Sic.n. cōparatum est, & consuetudine linguarum oium & usu probatissimorum scriptorum, ut unus homo exempli gr̃a pro oibus hoibus definiatur, ut si perinde ac si ita definiremus, hoies sunt aialia rōne rōnalia mortalia, ergo ēt in definitionibus singularis numerus pro plurali usurpatur, idq. duabus potissimum rōnibus, primo qa concessum est per eam, quam iam toties diximus figuram quam & cōis oium loquendi consuetudo & doctissimi quique hoies identidem usurpant. Deinde ēt per illam Aristotelis regulā in Topicis, ut se habet in uno similiū sic & in reliqs. definito.n. uno hoie, reliqui oēs, quia similes sunt, eodem modo definiti esse intelliguntur. Quod dixi de hoie idem intelligi nolo de oibus quæ definitionem recipere pn̄t. In scientijs tradendis, ut cum Euclides probat triangulum hr̃e tres angulos æquales duobus rectis, de uno quidem triangulo fit probatio, & de uno tm̃ triangulo scientia traditur. sed de oibus tn̄ triangulis tradita figurate intelligi debet. ut non sit necesse nec pp definitiones reddendas, nec pp scientias tradendas, nec pp ullum aliud eorum quæ diximus, ponere atque introducere illa, quæ Dialectici & Phi appellant uniuersalia, de quibus aiunt & definitiones reddi & scientias tradi & demonstrationes, quas ipsi potissimas vocant, fieri solere, cum tn̄ nemo eorum unq̃ nec ipse intelligere nec alios docere potuerit, quid est; qualia sint ista uſ'ia nec mirum, cum non ex ipsa rerum natura, in qua prorsus non reperiuntur, sed ex falsis & inanibus ipsorum imaginationibus deprompta fuerint. Satis.n. & definitionum redditio & scientiarum traditio & demonstrationum confectio seruatur duobus illis, quos dixi modis, hoc est per usitatam illam cōis sermonis & doctorum oium loquendi figuram, & per regulam illam Aristotelis, quam mirum est ab eis nunq̃ satis fuisse aiaduersam. nec ppea tn̄ hoc dico, quod prorsus negem uſ'ia esse, sunt.n. sed non eo modo nec ad eos usus, ut Dialectici & Phi arbitrantur sed de his alio loco multa diximus, & multa ēt posthac si ōtia suppeditabit, dicturi sumus. Nunc ut redeam unde discessi, & ad id oentiā, de quo agitur, dico ēt in inscriptionibus librorum faciendis maximos quosq; scriptores hac figura potissimū uti solere, ut in hac ipsa de officijs Cicero, si uoluisset ēt de offō singulariter inscribere potuisset librū suū, nec min' tn̄ ppea Latine & usitate locutus esset, sed non propria, uerum figurata usus fuisset locutione, unum.n. offm̄ pro multis uel oibus συνεκδοχικῶς posuisset. Cū vero dixit de officijs iam nō figurate sed ppie locutus fuit, atq; ideirco in illa ad Att. epist. scripsit pleniorē sibi videri eam inscriptionem, nempe qm̄ propria locutio semper plenius exprimit sign̄ationem suam, quam figurata. Quis enim audita voce plurali non plenius intelligit plura, quam si eadem singulari & figurata voce sign̄arentur? profecto nemo. Hoc igitur est illud quod dixit Cic. sed plenior inscriptio de officijs, & qđ supra dixi nec à Calcagnino nec à Maioragio fuisse intellectū. Huius.n. figuræ ignoratione vel certe non aiaduersione ambo vehemēter errauerunt, dum alter de officijs alter de officio inscriptionē improbat, nō.n. verum est Cicer. de officijs potius quā de officio inscripsisse, quod aut à Panætio euariare cuperet, vt calumniatur Calcagninus, aut minus Latinā inscriptionem de officio putaret, vt arbitratur Maioragius sed qđ reuera plenior, hoc est, vt ita dicam sign̄antior est inscriptio de officijs, quā de officio, ob eā quam dixi rōnem. Atq; vt appareat verissimū esse id qđ dixi de inscriptionibus librorum in vtroq; numero recte faciēdis aliquot exēpla scriptorum veterum tā Græcorum quā Latinorum pferre uolo. Primū igitur Plato apud Græcos libros suos de rep. inscripsit περὶ πολιτειῶν ἢ περὶ δικαίου, partim i singulari numero partim in plurali, & si voluisset æque recte περὶ πολιτείας inscribere potuisset, qđ patet primo ex Diogene Laertio, q in descriptione librorū Platonis, cū ad hos libros venisset, ita scripsit, πολιτεία ἢ περὶ δικαίου, deinde ex Proclo sup eisdē libris, cum centū, opinor locis ita loqtur, vt dicat, ἐν τῷ πρώτῳ τῆς πολιτείας, ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς πολιτείας, ἐν τῷ δεκάτῳ τῆς πολιτείας, & i summa nunq̃ eos libros, qđ ego sciā, nisi in singulari numero citat, ex quo pspicuū est nihil differre siue περὶ πολιτειῶν siue περὶ πολιτείας iscribamus. Cic. vero Latine hos eosdē libros nō de reb. publicis vt Plato sed de rep. inscripsit, nō quod non posset ēr in plurali, sed qđ singularis inscriptio mitior & suauior aurib. accidere vr̃. Præterea Hermogenes partē libri sui inscribit περὶ ἰδεῶν in numero plurali & idē tn̄ in pœmio opis quasi citās seipm, ita Græce inqt ἐπεὶ δὲ ὁ αὐτὸς σχεδὸν τῷ περὶ ἰδέας, πλὴν ὅσον οὐ μετὰ ἴχει τὰ περὶ ἰδέας, & alibi, & ἐν τῷ περὶ εὑρέσεως, quo i loco Hermogenes aperte docet, nihil differre, qđ ad recte loquēdum ptinet, siue περὶ ἰδεῶν siue περὶ ἰδέας in lingua Græca inscribat, qđ idē quoque in lingua Latina non aliter verum existimandum est, nec.n. Cicero librum suum ideirco de inuentione inscripsit quod non posset ēt de inuentionibus inscribere, sed quod aut ita voluit, aut leniorē secutus est inscriptionis appellationem, nam in inscribendis libris cū multa alia tum maxima tria mihi ꝯsideranda vr̃, primum vt non nimis dura videatur inscriptio, vt si Cicero Latine librū suum inscripsisset de rebus publicis, deinde vt res ipsa inscriptioni non repugnet, vt si q's inscriberet de mundis, cum vnus tm̄ sit mundus, postremo vt titulus quam maxime fieri pōt plenam habeat significationem, vt de officijs potius, quam de officio, quod tn̄ totum plerunq; positum est in arbitrio scribentis, cum si aliter faciat tn̄ defendi possit auctoritate magnorum hoium, vt Panætij qui maluit περὶ τοῦ καθήκοντος quam περὶ τῶν καθηκόντων, & Zenonis q nō περὶ τελῶν sed περὶ τέλους inscripsit, si tn̄ verum est quod dicit Calcagninus, Zenonem ita inscripsisse librū suum, quod ego nusq̃ me legere memini, & denique ēt Ciceronis qui finem tū vltimum tū extremū in numero singulari profert. Quinetiam hac in re illud attendēdum est, inscriptiones gn̄ales frequētius in plurali numero efferri solere vt apud iurisconsultos, de bonorum possessionib', speciales aūt in singulari, vt apud eosdē de bonorum possessione sm̄ tabulas, de bonorum possessione contra tabulas, eodemq. modo vt ad offm̄ reuertar, Cicero de officijs gn̄aliter tractatur' inscriptione gn̄ali vsus est, quod si de officijs tm̄ unius ordinis uel gn̄is psonarum scribere uoluisset, usitatius fortassis inscripsisset exēpli gr̃a, de offō patris, de offō principis, sic.n. Iurisconsulti de offō consulis, de offō prætoris, de officio præsidis inscribunt, q̃q̃ hæc differentia nec apud Iurisconsultos perpetuo seruata reperitur, extat enim in libris Digestorum Titulus gn̄alis de donationibus, & alter specialis in eodē numero de donationibus causa mortis. Qđ si ppetua esset illa dr̃ia de donatione causa mortis potius dicendum

dum fuisset. Item de pactis gñalr sine vlla adiectione, & de pactis dotalibus cum adiectione plurali. Ex q̃bus oĩbus concludo inscriptiones librorũ & operũ tam in singulari quam in plurali numero recte fieri posse, cõsiderationibus tñ ijs, quas supra dixi, nõ neglectis atq; hoc pro perpetuo hñdum est, nihil in hac re perpetuum pcipi posse, vt constet Calcagninũ prorsus deridendũ esse, cũ titulum de finibus bonorũ & malorũ cõmodius de fine enunciari potuisse asserit, eo qđ Zeno περὶ τέλους inscripserat, in quo dupliciter peccauit, primũ quia pluris fecit Zenonẽ, cuius nec librũ nec inscriptionẽ vnq̃ viderat, quam Cicer. cuius diuina scripta quotidie habebat in manibus. Deinde q͂a non intelleait, quã ob causam Cic. inscriptionẽ de officijs pleniorẽ esse dixerit, nec minori reprehẽsione dignus est Maioragius, q̃ ait Titulũ illũ Panætij περὶ τοῦ καθήκοντος, si mutet, ita vt dicat περὶ τῶν καθηκόντων, priorẽ illam vetustatẽ amisisse, cum id ipse nec sensu vllo nec rõne possit iodicare. Immo ego cõtra περὶ τῶν καθηκόντων dico esse rectius & plenius apud Græcos, sicut de officijs apud Latinos, pp eãdem quã supra dixi, rõnem, sed ad primã disq̃sitionẽ hactenus.

Cõtra 2. & 21. disquisit. Cicero inter initia primi libri de officijs pollicetur se definiturum esse qđ sit offm̃, quod à Panætio prætermissum esse miratur & causam quãobrem ita polliceatur statim exponit, vt. s. intelligatur quid sit id de quo disputetur. Id aũt de quo disputatur est offm̃ medium, vt ipsemet duobus in locis testatur in 3. de off. lib. Deinde paulo post ea snĩa Stoicorũ non solũ officij medij sed ẽt officij pfecti definitionem affert cũ dicit, Atque ea sic definiunt, vt rectum quod sit, id perfectum offm̃ esse definiant. Medium aũt offm̃ id esse dñt, quod cur factum sit, ratio probabilis reddi possit. Atqoe ita Cicero cumulate persoluit, id quod pollicitus est, fidemq. suam optime liberat. Quod cum ita sit, valde mirum est. qõn Calcagninus in hac disq̃sitione scribere ausus sit, definitionem officij, quam Cicero promiserat, ab eo nõ fuisse præstitam. Sed qm̃ ipsemet, ita vt sunt, sic ẽt videbat oĩa quæ hoc in loco dixerat esse falsa & aduersus Ciceronẽ iniquissime effutita, iccirco in 21. Disquisitione rursus redit ad hunc locũ, & persnaderẽ conatur Ciceronẽ non medij neq; pcefecti sed gñalis officij definitionẽ promisse, & ea persoluere debuisse, quod nõ fecerit, atque ideo fidẽ eum suam nõ liberasse. Quę rursus oĩa non minus falsa sunt, quã illa superiora, nullo. n. loco Cicero promisit definitionẽ officij cuiuspiã nisi eius de quo erat disputaturus, hoc est medij, quã cumulate psoluit, vt dixi, cum nõ solum qđ medium sed ẽt quid perfectum offm̃ sit egregie definierit ex snĩa Stoicorum, Quare Calcagninus in hac altera disquisitione nihil aliud mihi vr̃ facere voluisse, nisi mendacia dicere atque mentiri, nec his cõtentus ẽt, si Dijs placet, nitetur labefactare definitionẽ vtriusque officij à Cicerone traditã. Primum. n. ait eas non esse aptas, nec Idoneas, à q̃bus natura officij substantia declaretur, qppe cum in eis genus, hoc est caput ipsum definiẽdi desit. deinde pfecti officij definitionẽ medio offõ, & contra medij definitionẽ perfecto bellissime accõmodari posse. quæ ille clamat esse duo maxima definiẽdi vitia, atq; hoc modo medij & perfecti officij definitionẽ Ciceronis prorsus euertisse se putat. Cui bř rñdeo primũ definitiones illas, ea snĩa Stoicorũ vt supra dixi fuisse traditas, vt si qđ errati in eis est, id totũ nõ Ciceroni sed Stoicis ascribendũ esse videatur. Deinde ẽt si maxime concedatur Cicero ea snĩa sna definiuisse, non ppea tñ recte definitiones eius reprehẽduntr à Calcagnino, nã quod ad pternmissionem gñis attinet, tm̃ abest, vt ea in definiẽdo vitiosa sit, vt sæpenumero genus si opponatur, insulsam & garrulã faciat definitionẽ. quod potissimum accidit in definiendis iis speciebus, quæ gñis sui nomen sibi vendicãt, vt phlegmone apud Medicos. nã Galenus in 2. Therapeuticon ad Gauconem ait, phlegmonen tum cõe oĩum abscessuum nomen esse, tum proprium illis tm̃ qui è sanguine gignitur. Itaque siquis definiens phlegmonen quæ species est ita dicat, phlegmone est phlegmone, &c. quamuis proprium genus apponat, tñ insulse & loquaciter definire videatur. Item Adoptio apud Iuriscõsultos, Adoptionis. n. nomen vt Modestinus inquit gñale est, idq. in duas species diuiditur, quarum altera adoptio similiter atque genus dř, altera arrogatio, atque adoptio ad filios familias pertinet, arrogatio ad eos qui sui iuris sunt. Hinc siquis definire volẽs adoptionem specialem dicat, adoptionem esse adoptionem &c. tametsi speciem in suum genus referas, tñ vix effugiat loquacitatis suspicionem. Item Qualitas apud oratores. Nam vt testatur Quintil. in 7. in cap. de qualitate, Qualitas alia est de summo gñe, alia de succedẽtibus, & idem infra eodem capite ita scribit, nã Gręci & ποιότητα & ποιότης dñt, nos vtrunque eadem qualitatis appellatione complectimur. ex quibus verbis in summa colligitur qualitatem quãdoq. accipi vt genus, & hoc modo non solum de qualitate speciali sed ẽt de quãtitate multisq. alijs dř, quandoq. aũt vt species, & hoc altero modo qualitati gñali subijcitur, quantitati tanq̃ species diuersa è regione opponitur. Quamobrem siquis hanc specialem qualitatem ita definiat vt dicat qualitatem esse qualitatẽ, recte is q̃dem in genus, vt pħi dñt, ponat, sed superuacaneam & nugatoriam efficiat definitionem. ex quibus oĩbus satis constare arbitror, non solum non esse vitiosum in definiendo non nunq̃ genus omittere, sed ẽt persæpe errari & loquaciter fieri si opponatur, atque ideo scriptores in eiusmodi speciebus, quales dixi, definiendis non gñm noĩa sed pronomina loco gñm ponere consueuerunt, eoq. modo & garrulitatem effugiunt & opportunitatem definitionis consequuntur. facile. n. pronomine loco gñis posito genus ipsum intelligitur, vt siquis eas quas supra dixi species definiens dicat exempli gr̃a, phlegmonen esse illam, quę ex sanguine gignitur, adoptionem esse illam qua filius familias in filium asciscitur, qualitatem esse illam, qua q̃s proprie qualis esse dř, vt bonus vel malus albus vel niger, vel aliqua huiõi propria qualitate præditus. In his. n. oĩbus auditor cum pronomen, illã, loco gñis positam audit, in prima definitione facile subintelligit phlegmonen, in secunda, adoptionem, in tertia, qualitatẽ, & ita gñis prætermisso in definitionibus aliq̃n non solum non vitiat definitionem, sed eam a vitio ꝯseruat intemeratam. Quã rem iccirco paulo altius repetiui & pluribus verbis egi vt ostenderem in officij definitionem eadem rõne omissum fuisse genus à Cicerone neq̃ tñ vitium vllum ab eo fuisse admissum, nã offm̃ & vt genus & vt species accipi põt. quod si genus capiatur, de medio & de pfecto offõ tanq̃ de speciebus suis, dř, sin accipiatur vt species, nõ dubiũ est, quin subijciatur offõ cõi, & eius nomen retineat, appellatur. n. tum offm̃ medium tum offm̃ perfectum, atque ideo in vtriusque definitione non necesse est apponere nomen gñis, sed satis est dicere, vt dicit Cicero, perfectum offm̃ id esse quod rectum sit, medium aũt offm̃, quod cur factum sit, probabilis rõ reddi possit. subintelligitur. n. in vtraque definitione offm̃, quod est suum & proximum genus, atque ita nullum est hactenus in definitionibus illis vitium, siue illæ Ciceronis propriæ sint, siue Stoicorũ. Omitto hic, ne sim lõgior, multos & doctissimos viros, q̃ in definitionibus reddẽdis sæpenumero genus ptermiserunt, vt Aristoteles in Topicis, & Porphyrius in Isagoge cũ dicerunt genus esse id qđ de pluribus diceretur, &c. nullum. n. apposuerunt gñis genus, & Euclides in primo elementorũ cum dicit punctum id esse, cuius pars nõ esset, & figuram esse eã, quæ termino vel terminis contineretur, in quarũ definitionum neutra genus positum vidimus, sed tm̃ per pronomen significatũ vt supra diximus. Quare Cicero ẽt si nullam eius tuendi rõnem habuissemus, tñ auctoritate & exẽplo maximorũ virorũ recte definiuisse & nihil errasse defendi poterat. Quod aũt secundo loco Calcagninus ait vtrãq; officij definitionẽ alteri posse accõmodari, hoc est, illam medij officij perfecto, & pfecti medio, prorsus falsum est & ab omni veritate alienũ, ad cuius rei intelligẽtiam sciendum est, offm̃ gñale nihil aliud esse nisi functionẽ, & actionem quãdam. & qm̃ actionũ, siue functionũ quædam sunt, quarũ perfecta ratio reddi põt, quædam vero quæ tantũmodo probabilem hñt rõnem, iccirco duæ sunt ẽt gñalis officij species, quarũ vna perfectum offm̃, altera medium offm̃ dř, ac perfectum quidem officium est illud, cuius perfecta ratio, medium aũt officium cuius probabilis tm̃ ratio reddi põt, nam quod Cicero non ijsdem, sed alijs quibusdam verbis officium perfectũ definit, nihil refert eadem. n. est snĩa, siquidem cũ ait quod rectum sit id perfectum offm̃ esse definiunt, per rectum nihil aliud intelligit nisi actionem rectam, & citra nẽm dubitationem cum virtute coniunctam, rectum. n. & virtus idem sunt, nisi quod rectum magis ad actionẽ, quæ ex virtute oritur, virtus aũt ad habitum magis actionis productiuum pertinere vř, eodemq. modo fere differunt virtus, & officium, virtus. n. magis in habitu, officium aũt magis in actione consistit, itaque siquis virtutem, & officium ita definiret, vt diceret, virtutem esse officium in habitu. officium aũt esse virtutem in actione positam non oĩno male diffiniuisse videretur. sic. n. Cicero dixit oẽm virtutis laudem consistere in actione, hoc est in officio, quod à virtute, siue perfecta, siue apparente oritur. hæc dixi paulo diffusius, ut clarius intelligeretur, quæ dr̃ia sit, inter uirtutem, & officium, & in officijs, q̃o medium a perfecto distinguatur, quæ qm̃ omnia à Calcagnino ignorata fuerunt, iccirco non mirum est si dicat definitionem perfecti officij quam Cicero attulit, cõuenire medio, & medij perfecto. quod si intellexisset vel tantillum q̃o illa inter se differrent. nunquam profecto ita dixisset, nec in tantũ vitium tam pueriliter declamasset, nam quod ait neminem tam contumacem esse qui contendat, aut sine probabili ratione perfectum

officium

officium geri, aut medium offm̃ esse id, quod rectum non sit, etiã dico me vtrunq; negare, neq; tñ ppea contumacem esse. nam in definitione officij medij cum dr̃ ; cuius pbabilis rõ reddi põt, ita intelligi debet rõ probabilis quasi dixisset quæ probari qdem, & defendi põt, sed tñ non nihil habet dubitationis, & quod ex contraria parte dici possit, atq; hoc modo intelligendo pbabilia rõ nequaq̃ conuenit offõ perfecto officij .n. perfecti rõ perfecta est, nec vllam prorsus admittit dubitationem, item medium offm̃ est, & tñ rectum non est, eo.s.modo quo Stoici rectum intelligunt, rectum .n. à perfecta virtute nihil differt nisi vt supra dixi, qđ rectũ ad actionem magis, & ad offm̃, virtus aũa magis ad habitũ referĩ, atq; ideo rectum cum offõ medio nequaq̃ recte coniungi põt, neque valet illa conclusio ridicula, si offm̃ medium non est rectum; ergo peruersum, non.n.nunc est sermo de lineis, aut de baculis quibusdam, quæ si recta non sint, necesse sit esse peruersa, & contorta; sed de virtute, & offõ, atque id non ex sñia oiam, sed ex opinione Stoicorum, nam Cicero in deffinitione vtriusque officij sequitur Stoicos, vt Calcagninus non solum errauerit, qa putauit vtranq; definitionem alteri posse accõmodari, quod falsissimum est, sed et quia non vidit definitiones illas ex sñia Stoicorum esse traditas, & ad Stoicorum morem, ac consuetudinem loquendi esse intelligendas. Sed quid multa? paucis concludo Calcagninum in illo Ciceronis loco oia perperam accepisse, ac peruerse intellexisse; Itaq; in eo refutando non mihi vĩr plura esse prodigenda. Sic responsum sit ad 2.& 3. Calcagnini Disquisitionem. Quod ait M. Antonius Maioragius Calcagnino rñdens, & ostendere volens Ciceronem præstitisse eam officij definitionem quam initio pollicitus fuerat, conatur rñdere, ac probare diuisionem illam, quã primo proponit Cicero esse diffinitionem, & ppea Ciceronem id, quod promiserat pstitisse, & fidem suam liberasse, nimis crassa & rudis defensio est, nã fateor illam diuisionem, & esse, & recte appellari posse definitionẽ, qđ nec Calcagninus opinor negaret, sed quid Ciceroni prodest diuisionẽ illam vocari posse definitionẽ nam diceret Calcagninus, vel aliquispiã Calcagnini defensor, Ciceronem promisisse non qualecunq; definitionem, sed eã, ex qua intelligeretur, quid esset id, de quo disputaretur. sic .n. Cicero dicit. nũc ea ex diuisione, siue ea diuisio siue definitio appellanda est, id non intelligo, nam quemadmodum ex sola aialia diuisione nemo cognoscit quid sit homo, aut brutũ, sic ex diuisione officiorũ gñalia nemo percipit quid sit officium medium, aut perfectum, atq; ideo fidem Ciceronis ea diuisione, ẽt si definitio sit, non esse liberatam, non magis quam siqs cuipiam polliceretur equum bene saltantẽ, deinde persolueret talem, q pedes à terra vix tollere posset. Sic inq̃ vel Calcagninus vel aliquis Calcagnini defensor rñdere posset Maioragio, & q̃q̃ concederet quidquid ille diceret, non ppea tñ fateretur Ciceronem recte esse defensum & fidem eius esse liberatam. Quare quidquid hac in parte à Maioragio dictum fuit, id totum prorsus est supervacaneum, & Ciceroni nulla ex parte prodest. Deinde cum rñdet ad Calumniam Calcagnini de inscriptione officij, & ait diffinitionem esse singularium rursus vehementer errat, nisi ita intelligat, singularium, non singulariter sed pluraliter acceptorũ per figuram synecdochen, vt nos supra diximus. nam cum dicimus hoiem vẽe aial rõnale, quid aliud intelligimus nisi oẽs hoies esse aialia rõnalia? aut esse singularium reuera, sed ita, vt quod de singulis dictum sit, de vniuersis dictum esse intelligatur, quibus duobus modis seruantur definitiones in singulari & de vno factæ, cum tñ non ad singulos nec ad vnum sed ad oẽs & vniuersos pertineant. postremo vero cum dãnat definitionem officij gñalis, quam Calcagninus attulit, Dij boni quam est ridiculus, putat .n. eum male dixisse, officium esse actionem in oi vita, eo quod ẽt esset officium in pecudibus quæ habent vitam. Papæ quam acutus Dialecticus, eqdem non arbitror Carneadem illum tam subtilem disputatorem cum isto esse comparandum, sed tñ nos aliquid ei rñdeamus. Dico igitur ò bone vir, cum quis dicit officium esse actionem in oi vita, de vita hoĩs per excellentiam esse intelligendum, & de partibus eius, hoc est de vita tam non sapientium quam sapiẽtium, quod ille cum tibi diserte expresserit, mirum est quo modo non aiaduerteris, presertim cum sit verum. Atq; ita quod verum erat, improbasti, quod autem falso dictum ab eo fuerat, concessisti, hoc est, quidquid a virtute absit ab offõ longe abesse, cum multa sint à virtute lõge remota, quæ tñ inter officia numerantur, vt siqs forte quidpiam agat officiose ac pie, qui tñ habitum virtutis nondum sit consecutus, sine habitu .n. virtus esse non põt, at offm̃ aliquod extra habitum esse nihil impedit ac prohibet, præterea cum tu rectius offm̃ definire uolens, ais, offm̃ esse actionem in oi vita hoium, cuius probabilia rõ reddi põt, prorsus indicat te nec scire quid sit offm̃, nec quid Cicero sibi voluerit, nec quõ distinguatur offm̃ gñale ab offõ medio & ab offõ perfecto, nam cum dicis actionem in oi vita hoim, fateor recte additum esse in oi vita hoium, tametsi intelligeretur ẽt si non esset appositum, nam cum dicimus officium esse actionem in oi vita, de vita hoium necessario est intelligendum, in nulla .n. vita officij actio est nisi in humana, sed quæro a te cur addidisti, cuius probabilis rõ reddi possit? nam si rõ probabilis ponitur in officio gñali tanq̃ eius dr̃ia, quõ eadem in officij medij definitione tanq̃ dr̃ia poni potest? aut quõ officium medium differet ab officio perfecto? profecto ego nec video nec intelligo quid tu tibi tua illa additione volueris, vel potius & video & intelligo te non satis aiaduertisse quid diceres, ego .n. si mihi definiendum esset officium gñale, ita me longe melius definiturum arbitrarer, si dicerem, offm̃ esse actionem, cuius aliqua rõ reddi possit, nam cũ dico actionem non cuiuscunque intelligo, sed solummodo hominis per excellentiam, & quia officium in nullo esse potest præterq̃ in hoie, cum vero addo cuius aliqua ratio reddi possit, appono differentiam indeterminatam, quæ postea determinatur in speciebus, nam ratio probabilis alteri speciei tributa medium officium perficit, ratio autem perfecta perfectum complet officium atque ita nihil absurdum dicitur, nec vllũ sequitur inconueniens, sed ad Maioragij defensionem quoque hactenus satis.

Cõtra 3. disquisit.

Cum tertiam hanc Calcagnini Disquisitionem primum legi, valde mecum dubitaui, verum is imperitior homo an obliuiosior an vero malignior fuerit, nam cum reprehendit Ciceronem qđ à Panætio & a Stoicis in aliqbus dissentiat, vĩ aut nunq̃ legisse procemium libri de officijs. vel si legit, oblitus esse qđ ibi scribit Cicero, cum pfitetur se qdem in ea qõne potissimũ imitari Stoicos, veþ inq̃t, non vt interpres, sed vt solemus è fontibus eoþ iudicio arbitrioq. nro quantum quoq; modo videbitur, haurientes. vel si nihil hoþ fuit, certe id egisse, vt oẽs ẽt si verum non esset tñ putarent Ciceronem sese alligasse atq; addixisse præceptis Stoicoþ sequendis. Deinde per leuitatẽ & inconstantiam aut certe pimprudentiam ab eis descinisse eo quod non sustulerit, quemadmodum illi, discrimen & dr̃iam oium offõþ, nec oẽs virtutes omniaq. peccata more illoþ æqualia & paria esse dixerit. Sed cũ non alligarit nec addixerit se Cicero præceptionibus Stoicoþ imitãdis nisi quantum ipsi videretur, vt ex verbis eius apparet, qd erat obsecro cur Calcagninus miraretur Ciceronem dixisse duo mẽbra diuisionis illius à Panætio nõ recte pretermissa? hoc est duobus ppositis honestis vtrũ honestius, & duobus propositis vtilibus vtrũ vtilius? in ea.n. parte Stoicos seq non vult, qa eos errare putat, q nec honestũ honestius, nec vtile vtilius fieri posse existimãt, atq; ideo Calcagninus hoc in loco condẽnandus est, vel imperitiæ, quia non legit, vel obliuionis, qa lectoþ non recordatur, vel denique malignitatis, qa prudens & sciens falso caluniatur, nam quod nõnulla exẽpla & similia profert, qbus probare contendit, contra Ciceronẽ non solum de duobus honestis vtrũ honestius, & de duobus vtilibus vtrũ vtilius, sed ẽt de pluribus quã duobus honestis & vtilibus nõnunq̃ deliberari solere, ea sunt exẽpla & similia prorsus cõmẽtitia &, vt ita dicã, imaginatia, q̃ nunq̃ simul acciderunt, nec anq̃ fortassis accident, atq; ideo non refutãda tãquam seria sed deridenda tanq̃ inania & vana mihi vĩr, nec recte Maioragiũ fecisse arbitror, cum in eis refellendis tm̃ verboþ & nugaþ prodigit, & interim veram Ciceronis defensionem, quam nos supra posuimus, omittit, hoc est Ciceronem non iure reprehendi posse, quod a Stoicis in aliqbus dissentiat, cum se non in oibus eorum dogmata sequi velle in principio fuerit testatus.

Cõtra 4. disquisit.

Hæc quoque disquisitio similis est superiori, hoc est frigida & inepta, nescit.n. Calcagninus in ea quid disquirat, nec quid sibi velit. Plato in 7. de rep. damnat phõs, qui suis studijs deditis remp. cura cam abijciant, nec nisi coacti ad eam administrãdam accedere volunt, itaq; dicit eos iure cogi posse, quã Platonis sñiam hoc in loco probat Cicero. Ipse.n. quoque vituperat phõs, q non potius sponte sua remp. capessant, sed expectant dum cogantur, æquius enim inquit erat, id voluntate fieri. At Calcagninus vsque adeo delirat, & Ciceronem non intelligit, vt putet Platonem dicere, phos ad remp. accedere non debere nisi coactus, & ppea iure optimo a Cicerone reprehendi, quod æquius sit eos id voluntate sua facere, sed hoc prorsus falsum est. Cicero .n. non Platonem sed phõs damnat, atque ad probandam eorum iniustitiam Platonis testimonio vtitur. Quõ.n. Cicero reprehendit Platonẽ cum ipsemet Plato quoq; in eo quẽ supra dixi loco, redarguat philosophos & dicat eos iure cogi posse vt remp administrent? Sed Calcagninus verboþ Ciceronis sñiam non recte percipit. Nam cum ais, Itaque eos ad rempub. ne quidem decessuros putat Plato, nisi coactos, non id significat, Platonem approbare factum phõþ,

sed

sed Platonem eius phorum facti testem esse. Deinde cū dicit, æquus erat id volūtate fieri, non contra Plato. sed contra phos ea uerba profert, ex quo patet Calcagninū nihil prorsus eorum verborum intellexisse, & toto, vt dr, cœlo errasse. Itaq; nihil ridendum est ad cetera quæ multa, & ridicula nugatur. Quinetiā Maioragius ipse quoq; in eodē versatur errore, nec attendit non Platonē ibi sed, phos a Cicerone dānari, quod illi eo turpius est quā Calcagnino, quod eius quē tuendum suscepit, nec verba, nec sniam percipere vī, & ppea quæcunq; aduersus Calcagninum hoc loco scripsit, talia sunt, vt nec Calcagnino quidq̄ obsint, nec Ciceroni ulla ex parte opituletur, prius enim sum, ut dicitur [illegible].

Cōtra 5. disquisit.

In hac Disquisitione Calcagninus dū Ciceronis diuisionē reprehēdere vult, suam ipsius pdit inscitiam, & ignorantiam: putat. n. multa in diuidēdo à Cicerone pretermissa, nec intelligit eā quam, vt diuisionē reprehendit, nō reuera diuisionem esse, sed quādam exēplorum plationem, qua id, qd' antecessit clarius explicat, & explanat. in qua qdem, vt ita dicā exemplificatione nullū uitiū est omittere partem aliq̄ aut ēt multas partes. Sic. n. factitatū uidemus apud scriptores idoneos, tā Græcos, q̄ Latinos, Horatius. n. ad Florum scribens sic inqt, Tanq̄, Sit proprium cuiq̄ puncto quod mobilis horæ, Nūc prece, nunc pcio, nunc vi, nūc sorte suprema Permutet dños, & cedat in altera iura. Qua in numeratione partium cōplures partes omittuntur, sunt. n. multi alij modi quibus quod pprium unius est, dñm mutare, & proprium alterius fieri pōt. Quare quēadmodum Horat. nō necesse habuit oēs eos modos enumerare, sic ēt Cicero nō necessarium sibi putauit esse ad vnum psequi oēs modos, quibus aliqua cōia fiant priuata. Sicq. illa enumeratio Ciceronis nō diuisio est reuera, ut Calcagninus putauit, sed quædā exemplorum prolatio, in qua aliqd omittere uitiosum nō est, nec si reuera esset diuisio, tn continuo Cicero errasset, non. n. in omni diuisione necesse est enumerare oēs partes, sed tm, cum uel à partibus argumentamur ad totum probādum, uel de plurimis rebus dicturi eas proponimus p enumerationē, at extra hos duos casus nemo iure reprehenditur, quod unā, uel duas, uel ēt plures partes omiserit psertim in exemplis afferēdis, ut hoc in loco facit Cicero. Quare constat eum à Calcagnino iniquissime taxatum fuisse. Quam solutionem Maioragius ipse quoque nō ignorauit, sed in eo peccauit, quod nimis multa uerba insumpsit in ostendendo edictum pretoris, & alia multa nomine legis intelligi solere. nam etsi ita sit, tn ea proprie non sunt leges. Cicero aūt ibi proprie de lege loquitur, ut uere dicit Calcagninus, alioqui superuacua essent illa quæ addidit, aut pactione, conditione, sorte, nam si legis nomine hæc omnia intelliguntur, ut Maioragius dicat, cur Cicero post nomen legis expressum ea oia putauit esse addenda? Itaque uera Ciceronis defensio est ea quam diximus, non necesse est. s. in exemplorum positione oēs partes persequi, & si illa esset diuisio, quæ non est, tamen non oporteret in omni diuisione omnes semper numerare partes.

Cōtra 6. disquisit.

Verba Ciceronis sunt, Qui non defendit nec obsistit, si pōt iniuriæ, tam est in uitio, quā si parentes, aut ptiam deserat. Quę verba Calcagnino nimis Stoice dicta vīs, nec mirum cum multa superius dicta, quę leuiora sunt prorsus non intellexerit, & pessime fuerit interpretatus, putat. n. Calcagninus Ciceronem dicere, tm esse scelus non obsistere ēt alienorum iniurijs cū possumus, quā si patriam desereremus, aut parentes, sed non ita est. Cicero. n. hoc sentit, eum qui non defendit, si potest hoīem ēt alienum, tam esse in gñe iniustorum quam is qui patriam, aut parentes deserit, & hoc uerum est, nec. n. fit ibi comparatio magnitudinis peccati, sed gēis peccati sicut cum dicimus, tam esse aial formicam, sicut elephantum, nam tametsi elephantus multo maius sit animal quam formica, non tñ est magis animal quam formica, hoc est, non est magis in gñe aialium quam formica. Quare deridendus est Calcagninus, qui quæ non intelligit ea oia falsa esse putat, atque ideo ea euertere, & labefactare conatur. Maioragius aduersus hanc Disquisitionem omnia recte dixit, nisi quod in refutandis meris Calcagnini nugis nimis longam insumpsit orationem.

Cōtra 7. disquisit.

Calcagninus in hac Disquisitione ait Cic. confundere liberalitatem cum iustitia, quod primum non facit Cic. cum liberalitatem aperte à iustitia distinguat eo loco, cum ita dicit. De iustitia satis dictum est, deinceps vt erat propositum de liberalitate, & beneficentia dicatur. Deinde si id faceret Cic. non ppea tñ errare putandus esset. Est. n. liberalitas iustitiæ species, siue pars quędā iustitiæ, ut docet ipse in 5. de Fin. uerbis. Quæ animi affectio suum cuiq; tribuens, atq; hanc quam dico societatē coniunctionis humanæ munifice & æque tuēs iustitia dē, cui adiunctæ sunt pietas, bonitas, liberalitas, benignitas, comitas, & q̄ sunt gñis eiusdem. Quod idem confirmat ēt Thomas Aquinas in secunda secundæ, vt uocās, capite de iustitia. Quare nihil erat quod Calcagninus miraretur, aut damnaret Ciceronē hoc loco, qd' liberalitatē iustitiæ cōiunctā esse dixisset, cū id verum sit ēt si Arist. aliter sentiat, non. n. semper Arist. meliora dicit quā Cicero, nisi forte apud eos, qui illi ita sunt addicti, ut eum nunq̄ errasse putent, quo in numero fere sunt oēs qui ætate nostra philosophantur, quam recte aūt id faciant, ipsi viderint. Ego certe, quod ad me attinet, Aristotelem, & errare potuisse, & sæpe ēt errasse arbitror.

Cōtra 8. disquisit.

Cur iustitia, & liberalitas pter ceteras virtutes nos ad sese alliciant, faciantq. vt eos diligamus, in qbus inesse uīr, Calcagninus causam a Cic. pretermissam putauit, sed falso. multis. n. in locis Cic. id significat, quod quoniam oībus qui Cic. lib. de off. legunt facile notum esse arbitror, nō ultra de hac re uerba faciam.

Cōtra 9. disquisit.

Et Themistocles quidem nihil dixit, in quo ipse Areopagum adiuuerit. Hæc sunt uerba Cic. quæ à Calcagnino carpuntur his verbis. An parum inquit adiouit Themistocles Areopagum, cū exposuit oraculum illud de muris ligneis faciendis? & de nauibus conscendendis? cui rñdeo Themistoclem patriæ quidem, & ciuibus suis magno adiumento fuisse explanatione illa, sed non ppterea tñ Areopagum adiuuisse. Adiuuare. n. Areopagum, est esse auctorem, & suasorem Areopago ferendæ alicuius legis, aut senatus consulti, aūt instituti, aut alicuius rei similis, quorum nihil vnq̄ Themistocles fecisse legitur, atque ideo Cic. affirmat eum nihil adiuuisse Areopagum, nec ppea tamen negat ullam sententiam curati uelem à Themistocle vnquā fuisse dictam, quod de tanto viro valde absurdum dictum esse videretur.

Cōtra 10 & 11. disquisit.

Calcagninus, qm̄ in decima, & vndecima Disquisitione nihil contra Cic. aperte dicit, sed tm in illa superiore prudētiam apud Arist. inter virtutes architectonicas, locum obtinere ait. in posteriore aūt opinionē Cic. & Horatij de iocis Plautinis ita recitat, vt tñ magis approbet illam Cic. quam Horatij, iccirco nihil est, quod hoc in loco multum immoremur, cum nihil sit, quod contra Cic. uideamus esse dictum.

Cōtra 12 disquisit.

Neque in hac Disquisitione uideo quid Calcagninus sibi uoluerit. Differentiam inter continentem, & incontinentem, temperantem, & intemperantem ex Arist. sententia commemorat, nec tamen Cic. quidquam errasse dicit, nisi forte tam est stultus, vt putet Cic. vitio dandum esse, quod non omnia dixerit, quę ab Aristotele traduntur.

F I N I S.

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z;
AA BB CC DD EE.

Quaterniones omnes, excepto *, qui est duernio, & E E, ternio.

VENETIIS,

APVD IOANNEM MARIAM

BONELLVM.

M. D. LXIII.